BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
14
4 Q
9

V E 20

14- 1. K. 10

CATENA AVREA
IN TOTAM LOGICAM
CVM EIVS FAMILIARI EXPOSITIONE,

A STEPHANO CARVISIO FINARIENSI,

ORDINIS PRAEDICATORVM AEDITA,

AD MENTEM OMNIVM INTERPRETVM,
tam Græcorum, quàm Latinorum, quamplurimum perutilis:

TAM MIRO, AC FACILI ORDINE IN SVOS TOMOS,
cum obiectionibus, reſponſionibus, cæteriſque regulis in hac facultate conducentibus, diſtincta, vt ad Phyſicam, Metaphyſicam, Mathematicamque ſcientiam conſequendam, nihil amplius deſiderari poſsit.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

CVM GRATIA, ET PRIVILEGIO.

Pertinet ad Bibliothecam S. Fran.ci Transtiberim
ex testamento Ill.mi et R.mi D. Ascanij
Rivaldi 1640



VENETIIS, Apud Ludouicum Auantium.
M D L X I.

SERIEM CONTENTORVM HAEC INDICAT FACIES.

Præſens opuſculum, in decem & ſeptem tomos diducitur, quorum primus egregiè nuncupatur,

1. Tomus præambularis.
2. In prædicabilia, ad Iſagoges Porphyrii.
3. In prędicamenta, ad Categorias Ariſtotelis.
4. In Enunciationes, tam hypotheticas, quàm Categoricas, ad librum Periermenias.
5. In ſyllogiſmos formales, tam hypotheticos, quàm Categoricos, ad primum priorum.
6. De poteſtate ſyllogiſmi, ad ſecundum priorum.
7. In demonſtrationes, ad primum poſteriorum.
8. De medio demonſtrationis, ad ſecundum poſteriorum.
9. In locos Dialecticos, ad librum Topicorum.
10. In fallacias, ad librum elenchorum.

Parua logicalia.

11. In terminos logices.
12. In ſuppoſitiones terminorum, necnon ampliationem eorundem, atque reſtrictionem, pariter & appellationem.
13. In probationes terminorum.
14. In conſequentias.
15. In artem definitiuam.
16. In artem diuiſiuam.
17. In diuiſiones actiuas.

ILLVSTRISSIMO DOMINO ANDREAE CARRETO, STEPHANVS CARVISIVS FINARIENSIS. S. D.

EXTAT in libris magnorum moralium Ariſtotelis, in tradendis diſciplinis, primum rudi Minerua audientium animos eſſe parandos; demum exactiore doctrina diligenter excolendos, quemadmodum pictores faciunt; in primis rudem effigiem protrahentes, quam deinde ſuperpingendo expoliṫam adamuſsim reddunt. Nempe in eis plurimum artis, & doctrinæ, cum multa facilitate, ac breuitate continetur; quãdoquidem diuiſiones, definitiones, & regulæ, quibus potiſſimum introductiones traduntur ſe ſtatim intellectui manifeſtas offerunt. Quocirca perſpiciens per circuitum librorũ quorundam, magnitudinem, animum diſcentium tædio afficientem, necnon aliorum nimiam breuitatem, quibus nulla fere eſt annexa doctrina: Proinde volens mediũ tenere, utriuſque ſapiens naturam extremi, ad totam logicam Epitomen ex rerum experientia (mediusfidius) iuuenibus perutilem exploratam; atque ex quamplurimis clariſsimis viris in orbe celeberrimis: inter quos etiam noſtro ſeculo præter ſophiſticas nænias, nonnulli floruerunt, vix nimirum recollectam, operæprecium duxi in lucem dari. Eſt enim profecto opus ad philoſophiam (qua nil æquius conducit ad bene, feliciter, beateque viuendum) viam ſternens, aditumque facilem præſtans. Quare veritus, ne tale opuſculum ſine alicuius indeletili titulo poſſet tuto edi, & publicitus. Nolui autem militi Cylindrum delegare; conſentaneũ quippe cenſui opera homini dedicare, vt inter hominem & opus, mutua ſit coniugatio, & media diſpoſitio. Qua in re, vt cum nullum huic dicationi magis idoneum inuenerim, conſtitui ingenue adoleſcens, moribusque ornatiſsime, tuo nomini offerre munuſculum. Iam hercle inde a teneris vnguiculis te ex illuſtriſsima ſtirpe progenitum literario ſtudio dedicaſti, nec ab ipſa quoque longe magnificentiſsima degeneras proſapia; ex qua ſanè innumeri præcellentiores claruerunt viri, principes ſtrenuiſsimi. Quod ſi de inclito, celſoque ſtemmate ſermonẽ egero, non ſit mihi huiuſmodi breui præfatione opus, ſed prolixiore oratione, vel quam ſpatioſiſsimis potius voluminibus. Meminero nanque Alphonſum auum illum, qui tam excelſus, ſublimiſque fuit, vt non abſurde cum omni antiquitate potuerit de regia maieſtate contendere. Cuius nempe res clariſsimæ geſtæ tot ſunt, vt ſi eas non dicam exponere, ſed enumerare velim, ante diem clauſo componet veſper Olympo. Quid affabilitatem, modeſtiam, humanitatem enarrem, quibus omnes ad vehementiſsimum ſui amorem alliciebat? Quid Ioannem eius fratrem Cardinalem Maximum attulero, quem fuiſſe magno ſplendore colluſtratum, ingenti religione præditum, non fama varia eſt, aut dubia; quem quanti Dominorum Cardinalium ſacrum duxerit collegium, qua beneuolentia, qua charitate eum ſemper complexum fuerit, ex eo clarum patet, atque conſpicuum, quod ni (proh dolor) vetuiſſet inexorabile fatum, vna cunctorum voce ſummum pontificatum glorioſiſsime geſsiſſet? quid ſileam ſplendidiſsimum Fabricium totius chriſtianæ fidei Decus, immo acerrimũ defenſorẽ; generalemque religionis militũ Diui Ioannis Baptiſtæ moderatorem, quo viuente Rhodos ſemper florentiſsima fuit, quo impulſore nihili hoſtium vires pendendæ fuere? Sane quantum vſque ad extremum fati diem chriſtianæ fidei

vigilantiſsimus extiterit, neminem præterit. Hoc vnum ſtuduit, in hoc præopere
elaborauit, vt Chriſti per vniuerſum orbem vireret eccleſia, cuius obitu quantum
detrimenti paſſa ſit, extremumque damnum incurrerit, Rhodiorum ſit iudicium.
Omitto Ludouicum Reuerendiſsimum non immerito Archiepiſcopum, homi-
nem certe omni virtute refertum. Quid præterea de Illuſtriſsimo Genitore tuo
Ioanne dignum illius memoria percunctabimur, cuius præclarum nomen, nullus
vnquam delebit interitus? vnus itaque talis, tantusque fuit, vt inclytiſsimus Me
diolani Dux Franciſcus Sfortia ſecundus, fidei ipſius, & ſolertiæ, ſuam omnem ge
neralis exercitus ditionem adminiſtrandam, non ab re cōmiſerit. Quantum quo-
que apud Sereniſsimum Imperatorem Carolum quintum ſemper Auguſtum va-
luerit, & autoritate, & gratia, & domi, & belli, ob eam, qua plurimum vſque cla-
ruit diligentiam, & fidem, nemo eſt, quem lateat. Quid animum in bello infractū,
diuinaque fere prudentia ſuffultum? Quid æquitatem in omnes, quid clementiam
commemorem, quibus immortalem ſibi memoriam comparauit? Sed ad patruum
obſeruandiſsimum Archiepiſcopum Paulum tranſuolo, quem nulli, gloria, ſplen-
dore, morum grauitate, zelo Dei, Antiſtiti, cedere neminem fugit: cuius animi
magnitudo, cuius lumen ingenii, cuius tanta eſt viri probitas, vt omni pene anti-
quitati videatur ipſo iure anteponendus. Quis cum patruo tuo? Nempe doctiſsi-
mi homines. In eius menſa quid euolitat? literarum nomen, enucleationes (vt E-
piſcopum decet) erga dubia ſanctarum ſcripturarum orthodoxorum patrū. Quid
plura? O Dii immortales; O Dei clementia ſingularis; O altitudo diuitiarum ſa
pientiæ, & ſcientiæ Dei: qui Paulum genere nobilem, ſed moribus longè nobi-
liorem, irrepræhenſibilem, ſobrium, ornatum, prudentem, pudicum, modeſtum,
hoſpitalem, doctorem, ad prælulatus officium ante ſecula elegiſti. Qua in re,
mirum haud videri debet, ſi ita vir iſte per ſeſe pollet, ita ſua luce præclarus eſt,
quod nullo egeat præconio. Hinc factum arbitror, vt apud Chriſtianiſsimum
Franchorum regem Henricum ſecundum, huius integerrimi viri, & conſtans, &
celebris non incongrue talis ſit opinio, quòd vnum ex regiæ curiæ eleemoſinariis
per vniuerſum ſuum regnum crearit. Sed de ſtrenuiſsimo Principe, M. Antonio,
quid afferam? Qui mea quidem ſententia, probitate, prudentia, integritate nulli
principum poſtponendus eſt. Externa omitto, vtpote opes, regnum, quibus ipſe
admodum pollet. Is enim ſapientia, ſolertiaque tanta ſplendeſcit, vt cordatus me
rito cognominari queat. Sed habenis vtamur, & ad Illuſtriſsimum Marchionem
noſtrum Alphonſum, fratremque tuum perquàm dilectum, noſtra vertatur ora-
tio. Munere (proh deum, atq; hominum fidem) talis eſt, vt maiorum ſuorum laus
omnis in ſe vno ſita eſſe, luce clarius videatur. Quæ, & quanta iuſtitia, clementia,
liberalitas, indulgentia, affabilitas, quibus vir ſplendidiſsimus, amabilis effici-
tur, atque fauorabilis; quibusque populos ſibi reddit fideles, deuotos, obnoxios,
ac mancipatos? qua humanitate præeſt? qua æquitate iudicat? quo nam amore Fi
narienſes (vt ita dixerim) filii proſequuntur? Non equidem, vt tyrannū timent,
ſed vt regem venerantur, obſeruant, & colunt. Dic aliquid emergat, dic faciat
fortuna tela, quæ ſolet, cum iraſcitur. Ecce parati ſunt, omnia in ſe, ſuosque li-
beros, in ſuum denique caput, atque in ſuum ſanguinem libentiſsime ſuſcipere
pro ſua ſalute, ac dignitate. O celebrande pater Ioannes, lumen, ac ſeculi noſtri
decus, quid inter mortalia opera dignius efficere potuiſti? & quo melius de po-
pulo Finarienſi bene mereri, quàm quòd talem ſibi paraſti prolem; vtque hoc præ
clarum dominium non filio, ſed virtuti; non fortunæ, ſed dignitati reliquiſſe vi-
ſus ſis? O patrem progenie dignum, o dignam patre progeniem; cui tot, & tan-
tæ effulſerunt virtutum dotes. Omitto ingenuos Alexandrum, Fabricium fra-
tres, vt clara luce conſtat, in omni virtutis genere prælucidos. De te autem Ge-
neroſiſsime Iuuenis, vnicum probitatis, atque humanitatis exemplar, verecun-
dius

dius loquar, quòd tuas de te laudes non libenter audis: quippe, vt es in omni re proculdubio modeſtiſsimus, malis haberi, & eſſe laude dignus, quàm coram laudari. Sed vt tandem receptui canam; quemadmodum Parthorum regem, nemo ſine munere ſalutat, ita & ego te illuſtriſsime ſalutaturus, attuli tibi hoc opus pro munuſculo, quod læta fronte, ac hilari vultu accipias quæſo, & obſecro. Non enim minus regia res eſt, parua benigne, ac comiter accipere, quam magna elargiri. Multa ideo precioſa cenſentur, quia Diis immortalibus ſunt dicata. Libellus hic ad famam fortaſſe perueniet, quia tuum clariſsimum nomen geſtat in titulo, cuius alioquin ſubire poſſet infamiam, atque tenebrionum dentes phagoloedororumque aculeum contremiſcere, niſi tuo totum ſe præferret auxilio. Ita ſanxerint ſuperi, vt iſtud ſit perpetuum pignus, ac meæ erga te fidei, ac obſeruationis monumentum. Vale itaque virtutum decus, ac me, qui tibi mancipatus ſum, in clientelam aſcribito.

ROGATVS ſapientiſsimus Socrates (candidiſsimi iuuenes, eximiæque indolis adoleſcentes) quo inſuper, & quali fungeretur officio, obſtetricandi agere officium, aſſeruit. Summum (inquit) eſt mihi ſtudium, vt diſcentium fœcunda ingenia, quàm pulchrè pariant, partusque ſuos, & formoſos, & perordinatos agant. Solerter appellabat prudentiſsimus Socrates, humani ingenii partus, animi noſtri cõceptus, aut voce, aut ſcripto extra ęditos. Qui niſi in mente, prius, & ordinatim, formentur, & ſic quoque formati in lucẽ prodeant, non in laudem, non approbationem, ſed in deriſum, & deſpectum apud graues vertuntur. Ego itaque veluti Socrates in hac dialect ita diſciplina, non aliud ſanè intendo, quàm vt ipſi tyrunculi, noſtros conceptus (prout doctrinę qualitas exigit) in eorum intellectibus, præparatis, petinde vt in cæris, reſolutè, firmiter, ac perordinatim ſigillent. Itaque quoniam logicam, unicam eſſe clauem, ianuamque, ad quoſcunque ſcientificos habitus, Doctores affirmant; hinc rerum logicalium, ſpeculatione, compendioſam, illis traditionem faciens, tentabo, breuiter, velut introductionis modo, ea, quæ ab illuſtrioribus peripateticis dicta ſunt, aggredi, altioribus quæſtionibus abſtinens, ſimpliciores vero mediocriter coniectans. Logica enim latitantem veritatem aperit, errores damnat, falſitatem oſtendit, & rectum lumen, quo in omni opere verę contemplationis dirigimur, præclarè ioſinuat, Hac nempe vt fidiſsimo duce, ad phyſicas, necnon mathematicas, & ad Diuinam, quam dicimus Metaphyſicam, ipſis manifeſtus patebit aditus. Quippe, ſine ea, nullus artifex, ſiue practicus, ſiue ſpeculatiuus, pręualet, & quicunque abſque logica docent, aut diſcunt, diſputant, aut dictant, ſuadent, aut determinant, in incertum, conceptus, & voces, & propoſitiones; denique & rationes, iactant. Sed quia doctrina quæcunque, à communiori, viam parat; idcirco tomus ſecundus, ſic & cæteri, vocem, ſonumque definiens, à priori ſumit exordium. Verumenimuero cum entia intentionalia, ſiue logicalia, minimæ ſint entitatis, cognitu difficilia, meritò quoque eſſe cenſentur. Quare, fauentibus ſuperis, intentum propoſitum ſecundum exigentiam dicendorum couſumabitur. Qui facit prohœmium (teſte philoſopho Rhetoricorum tertio) tria prælibare intendit, reddere auditorem beneuolum, docilẽ, & attentum. Beneuolum quidem, oſtendendo vtilitatem ſimulque neceſsitatem ſcientiæ, Docilem, præmittendo ordinem doctrinæ, & operis diſtinctionem, ſed attentum, atteſtando dicendorum difficultatem, quæ tria in præſenti fiunt prohœmio, Quippè, primum beneuolentiam captat à perſona ſua, demonſtrando qualis fuerit in hac logica diſciplina, cõpendioſè ordinanda, quoniam mens ſua ſaoè fuit, vt ipſi tyrunculi, reſolutè, firmiter, & ordinatiſsimè, ſuos perciperent conceptus. Demum, quum ait, ſe velle compendioſam rerum logicalium traditionem facere, beneuolentiam ab auditoris perſona capit, inde à rebus ipſis. Laudando enim, extollit illas, oſtendendo neceſsitudinem dicendorum, inculcans ſimul intentionẽ operis, & modum procedendi, ſed viam doctrinę nequaquam. Intentionem quidem bifariam, primò quo ad exequenda; Dicens, ſe aggreſſurum ea, quę, ab illuſtrioribus peripateticis, rerum logicalium, dicta ſunt. Secundò quo ad repellenda quoque dicens, abſtinendũ fore ab altioribus quæſtionibus. Modum verò procedendi aperit, quum ſe compendioſè, & introductorio modo tractaturum promittit, & ſimpliciores quæſtiones mediocriter coniectaturum, vt & breuitate, incipientium faſtidium depellat, & claritate, eorum rudes intellectus illuſtret, & facilitate, tum quęſtionum, tum mediorum, eorundẽ mentes, paulatim ad difficilia, & ardua, capeſſenda, promoueat. Vtilitatem autem declarat, quoniam logica (inquit) latitantem veritatem patefacit, errores damnat, falſitatem oſtendit; & rectum lumen, quo in omni veræ contemplationis opere dirigimur, præclarè inſinuat, & per illam nobis manifeſtus eſt aditus, ad Phyſicas, atq; mathematicas diſciplinas, necnon & ad diuinam, quam dicimus Metaphyſicam Neceſsitatem inſuper in prima huius prohœmii parte poſtremum demonſtrat, quum dicit; Doctores aſſerere, logicam vnicam eſſe clauem, ianuamque, ad quoſcunque ſcientificos habitus. Quocirca (tandem infert) tanta eſt eius neceſsitas, vt ſine ea nullus artifex cuiuſuis dignitatis, ſiue practicus, ſiue ſpeculatiuus, pręualere poſsit, quinimo quicunque abſque logica docent, aut diſcunt, diſputant, aur dictant, ſuadent, aut determinant, in incertum, conceptus, & voces, & propoſitiones, & rationes, tanquàm lapillos in puteum iactant. Hinc huiuſcemodi homines inaniter loqui, temerè ſe laudare, ambitioſius gloriari, clarum patet, atque conſpicuum Docilem poſtea in ſecunda parte eiuſdem prohœmij, reddit auditorem, quum ait, ſe à communiori (vt mos eſt in diſciplinis, teſte Ariſtotele in primo Phyſicorum) ad minus communia uelle pròcedere; pariter & inſinuans, pręſens opus, ordinatim eſſe in plures partes, diuiſum, quas, tomos, nuncupauir. In tertia denique parte prænotati prohœmij, attentum præſtat auditorem, quoniam (inquit) modò pertractanda in opere, quod præ manibus habetur, cum ſint entia fabricata, & per intellectum adinuenta, atque idcirco minimę entitatis, perdifficilia profectò cognitione exiſtunt, & niſi fauorem, auxiliumq; deſuper expectaret, nũquã cõſumeretur, aut perficeretur.

STEPHANVS CARVISIVS FINARIENSIS LECTORI S.

BEnigniſsime lector aduerte ordinē totius operis, quod ſic diuiditur, in plures, ſcilicet, tomos, & quilibet tomus in diuerſos textus, ſecundum numerum ordinatim diuiſos, contra quos, vel eorum dilucidationes vſque ad decimum tomum præter ſextum gratia mutuæ exercitationis incipientium, fiunt nonnullæ obiectiones cum ſingulis earum reſponſionibus, in quibus tamen non ſemper probatur, quod aſſumitur, vel ſit maior, vel minor, vel antecedens, vel conſequens vel quodcunque aliud, ſed ſæpe, & ſæpius relinquitur tanquam per ſe notum, vel adminus habens apparentem veritatem; atque idcirco aliqua reſponſione indigens. Nec in cæteris tomis alias obiectiones addere malui, ne nimia prolixitas operis intentionem excedat. Quamobrem ſequens index ſic ordinatur, & diducitur. Primum in aliquem numerum, puta. 12. vel. 14. Qui, tomum duodecimum, vel quartumdecimum ſignificat. Inde autem hæc ſyllaba, te. cum aliquo numero, puta. 16. vel 17. eiuſdem tomi textum decimumſextum, vel decimū ſeptimum ſignificans, ſub quo intelligitur quoq; ſua dilucidatio; vt ea, quæ oſtendit index, adminus in ipſa dilucidatione reperire poſsis, proculdubio denique additur, videlicet, 12. te. 16. Poſtremo adiecimus chartarum ſeriem. Nec alia, ſed tantum me orationibus tuis adiuua. Vale.

INDEX ACCOMMODATISSIMVS AD INVENIENDVM INSIGNIORA LOCA, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A

ABæterno aduerbium exponitur 10.13.tex.12.car.115 a
Accentus cum ſuis membris, quid 10.te.19. & 20.car.96 e.f
Accentus regulę. 10.te,20.ibid.
Accidēs quintū prędicabile, quid 2.te.24.7. g
Accidens,tam ſeparabile, quàm inſeperabile, quid 2.te.25.7 g
Accidentia in concreto non ſunt propriè in prędicamento,ſed in abſtracto 3.te.10.11 b
Accidentia communiter,quid 9.te.41.89. d
Actio,vt eſt vnum prædicamentum, quid 3.te.41.23. g
Adiectiua non ſupponunt, niſi ſubſtantiuè capta, ſed copulant 12.te.1.106. g
Adaliquid, quid 3.te.25.& 30.17 g.& 20. b
Aequalitas, & æqualia, inæqualitas, & inæqualia, quid 3.te.24.17. f
Aequipollentia,quid 4.te.48.46 a
Aequiuocum,quid 3.te.2.8 g.& 10.te.14.94 c
Aequiuocum à caſu,à conſilio, & compoſitū, quid 10.te.15.94 g
Agere,& pati ſuſcipiunt contraria,& magis, & minus 3.te.42.24 a
Agricultura,quid 17.te.12.135 c
Alteratio,quid 3.te.68.30 e
Amphibologia,cuius tres ſunt ſpecies,quid 10.te.17.95 d
Ampliatio,quid 12.te.55.111 c
Ampliationis regulæ vndecim 12.te.vſque ad 66.112 h
Antepredicamentum quid 3.te.1.8 b
Appellare quid 12.te.70.113 b
Appellatio formæ,& rationis,quid 12.te.72.113 g
Appellationum regulæ 12. te.73.& 74.113 c
Arbor Porphyrij 2.te.15.6 a
Arguere à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis, vel à deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis 10.te.28.100 c
Arguere à tota diſiunctiua cum deſtructione vnius partis ad poſitionem alterius, aut à veritate vnius partis ad falſitatem totius 5.te.12.51 c
Argumentum,quid 9.te.2.78 h
Argumenti ſedes,quid 9.te.1.78 d
Argumentatio,quid 9.te.3.79 c
Arithmetica,quid 17.te.25.136 g
Ars,quid 17.te.1.135 a
Artis mechanicæ ſeptem ſunt ſpecies 17.te.2.135 c
Artis ſermocinalis tres 17.te.4.135 b
Artis mathematicalis quatuor 17.te.4. ibidem.
Artis non liberalis tres 17.te.5.135 c
Artis liberalis,ſeptem ſunt ſpecies 17.te.4.135 b
Artis naturalis,duę 17.te.5.135 c
Artis ſupernaturalis duæ 17.te.5 ibidem
Ars mechanica,quid, & cur vocatur mechanica 17.te.6.135 d
Ars doctrinalis,quid 17.te.7.135 c
Ars liberalis,quid, & cur vocatur liberalis 17.te.17.136 b
Ars non liberalis,quid, & cur vocatur nomine negatino 17.te.18 ibidem
Artes ſermocinales,triuium dicuntur 17.te.23.136 f
Ars moralis,quid 17.te.27.136 h
In Artium diuiſiones regulę quatuordecim 17.te.55.vſque ad 67.138 & ſequ.
Aſtronomia,quid 17.te.27.136 h
Augumentum,quid 3.te.68.30 e
Autor,& autoritas,quid 9.te.48.90 g

B

BOnum contrariatur malo, malum autem, & bono,& malo 3.te.51.27 h
Bonum vtile,delectabile,& honeſtum, quid 9.te.37.88 c

C

CAſus,quid 9.te.52.91 f
Categorica,quid 4.te.6.33 h
Categorica affirmatiua, & negatiua, quid 4.te.9.34 g
Categorica vera,& falſa,quid 4.te.10.35 d
Categorica vniuerſalis, particularis, indefinita, & ſingularis,quid 4.te.11.35 f
Categorica ſingularis multifariam fit 4.te.11.35 g
Categoricas duas vtroque termino, aut altero, aut nullo,participare,quid 4.te.12,36 f
Categoricas duas vtroque termino participantes eodem ordine,vel è diuerſo,quid 4.te.13.37 c
Categoricæ copula,quid 4.te.24.41 d
Cauſa,quid 9.te.25.86 b
Cauſa neceſſaria,ſufficiens,materialis,formalis, efficiens,& finalis,quid 9.te.26.vſque ad 30.86. vſque ad 87
Combinatio vtilis,vel inutilis,quid 5.te.42,58 a
Conceptus dicuntur termini, licet impropriè 11.te.5.104 a
Concluſio,quid 5.te.6.49 g
Concretum ſubſtantiale eſt propriè in prędicamento, abſtractum verò minimè ſecundum logicum, non tamen ſecundum metaphyſicum 3.te.10.11 b
Conditionalis,quid 4.te.26.41 h
Conditionalis affirmatiua,vel negatiua,quid 4.te.27.41 f
Conditionalis vera,vel falſa,quid 4.te.28.41 h
Conditionalis nihil ponit in eſſe, 4.te.28.41 h
Coniugata ſunt denominans, & denominatiuum 9.te.51.91 c
Conſequentia,& argumentum,idem ſunt 14.te.1.115 h
Conſequentia,quid 14.te.1.116 a
Conſequentiæ nota,quid 14.te.2.116 a
Conſequentiam concedere,quid 14.te.12.117 c
Conſequentia formalis,& materialis,quid 14 te.15.117 f
Conſequentia perfecta,& imperfecta,quid 14.te.16.117 f

Conſe-

Conſequentiæ ſeptem regulæ vniuerſales 14.te. 17.vſque ad 22.117 g.& ſequen.
Conſequentiæ formalis vndecim regulæ penes ſuperius, & inferius 14.te. 23. uſque ad 33. 118 d. & ſequen.
Conſequentiarum ſex regulæ iuxta propoſitionũ quantitatem 14.te.34.uſque ad 39.119 b. & ſequen.
Conſequentiarum tres regulæ datæ gratia ſincategorematum 14.tex.41.vſque ad 43.119 b. & ſequen.
Conſequentiarum decem regulæ penes terminos pertinentes, & impertinentes 14.te.44.vſque ad 53.119 e. & ſequen.
Conſequentiarum ſex regulæ iuxta probationem terminorum 14.te.55.vſque ad 60.120 a, & ſequen.
Conſequentiarum duæ regulæ penes copulatiuam. 14.te.61.& 62.120 e
Conſultare, quid 17.te.54.138 d
Contraria, quid 3.te.49.27 b
Contraria mediata, & immediata, quid 3.te. 50.27 f
Contrariorum, ſi vnum eſt actu, alterum eſſe, non eſt neceſſe 3.te.52.28 b
Contraria non poſſunt ſimul eidem in eſſe 3.te. 53.28 d
Contraria habent fieri circa idem 3.te. 54.28 d
Contraria, aut ſunt ſub eodem genere propinquo, aut in contrarijs generibus, aut ſunt contraria genera 3.te.55.28 f
Contrariæ, & ſubcontrariæ, contradictoriæ, & ſubalternæ, quid 4.te.15.37 g h
Contradictoriè oppoſita, quid 4.tex. 15. 37 g h
Contradictio, quid 4.te.15.37 g h
Conuerſio, quid 4.te. 20.39 g
Conuerſio ſimplex, per accidens, & per contrapoſitionem, quid 4.te.21.vſque ad 23.40 g
Copulatiua, quid 4.te.29.42 b
Copulatiua affirmatiua, vel negatiua, quid 4.te. 30.42 e
Copulatiua affirmatiua, vera, vel falſa, quid 4. te.31.42 f
Copulatiua neceſſaria, vel impoſsibilis, poſsibilis, vel contingens, quid 4.te.32. & 33.42 f g
Ex Copulatiuis; cur diuus Boethius, nullos præſcribit modos, iuxta quos ſyllogiſmi fierent 5. te.12.51 f
Corpus in genere quantitatis, quid 3.te. 21.15 g

D

DEductio, quid 6.te.35.63 f
Deductio minoris, vel maioris, quid 6.te. 36.& 37.63 h
Definitio, & definitum, quid 15.te. 1.120 h
Definitio eſt principium demonſtrationis, aut cõcluſio, aut demonſtratio ſola poſitione differens 15.te.14.124 c
Definitio eſt perpetuorum, & nõ corruptibilium 15.te.14.124 c
Definitiua ars, quomodo dirigit primam operationem intellectus 15.te.1.120 h
Definitio vocatur terminus 15.tex. 1.120 h
Definitio multifariam dicitur 15.tex. 4.121 h
Definitio ſubſtantialis, ex quibus conſtat 15. te.5.vſque ad 7.122 b
Definitio ſubſtantialis, quid 15.te. 8.122 g
Definitionis partes debent abſque copula poni 15.te.8.122 g
Differt in definitione, quid prius, quidve poſterius prædicetur. 15.te.9.123 d
Definitio ſubſtantialis eſt ſolius ſubſtantiæ, aliarum vero categoriarum, eſt ex additione 15.te. 10.123 b
Definiri nequeunt formæ ſubſtantiales, quę ſunt partes compoſiti, niſi per ſubiectum, aut materiam, quam ſunt natæ informare 15.te. 11.123 f
Definitione in accidentis in concreto, ſubiectum loco generis, & natura accidentis loco differentię collocatur, ſed in abſtracto fit è diuerſo 15. te.12.123 g
Definiri non poſſunt tranſcendentia, generaliſsima, & ſingularia, ſed ſola ſpecies definitur 15. te.14.124 c
Definiri nequeunt complexa, neque ens per accidens 15.te.15.124 e
Definitio tantum quid nominis, eſt non entium 15.te.16.124 g
Definitio per vnam cauſam datam, oſtendi poteſt per definitionem per alteram cauſam aſsignatam in prima figura 15.te.17.124 h
Definitio probabiliter per ſyllogiſmum probatur 15.te.18.125 c
Definibile eſt non omne demonſtrabile, neque contra 15.te.19.125 b
Definibile nullum idem eſt, & demonſtrabile 15. te.20.125 c
Definitio non eſt demonſtratio, neque pars ſubiectiua ipſius, aut contra 15.tex. 21.125 d
Definibile cum aliquod totum eſt definiẽdum, quæ obſeruanda ſunt 15.te.22.125 e
Definitionem ad conſtruendam per diuiſionem, tria obſeruanda ſunt 15.te. 24.125 g
Definitionem de definito conſtruere difficillimum eſt, item & deſcriptionem de deſcripto 15.te. 25.126 d
Definitio quomodo conſtrui poteſt, quo ad eius

✠✠ partes

partes, ſcilicet, genus, & differentias 15.te.26 vſque ad 28.126 b

Definitionem, & genus, & differentiam, difficilius eſt conſtruere, quàm deſtruere 15.te. 29.29.126 c

Definitionem deſtruere, omnium problematum, facillimum eſt 15.te.30.127 c

Definientes oportet planiſsima interpretatione vti 15.te 31.127 f

In definitione, ſi ponatur æquiuocum, non bene aſſignatur definitio 15.tex. 32.127 g

Definito, ſi multipliciter dicto, diuidens non dixit, non bene aſsignatur definitio 15.tex. 33.127 e

Definiens, ſi aliquid ſecundum translationem dixit, non bene aſſignatur definitio 15.te.34

Definiens, ſi non vſitatis nominibus vtitur, non bene definit 15.te 35.127 f

Definitur non bene, ſi ex eo quòd definitur contrarium, non eſt manifeſta ratio contrarij 15.tex. 36.128 a

Definitio non bene aſsignatur, ſi per dicta non ſit manifeſta, cuius eſt definitio 15.te. 37.128 b

In definitione, ſi accipitur aliqua dictio, quæ & ablata, reliqua definitio perfecta fuerit, & definitio, illa dictio erit ſuperflua 15.te 38.128 c

In definitione, ſi proprium eſt, quod appoſitum eſt, & indicat ſubſtantiam, ſuperfluè erit appoſitum 15.te.39.128 d

Definitionem ſi alicuius aſsignatæ, aliquid, quod non omnibus ineſt, quæ ſub eadem ſpecie ſunt, cuius aſſignatur definitio, ſuperfluum erit 15.te. 40.128 b

In definitione, ſi frequenter idem dixit, non bene definit. 15.te.40.128 c

In definitione, ſi vniuerſali dicto, addit & particulare ſub illo vniuerſali contentum, ſuperfluum eſt 15.te 42.128 d

Non definit, ſi non per priora, ac notiora etiam ſecundum naturam, definit 15.te.43. & 44.128 e

Non definit ex prioribus, ſi eodem vſus eſt ei, quod definitur 15.te.45.131 a

Non definiuit ex prioribus, ſi quod è diuerſo diuiditur, illud, quod è diuerſo definiuit 15.tex. 46.131 b

Non definiuit ex prioribus, ſi per inferiora, ſuperiora definiuit 15.te.47.131 e

In definitione peccatum eſt, ſi res cum eſt in genere, & in ratione quid eſt, non ponitur genus 15.tex.48.131 d

In definitione, ſi definiendo accepit pro differentia aliquid, quod ſimpliciter nullius eſt differentia, vel ſi eſt differentia, non tamen ſpecifica, non definiuit 15.te.49.131 c

Definiens aliquam ſpeciem, ſi negationem, vt differentiam propoſiti generis accipit, non definiuit 15.te.50.131 e

Definitio interimitur, ſi ſpeciem, vt differentiam aſſignauit 15.te.51.ibid.

Definitio interimitur, ſi quod pro differentia ſumitur, prædicatur in eo quod quid eſt 15.te. 52.131 f

Definitio interimitur, ſi ſecundum accidens ineſt differentia definitio 15.te. 53.ibidem

Definitio interimitur, ſi prædicatur differentia de genere poſito in definitione, vel ſpecies, aut aliquid eorum, quæ ſub ſpecie ſunt, de eo genere prædicatur 15.te.54.131 g

Definitio interimitur, ſi prædicatur genus de differentia poſita in definitione 15.tex. 55.131 h

Definitio interimitur, ſi ſpecies, aut inferiorum ſpeciei aliquod de differentia, quæ in ſui definitione ponitur, prædicatur 15.tex. 56.132 a

Definitio interimitur, ſi differentia poſita in definitione non eſt prior ſpecie, & poſterior genere 15.te.57.132 b

Definitio interimitur, ſi differentiā eſt alterius generis à genere in definitione poſito 15.te. 58.132 c

Definitio interimitur, ſi paſsio ponitur pro differentia 15.te.59.132 a

Definitio interimitur, ſi definitum poteſt dici manifeſtius per aliquid aliud 15.te.60.132 b

In definitione pro nominibus in ea poſitis, oportet ponere eorum rationem, quę ſi diſſonant definito, aut contra, interimitur definitio 15.te. 61.132 c

Definitio interimitur, ſi ſuſcipit magis, & minus, definitum verò non, aut contra. 15.te. 62.132 d

Definitio interimitur, ſi ſubiectum aſsignatū in definitione accidentis, non fuerit ſuſceptiuum eiuſdem accidentis 15.te.63.ibid.

Definitio interimitur, ſi vnum oppoſitum definitur per ſuum oppoſitum 15.te.64.132 e

Definitio interimitur ſi definitum eſt ad aliquid, & in definitione non eſt dictum id, ad quod dicitur 15.te.65.132 f

Definitio interimitur, ſi genus fuerit ad aliquid, & differentia non 15.te.66.132 h

Definitio interimitur, ſi contrarij, non contraria, definitio eſt, quòd ſi ſic, conſtruitur 15.tex. 67.132 e

Definitio eſt rectè aſsignata, ſi duorum oppoſitorum ſecundum priuationem, & habitum, quod ſecundum priuationem oppoſitum eſt, definitur, contra vero nequaquam 15.te. 68.132 f

Definitio interimitur, ſi quod ſecundum priuationem dicitur, definiens non aſsignauit habitum, & innatum eſt fieri primum 15.tex. 69.132 g

Definitionis partes coſiderandę ſunt in compoſiti definitione, & ſi abſtulerimus vnam partem de altera.

tera duarum partium definitionis compoſiti, non remanet reſidua oratio, definitio conueniens alteri rei, interimitur definitio 15.te. 70.132 h
Definiens, ſi per ignotiora nomina nominum definiti commutationem fecerit, adhuc peccat 15. te.71.133 b
Demonſtratio, quid 7.te 6.66 f
Demonſtratiua ſcientia, quid 7.te.7.66 f
Demonſtrare non contingit deſcendentem ex alio omnino genere 7.tex. 18.69 c
Demonſtratio non eſt ex principijs extraneis 7.te.18 69 d
Demonſtratio, & ſcientia non ſunt ſimpliciter corruptibilium, ſed ſcientia eſt corruptilium ſecundum accidens 7.tex. 20.69 g
Demonſtrationes, & ſcientiæ ſunt eorum, quæ ſæpe fiunt 7.te. 21.70 c
Demonſtratio procedit ex principijs cuiuſcunque ſecundum quod illud eſt 7.te. 22 70 a
Demonſtratiua ſcientia quælibet eſt circa tria, quę ſupponuntur eſſe 7.te. 25.70.e
Demonſtratio quia, quomodo differat a demonſtratione propter quid 7.te.30.vſq; 32.71.a & ſequen.
Demonſtratio ſimpliciter circularis eſt impoſsibilis 7.te.31.71 d
Demonſtratio vniuerſalis, vel particularis, quid 7.te.40.& 41.73 c
Demonſtratio vniuerſalis, potior eſt particulari, & affirmatiua negatiua 7.te.42 & 44.73 g
Demonſtratio affirmatiua, negatiua, oſtenſiua, vel ducens ad impoſsibile, quid 7.te.43.& 45.73 f g
Demonſtratio oſtenſiua negatiua eſt potior ea ducente ad impoſsibile 7.te.46.74 b
In demonſtrationibus non proceditur in infinitum 7 te.39.73 a
Nulla demonſtratio vtitur hoc principio contingere ſimul affirmare, & negare, eſt impoſsibile 7. te.29.70 e
Demonſtratio ducens ad impoſsibile, quomodo vtatur hoc principio, omne affirmare, aut negare verum eſt 7.te.29.ibidem
Demonſtrationis concluſio antequàm ſyllogizetur eſt cognita ſecundum quid, ignota verò ſimpliciter 7.te.4 66 a
Demonſtrationis concluſio, ſecundum, & quartum modum per ſe includit 7.te.12.67 g
Demonſtrationis concluſio eſt ſimpliciter perpetua 7.te.19.69 g
Demonſtrationis medium ex quibus conſtat 8. te.3.76 f
Denominatiua, quid 3.te.4.9 b
Denominans, & denominatiuum eandem rem ſignificant 3.te.4.ibidem
De omni, quid 7.te.11.67 g
Deſcriptio, quid 15.te.3.124 e
Determinatio non diminuens, quid 9.te.21.85 b
Dici de omni, ſiue de nullo, quid 5.te.3.48 f
Dictio, quid 16.te.3.& 10. te 9.133 a
Differentia ſpecie, quę 2.te.9.14 h
Differentia numero, quæ 2.te.15.5 b
Differentia, quid 2.te.16.uſque ad 18 b a & ſequen.
Differentia ſpeciei ſubalternæ, & ſpecialiſsimę, quid 2.te.19.& 20.7 b
Differentia tam conſtitutiua, quàm diuiſiua, quid 2.te.21.& 22.7 c
Differt, aliud, & non idem exponuntur 13.te. 9.114 e
Diminutio, quid 3.tex. 68.30 e
Diſiunctiua, quid 5.tex. 34.55 b
Diſiunctiua affirmatiua, uel negatiua, quid 5.te. 35.56 c
Diſiunctiua uera, vel falſa, quid 5.te. 36.56 g
Diſiunctiua omnis vera eſt neceſſaria, & omnis falſa, impoſsibilis, nulla autem poſsibilis, ſiue contingens 5.te.36.56 g
Diſpoſitio qualitatis ſpecies, quid 3.tex. 32.20 f
Diſputatio, quid 14.te.4.116 b
Diſputationis præceptio vna 14.te.3.116 a
Diſputationis modi reſpondendi ſunt tres 14. te.6.116 g
Diſputationis præceptiones duæ 14.te.7. & 8.116 e f
In diſputatione concedere, negare, & diſtinguere, quid 14.te.6.116 g
In diſputatione opponens, & reſpondens, quid 14.te.9 & 10.116 g
Diuiſio eorum, quæ dicuntur 3.tex. 5.9 h
Diuiſio eorum, quæ ſunt 3.te.6.9 h
Diuiſio, quid 16.te.1.133 c
Diuiſio realis, & logicalis, quid 16.te.2.133 d
Diuiſum, quid 16.te.3.133 a
Diuidentia membra, quid 16.tex. 3.ibidem
Diuiſionis, uel partitionis nota, quid 16.te. 3.ibidem
Diuiſio uniuoci in ſua uniuocata, & ęquiuoci in ſua ęquiuocata, quid 16.te.4.& 12.134 c
Diuiſio generis in ſuas differentias, & in ſuas ſpecies, & ſpeciei in ſua indiuidua, quid 16.te.5. uſque ad 7.133 g
Diuiſio totius in modo in ſuas partes, quid 16. te.8 133 e
Diuiſio ſubiecti in accidentia, & accidentis in ſubiecta, & accidentis in accidentia, quid 16.te. 9.vſque ad 11.133 h

Diuiſio æquiuoci a caſu,& a conſilio in ſua æquiuocata,quid 16.te.13.134 d
Diuiſionis regulæ tredecim 16.tex.14 vſq; ad 26.134 b
Doctrina omnis, de diſciplina ex præexiſtente fit cognitione 7.te.1.64 e
Dubia res,quid 9.te.2.78 h

E

Effectus, quid 9.te.31.87 a
Ens in ſua maxima vniuerſalitate quomodo diuiditur 1.te.2.1 h
Ens rationis quadrifariam nuncupatur 1.te.2.ibid.
Ens rationis, quod eſt ſubiectum totius logices, ſubiectiuè nuſquam eſt, ſed obiectiuè duntaxat habet eſſe in intellectu 1.te.2.ibidem
Entia rationis, de quibus eſt logica, dicimus ſolum eſſe, aut quum intellectus ea apprehendit, vel adminus obiectum, ad quod ipſa ſtatim conſequuntur apprehendit 1.te.2.ibidem
Entia rationis, de quibus eſt logica, habent fundamentum ſuæ veritatis remotum in rebus vniuerſi 1.te.2.ibidem
Entia rationis, de quibus eſt logica, non ſunt relationes reales, ſed rationis 1.te. 2.ibidem
Enthymema,quid 6.te. 39.64 a
Enthymema dialecticum, vel demõſtratiuum, quid 6 te.39.ibidem
Enthymema ſigni quid 6.te. 40.64 b
Enthymematis medium,quid 6.tex. 40.ibidem
Enthymema affirmatiuum, quo pacto fit in prima figura, vel tertia 6.te. 41.64 f
Enunciatio,quid 4.te.5.33 e
Ad enunciationis veritatem in materia neceſſaria non requiritur exiſtentia extremorum 12.te. 8.107 b
Enunciatio in materia naturali, contingenti, & remota, quid 4.te.14.57 b
Enunciationum oppoſitio,quid 4.tex. 14.ibidem
Eſſe in ſubiecto,quid 3.te.6.9 h
Ethica,quid 17.te.31.136 h
Ethymologia,quid 15.te.4.121 f
Excluſiua dictio non excludit a concomitantibus 3.te 4.9 b
Excluſiua affirmatiua, & negatiua exponitur 13.te.4.114 b
Exceptiua affirmatiua,& negatiua exponitur 13.te.3.114 d
Exemplum quid 6.te.33.63 c
Exercitatio quid 14.te.11.117 a

F

FAbrilis,quid 17.te.14.135 d
Fallacia,quid 10.te.1.92 d
Fallacia contrariæ opinionis,quid 6.te. 30.65 a
Fallacia amphibologiæ, quid 10.te. 17.95 d
Fallacia æquiuocationis, cuius tres ſunt modi, quid 10.te.16.95 a
Fallacia compoſitionis, vel diuiſionis, quid 10. te.18.95 g
Fallacia accentus, cuius quatuor ſunt mod, quid 10.te.21.97 c
Fallacia figuræ dictionis, quid 10.te. 22.97 c
Fallacia extra dictionem,quid 10.te.23.97 g
Fallacia accidentis, cuius tres ſunt modi,quid 10. 24.98 b
Fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter, cuius quinque ſunt modi, quid 10.te. 25.98 h
Fallacia ignorantiæ elenchi, cuius quatuor ſunt modi, quid 10.te. 26.99 b
Fallacia petitionis principij, cuius quatuor ſunt modi,quid 10.te. 27.100 a
Fallacia conſequentis, cuius duo ſunt modi, quid 10.te.28.100 c
Fallacia non cauſæ, vt cauſæ, cuius tres ſunt modi, quid 10.te. 29.101 a
Fallacia ſecundum plures interrogationes, vt vnã, cuius duo ſunt modi, quid 10.te. 30.101 d
Falſum, quid 10.te.5.93 d
Ferraria quid 17.te.15.135 d
Fides, quid 9.te.2.78 h
Figura prima magis facit ſcire 7.te.34.75 e
Ad formam pertinentia 10.te.11.94 b
Fortuitorum non eſt ſcientia per demonſtrationẽ, neque cognoſcere per ſenſum eſt ſcire 7.tex. 50.75 a

G

GEneratio, quid 9.te.38.88 e
Genitum, quid 9.te.38.ibidem
Genus, quid 2.te.8.& 9.4 gh
Genus generaliſsimum, quid 2.te.10.5 c
Genus ſub alternum, quid 2.te.11.ibidem
Geometria, quid, ſub qua continetur perſpectiua 17.te.26.136 g
Grammatica, quid 17.te.21.136 c

H

HAbere, multis modis dicitur 3.te. 69.30 f
Habitus qualitatis ſpecies, quid 3.te. 32.ibidem
Habitus, vt eſt vnum prædicamentum, quid 3.te. 46.20 f

Habi-

Habitus, cui nihil eſt contrarium, nec magis, nec minus ſuſcipit 3.tex. 46.25 h
Habitus principiorum, quomodo in nobis generatur 8.te.4.77 b
Habitus principiorum, non ſcientia, ſed intellectus eſt 8.te.5.78 a
Habitus, quid 17.tex. 47.138 b
Habitus intellectualis, quid 17.tex. 48.ibidem
Habitus intellectualis ſpecies 17.tex. 49.138 a
Hypothetica, quid 4.tex. 24.41 c

I

IGnorantia ſecundum diſpoſitionem, quid, & hæc interdum eſt immediata, vel mediata, & euenit aut ſimpliciter, aut per ſyllogiſmum 7.tex.35.vſque ad 37.72 g
Ignorantia ſimplicis negationis, quid 7.tex. 38.72 h
Immediatè exponitur 13.tex. 10.114 f
Impoſitio prima, & ſecunda, quid 11.te. 5.104 a
Incipit, & deſinit, exponitur 13.tex. 13.115 a
Indiuiduum, quid 2.tex. 15.5 b
Inductio, quid 6.te. 31.63 c
Inopinabile, quid 10.te. 6.93 a
Inſtantia, quid 6.tex. 38.63 e
Intellectus, quid 17.te.40. & 48.137 g
Intellectus grammaticus, logicus, & cætera quid 17.te 42.137 h
Intentio autoris in hoc libro in proh. vide ibi
Intentio prima, & ſecunda, quid 11.tex. 4.103 b
Intenſionem, remiſsionemve ſuſcipere, quid 3. te.19.15 a
Interiectiones quomodo ſunt per ſe ſignificatiuæ 11.te.2.102 e
Interpretatio, quid 15.te. 4.121 g
Interrogationis notæ, quę 14.tex. 5.116 e

L

LAnificium, quid 17.te.8.135 d
Lignaria, quid 17.te.16.135 d
Locus, quid 9.te.1.78 d
Locus intrinſetus, extrinſecus, & medius, quid 9.te.6.80 e
Locus à ſubſtantia, & a concomitantibus ſubſtantiam 9.te.7.81 c
Locus à definitione, quatuor argumenta, quatuorque maximas continet 9.te.8 81 f
Locus a deſcriptione, & a nominis interpretatione 9.te.9.82 a
Locus a toto vniuerſali, & eius maxima 9.te. 12.83 a
Locus à parte ſubiectiua, & eius maxima 9.te. 13.83 d
Locus a magis communi ad minus commune continetur ſub toto vniuerſali 9.te.14.83 f
Locus a toto integrali, & eius maxima 9.te. 16.84 b
Locus à parte integrali, & eius maxima 9.te. 17.84 a
Locus a toto in quantitate, & eius maxima 9.te. 19.84 g
Locus a partibus totius in quantitate, & eius maxima 9.te.20.84 f
Locus a toto in modo, & eius maxima 9.te. 22.85 b
Locus a parte totius in modo, & eius maxima 9.te.23.85 d
Locus a toto in loco, & eius maxima 9.te.24.85 h
Lucus a partibus totius in loco, & eius maxima 9.te.24.85 h
Locus a toto in tempore, & eius maxima 9.te. 24.ibidem
Locus a partibus totius in tempore, & eius maxima 9.te.24.ibidem
Locus a cauſa neceſſaria, ſufficiente, finali, & eius maxima 9.te.32.vſque ad 37,87 d & ſequen.
Locus a generatione, a genito, & eius maxima 9.te.38.88 c
Locus a corruptione, a corrupto, & eius maxima 9.te.39.88 f
Locus ab vſibus, & vſitato maxima 9.te.40.89 b
Locus a communiter accidentibus maxima 9. te.41.89 c
Locus a relatiuè oppoſitis & eius maxima 9.te. 43.89 g
Locus maxima in priuatiuis, contrariis, aut contradictoriis, & repugnantibus 9.te.44 & 45.90 c
Locus a maiore, & a minore maxima 9.te. 46.90 c
Locus a ſimili, ab autoritate, a tranſumptione maxima 9.te.47.vſq; ad 49.89.& ſequen.
Locus a proportione, a tranſmutata proportione maxima 9.te.50.91 a
Locus a coniugatis, a caſibus maxima 9.te. 51.& 52.91 c
Locus a diuiſo ad ſua membra diuidentia maxima 9.te.53.91 e
Locus, quomodo dicitur à definitione ad definitũ, aut contra 9.te.54.92 a
Locus quomodo dicitur teneri conſtructiuè, vel deſtructiuè 9.te.55.92 b

Logica eſt vnica clauis ad quaſcunque ſcientias. in proh. vide ibi
Logicæ vtilitas in proh. vide ibi
Logica, quid, & per definitionem, & deſcriptionem 1.te.1.1 a
Logicæ Etymologia, & interpretatio 1.te.1.1 a
Logica ſola præſtat principia ad omnem ſcientiam 1.te.1.1 a
Logica diuiditur in docentem, & vtentem, atque ad omnes logices partes applicatur hæc diuiſio 1.te.1.1 b
Logices partes, quædam habent in ipſa ſcientia, & doctrinam, & vſum, quædam verò doctrinam, ſed non vſum 1.te.1.1 c
Logica cur incipiat à ſono 2.te.1.3 c
Logicę tertia pars primaria eſt directiua intellectus in ſua tertia operatione 5.te.1.48 a
Logica eſt de ſecundis intentionibus adiunctis primis, tamen non ex æquo vtraſque conſiderat intentiones 3.te.12.12 h
Logicam adoleſcentibus audituris dogma perutile 14.te.11.117 a

M

MAgis, vel minus commune, quid 9.tex.14.83 e
Maius, & minus, quid 9.te.46.90 c
Mathematica, quid 17.te.20.136 b
Mathematicæ ſcientiæ quadriuium dicuntur 17.te.27.136 e
Medicina, quid 17.tex.12 135 c
Medij ſyllogiſmorum inuentio 5.tex.54. vſque ad 58.59 d
Medium duplex 5.te.28.55 b
Metaphyſica, quid 17.te.36.137 d
Modalis, quid 4.te.8.34 f
Modalis propriè, quid 4.te.41.44 f
In modalibus, dictum, quid 4.te.42.44 f
Modalis compoſita, vel diuiſa, quid 4.te.40.41 d
In modalibus, quo pacto capitur quantitas, & qualitas 4 te 45.47 h
Modalium regulæ 4.te.52. vſque ad 55.46 b
Modalium conſequentiæ cognoſcuntur quatuor regulis 4.te.52 ibidem
Modalium oppoſitio 4.te.47.45 h
Modalium figura 4.te.47. ibid.
Modus procedendi in hoc opere in proh. vide ibi.
Modus, quid 4.te.37.43 f
Modus duplex 4.te.8.34 f
Modus, vt conſtituat enunciationem modalem ſimpliciter, quid requiritur 4.te.39.43 h
Modus in modalibus prædicatur, ſed dictum ſubijcitur 4.te.43.44 g
Motus ſecundum locum, quid 3.te 68 30 c
Multiplex actuale, potentiale, phantaſticum, quid 10.te.10. vſque ad 13.93 h
Muſica, quid 17.te.24.136 g

N

NAturalis, quid 17.te.29.136 f
Nautica, quid 17.te.10.135 b
Neceſſario & contingenter exponuntur 13.te.11.114 g
Negationes, & priuationes ſub logicæ ſubiecto nó compræhenduntur 1.te.2.1 c tamen quoquo modo ſunt termini primæ intentionis, & impoſitionis 11.te.4.103 b
Nemoraria, quid 17.te.8.135 a
Nomen, quid 4.te.1.31 c
Nomen, tam compoſitum, quam ſimplex ponitur ad vnum ſimplicem conceptum ſignificandum 4.te.1.31 c
Non propter hoc accidere falſum, quid, quod quatuor quoque modis contingit 6.te.29.62 f
Nugatio, quid 10.te.8.93 f

O

OEconomica, quid 17.te 32.137 a
Officium doctoris, quid. in proh.
Operatio prima intellectus quo nam pacto à logica regulatur 3.te.1.8 d
Opinio, quid 7.te.52.75 f
Oppoſitio, quid 4 te.15.37 g
Oppoſitionum figura, & leges 4.te.16. vſque ad 19 39 c
Oratio, quid 4.te.3.32 e
Orationum ſpecies 4.te.4.33 a

P

PArs ſubiectiua, quid 9.te.12.83 a
Pars ſubiectiua, quomodo ſumitur cum eius cõſtantia 9.te.13.83 d
Pars integralis, & principalis, quid 9.te.17.84 a
Pars totius in quantitate, quid 9.te.18.84 d
Pars totius in modo, quid 9.te.21.85 b
Pars totius in loco, & in tempore, quid 9.te.24 85 h
Paſsio, & paſsibilis qualitas, ſpecies qualitatis, quid 3.te.34. & 35.21 f. & 22 c
Paſsio, vt eſt vnum prędicamentum, quid 3.te.42.24 a
Paſsio, quid eſt, pręcognoſcitur 7.te 3.65 c
Paſsio, quomodo demonſtratur 8.te.3.76 f
Peccatum contra ſyllogiſmos, quid 6.te.25.62 f
Periermenias liber, ſecundum quam regulatur intellectus in eius operatione ſecunda 4.te.1.31 c
Per ſe, primus, ſecundus, tertius, & quartus modus 7.te.12.67 g
Petere principium contra ſyllogiſmum demonſtratiuum, quid 6.te.26.62 f
Petitio principij ſtatim, & non ſtatim 6 te.27. & 28 62 g h
Petitio principij non ſtatim fit quatuor modis 6.te.28. ibidem
Philoſophia, quid 17.te.38.137 c

Phyſica

Phyſica, quid 17.te.34.137 c
Politica, ſub qua ius canonicum, & ciuile continetur, quid 17.te. 33.137 a
Poſitio, quid 3.te.45.25 d
Poſitio quæ nec magis, nec minus recipit, contraria non capit 3.te.45.ibid.
Poſitioni maximè proprium 3.tex. 45.ibidem
Poſitiuus gradus, & comparatiuus, atque ſuperlatiuus exponitur 13.te.6.114 f
Poſterius tot modis dicitur, ſicut prius 13.te. 64.30 a
Poſtprædicamentum, quid 3.tex. 47.26 b
Præcognitio, quid 7.te.2.65 b
Præcognitio quid, & quia, quid 7. tex. 2.ibidem.
Præcognita ſunt tria 7.tex. 3.65 c
Prædicabilium doctrina, neceſſaria eſt ad prædicamenta, ad diuiſiones, definitiones, ac demonſtrationes 2.tex. 5.3 f
Prædicatio, quid 2.te. 4.4 d
Prędicationis tria ſunt quæſitiua 2.tex. 5.4 a
Prædicabile communiter, & proprie, quid 2.té. 3.3 f
Prædicatio per ſe, & per accidens 2.tex. 5.4 a
Prædicatio propria, ſeu directa, & impropria, ſiue indirecta, quid 2.te. 6.4 e
Prædicatio quælibet alicuius prędicabilis eſt propria 2.tex. 7.4 e
Prędicari in quid 2.tex. 9.4 h
Prędicatum, quid 4.tex. 7.34 a
Prędicamentum, quid 3.te. 9.10 h
Prædicamenti eiuſdem ſunt rectus, obliquus, actus, potentia, principale, caſus 3.tex. 9.ibidem
Prædicamenta ſunt decem 3.te. 11.11 h
Prædicamentum trifariam ſumitur 3.tex. 11.ibidem
Prędicamenta ſecundum diuerſum modum prædicandi, intelligendi, eſſendiue diſtinguntur 3. te.11.ibidem
Principia, quia ſunt, pręcognoſcuntur 7.te. 3.65 c
Principia vniuerſalia prius tempore, atque natura concluſione cognoſcuntur: principia verò ſingularia prius natura, ſed ſimul tempore, in ipſa ſubſumptione ſub vniuerſalibus cum concluſionibus eſſe cognoſcuntur 7.tex. 4.65 h
principium demonſtrationis, quid 7.te. 8.66 g
principia demonſtrationis oportet magis eſſe cognita nobis, quam concluſio ſola demonſtratione nota 7.tex. 9.67 d
principia in vnoquoque genere, quid 7.te. 23.70 c
Principia communia, & propria, quid, & quomodo applicantur 7.tex. 24.ibidem
principia inductione cognoſcuntur 8.te. 4.77 b
Principia, quid 7.tex. 25.70 e
Priuatiuè oppoſita, quid 3.tex. 56.28 g
Prius tempore, natura, ordine, dignitate, ſecundum cauſalitatem, quid 3.te.59. vſque ad 62.29 g & ſequen.
Prodigium, vel ſignum ſimpliciter, quid 6.tex. 39.64 a
Prohœmium faciens tria pręlibare intendit. in proœ.
Propoſitio, quid 5.tex. 1.48 a
Propoſitio in toto, vel in parte falſa, quid 6. te. 7.60 h
Propoſitio de prędicatione conuerſa, quid 6.te. 11.61 e
Propoſitio demonſtrata, vel indemonſtrata, quid 6.te.13. ibidem
Propoſitionem oſtenſiuè ſyllogizare, quid 6.tex. 13.ibidem.
Propoſitionem conuerſiuè ſyllogizare, quid 6.te. 14.61 e
Propoſitio immediata, quid 7.tex. 8.66 g
Propoſitiones vniuerſales, vel particulares, in demonſtratione, quid 7.tex. 40.& 41.73 c
propoſitio exponibilis, & exponens, quid 13. tex.1.113 h
propoſitio vniuerſalis affirmatiua exponitur 13. tex.2.114 b
propoſitio deſcriptibilis, quid 13.tex. 15.115 d
propoſitio officiabilis, quid 13.tex. 16.115 f
proportio, quid 9.tex. 50.91 a
Propter quod vnumquodque, & illud magis 7. tex.9.67 d
proprium quadrifariam dicitur 2.te. 24.17 g

Q

Q Veſtiones ſunt æquales numero, iis, quæ verè ſcimus 8.te.1
75 h
Quæſtio omnis, medii quæſtio eſt 8.te.2
76 b
Quæſtio, quid 9.te.2
78 h
Qualitas, quid 3.te.31
20 e
Qualitatis quartum genus dilucidatur 3.te.36
22 c
Qualia ſunt 3.te.36
ibidem
Qualitati aliquid eſt contrarium 3.te.37
22 f
Qualitas ſuſcipit magis, & minus 3.te.39
23 c
Qualitati maximè proprium 3.te.40
23 d
Quando, quid 3.te.43
24 g
Quando, cui nihil contrarium, nec magis, nec minus ſuſcipit 3. te.43. ibidem
Quando eſt tanquam in ſubiecto in eo in quo eſt tempus 3.te.43. ibidem
Quantitas cur nō definitur in tomo prædicamentorum 3.te 21
15 g
Quantitas diſcreta, & continua, quid 3.te.21
ibidem
Quantitas conſtans ex partibus in continuo habentibus, quid 3.te.21
ibidem
Quantitas conſtans ex partibus poſitionem in cōtinuo non habentibus, quid 3.te.21
ibidem
Quantitates per ſe, & per accidens, quæ 3.te.21
ibidem
Quantitati nihil eſt contrarium 3.te.22
17 b
Quantitas non ſuſcipit magis, & minus 3.te.24
17 f

R

R Edargutio, quid 10.te.4
93 b
Reduplicatiua exponitur 13.te.5
114 d
Regulę antepradicamentales 3.te.7.
& 8.10.e & g
Relationes rationis, de quibus eſt logica, non ſunt relationes ſecundum dici, ſed ſecūdum eſſe. 11.te.2
1. e
Relatio non habet, quòd ſit relatio ex fundamento, ſed ex termino 3.te.25
17 h
Relatio ſemper fundatur in aliquo accidente, & etiam ſuper ſubſtantia, ut habet modum accidentis. 3.te.25 ibidem
Relationis cur ſint tres modi 3.te.25
ibidem
Relatio mutua, quę 3.te.25
ibidem
Relatiuorum tres diuiſiones 3.te.25
ibidem
Relatiua ſecundū eſſe, & ſecundū dici, quæ. 3.te.25
ibidem
Relatiua non ſuſcipiunt magis, & minus 3.te.27
19 c
Relatiua dicuntur ad conuertentiam 3.te.28
ibidem
Relatiua ſunt ſimul natura 3.te.29
19 g
Relatiua oppoſita, quid 3.te.48
25 f
Relatiuum grammaticale, quo pacto ſupponat. 12.te.48.110 f
Relatiuum identitatis ſubſtantię, non poſſeſſiuum, tam reciprocum, quàm non reciprocum, & diuerſitatis ſubſtantię etiam non poſſeſſiuum, quo pacto ſupponat. 12.te.49. vſque ad 52 111. a & ſequen.
Relatiuum identitatis, & diuerſitatis accidētis, quo pacto ſupponat 12.te.53. vſq; ad 54. 111.c
Repugnantia, quid 9.te.42
89 g
Res intellectæ duplex eſſe poſſident 1.te.2
1. e
Reſolutio, quid 13.te.14
115 c
Reſtrictio, quid 12.te.67
113. a
Reſtrictionis regulæ duę 12.te.68. vſq; ad 69
ibidem
Rhetorica, quid 17.te.23
136 e

S

S Apientia, quid 17.te.51
138 b
Scibile, & ſcientia, ab opinabili, & opinione ſunt diuerſa 7.te.51.75.b
Scientia demonſtratiua non eſt accidentium non per ſe, ſed eſt de iis, quæ ſunt per ſe, & ſecundum quòd vnumquod eſt 7.te.18.& 19.69.d
Scientiæ ſunt diuerſæ, quando altera ſub altera nō eſt 7.te.49. 74 g
Scientia, quo pacto eſt vna, & certior altera, & altera ab altera differat 7.te.47.74.c
Scientia, quid 17.te.44
137 g
Scientia grāmatica, logica, & cętera, quid. 17.te.45
137 h
Scire ſimpliciter, quid 7.te.5
66. d
Scire quia, & propter quid, differunt, aut quia ipſum, quia, fit per effectum notiorē, aut quia ad diuerſas ſcientias attinent 7.te.30. vſq; ad 32.71.a

Scire

Scire quia eſt ſubalternatę, & propter quid ſubalternantis 7.te.33.71. g
Significare naturaliter, vel ſecundum placitum quid 11.te.2.102 h
Significare cum tempore, vel ſine tempore, quid 11.te 12.105 d
Significatum primarium, & adæquatum enunciationis, quid 12.te.10.107 f
Significatum termini materiale, quid 12.tex. 4.107 a
Significatum termini formale, quid 12.tex. 7.107 d
Signum, quid 11.te.2.102 f
Signum vniuerſale, & particulare, quid 4.tex. 11.35 g
Simile, quid 3.te.40.23 d
Similitudo, & diſsimilitudo, ſimilia, & diſsimilia, quid 3.te.40.ibidem
Simul tempore, natura, ſecundum diuiſionem, quid 3.te.65.vſque ad 67.30 b & ſequen.
Solertia, quid 7.te.53.75 g
Soloeciſmus, quid 10.te.7.93 c
Solutio recta, quid 10.te 31.101 h
Solutionis rectæ regulę quatuor 10.te.32. uſque 35.102 b
Sonus, quid 1.te.1.1 a
Sonus, & vox ſubintrant logicam conſideratione͂ 1.te.1.ibidem
Sophiſtarum metæ ſunt quinque 10.te.3.92 f
Species, quid 2.te.13.5 d
Species ſubalterna, quid 2.te.13.5 a
Species ſpecialiſsima, quid 2.te.14.& 15.5 b
Subiectum adæquatum in tota logica, quid 1.tex. 2.1 e
Subiectum formale totius logicæ 1.te.2.ibid.
Subiectum logicæ, ſubiecto metaphyſicæ comparatur 1.te.2.ibidem
Subiectum principale, & ſuper principale, in tota logica, quid 1.te.3.2 g
Subiectum accidentis, quid 16.te.9.133 h
Subiectum, quia eſt & quid eſt, pręcognoſcitur 7.te.3.65 c
Subſtantiæ cuilibet commune eſt, non eſſe in ſubiecto 3.te.15.13 g
Subſtantia prima & ſecunda, quid 3.te.12.& 13. 12 f 13 d
Subſtantiæ ſecundę, earumque differentię, vniuocè de primis prędicantur 3.te.16.14 c
Subſtantiæ primæ ſignificant hoc aliquid, ſecundæ verò qualequid ſub appellationis figura 3.te. 17.14 f
Subſtantię nihil eſt contrarium 3.te.18.15 b
Subſtantia non ſuſcipit magis, & minus 3.te. 19.15 a
Subſtantię maximè proprium 3.te.20.15 d
Superficies, quid 3.te.21.15 g
Supernaturalis, quid 17.te.30.136 g
Suppoſitiones in ſcientia, quid 7.te. 28.70 h
Suppoſitio, quid 12.te.1.106 d
Supponunt tam prędicata quàm ſubiecta 12.te. 1.ibidem
Vt ſupponat terminus, quid requiritur 12.te. 1.ibidem
Suppoſitio abſoluta, & relatiua, quid 12.te. 2.106 g
Suppoſitio propria, & impropria, quid 12.te. 3.106 h
Suppoſitio materialis, & diſcreta, & communis 12.te 4.& 5.107 a
Suppoſitionis materialis regula vnica 12.tex. 6.107 c
Suppoſitio formalis, quid 12.tex. 7.107 d
Suppoſitio naturalis, ſimplex, & perſonalis, quid 12.te.8.& 9.107 d
Suppoſitio naturalis diſcreta, vel communis, quid 12.te.10.107 f
Suppoſitio naturalis determinata, confuſa tantum, diſtributiua, abſoluta, accommoda, & vniuerſalis collectiua, quid 12.te.11.vſque ad 15.107 g
Suppoſitionis naturalis regulę quatuor 12.tex. 16.uſque ad 19.107 h 108 a
Suppoſitio accidentalis, & ſimplex, quid 12.te. 20.vſque ad 21.108 a
Suppoſitionis accidentalis ſimplicis regulæ tres 12.te.22 uſque ad 23.108 f
Suppoſitio accidentalis, perſonalis, diſcreta, communis determinata quid 12.te.25.uſque ad 27.108 g
Suppoſitio accidentalis confuſa tantum, abſoluta, accommoda, & vniuerſalis collectiua, quid 12.te.28.uſque ad 31.109 b
Suppoſitionis accidentalis perſonalis regulæ noue͂ 12.te.32.uſque ad 40.109 d
Syllogiſmus, quid 5.te.4.49 e
Syllogiſmus conſtat ex duabus propoſitionibus, ex maiore, & minore. inſuper & ex concluſione 5 te.5.49 h
Syllogiſmi maior, vel minor, quid 5.te. 5.ibidem
Syllogiſmi antecedens, pariter & concluſio, ſiue co͂ſequens, quid 5.te.6.49 g
Syllogiſmi maior extremitas, uel minor, quid 5. te.7.50 b
Syllogiſmi figura, & modus, quid 5.tex.8. & 9.50 c
Syllogiſmi debita qualitas, & quantitas 5.tex. 9.& 10.50 h 51 a
Syllogiſmi medium non ingreditur concluſionem 5.te.11.51 c
Syllogiſmus categoricus, uel hypoteticus, quid 5.te.12.51 e
Syllogiſmus perfectus, vel imperfectus, quid 5. te.13.52 d
Syllogiſmus communis, uel expoſitorius, quid 5. te.14.52 d
Syllogiſmus categoricus ſimplex, aut compoſitus, quid 5.tex. 15.52 g

Syllogiſmus categoricus primæ figuræ, quid 5.te.16 ibidem
Syllogiſmorum, prima figura nouem habet modos 5.te.17 & 19 vſque ad.27.53 a & ſequen.
Syllogiſmorum regulę primę figurę 5.te.18.53 d
In ſyllogiſmis reducere vnum modum ad aliũ, quid 54 b 5.te 22
Syllogiſmorum literę ſignificatiuæ 5.te.22 ibidem
Syllogiſmus ſecundæ figurę, quid 5.te.28.55 b
Syllogiſmorum ſecunda figura, quatuor habet modos 5.te.30 vſq; ad 33.55 d
Syllogiſmorum ſecundæ figuræ regulæ 5.te. 29.55 d
Syllogiſmus tertiæ figuræ, quid 5 te.34.56 a
Syllogiſmorum tertiæ figurę regulæ 5.te 34 ibidem
Syllogiſmorum tertia figura ſex habet modos 5.te. 35 vſque ad 40.56 c
Syllogiſmi tertiæ figuræ poſſunt regulari per ſyllogiſmum expoſitorium, qui eſt quędam ſenſibilis demonſtratio 5.te.40.57 c
Syllogiſmi, fapeſino, & friſeſomorum, ſunt modi indifferentes primæ, ſecundæ, & tertiæ figuræ 5.te.40 ibidem
Syllogiſmi expoſitorij prima, ac ſecunda forma, cũ ſuis principijs probatiuis 5.te.41.57 c
Syllogiſmorum regulæ defenſiuæ 5.te. 42 vſque ad 54.58 a
Syllogiſmus poteſtatis, quid 6.te.1.50 h
Syllogiſmus plura concludens, quid 6.te.2.60 a
Syllogiſmus per conuerſionem plura concludens, quid 6.te.3.60 b
Syllogiſmus plura concludens ſumendo ſub medio, quid 6.te 4.60 a
Syllogiſmus plura concludens ſumendo ſub minore extremitate, cuius duplex eſt forma, quid 6.te. 5.60 b
Syllogiſmus ex falſis, verum ſyllogizans, quid 6.te. 6 60 g
Syllogiſmus vniuerſalis, vel particularis, quid 6.te. 7.60 h
Syllogiſmus circularis, quid 6.tex. 9.61 a
Syllogiſmus demonſtratiuus, vel oſtenſiuus, quid 6.te.12.61 b
Syllogiſmus conuerſiuus, quid 6.te. 14 61 c
Ad ſyllogizandum per impoſsibile regulæ quatuor 6.te. 7.uſque ad 20.61 g
Syllogiſmus ex oppoſitis, quid 6.tex. 21 62 a
Syllogiſmus ex oppoſitis non fit in prima, ſed in ſecunda, & tertia figura 6.te.22.uſq; ad 24.62 c & d
Syllogiſmus inductiuus, quid 6.te. 32.63 b
Syllogiſmus exemplaris, quid 6.te. 34.63 d
Syllogiſmus inſtantiuus, quid 6.tex. 38.63 c
Syllogiſmus enthymematicus, quid 6.te. 40,64 a

T

Tempus, quid 11.tex. 12.105 d
Terminus, quid 11.te. 1.102 d
Terminus quomodo ſumitur cum determinatione non diminuente 9.tex. 21.85 b
Termini in proportione ſunt numeri, & magnitudines 9.te.50.91 a
Terminus per ſe ſignificatiuus, & non per ſe ſignificatiuus, quid 11.te.2.102 h
Terminus quilibet per ſe ſignificatiuus eſt ſecundum placitum ſignificatiuus 11.te.2 ibidem
Terminus categorematicus, & ſincategorematicus, quid 11.te.3 103 b
Terminus primę & ſecundæ intentionis, quid 11.te.4.103 b
Terminus primæ, & ſecundæ impoſitionis, quid 11.te 5.104 a
Termini ſignificant ſimul, & conceptum intellectus, & rem conceptam 11.te. 4.103 b
Terminus primæ, & ſecundę intentionis, & impoſitionis idem 11.tex. 5.104 a
Terminus communis, & ſingularis, qui multis modis fit, quid 11.te. 6.104 b
Terminus magis communis, & minus communis, quid 11.te.7.104 f
Terminus finitus, vel infinitus, quid 11.tex. 8.104 g
Terminus poſitiuus, priuatiuus, vel negatiuus, quid 11.tex.9.104 g
Terminus abſtractus, & concretus, quid 11.te. 10.105 b
Terminus complexus, vel incomplexus, quid, & qui 11.te.11.105 b
Terminus ſignificatiuus cum tempore, vel ſine tempore, quid 11.te.12.105 d
Terminus vniuocus, æquiuocus, & analogus proprié, quid 11.te.13.105 h
Termini ſolum in oratione ſupponunt 12.tex. 1.106 d
Terminorum habentium virtutem confundendi, vt puta dictionis exceptiuę, regulę ſex 11.te. 41.103 b
Totum vniuerſale, quid 9.te.12.83 a
Totum integrale, quid 9.te.15.83 g
Totum in quantitate, quid 9.te.18.84 d
Totum in modo, quid 9.te 21.85 b
Totum in loco, & in tempore, quid 9.te. 24.85 h
Tranſumptio, quid 9.te.49 90 f

Vbi.
Vbi, quid 3.te.44.25 c
Vbi,cui nihil eſt contrarium, neque magis, neque minus ſuſcipit 3.te.44.ibid.
Verbum,quid 4.te.2.32 b
Verbum duntaxat temporis præſentis,& modi indicatiui ſecundum dialecticos, verbum vocatur 4.te.2.ibidem.
Verbum proprie,& communiter ſumitur 4. te.2.ibidem.
Vox,quid 2.te.1.3 c
Vox ſignificatiua, & non ſignificatiua,quid 2. te.2.3 d
Vocum diuiſiones alias require ſub alijs verbis in tomo terminorum 2.te.2.ibid.
Vniuerſale,quid 7.te 13.68 d
Vniuerſale eſt magis cauſa 7.te 42.73 f
Vniuerſalis documentum ad illud cognoſcendum 7.te.14.68 g
Vniuocorum definitio 3.te.3.9 b
Vſus, ac vſitatum,quid. 9.te.40.89 b

FINIS.

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM

PRIMVS TOMVS PRAEAMBVLARIS.

Textus primus. LOGICA *eſt ſcientia rationalis, ueri à falſo diſcretiua: Quare eſt ars artiũ, ſcientia ſciẽtiarum, ad omnium methodorum principia, uiam habens. Sola nanq; logica, cunſtis ſcientiæ, cognoſcendi principia, uiam præſtat.*

Dilucidatio. Quoniã in vnaquaq; arte, et ſcientia, præcognoſcere oportet, quid ſignificet nomen illius ſcientię, ne addiſcens ſemper per incognita tendat, iccirco nunc primum in hac pręambulari parte definitur logica, pariter & deſcribitur: in cuius definitione, B ſcientia, velut genus poſita eſt: quooiam tota logica eſt ſcientia, & non contra, quia nec quælibet ſcientia eſt lngica. Rationalis, tãquàm differentia collocatur, vt ſic à cæteris ſcientiis realibus, quales ſunt, Metaphyſica, Mathematica, Phyſica, diſtinguatur. Veri à falſo diſcretiua, adiectum eſt, ad differentiam Grãmaticæ, Rhetoricæ, Poeticæ. Nam ars rationalis, principaliter ſermonem conſiderat; ſed Grãmatica, peculiariter congruum, & incongruum; Rhetorica, ornatum, et inornatum; Poetica, delectabilẽ; ſola logica, ſermonem verum, & falſum contemplatur; ad ipſum ꝓprietates vocum, ſeu termioorum, C argumentationemq́;, ordinans. Diſcernit enim ſermonem verum a ſermone falſo, & cognoſcit conclnſiooem veram à falſa per argumentationem, circa quam præcipuè verſatur, & quam ſola docet. In cuius ſignum à nõnullis definitur, diligens differendi ratio, quod per metaphoram dicitur. Nam ſicut olitor differit in areas, ſui cuiuſque generis, res: ſic qui io oratione, quid propoſito diſſentaneum, aut cõſentaneum ſit, quum aperit, differere dicitur: atq; ideo potius videtur eſſe explicatio duntaxat vocis logicę, quàm rei definirio Itaq; quia ſola logica, argumentationem, qua verum à falſo, ab humaoo in- D tellectu dignoſcitur, conſiderat, eo ipſo iure definitur, ars rationalis, veri à falſo diſcretiua. Propterea in acquirẽdis cęteris artibus doctrinalibus, ac ſcientiis, ooſtro intellectui, eſt; perquã aptum inſtrumentum. Et hac de cauſa in litera è data definitione ſtatim infertur, & concluditur eius deſcriptio, ſcilicet: logica eſt ars artium, ſcientia ſcientiarũ, ad omniũ methodorum principia, viam habens, hoc eſt, congruum, & opportunũ inſtrumentum, ſine quo nulla ars doctrinalis, nullaque ſcientia perfectè acquiri poteſt. Habetq́; viam ad principia omniũ metho- A dorum, ideſt, omnium ſcientiarũ, quia præſtat modum cogooſcendi principia omoiũm ſcientiarum, quibus certè cognitis, vtiq; ſcientiam ex ſuis priocipiis pendentem, nobis per logicã notis, acquirimus. Via naoq; ad omnium principia ſcientiarũ, eſt ars, definitiua, diuiſiua, inductiua, argumentatiua, de quibus (vt ſuis locis liquidũ erit) pleniſsimè pertractat logica. Noo eſt autem difficile, ex ijs accipere logicę etymologiam, atq; eius interpretationem. Sanè interpretatur, ſcientia de ſermone, præſertim vero. Eſt enim logos græce, ſermo latinè, eticos vero ſcientia, quaſi de ſermone vero ſcientia. Quemadmodum & B dialectica dicitur à dia per, i. latinum, quod eſt de, & logos, ſermo, & ycos ſcientia, quaſi ſciẽtia de ſermone, ſupple vero: Aut à dyas per, y, græcum, quod eſt duo, & logos ſermo, & ycos ſcientia, quaſi ſcientia de ſermone, duorum, ſcilicet, opponentis, & reſpõdentis. verum hæc, ad librum topicorum attinet interpretatio, qui dialectica appellatur; quia de locis determinat dialecticis, quibus vtitur opponẽs in diſputatione. Sæpenumero aliud eſt id, à quo nomen imponitur, ſeu deriuatur, & id ad quod impoſitũ eſt. Locuples enim dicit̃, qui locis abũdat, hoc eſt, prædijs, & poſſeſsionibus, non tamen prędia, & poſſeſ- C ſiones, ſigoificat: ſic quoque logica, & dialectica, è logos deducta, & ycos, à logicis ad ſignificandũ ſciẽtiam de ſermone vero, impoſita eſt. Conſueuit autem bifariam diuidi, in docentem, & vtentem. Docens quidem eſt, quę voces, ſeu terminos, definit, & diuidit, artemq́; componendi veras enunciationes tradit, ſyllogizandi, argumẽtandive, formam docet: & hæc proculdubio, eſt vera ſcientia. Vtens, eſt, eamet docens, quam acquiſitam, cæteris applicamus ſcientijs acquirendis, tanquàm optimum intellectus inſtrumentum, quo omnes artes, & ſcientiæ, venantur: & perinde ſumpta, modus ſcientiæ, & non ſcientia, nũcupatur. Quocirca omnibus partibus logicę, D hęc diuiſio, non iocongruè aſsignari poteſt Quippè dialectica, Topica appellata, eſt, & docens, & vtens. Nempè docet modum, quo nã pacto per principia communia, ac probabilia procedi poſsit ad concluſiones, in ſingulis ſcientiis, oſtendendas: atq; idcirco opioionem, fidemq́; generat. Verum quia hoc demonſtratiuè agit, & complet, ideo ſcientia ipſo iure nominatur: vſus vero eius, quoniam nullam gignit ſcientiam, nec ſcieotia, nec modus ſciẽdi vocatur. Similiter ſophiſtica tradit per neceſſarias, & demonſtratiuas ratiooes, modum arguendi apparenter,

A quare

quare eſt ſcientia. At quia vſus eius, à proceſſu, deficit, verè argumentationis, nec eſt ſcientia, nec modus ſciendi. In parte autē logices, quę, demōſtratiua vocatur, vtpotè, quia demonſtrando docet demonſtrare, ſolum doctrina ibi tradita pertinet ad logicā: vſus vero eius ad primam philoſophiam, nec non ad alias particulares ſcientias, quę circa entia realia verſantur. Nā vſus demonſtratiuę artis conſiſtit in vtendo principiis rerum, de quibus fit demōſtratio, quod equidem ad ſcientias attinet reales. Quāmobrē quędam logicæ partes habent in ipſa ſcientia, & doctrinam, & vſum, ſicut topica, & ſophiſtica: quędam vero, doctrinam, ſed nō vſum, velut demonſtratiua; qua in re, vſus demonſtratiuæ artis dūtaxat eſt propriè modus ſcientię, cęteri vèro vſus, ſcilicet, dialecticæ, & ſophiſticæ, nequaquam. Vſus quoque artis definitiuæ, diuiſiuæ, inductiuę, & in ſummā, artis in libro priorum, traditę, ſimiliter eſt modus ſcientiæ, quatenus demonſtratio, artem præſupponit ſyllogiſticam, necnon ſcientiarum principia per artem acquiruntur definitiuam, diuiſiuam, ac inductiuam.

Modus ſciendi non eſt ſcientia, ſed logica eſt modus ſciendi, ergo logica non eſt ſcientia. Maior eſt manifeſta, quia modus ſciendi diſtinguitur ſecundo Methaphyſicę contra ipſam ſcientiam. Minor probatur. logica enim tradit communem modum procedendi in omnibus ſcientiis, igitur logica eſt modus ſciendi. — Obiectio prima.

Reſpondetur diſtinguendo minorem. Nempè logica ſumpta pro perfecta argumentationis cognitione, quæ appellatur logica docens, eſt ſcientia, & non modus ſciendi: ſed ſumpta pro argumentationis vſu, quo in omnibus vtimur ſcientiis (vt dilucidatum eſt) non eſt ſcientia, ſed modus (vt concludit argumentum) ſciendi.

Ars eſt de factibilibus à nobis, ſed logica non eſt de factibilibus à nobis, ergo logica non eſt ars. Maior probatur. Nam ars (vt placet Ariſtoteli) eſt recta ratio rerum à nobis factibilium. Minor patet, quoniam logica eſt de intelligibilibus tātum, igitur non eſt de factibilibus. — Secūda.

Reſpondetur diſtinguendo maiorem. Nam ars bifariam ſumi conſueuit; propriè, & communiter. Ars propriè ſumpta, eſt, de rebus à nobis factibilibus: non autem ars communiter, & latius ſumpta, & perinde in deſcriptione logicæ capitur.

Principia ſcientiarum ſunt per ſe nota, ergo logica non habet viam ad principia omnium ſcientiarum. Antecedens habetur primo poſteriorū. Conſequentia probatur. Illud enim, quod eſt per ſe notum, non cognoſcitur per aliud, ſed per Antecedēs. principia ſcientiarum ſunt per ſe nota, ergo non cognoſcuntur per aliud, & conſequenter nec per logicam. — Tertia.

Reſpondetur ad antecedēs. Quippe quod eſt per ſe notum, ſæpe eſt nobis ignotum, atque idcirco cognoſcitur per aliud nobis magis notum: & ſic ex parte noſtri ars definitiua, diuiſiua, inductiua. argumentatiua: de quibus pleniſsimè pertractat logica, ad cognitionem principiorum ſcientiarum valet.

Ens rationis, quod dicitur propriè de illis intentionibus, quas ratio in rebus conſideratis adinuenit, ſicut intentio generis, ſpecici, & ſimilium: Quæ quidem in rerum natura non inueniuntur, ſed rationis conſiderationem conſequuntur, in tota logica proculdubio eſt ſubiectum adæquatum. — Text. 2.

Quare tota logica, eſt, de relationibus rationis, tanquàm de ſubiecto formali.

Quoniam finis cuiuslibet ſcientię, eſt, ſui ſubiecti clara cognitio, ideo poſt logices definitionem præſens litera, ens rationis: quod ſecundas intentiones vocamus, eſſe eius adæquatum ſubiectum, non incongruè modò diſſerit, atque docet. Agè igitur, ens in ſua maxima vniuerſalitate, in ens per ſe, ac ens per accidens quinto Metaphyſices, diuiſum reperitur. Ens vero per accidens, tot modis dicitur, quot modis aliquid per accidens prædicatur, quod vtiq; trifariam contingit: aut quum accidens de accidente prędicatur, vt iuſtus eſt muſicus: aut quum accidens de ſubiecto prędicatur, vt homo eſt muſicus: aut quū ſubiectum de accidēte prędicatur, vt muſicus eſt homo. Verum quia ſexto Metaphyſicę relinquendum eſſe ab arte ens per accidens, efficaciſsimè probatur: relicto ideo ente per accidens, ens per ſe, profectò aggrediendum eſt. Siquidem hoc, loco nunc citato, in ens in anima, & extra animam, diuiſum, certiſsimè cōſpicimus. Ens autem extra animam, in decem rerum genera clarè quoque diducitur: de quibus infra ſermonem prolixiorem facturi ſumus. Ens vero in anima vocatur, eo quòd per animam eſt fabricatum, ac inuentum, atque rebus, vt habent eſſe in anima, attributum. Quadrifariam nanq; ens rationis nuncupatur: Aut ſecundum conſtructionem intranſitiuam, quo pacto ipſa ratio, ſeu intellectus, ens rationis appellatur: Aut ſubiectiuè, & ſic omnia, quę, in ea ipſa ratione, tanquàm in ſubiecto, exiſtunt, ſiue habitus ſint, vt ſcientia, ſiue actus, vt intelligere, entia rationis vocantur: Aut effectiuè, quia, ſcilicet, à ratione, ſiue mediatè, ſiue immediatè, eſt cauſatum, & ſic non ſolum ea, quę in ipſa ratione, tanquàm in ſubiecto, exiſtunt, ſed & omnia artificialia, vt ſcamnum, lectica, entia rationis veraciter dici poſſunt: & omnibus ijs modis, ens rationis, eſt, quoque ens reale, ſumptum, vt contra ens in anima diſtinguitur. Poſtremum dicitur ens rationis obiectiuè, vt lignū intellectum, dicimus eſſe in anima obiectiuè. Verū in eo duo conſiderare poſſumus. Alterū, quod eſt obiectiuè in intellectu, puta lignū, & hoc adhuc res eſt: Alterum, quod ligno conuenit, non ſecundū ſuum eſſe reale, ſed ſolummodo, vt obiectiuè in intellectu exiſtit; quod veraciſsimè eſt, eſſe abſtractum ab hoc, & illo ligno: & hoc quidem eſſe, ſtatim ens in anima conſequitur, & hoc modo ens in anima non eſt res, ſed intentio, cui nihil, niſi pro fundamento ſuæ veritatis remoto, extra animam correſpondet At ſubiectiuè nuſquam eſt. Si enim ſubiectiuè in aliquo eſſet, cum accidentis eſſe, ſit ineſſe, proculdubio eſſet accidens, atque ideo ens reale. Sed obiectiuè dūtaxat habet eſſe, vtpotè, quia eſſe rerum obiectiuum, quod habent res intellectæ per apprehenſionem animæ, abſque vllo dubio cōſequitur ſtatim. Nam res, quas, intellectus intelligit, duplex eſſe poſsident: Alterum in rerum natura in ſeipſis, vel in cauſis ſuis, & eas ſecundum hoc eſſe, ſuæ naturales conſequuntur proprietates. Nempe hominem, vt eſt in rerum natura;

conſequitur

conſequitur albedo, color, aliaq; ſimilia. Alterum eſſe, habent res cognitæ, obiectiuum, quatenus actui intellectus obiiciuntur, illum vtique terminando. lignum enim exiſtens in rerum natura intellectum, actum, quo, lignum, intellectus humanus appræhendit; vel quo, opere illius aliquid de eo prædicatur, abſq; vllo terminat ſcrupulo: & ſic vocatur eſſe obiectiuè in intellectu, hoc eſt, actũ terminare ipſius intellectus. Ad rem vero, vt ſic actum intellectus, terminantem, nonnulli conſequuntur reſpectus: ſicut dum intellectus, hanc format enunciationem, lignũ eſt corpus, neceſſe eſt, & lignum eſſe ſubiectum, & corpus, prædicatum: At ſubiectum, & prædicatum, inter ſe relatiuè dicuntur, ideoque relationes iis nominibus ſignificatæ; ligno, & corpori, quatenus actui intellectus obiiciuntur, ſolummodo conueniũt, & tali actu remoto, nec amplius illis competere poſſunt. Idem ſecundum analogiam dicẽdum eſt de relationibus iis nominibus, genus, ſpecies, antecedens, conſequens, definitio, definitum, & cæteris huiuſmodi, ſignificatis: circa quæ, tota logica verſatur, & docet. Nec eſt verum talia entia hac de cauſa eſſe duntaxat, dum intellectus, ea appręhẽdit. Nam dum humanus intellectus dicit; lignum eſt corpus, protinus ſubiecti relatio competit ligno, & corpori prędicati relatio; etiam ſi intellectus nullo modo illam relationem, aut lignum ſub ratione ſubiecti, aut corpus ſub ratione prędicati, actualiter conſideret. Sed dicimus entia rationis, ſolummodo eſſe, aut quum intellectus, ea appręhendit, vel ad minus obiectum, ad quod ipſa ſtatim conſequuntur, appræhendit, & eo modo, quo ad ipſum conſequuntur, etiam appręhẽdit. Sic quoque dicuntur habere ſolum eſſe cognitũ, vel certè obiectiuum, quia rem intellectam, ſeu obiectum intellectus, protinus conſequuntur; quatenus, intellectum eſt, ac ei, dum intelligitur, proculdubio conueniunt. Hinc dicuntur habere fundamentũ ſuæ veritatis remotum in ipſis rebus, vtpotè, quia neque eas cõſequuntur, neque eas denominant; niſi per appræhenſionem, habeant eſſe in anima. Quare hæ relationes, quas, entia rationis ſignificare diximus, hac de cauſa non ſunt reales, ſed relationes rationis appellãtur. Quemadmodum enim relatio realis in rerum ordine conſiſtit: ita quoq; relatio rationis in ordine, qui eſt per intellectum inuentus, ac rebus intellectis, vt intellectę ſunt, attributus, doctores conſiſtere docent. Nempe, relatio aliud non eſt, quàm ordo quidã, vbi igitur relatio eſt realis, oportet ibi eſſe ordinem rerum, ex earum natura cõſurgens. At vbi eſt ordo non ex earum natura, ſed duntaxat, vt ſunt per intellectum appræhenſæ, conſequens illas, relatio rationis, ordo iſte certè dicetur, & erit. Adde autem, nullam rẽ de altera ſine opere intellectus prædicari poſſe. prædicari enim, non eſt aliud, quàm per opus intellectus aliquid alteri attribuere. Item nec ex rerum naturis competit, illas eſſe antecedens, aut conſequẽs: nec ratio generis, aut ſpeciei, adeſt rebus, niſi quatenus intellectus, vniformem excogitauit ordinem naturæ ſpecificæ ad indiuidua, aut naturæ genericę ad ſpecies. At cum natura ſpecifica, extra intellectum non ſit præter indiuidua, nec natura generica præter ſpecies; hunc ordinem non eſſe in rebus, ſed in intellectu, qui eum adinuenit, ac rebus in-

A tellectis attribuit, neceſſarium abſque vllo dubio eſt. Quippè, vt exemplariter dicatur, humanus intellectus, in ſe, & hominis conceptum, & animalis conceptum habens, ſuper illos, ſe ſupra ſe reflectendo, alios format conceptus, quibus in ratione prædicabilis, necnon ſubiicibilis, animalis naturam ad humanam comparat naturam: quam quidem comparationem eſſe relationẽ, minimè dubitamus. Quo fit, vt intellectus, hanc, ſolus, inuenerit comparationem; ipſum quoque ſolum, has relationes rationis, quas ens rationis ſignificare conſtat, inueniſſe prædicamus. Quocirca ens rationis, quod eſt ſubiectum totius logicæ, propriè de illis dicitur intentionibus, quas ratio adinuenit in rebus conſideratis, ſicut eſt intentio generis, ſpeciei, & ſimilium: quę quidem in rerum natura non inueniuntur, ſed cõſiderationem

B rationis conſequuntur. Huiuſmodi autem intentiones intelligibiles, naturæ entibus æquiparantur: eò ꝙ omnia naturę entia ſub rationis conſideratione cadunt; ideoq; logicæ ſubiectum, ad omnia, de quibus ens naturæ prædicatur, ſe extendit. Hinc ait Ariſtoteles 4. Metaphyſ. logicę ſubiectum, æqualis eſſe ambitus ad Metaphyſicæ ſubiectum; quod eſt ens naturæ: non quia de omni ente rationis agat logica, quemadmodum Metaphyſica, omne ens reale ſpeculatur: cum de priuationibus, & negationibus, quę (vt 1. Poſteriorum probatur) per ſe ſub habitu ſcientifico cadere nequeunt, tanquàm de ſubiecto minimè pertractet. Sed logicę ſubiectum, Metaphyſicæ ſubiecto ęquiparatur: quia nullũ eſt ens naturæ, cui non poſsit intentiones logicas, ad minus ſubiecti, aut

C prędicati veraciter attribuere, ac illud ſecundum eas denominare. Talia quoq; entia, quę, ſecundas intentiones dicimus, relationes rationis ſignificare compertum eſt: Et omnia relatiua, aut ſecundum eſſe, aut ſecundum dici, diſtingui conſueuerunt; nõ ab re has relationes rationis, inter relatiua ſecundum eſſe, collocari non formidamus. Sanè ea vocantur relatiua ſecundum eſſe, quæ, ad ſignificãdum primò relationem, ſiue realem, ſiue rationis, impoſita ſunt, vt dominus, duplum, genus, ſpecies, ſubiectum, prędicatum; & cætera id genus. Relatiua vero ſecundum dici, ea vocantur, quę, primò quidem rem ſignificant abſolutam, & conſequenter reſpectum, ſiue realem, ſiue rationis; vt ſcientia formaliter importat id, quo ſcimus; quod quidem qualitas eſt, verũ id importat, adiuncta relatione ad ſcibile. At iam has relationes

D rationis, ſecundum quòd logicam ingrediuntur conſiderationem, ſubiectiuè nuſquam eſſe fore probauimus: ac per hoc, nullum abſolutum, ſiue determinatam naturam, poſſe primò ſignificare, ſufficienter ſatis ſupponimus probatum. Quippè, quatenus ſunt in anima exiſtentia (Autore Auic. 3. ſuæ Metaphyſicę) ſunt intellectus accidentia, non ad logicam, ſed ad librum de anima, ſpectantia. Iis poſitis, concluſio in litera allata ſic planiſsimè probatur. Adęquatum ſcientiæ ſubiectum, eſt, quod, nec eam excellit, nec ab ea excellitur, atque ſub cuius ratione omnia, quę ſub tali cadunt ſcientia, profectò conſiderantur. Sanè ſubiectum, hoc in loco, ſonat materiã, circa quã verſatur ſcientia, & quam docet, conſiderat, & ſpe-

culatur: ſicut dicimus corpus humanum ſanabile, eò quòd circa ipſum, tota medici intentio verſatur, eſſe ſubiectum medicinæ artis. Adæquatum quoq; dicitur ſubiectum, quia, aut in principale, aut in adæquatum, ſubiectum in quauis ſcientia diſtingui ſolet. Adæquatum profectò vocatur; quoniam ſcientiam nō excedit, nec ab illa exceditur; quod proculdubiò euenit, quum omne in ſcientia cōſideratum ſub ratione formali ſubiecti eiuſdem ſciētię cadit, & quicquid ipſius ſubiecti rationem ſotmalē participat, in illa conſideratur ſcientia, vt corpus humanū ſanabile, ideo eſt adæquatū medicinæ artis ſubiectū: quoniam quicquid cōſiderat Medicus, ad ſanitatem ordinat, nec aliquid, rationem ſotmalem ſanitatis quo quo modo participat, quod ad ipſius medici conſiderationem quomodolibet nō ſpectet. Ar certe ens rationis, per intellectum adinuentum, quod ſecundas intentiones dicimus, ac rebus, vt in intellectu exiſtunt, attributum, neq; totam excellit logicam, neq; ab ea excellitur; quinimmo quicquid logicā ingreditur ſcientiam, ſub eius ratione formali contemplatur. Sanè nihil cōſiderat logicus, niſi ſub ratione vniuerſalis, aut particularis; prædicabilis aut prædicamenti; generis, aut ſpeciei; enunciationis, aut propoſitionis; definitionis, aut definiti; prędicati, aut ſubiecti; antecedentis, aut cōſequentis, vel ſuppoſitionis, aut ſyllogiſmi, argumentationisve, & ſimilium, quę, reſpectum rebus attributū, vt in intellectu exiſtunt, ſignificare conſtant. Quo fit, vt ens rationis, quod propriè dicitur de illis intentionibus, quas ratio adinuenit in rebus conſideratis; ſicut eſt intentio generis, ſpeciei, & ſimilium: quæ quidem in rerum natura non inueniuntur, ſed cōſiderationem rationis cōſequūtur, abſq; vllo ſcrupulo in tota logica, ſit, adęquatum ſubiectum: atq; iccirco tota logica eſt de relationibus rationis tanquā de formali ſubiecto, quēadmodum medicina eſt de ſanitate, veluti de formali ſubiecto. Nam tota logica, eſt, de ente rationis, per intellectum, inuento, ac rebus, vt ſunt in intellectu, attributo: omne vero tale ens, non aliud certè eſt, quàm relatio rationis, igitur tota logica eſt de relationibus rationis, tanquam de formali ſubiecto. In cuius ſignum, negationes, priuationes, quæ, quanuis entia ſint rationis, ſub logicæ tamen ſubiecto per ſe compræhēdi nequaquam poſſunt: vtpotè, quia nullam relationem rationis, ſignificant, & conſequenter rationem eiuſdem ſubiecti formalem minimè participant.

Obiectio.1. Subiectum logicæ, & ſubiectum Metaphyſicæ, ſunt æqualis ambitus; ſed ſubiectum Metaphyſicæ, ſe extendit ad omne ens reale: ergo ſubiectum logicæ extenditur ad omne ens rationis, & idcirco ad priuationes, & negationes. Aſſumptum habetur ex quarto Metaphyſicæ. Conſequentia eſt nota. Vltima ſequela probatur, quoniam priuationes, & negationes ſunt entia rationis.

Reſpondetur negando conſequentiam, quia ſubiectum logicę, dicitur ęqualis ambitus cum ſubiecto Metaphyſicæ, non eò quòd logica tractet de omni ente rationis, ſicut Metaphyſica de omni ente teali: ſed quia nullū eſt ens, cui intellectus, intētiones logicas, ſaltē ſubiecti, & prædicati attribuere nō poſſit.

Secūda. Secundæ intentiones non ſunt entia rationis, ſed E logica eſt de ſecundis intentionibus adiunctis primis, ergo logica nō eſt de ente rationis. Maior probatur. Secundę intentiones ſunt entia realia in intellectu exiſtentia. Minor eſt Auicenæ.

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius probationem dicitur, quod logica eſt de ſecūdis intentionibus adiūctis primis; quia docet, quomodo ea, quæ includunt ſecundas intentiones, attribuuntur illis, quæ important primas, ſcilicet, quomodo homo eſt ſpecies, & animal eſt genus, & ſic de alijs, prout in tomo prędicamentorum diffuse dilucidabitur. Verum quia de ijs intentionibus, vt ſunt quædam res, non conſiderat logicus, cum ſic pertineant ad tertiū librum de anima: ſed à logico conſiderantur, quantū ad iſtos reſpectus, quos ratio adinuenit, ideoq; dicitē logicæ ſubiectum, eſſe ens rationis.

Tertia. F Vniuerſale non ſignificat relationē rationis, ſed cōſiderat logica de vniuerſali, ergo logica nō eſt tātū de relationibus rationis. Maior probatur. Priuatio non eſt relatio rationis, ſed vniuerſale importat priuationem; ergo vniuerſale non ſignificat relationem rationis. Minor eſt per ſe nota. Maior huius, p ſyllogiſmi eſt manifeſta. Minor probatur. De ratione vnius, eſt indiuiſio, ſed vniuerſale eſt vnum in multis, ergo vniuerſale importat indiuiſionem: At indiuiſio, priuatio eſt, ergo vniuerſale importat priuationem.

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ vnitas, quam dicit vniuerſale, vt conſideratur à logico, eſt vniformitas, quam, ad ſua inferiora, habet: vt animal propter vniformitatem, G quam ei tribuit intellectus reſpectu ſuorū inferiorum, eſt vniuerſale, vniformitas autem eſt relatio, ergo vniuerſale ſignificat relationem: quæ tamen non attribuitur ijs, de quibus dicitur, niſi vt ſub ratione ſtant priuationis.

Text. 3. *Argumentatio, ſyllogiſmuſue, principale: ſed demonſtratio; ſuper principale ſubiectum in tota logica dicetur, & erit.*

Dilucidatio. Principale ſcientiæ ſubiectum, eſt, quod perfectione, nobilitate, omnia, quæ in ea ipſa ſcientia ſpeculantur, profectò excellit, vt in philoſophia naturali, cælum eſt nobiliſſimum, primumq; entium naturaliū, & in Metaphyſica, Deus ſuper benedictus, & intelligentiæ, principale ſubiectum dicuntur. Inter omnia autem entia rationis, principaliter conſiderat logicus, de argumentatione, ad eamq;, cętera, quę in logica traduntur, conuenientiſſimè ordi- H nar, ſed inter argumentationis ſpecies, perfectior, eſt ſyllogiſmus, & potiſsima eſt demonſtratio, perquàm opportunum inſtrumentum, quo humanus intellectus ſcientiam acquirit: ideoq; tam argumentatio, quàm ſyllogiſmus, in tota logica, principale, ſed demonſtratio, ſuper principale, veraciſſimè ſubiectum dicuntur. Verum enimuero, in tota logica, non ab re dictum eſt, quoniam profectò tripartita vſq; adeo inuenitur. Quippe logica, cum nil aliud, quàm ars actuum rationis directiua comperta ſit, ad ipſum rationis opus, tanquàm proprium finem, per optimè ordinatur: ita ut logici negocii intentio primaria ſit, reddere operationes rationis rectas, faciliter, & promptè, quemadmodum finis cuiuſq; artis,

eſt, rectitudinē in ſuis operationibus, faciliter, atq; promptè, ponere. Operationes autem rationis (autore Ariſtotele 3. de anima) cum ſint duæ, ſimplex appræhenſio, & compoſitio, & diuiſio, quibus additur tertia, ſcilicet, diſcurſus: tres quoq; eſſe partes logicæ, neceſſe eſt, vt vnaquęq; operatio rectè exerceri valeat. Ad dirigendum autem primam operationem, quæ indiuiſibilium intelligentia appellatur; prædicabilium, ac prędicamentorum liber inuētus aſſeritur, ſufficienter tamē id per ipſum fieri, nequaquàm affirmatur: Quoniam & ars definitiua, quæ adhuc ab antiquis, vel tradita non eſt, vel ad nos nō peruenit, certiſſimè requiritur. Ad regulandum vero compoſitionem, & diuiſionē, ars in libro periermenias tradita, inuenta eſt. Inde quoq; ad dirigendū rationis diſcurſum, inuenta eſt ars tradita in libro priorum, & conſequentibus, vſq; ad librū elenchorum totius logicę finem. Modus autem, quo humanus intellectus in ijs operibus regulatur, proprijs locis ſigillatim, ne potius confundantur, quàm illuſtrentur ingenia, proculdubio expetendus eſt. Propterea hęc pauca, quę à tyrunculis magis ſint credita, quàm intellecta, vtpotè, tanquàm ianua ad logicalia, volumus eſſe ſatis.

Finis primi Tomi pręambularis;

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM SECVNDVS TOMVS in Prædicabilia ad Iſagoges Porphyrij.

Text. 1.

S ONVS, *eſt, quicquid propriè, & per ſe, auditu percipitur.*

Vox, eſt, ſonus, qui ab ore animalis proficiſcitur, certis quibuſdam naturæ inſtrumentis formatus.

Dilucidatio.

Quoniam logicam, artem rationalem, ſeu diſputatiuam, eſſe prælibauimus, nec diſputationem ſine ſermone, nec ſermonem ſine voce, nec vocem ſine ſono fieri eſt poſſibile: ideo à ſono, tanquam à priori, & communiori, non ab re eo ipſo iure abſq; vllo dubio eſt inchoandum. Omnis nanq; doctrina (autore in prohœmio Phyſicorum Ariſtotele) à communiori, viam parat. Verum quia vox, ac ſonus, quoddam naturale eſt, ad ſecundum de anima, vel vltimum de generatione animalium attinens, atq; ad cōſtitutionem logicalium (quemadmodū res naturales ad cōpoſitionem artificialium ingrediuntur) hinc in eorum definitionibus, tanquàm genus, vox aſſumitur: iccirco tam de uoce, quàm de ſono, breuibus me expediā. Vox igitur eſt (vt à nonnullis definitur Philoſophis) ex ictu aeris elicita qualitas. In litera autē magis conuenienter, accommodatèq; ad hunc locum, hoc pacto definitur. Vox, eſt, ſonus, qui ab ore animalis proficiſcitur, certis quibuſdam naturæ inſtrumentis formatus. Sonus item, in ea ipſa litera ritè definitur, quicquid propriè, & per ſe, auditu percipitur. Itaq;, vox ſonus eſt, non quilibet, ſed qui (vt dictū eſt) ab ore animalis proficiſcitur, formaturq; interim certis quibuſdam naturę inſtrumentis: quæ quidem, ſunt, guttur, lingua, palatū, primores quatuor dentes, & labia duo, quibus à quibuſdam additur & pulmo. Nam per guttur, vocalis arteria intelligitur, quæ, & ſpiritalis fiſtula, appellatur. Ex quo iā liquido patet, quòd neq; manuum ad ſe inuicem comploſus, neq; pedum ſtrepitus, aut fragor arborum, & in nubibus tonitruus, voces vllo modo dici poſſunt. Quin & ob eandem fortasſis cauſam, neq; tuſsis, neq; excreatio, & ſi quid huiuſmodi eſt, voces propriè dici queunt, licet de animalis ore prodeant:

Obiectio. 1.

Omnis definitio eſt falſa, in qua prædicatur vniuerſale vniuerſaliter ſumptum, ſed ſoni definitio eſt huiuſmodi; ergo eſt falſa. Maior patet, quia hæc eſt falſa, omnis homo eſt omne animal. Minor probatur. Nam, quicquid, ſignum eſt diſtributiuum, à parte prædicati poſitum, igitur in definitione ſoni, prędicatur vniuerſale vniuerſaliter ſumptum.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quod licet, quicquid, ſignū ſit diſtributiuum, tamen non tenetur diſtributiuè, ſed infinitè. et ſenſus eſt, ſonus, eſt, quicquid percipitur, hoc eſt, id, quod eſt perceptibile, & perinde vniuerſale non tenetur vniuerſaliter, ſed indefinitè ſumptum prædicatur.

Secūda.

Tubæ ſonus, inſtrumētorumq; muſicalium, quędam vox eſt, quæ ab ore animalis non fit; ergo vox non ſemper eſt ſonus, qui ab ore animalis proficiſcitur. Prima pars antecedentis probatur. Sonus enim tubę, & inſtrumentorum muſicalium, habet continuationem, melodiam, & articulationem, quæ ſunt proprię paſſiones vocis, ergo eſt vox. Secunda eſt ad ſenſum clara. Conſequentia quoq; eſt manifeſta.

Reſpondetur negando primam partem antecedentis, ad cuius probationem dicitur, quòd etſi voces tubę, cęterorumq; inſtrumētorum muſicalium, per ſimilitudinem prædictas vocis paſſiones participent, & idcirco voces dicantur tranſumptiuè, nō tamen propriè voces ſunt.

Tertia.

Homines edentati, & quædam aues, labiis, & dentibus carentes, faciunt vocem; ergo vox non ſemper eſt ſonus, formatus certis quibuſdam naturæ inſtrumentis, videlicet, dentibus, labijs, & huiuſmodi. Antecedens, ad ſenſum eſt manifeſtum. ſimiliter conſequentia eſt euidens.

Reſpondetur ad antecedens, nam licet homines edentati, & aues, quodammodo voces indiſtinctè, & imperfectè forment, tamen ob defectum illorum inſtrumētorum, dictas voces, non benè diſtinguūt: & ſic voces formant imperfectas, ſed de voce perfecta intelligitur definitio.

Text. 2.

Vocum, alia ſignificatiua, alia non ſignificatiua.

Diuiſio prima.

Vox ſignificatiua, eſt, quę, per auditum aliquid intellectui repræſentat.

Vox non ſignificatiua, eſt, quę, nihil omnino, ſignificat.

Diuiſio ſecūda.

Vocum ſignificatiuarum, alia eſt ſignificatiua naturaliter,

turaliter, alia ſecundum placitum.

Vox naturaliter ſignificatiua, eſt, illa, quæ apud omnes repræſentat idem.

Vox ſignificatiua ſecundum placitum, eſt, illa, quę, ſecundum voluntatem primi inſtituentis, aliquid repręſentat.

Vocum autem, alia quidem eſt ſignificatiua; alia vero non ſignificatiua. Porrò; ſignificatiua vox, ea dicitur, quæ, per auditum aliquid intellectui repręſentat. Non ſignificatiua autem, quæ, nihil omnino ſignificat: vt quæ, neque naturaliter, neque ſecundũ placitum, apud intellectum quicquam conſtituit; ſicut literæ propemodum, & ſyllabæ. Itaq; bifariam vox ſignificare dicitur, tum naturaliter, tum ſecundum placitum. Naturaliter quidem, vox ſignificare dicitur, quę, naturalem duntaxat affectũ animi monſtrat. ſicut eſt dolor, aut gaudium, cuiuſmodi ſanè voces ſunt gemitus ægrotantium, & lugentium eiulatus, inſolentum item cachinnus, & riſus indecens; tũ bonorum, cuiusq;, animalium, vox propria. Secundum placitum autem, quæcunq;, ex impoſitione rẽ aliquam, deſignat: ſicut ſua vniuſcuiuſque gentis lingua, ſeu loquela: qua quis vtitur, quoties alteri indicare volet, quicquid animo conceperit. Hæc rurſus diuiditur. Alia nanq;, tempus ſecum ad ſignificationem trahit, vt ambulo: alia pręter tempus ſignificat, vt homo. Cæterum hęc, nomen, illa vero, verbum apud dialecticos appellatur: ex quarum cõplexione, vox conſtituitur, quę, oratio vocatur: vox proinde complexa, vt tam nomen, quàm verbum, vox incomplexa dicatur. Verũ, ne inutiliter, ſub alijs verbis eorundem fiat repetitio, hęc, tyrunculi, ſecũdum analogiam prolixiore ſermone in terminorum tomo (ſi placet) videant: interimq; intentum, ijs obiectionibus prius ſolutis aggrediamur.

Obiectio. 1. Sicut ſe habent conceptus ad res, ita voces ad cõceptus, ſed conceptus naturaliter ſignificant res, ergo voces naturaliter ſignificant conceptus, & conſequenter nulla vox ſignificat ſecundum placitum. Maior eſt manifeſta. Sicut enim voces ſignificant cõceptus, ſic & conceptus res. Minor probatur. Nam conceptus eſt ſimilitudo naturalis ipſius rei.

Reſpondetur ad maiorem, quod oīs ſimilitudo eſt diſſimilitudo, aliter eſſet identitas. Similitudo autem tenet in hoc, ꝙ voces ſignificant conceptus, & conceptus res: eſt tamen diſſimilitudo, quoniam conceptus eſt eſſentialis ſimilitudo à re ipſa naturaliter cauſata, ideoq; eam ſignificat naturaliter. Vox vero ſignificatiua, à conceptu naturaliter non cauſatur, ſed ſecundum voluntatem primi inſtituentis, eſt ſignificatiua, idcirco non ſignificat naturaliter, ſed ſecundum placitum.

Secũda. Omne ſignum habet ſimilitudinem ſui ſignificati, ſed vox ſignificatiua eſt ſignum rei ſignificatæ; ergo omnis vox ſignificatiua habet ſimilitudinem rei ſignificatæ, & idcirco eam ſignificat naturaliter. Maior probatur. Nam ſignum, ideo ſuum repræſentat ſignificatum, quoniam cum eo ſimilitudinem habet. Minor vero ex 1. Periermenias eſt euidens. Vltima autem ſequela probatur. Talis enim ſimilitudo eſt cauſa, ꝙ eam naturaliter repræſentet.

Reſpondetur negando maiorẽ, & ad eius probationem dicitur, ꝙ ſignum à natura cauſatum, ſemper E habet ſimilitudinem ſui ſignificati: non autem ſignũ per voluntatem inſtitutum, vt liquet de circulo ante tabernam, qui, vini nullam habet ſimilitudinem, ſed ex humana impoſitione vinum repręſentat venale.

Tertia. Si vox eſt ſignificatiua ſecundum placitum, ſequitur ꝙ ſua ſignificatio, in infinitum ſit variabilis; ſed hoc eſt inconueniens; ergo inconueniens eſt, ꝙ aliqua vox ſit ſignificatiua ſecundum placitũ. Aſſumptum probatur. Quod enim fit ſecũdum placitum, eſt variabile in infinitum, ſed vox eſt ſignificatiua ſecũdum placitum; ergo eius ſignificatio, in infinitum, eſt variabilis. Inconueniens eſt euidẽs. Nam ſi vocis ſignificatio, eſt, in infinitum, variabilis, nulla, de vocis ſignificatione, eſt, certa cognitio. Vltimũ aſſumptum probatur. Quippè hominis voluntas in infiF nitum, eſt variabilis.

Reſpondetur negando primum aſſumptũ, ad cuius probationem dicitur, ꝙ illud, quod fit ſecundum placitum cuiuslibet indifferẽter ſine aliqua ratione; in infinitum, eſt, variabile: Non autem, ꝙ fit determinatè iuxta placitum vnius, qui ex aliqua ratione mouetur.

Prædicabile, propriè, communiterue, ſumi conſueuit. Text. 3.

Prædicabile communiter, eſt, uox, nata de aliquo quoquo modo prædicari.

Prædicabile propriè, eſt, uox, uniuoca, incomplexa, apta de pluribus prædicari.

Dilucidatio. Quemadmodum qui legendi, & lecta rectè intelligendi callem quærunt. primum quidem elementa, ac literas diſcunt: inde ad ſyllabas tranſcendunt; à ſylG labis autem ad dictiones perueniunt, & denique ad orationem ipſam: ita qui totius philoſophię inſtrumentum, hoc eſt, diſſerendi artem, quam logicam appellant, expetunt, in prędicamentis dignoſcendis in primis erudiri debent; inde ad interpretationẽ progredi: ab interpretatione demum ad ſyllogiſmorum ferri figuras. Decem nanq; prædicamenta, tanquàm elementa ſunt quædam, quippè, quę ſimplices ſunt voces, & diſiunctæ, & ꝑ ſe ſe duntaxat inſpectę. Verbi gratia, ſubſtantia, quantitas, ad aliquid, qualitas, vbi, quando, facere, pati, ſitus, habere: & quę ſub ipſis ſunt; vt ſpecies ſub ipſis generibus, & quę ex ipſis diuiſa; vt quę ſpecificæ differentię appellantur. Verum enimuero cum prædicamentorum ratio haud ita facilè à quouis percipiatur citra cognitionẽ prædicabilium, quam certè, & ipſe Porphyrius prędicaH bilium autor ad Chryſaorium ſcribens, etiamnũ neceſſariam, opportunamq; eſſe iudicat, non ſolum ad eam, quæ eſt apud Ariſtotelem, prædicamentorum doctrinam intelligendam, verum & ad alia quędam, nempè ad diuiſionem, ad definitionem, & ad demõſtrationem: quę tria potiſſima ſunt, ad comparãdas diſciplinas, inſtrumenta, vtpotè cuius gratia hãc artem inuentam eſſe conſtat: de ipſis prędicabilibus prius quàm breuiſſimè dicendum eſt, ſimulq; ab ijs initium huius artis tentandum. Agè igitur, ars prędicabilium introducit ad librum Porphyrij, cui Iſagoges, titulus eſt; quem (vt diximus) parauit introductorium in prędicamenta Ariſtotelis. At quoniam oẽ multiplex (vt placet Ariſtoteli 5. Met.) prius eſt diſtinguendum,

diſtinguendum, quàm definiendum: iccirco prędicabile interdum propriè, interdum communiter, ſumitur. Prædicabile quidem communiter ſumptum, eſt, vox apta nata quouis modo de aliquo prędicari. Siue enim de vno, vt Socrates, ſiue de pluribus, velut homo vniuocè, vt homo ipſe, aut ęquiuocè, vt canis, & analogicè, ſicut ſanum, nata ſit prędicari; non incongruè prędicabile nuncupatur. Sed prędicabile propriè ſumptum, vox eſt vniuoca, incomplexa, apta nata de pluribus prædicari: in cuius definitione, vox tanquàm genus collocatur. Vniuoca, vt ab ęquiuocis, & analogis, diſcrimen habeat: incomplexa vero, per quod ab oratione ſecernitur: de pluribus apta nata prædicari, ad differētiam vocis diſcretę poſtremum adiectum eſt.

Obiectio. 1. Omnis bona diuiſio per membra datur oppoſita, ſed iſta non eſt talis; ergo non eſt bona diuiſio. Maior eſt per ſe nota. Minor probaẽ. Prædicabile enim propriè ſumptum continetur ſub prædicabili communiter ſumpto, ergo diuiſio aſſignatur per mēbra, quę non opponuntur, ſed coincidunt.

Reſpondetur negando minorem. Nam quantum ad rationem communis, & proprij, ſunt mēbra huius diuiſionis, & ita habent oppoſitionem ad inuicē, vt patet in litera, licet (vt inquit probatio eiuſdē minoris) quantum ad id, ꝙ ſunt, vnum ſit ſub alio.

Secūda. Ens non eſt vox vniuoca, ſed ens eſt prędicabile propriè; ergo prædicabile propriè non eſt vox vniuoca. Maior eſt manifeſta, quia ens eſt vox analoga. Minor probatur. Quod prędicaẽ de multis in quid, eſt prædicabile propriè, ſed ens prædicatur de multis in quid; ergo ens eſt prędicabile propriè.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem negatur minor quo ad ſecundam partē. Ens nanq; prædicatur quidem de multis, ſed nō in quid; ideo eſt prædicabile communiter, & non propriè.

Tertia. Quæcunq; ſunt eadem realiter, habent eandem definitionem, ſed prędicabile, & prędicamentū ſunt idem realiter; ergo habent eandem definitionē, atq; idcirco prædicabile eſt ſeries prędicabilium, quemadmodum & prędicamētum. Maior probatur. Definitio enim explicat eſſe, & eſſentiam definiti. Minor eſt manifeſta diſcurrendo per omnia prædicamenta, quæ ſunt & prędicabilia.

Reſpondetur ad maiorem cum ſua probatione ꝙ quæcunq; ſunt eadem, eo modo, quo ſunt eadem, habent eandem definitionem, & ſi aliquo modo differant, puta formaliter, diuerſam definitionem habere debent. At quoniam prædicabile dicitur, eò ꝙ de D pluribus prædicari poteſt, & prędicamentum, quia metitur, & colligit omnia prædicabilia eiuſdē coordinationis prædicamentalis, ideoq; prædicabile, & prędicamentum, diuerſam habent definitionem.

Text. 4. *Prædicatio, eſt, alicuius prædicati de aliquo ſubiecto affirmatiua uera enunciatio.*

Dilucidatio. Prædicatio hic non capitur, ita latius, vt à prędicato dicatur, ſiue vt eſt prædicati de ſubiecto enunciatio: ſed denominans eſt à prędicabili propriè ſumpto, & eſt alicuius prædicati de aliquo ſubiecto, affirmatiua vera enunciatio. Quare hic non eſt prędicatio; homo eſt equus, leo non eſt lapis: prima enim vera non eſt; ſecunda non eſt affirmatiua.

Text. 5. *Prædicationis tria, ſunt, quæſitiua, quæ, qualis, & cuius.*

A *Quæ, an prædicatio ſit, eſſentialis, an accidentalis, quærit.*

Eſſentialis, eſt, prædicatio, cuius extrema, eiuſdem ſunt prædicamenti, directa.

Accidentalis, eſt, cuius extrema, diuerſorum exiſtunt prædicamentorum.

Hæc autem, in per ſe, & per accidens, diducitur.

Accidentalis per ſe, eſt, quum proprium de ſuo prædicatur ſubiecto.

Per accidens uero, eſt, prædicatio, in qua accidens de ſubiecto prædicatur.

Dilucidatio. Quoniam conſtat per definitionem modò aſſignatam, propoſitionem, ſeu enunciationem, eſſe prædicationem, protinus interrogandum eſt: quę prędicatio eſt; qualis prædicatio, & cuius prędicabilis eſt prędicatio. Quocirca ad quęſtionem factam per quæ, reſpondendum eſt, quòd eſſentia- B lis, vel accidentalis, eſt prædicatio. Quippè eſſentialis (vt ſumitur hic, hoc eſt, identica) ea eſt, in qua, & ſubiectum, & prędicatum, in eodem ſunt prædicamento, directa, vt leo eſt animal. Sanè, & leo, & animal, quod eſt ſuperius ad leonem, in prædicamento ſubſtantię exiſtunt. Sed homo eſt riſibilis; accidentalis eſt prædicatio: quoniam eſt homo in prædicamēto ſubſtantiæ, at riſibile qualitas eſt, in cuius prędicamento collocatur. Verum quia ab homine emanare, naſciq;, velut eius propria paſſio, conſpicitur, de eo per ſe prędicatur, & non per accidens: quemadmodum album, quod eſt accidens commune, de eodem proculdubio prædicari poteſt; vt homo eſt albus; quę prędicatio ſtatim per accidens apparet.

Text. 6. *Qualis autem quærit, propria, an impropria, ſeu dire-* C *cta, an indirecta, ſit prædicatio.*

Directa, eſt, prædicatio, in qua prædicatum ſe habet, ut forma ſubiecti.

Indirecta, eſt, prædicatio, in qua ſubiectum magis ſe habet, ut forma prædicati, quàm è diuerſo.

Dilucidatio. Ad quęſtionē factam per qualis, reſpōdere oportet, ꝙ propria, vel impropria, ſiue directa, vel indirecta, eſt prædicatio. Prędicatio directa, eſt, quando prædicatum ſe habet; vt forma ſubiecti: quoniā prędicata tenentur formaliter, ſubiecta vero materialiter; vt ignis eſt ſubſtantia. Prædicatio autem indirecta, eſt, quando ſubiectum, potius ſe habet, vt forma prædicati, quàm è contrario. Tunc enim rectus ordo prædicationis, ritè ſeruatur, eò quòd prædicatū, dignius, nobiliusq; eſt ſubiecto, ſed ſi diceretur, albū eſt homo, eſt, prædicatio indirecta, in qua debitus D prædicationis ordo non ſeruatur. Nec refert, quòd oportet, aut æqua de ęquis prędicari, vt hinnibile de equo: aut maiora de minoribus; vt animal de homine, quoniam non de quacunq; prædicatione, ſed de prædicatione per ſe, & nō per accidens, intelligitur propoſitio iſta. Minora nanq; directè prædicantur de maioribus, ſed per accidens; vt naſus eſt ſimus; numerus eſt par, & id genus aliæ. Subiectum enim in huiuſmodi enunciationibus, minoris eſt ambitus, quàm prædicatum: attamen ſunt prædicationes directæ, eo ꝙ prædicatum, forma eſt ſubiecti, vtpotè quædam eius accidentalis forma. Quippè licet non accidat naſo, ꝙ ſit ſimus, vel aquilinus, aut ſimile, ac numero, ꝙ ſit par, vel impar: tamen accidit naſo, ꝙ

ſit ſi-

ſit ſimus,& numero,ꝙ ſit par, ideoq́; illę, quanuis di
rectæ,per accidens tamen prędicationes ſunt.

Text.7. *Cuius, interrogat, an generis, ſpeciei, differentiæ, pro-
prij; an accidentis, ſit prædicatio.*

Ad quæſtionem factam per cuius, rectè reſpon-
dendum eſt; quòd eſt generis,ſpeciei,differẽtiæ, pro
prij,vel accidentis, vel nullius eſt prædicabilis.Nẽ-
pe prædicatio alicuius prædicabilis eſt, in qua prę-
dicatur aliquod prædicabile de ſuo ſubijcibili: no-
menq́; ſortitur à nomine prædicabilis, in ea ſanè à
parte prædicati poſiti. Puta ſi prædicatur genus de
ſuis inferioribus,eſt prædicatio generis;vt homo eſt
animal:prædicario ſpeciei, quando ſpecies de ſuis in
ferioribus; vt Tullius eſt homo:prædicatio differen
tiæ,quando differentia, de ſuo ſubijcibili dicitur; vt
hō eſt rationalis: prædicatio proprij, quando pro-
prium,de ſuo ſubiecto;vt homo eſt viſibilis ſed acci-
dentis prædicatio, quando accidens, de ſuo prædi-
catur ſubiecto; vr homo ſedet. Iis poſitis ſtatim ſe-
quitur,quòd omnis prædicatio alicuius prædicabi-
lis,ſcilicet,generis,ſpeciei,differentia,proprij, & ac
cidentis,eſt propria, atq; directa. Quæ ex defini-
tione prædicationis proprię,manifeſta relinquitur:
ex qua, & regulæ cõuerſa,ſcilicet,quòd omnis prę-
dicatio propria,arq; directa,eſt,alicuius prædicabi-
lis, clara quoq; patet. Quamobrem in hoc tomo in
primis quærendum occurrebat,an propoſitio ſanè
propoſita ſit prædicatio: deinde an eſſentialis, aut
accidentalis:ſi accidentalis; an propria, vel impro-
pria: ſi impropria, nil vltra percunctandũ eſt, quia
à doctoribus in diſciplinis reiecta eſt:ſi propria, ſed
eſſenrialis,demum reſtat inquirendum, an propria
in quid,an in quale:ſi prędicatio in quid,vtrum ge-
neris,vel ſpeciei:ſi generis,an generaliſſimi, an gene
ris ſubalterni: ſi ſpeciei; an ſpeciei ſpecialiſſimæ; an
ſubalternę:ſi in quale,ſed differentię, an differentię,
ſpeciei ſubalternæ;an ſpeciei ſpecialiſſimæ; an diffe-
rentiæ conſtitutiuæ, an diuiſiuæ: ſi iterum propria,
ſed accidentalis;an proprij,an accidentis:ſi proprijs
an proprij in quarta ſignificatione; an ſecundum
aliamve ſignificationẽ:ſi accidentis, an prædicatio
ſit accidentis ſeparabilis,an inſeparabilis.

Text.8. *Genus dicitur,cui ſupponitur ſpecies.*

Deucidatio. Genus,apud logicum,ſignificat id, cui ſupponi-
tur ſpecies,in recta, ſcilicet, linea prædicamentali,
tanquàm inferius ſuo ſuperiori; vt animali ſupponi
tur homo.Id autem,cui ſupponitur ſpecies, princi-
pium quoddam eſt ſuarum ſpecierum:quemadmo-
dum genus ciuile, principium eſt vniuſcuiusq́; ge-
nerationis.Similiter id,cui ſupponitur ſpecies, mul
titudinem,continet ſub ſe,ſpecierum, quæ ſibi inui-
cem cognatę ſunt,ab vnoq; oriuntur principio, ſi-
cut genus ciuile, multitudinem deſcendentium ab
vno ſignificat.

Text.9. *Genus, eſt, prædicabile in quid, de pluribus differenti-
bus ſpecie.*

*Specie differentia,ſunt ſpecies non ſynonymæ, ad quas di-
uerſarum ſpecierum indiuidua reducuntur.*

*Id in quid prædicatur, quod conuenienter reſpondetur ad
quæſitiuum quid.*

Prædicari in quid, eſt, vocem conuenienter re-
ſponderi ad quęſitiuũ, quid: vt ſi quęratur, quid eſt
homo?aptè quis reſponderit,eſt animal:& ſi quæra
E tur,quid eſt Plato?recta datur reſponſio, eſt homo.
Sola autem genera, & ſpecies, de ſuis ſubijcibilibus
in quid prędicantur. Verum interrogatiuum, quid,
interdum eſt quęſitiuum definitionis de definito; vt
exemplariter dicatur,quid eſt homo? rectè reſpon-
detur,animal rationale mortale; & hoc modo non
capitur in pręſenti loco:ſed definitionis deſcriptio-
ni,qua dicitur,definitio eſt oratio, quid eſt eſſe rei ſi-
gnificans,reſeruatur. Interdum eſt quęſitiuum prędica
bilis,ſcilicet,termini ſuperioris ad quęſitum,quo pa
cto ſumitur hic ĩ deſcriptione generis, ad quod tria
hęc profectò requiruntur. Quippè, vt de pluribus
prædicetur,vt de ſpecie differẽtibus, vt in eo quòd
quid ſit,velut animal eſt genus. Nam eſt prędicabi-
le,cum natum ſit prędicari de pluribus ſpecie diffe-
rentibus;vt de homine, & equo, quæ differunt ſpe-
F cie,cum ſint diuerſę ſpecies, & in quid. conuenien-
ter enim reſpondetur ad quæſitiuum, quid, vt quę-
renti quid eſt homo? conueniens datur reſponſio,
eſt animal. Differentia ſpecie hoc in loco,ſunt, ſpe
cies nõ ſynonymæ,ſed diuerſæ;vt homo,leo,equus:
ſed indiuidua ſub diuerſis ſpeciebus contenta,ad ſpe
cie differentia reducũtur, vt Callipus,& iſte equus:
Nã Callipus ſub iſta ſpecie, homo, et iſte equus ſub
hac ſpecie,equus,continetur:& animal, de illis tan
quam genus prædicatur. Quicquid enim, genus eſt
ſuperioris,genus eſt & inferioris.

Omne prędicatũ in recto,formã dicit totius ſpẽi Obiectio.1.
ſed genus non dicit formam totius ſpeciei; ergo ge-
nus nõ prædicatur de ſpecie in recto. Maior eſt ma
nifeſta, aliter nõ verè prędicaretur in recto. Minor
G probatur. Genus nanq; ſe habet per modum partis
materialis ad ipſam ſpeciem, & differentia per mo-
dum formę; ergo genus non dicit formam totius
ſpeciei.

Reſpondetur diſtinguendo minorem. Nam ſi cõ-
ſideretur genus, vt per differentiam ad ſpeciem con
tractum eſt; vtiq; ſic modũ partis materialis habet,
& ſpecies,modum totius:verũ ſi conſideretur in cõ-
muni,vt ſub ſe,multas continet ſpecies, per modum
totius ſe habet,& eſt totum vniuerſale reſpectu ſpe-
ciei; ideoq́; poteſt de ſpecie verè in recto prædicari:
ſed contra inſtatur. Omne prædicatum in recto,to-
tum eſſe illius dicit, de quo prędicatur; ſed genus nõ
dicit totum eſſe ſpeciei; ergo genus non prædicatur
de ſpecie in recto. Maior iam clara patet;alioqui nõ
verè prędicaretur de eo. Minor probatur. Differen-
H tia,eſt ꝙ ad eſſe cõducit,& quod eſt pars eius, quod
eſt eſſe rei; ergo genus non dicit totum eſſe ſpeciei,
quod habet per differentiam. Conſequentia eſt eui-
dens,quia genus,differentiam non includit.

Reſpondetur diſtinguendo minorem. Nam ſpe-
cies habet duplex eſſe, ſcilicet, confuſum, quod ha-
bet in genere, in quo cum aliis conuenit ſpeciebus:
& eſſe diſtinctum, quod habet per differentiam, in
quo ab alijs differt ſpeciebus:& quanuis genus,totũ
eſſe ſpeciei diſtinctum non dicat,tamen totum eius
eſſe confuſum dicit. Ad probationem vero eiuſdem
minoris dicitur, ꝙ etſi differentia in actu non ſit in
eo ipſo genere,eſt tamen in illo in potentia.

Nulla definitio circularis eſt bona,ſed generis de- Secũda.
finitio,

finitio, eſt, circularis; ergo non eſt bona. Maior eſt ꝑ ſe nota. Minor probatur. Quippè definitur genus per ſpeciē, & ſpecies per genus, ergo eſt circularis.

Reſpondetur ꝙ genus, & ſpecies, ſunt correlatiua, ideoq́; fuit neceſſarium vnum poni in definitione alterius, quia relatiua definiūt ſe mutuo: & ſic reſpondetur ad maiorem, diſtinguendo eam. Nempè definitio circularis vniformis non eſt bona, ſed difformis poteſt eſſe bona. Verum contra. Definitio datur cauſa innoteſcendi definitum, ſed vnum correlatiuum non eſt notius altero; ergo vnum correlatiuū non ponitur in definitione alterius. Maior eſt Ariſtoteles 6. Topicorum. Minor probatur. ſi nanque vnum correlatiuum eſt notius altero, ergo idem erit notius, & ignotius reſpectu eiuſdem. Conſequentia eſt manifeſta, cum ſit mutua, eorum definitio.

inſtatur

B Reſpondetur concedendo conſequentiam, quòd vnum correlatiuum eſt notius altero ſecundum diuerſam conſiderationem. Nam vnum relatiuum definitur ad reliquum, vt terminum. Terminus autem vt ſic, notior eſt eo, quod ad ipſum terminatur, vt ſic, quoniam interminatum, vt ſic, ignotum eſt, & perinde vtrunque correlatiuorum, eſt notius altero, vt terminus; ignotius vt terminatur: at quia definitur, vt tendit ad aliud, definit, vt terminat, ideo non eſt incōueniens, vnum ad aliud mutuò definiri. Sed adhuc inſtatur. Relatiua ſunt ſimul natura, & intellectu, ergo nullo modo vnum eſt notius altero.

Reſpondetur negando conſequentiam. Aliud eſt enim ſimul cognoſci, & aliud eſt magis cognoſci, propterea ſimul cognoſcuntur, vnum tamen accipi-
C tur, vt notius altero.

Tex. 11 *Genus generaliſsimum, eſt, genus, ſuper quod, nullum eſt aliud ſuperueniens genus.*

Dilucidatio. Subſtantia, genus eſt generaliſſimū, cum ſit prædicabile de pluribus, ſpecie differentibus, vt de animali, & lapide, in quid: ſupra quod, nullum eſt aliud ſuprauenien s, & ſuperius genus. Nam ſubſtātia, nullum habet genus ſupra ſe, ſicut nec alia generaliſſima. Nempe quodlibet eorum eſt genus, quod non poteſt eſſe ſpecies.

Text. 2. *Genus ſubalternum, eſt, ita genus, quod poteſt eſſe ſpecies.*

Animal eſt genus, ſi ad inferiora comparetur, hominem, & brutum: quod poteſt eſſe ſpecies, ſi comparetur ad ſuperiora, corpus animatū, corpus, ſubſtantia. Sicut enim idem reſpectu diuerſorum, pater eſt, & filius, ita eadem vox, ad diuerſa comparata, ge-
D nus eſt, & ſpecies.

Species eſt, quæ ponitur ſub aſsignato genere: & de qua, genus in eo quòd quid ſit, prædicatur.

Id ponitur ſub aſsignato genere, de quo in quid prædicatur.

Definitur in hac litera ſpecies in communi, vt tā ſpeciem ſubalternam, quàm ſpecialiſſimam, complectatur: & ea ratione, qua inferius, ſuum reſpicit ſuperius, in recta linea prędicamentali, & qua, generis eſt ſubiicibilis, ad quod, tanquàm relatiuum, ad ſuū correlatiuum refertur, vt homo eſt ſpecies. Nam ponitur ſub aſſignato, ideſt, determinato genere, animal. De homine enim, animal ī quid prædicatur, vt quærenti, quid eſt homo? reſpondetur, homo eſt animal.

Similiter animal eſt ſpecies, cū ſit prædicabile, quod
A ponitur ſub aſſignato genere, corpore animato. De animali enim, corpus animatū in quid prædicatur, vt animal eſt corpus animatum.

Species ſubalterna eſt ſpecies, quæ poteſt eſſe genus. T.

Animal, ſpecies eſt ſubalterna, quia animal eſt ſpecies, cum ad ſuperiora comparatur: quæ poteſt eſſe genus, ſi ad inferiora comparetur. Omnis enim ſpecies ſubalterna, genus eſt ſubalternum, & contra; diuerſis tamen rationibus. Verum enimuero corpus, ſpecies quidē ſubſtantię eſt, ſed non ſubalterna, quia non ſub aliqua ſpecie, ſed ſolum ſub genere generaliſſimo, ſubſtantia collocatur quod quoq; intelligitur de generibus ſub generaliſſimo in aliquo prædicamento, protinus, immediateq́; poſitis: niſi dicatur ſpecies ſubalterna, aut quia ſubalternatur alteri ſpeciei, aut quia alteram ſpeciem, ſibi ſubalternat: quo
B pacto, & corpus, & alia genera ſub generaliſſimis, ſtatim poſita, ſpecies ſubalternæ appellari poſſunt.

Species ſpecialiſsima eſt ita ſpecies, quòd non poteſt eſſe genus. Tex. ..

Homo eſt ſpecies ſpecialiſſima. Eſt enim homo, ſpecies, quę non poteſt eſſe genus cum nullam ſub ſe habeat ſpeciem, cuius dici poſſit genus. Dilucidatio.

Species amplius ſpecialiſsima eſt prædicabile in quid, de pluribus differentibus numero ſolum. Tex. 15

Differentia uero numero ſolum ſunt indiuidua.

Indiuiduum eſt, quod de uno ſolo prædicatur.

Species ſpecialiſſima adhuc in hac litera definitur eſſe prædicabile in quid, de pluribus differentibus numero ſolum, vt exemplariter dicatur, homo, de Socrate, & Platone, cæteriſq́; hominibus, ſolum
C numero differentibus, in quid prædicatur. Nam ad interrogationem, quid eſt Socrates, recta datur reſponſio, eſt homo, & Socrates, à Platone ſolum numero diſcrepat. Vterque nanq; in ſpecie collocatur humana, tāquàm indiuidua ſub ſpecie ſpecialiſſima. Verum enimuero indiuiduum, aliud eſt vagum: aliud eſt ſignatum. Vagum importat naturam, ad indeterminatum ſuppoſitum, ex modo eiuſdem naturæ, cōtractam, vt aliquis homo: iccirco de pluribus prædicatur, eo quòd ſicut natura, quam importat, communis eſt, & prædicabilis de multis, ita quoq; & modus naturæ communis eſt omnibus indiuiduis illius naturę. Quemadmodum nanque in quolibet homine, eſt natura humana, ita etiam in quolibet homine, eſt natura humana particulariter. Nempe, nullus homo eſt, qui non ſit homo, & qui (citra fictionem Pla-
D tonicam) non ſit homo particularis. Quare modus naturæ, quem, indiuiduum vagum importat, qui reuera, nihil aliud eſt, quàm particulariter exiſtere, cōmunis eſt omnibus indiuiduis eiuſdem naturæ: & ita de omnibus illis eſt prædicabilis, quod indiuiduo ſignato certiſſimè repugnat, quoniam hoc ſingulare ſignificat. Indiuiduum enim ſignatum, naturā ſignificat, per ſuum proprium principium, puta materiā ſignatam, ad determinatum ſuppoſitum, contractā, quinimo per ſua propria accidēria, vt Socrates. Forma enim, figura, locus, noīe, ſtirps, patria, tempus, ſeptem ſunt accidentia, principia, quantum ad ſenſibilem diſcretionem, indiuidui ſignati. Quippè dicitur indiuiduum ſignatum, ſeu diſcretum, quaſi diuer-

ſis cretum, aut ſignatum, hoc eſt, diuerſis accidentibus ab alio diſtinctum; quod (vt in tomo terminorū E dictū eſt) quatuor modis ſit. Hinc quia de ſe eſt omnino incommunicabile multis, de vno ſolo, ſcilicet, de ſeipſo prædicatur, vt Socrates eſt Socrates: qua licet nulla ſit verior prædicatio, inutilis tamen apparet, quoniam per illam nihil notificatur ignotum.

Obiectio 1. Quæcunq; differunt ſpecie, differūt etiam numero, ſed genus prędicatur de pluribus differentibus ſpecie, ergo genus prædicatur de pluribus differentibus numero ſolum, vt animal, de Socrate, & Platone.

Reſpondetur ꝙ genus non ſolum prędicatur de pluribus differentibus numero, ſed etiam de pluribus differentibus ſpecie. Species autem ſpecialiſſima ſolum prędicatur de pluribus differentibus numero, & ſic li ſolum, conſtruitur cum illo verbo, F prędicatur.

Secūda. Anima humana, equina, & punctum, prędicantur in quid, de pluribus differētibus numero ſolum; ergo prædicari in quid, de pluribus differentibus numero ſolum competit alteri à ſpecie ſpecialiſſima. Antecedens probatur. Anima humana prędicatur in quid de anima Sortis, & Platonis, quę differūt numero ſolum. Quęrenti enim, quid eſt Sortes? rectè reſpondetur, anima humana. Similiter quęrentibus, quid eſt hoc pūctum? rectè reſpondetur, punctum; ergo prædicari in quid de pluribus differentibus numero ſolum, conuenit animæ humanæ, equinę, & puncto. Conſequentia probatur. Anima enim humana, equina, & punctum, non ſunt directè ſub aliquo genere, neq; in aliquo prędicamento. ergo non G ſunt ſpecies.

Reſpondetur diſtinguēdo definitum. Nam ſi definitur ſpecies propriè, intelligitur definitio, prædicari in quid, de pluribus differentibus numero naturæ completę: anima autem, & punctum, non ſunt entia cōpleta in ſpecie, ſed principia ſpecierū, quę ſunt entia completa. Si autē definitur ſpecies extenſo vocabulo ad omne id, quod habet modum ſpeciei, ſi profectò, anima humana, & punctum, & anima equina, ſunt ſpecies, & ſunt ſub aliquo genere, & in aliquo prædicamento indirectè, anima, ſcilicet, in prędicamento ſubſtantiæ, & punctum in prædicamento quantitatis.

Tertia. Multæ ſpecies ſpecialiſſimę non habent plura indiuidua, nec ſimul, nec ſucceſſiuè, nec actu, nec aptitudine, ergo de pluribus prædicari non valent. H Antecedens probatur in omnibus ſpeciebus corporum cœleſtium, & intelligentiarum, in quibus vnicū tantum indiuiduum eſſe poteſt.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nam data definitio ſic intelligenda eſt. Species ſpecialiſſima eſt prædicabilis de pluribus, ideſt, nō magis de vno, quàm de pluribus, habet ſpecies ſpecialiſſima, vt ſic, ꝙ dici poſſit, tanquàm de ſubiecto inferiori: quia vt ſic, abſtrahit ab vno, & à pluribus. Non ergo exigitur ad ſpeciem ſpecialiſſimā ſecundum logicā conſiderationem, ꝙ actu, vel aptitudine phyſica, natura illa ſit in pluribus, hoc eſt, ꝙ poſſint eſſe plura indiuidua illius ſpeciei in rerum natura, ſimul, vel ſucceſſiuè: ſed ſufficit, vt in intellectu eſt, ꝙ plura reſpiciat, E de quibus, vt ſic, prædicabilis intelligitur in quid aptitudine logica: quę, nihil aliud eſt, quàm indifferētia illius naturæ, ſecundum quòd eſt in intellectu, ad vnum, & plura. Ariſtoteles 1. Periermenias, definit indiuiduum dicens.

Quarta cap. 5. Singulare eſt, quod non prædicatur de multis, ergo perperam definitur in litera. Conſequentia probatur. Non enim ſequitur, indiuiduum non prędicatur de multis, ergo de vno ſolo? Quia ſtat, quòd de nullo prædicetur, maximè quoniam à prima ſubſtantia (inquit Ariſtoteles in prędicamentis) cap. 3. nulla eſt prædicatio.

Reſpondetur diſtinguendo prædicationem, in artificialem, qua aliquid ignotum, notum fit; & ſemper adunat duo qualitercunque diſtincta; vt homo eſt animal, & de iſta loquitur Ariſtoteles. Alia F autem eſt naturalis, qua nihil notificatur ignotum: & hęc eſt, in qua omnino idem de ſeipſo prędicatur; vt homo eſt homo; quę, nullam quęſtionem dubitabilem terminat; & de hac loquitur litera: quę, etſi de indiuiduo vago minimè pertractet, diminuta non eſt: eò quod non eſt pollicita, de omnibus tractare prædicabilibus. Verum indiuiduum vagum, vt à ſpecie, & ſingularibus, diſtinctum, modum tantum rei dicit; ideoq;, inter ſpeciem, & ſingularia, non eſt medium. Medium enim coordinationis prędicamentalis, res ipſa, cuius eſt eſſe, debet eſſe, & non modus rei; vt de generibus, & ſpeciebus, ac ſingularibus liquet: & perinde deſcenſus, qui fit poſt ſpeciem ſpecialiſſimam ad indiuiduum vagum, non eſt contra Platonis præceptum: quia per ali- G quam diuiſionem formalem, non eſt, quæ, ſemper per aliquam differentiam fieri habet. Indiuiduum quoque vagum prędicatur in quale: ſed per quale, omnis modus alius à quid, intelligitur, ſcilicet, quantum, & quotum: & ita proprium eius interrogatiuum eſt, cuiuſmodi. Nam de ſingularibus prima quęſtio eſt, de eius quidditate, quę formatur per quid eſt, puta, Sortes? reſpondetur homo: deinde reſtat inquirendum; cuiuſmodi homo eſt? vniuerſalis, an particularis? & ſi eſt particularis, denique quis eſt? Quæritur, & reſpondetur hic homo. Ijs igitur cognitis, ſumamus vnius prędicamenti exemplum, ſcilicet, ſubſtantię; vt ab eo in cęteris quoque prædicamentis, atque in cęteris generibus, & ſpeciebus, filo, atque ordine, quid eueniat, luce clarius agnoſci valeat.

Quocirca

Quocirca huius rei ſubiecta deſcriptio ſub oculis ponat exemplum. Prædicamenti ſubſtantiæ arbor Porphyriana.

Genus Generaliſſimum
Subſtantia
Corporea. Dña diuiſiua. Dña diuiſiua. Incorporea.

Conſtitutiua

Genus Species Subalternum
Corpus
Animatum. Dña diuiſiua. Dña diuiſiua. Inanimatum.

Conſtitutiua

Genus Speciesq; Subalterna
Corpus animatum
Senſibile. Dña diuiſiua. Dña diuiſiua. Inſenſibile.

Conſtitutiua

Genus Speciesq; Subalterna
Animal
Rationale. Dña diuiſiua. Dña diuiſiua. Irrationale.

Conſtitutiua

Genus Speciesq; Subalterna
Animal rationale
Mortale. Dña diuiſiua. Dña diuiſiua. Immortale.

Conſtitutiua

Indiuiduum Species Specialiſſima
Socrates Homo Leo
Signatum Indiuiduum Vagum Singulare
Aliquis Homo Plato
Suppoſitum

Differentia eſt prædicabile de pluribus differentibus ſpecie, Tex. 16.
A *eſſentialiter in quale.*

Definitur hic differentia magis propria, quę ſanè eſt tertium prædicabile. Nam differentia communis eſt accidens: propria vero, aut accidens inſeparabile, aut proprium. Differentia magis propria, & differentia ſpecifica, & per ſe, apud Porphyrium idem ſunt. Vocat enim Porphyrius, differentiam ſpecificam, quæ, ſpeciem conſtituit, atq; definit, ſiue ſpecialiſſimam, ſiue ſubalternam. Quamobrem hęc differentiæ definitio conuenit differentiæ formaliter, vt differentia eſt. Siue nanq; ſit differētia ſpeciei ſpecialiſſimæ, ſiue ſubalternæ, ſemper eſt vera differentia. Siquidem differentia ſpeciei ſubalternæ, eſt prædicabile de pluribus differentibus ſpecie, eſſentialiter in quale: vt ſenſibile, de homine, & bruto, diuerſis ſpeciebus, in quale eſſentialiter prædi- Dilucidatio.
B catur. ſpeciei vero ſpecialiſſimę differentia, etſi eſt prædicabile tantum de pluribus ſolo numero differentibus, eſſentialiter in quale; vt rationale, de Sorte, & Platone: attamen non repugnat ſpeciei ſpecialiſſimę differentię; quatenus differentia eſt, de pluribus differentibus ſpecie prædicari. Nam differentia, formaliter eſt vniuerſale prædicatum eſſentiale, cui, inquantum differentia eſt, non repugnat, de pluribus differentibus ſpecie prædicari. Dictum eſt autem eſſentiale; quoniam res denominata differentia per ſe, ſiue ſpecifica, eſt eſſentialis, & ipſi ſpeciei intrinſeca: nec ſecundum rem, nec ſecundum intellectum, eſt extra ipſam ſpeciem aliquo pacto; quemadmodum ſunt illa, quę prędicantur in quale accidentaliter.

C Nulla pars verè prędicatur de ſuo toto in recto, Obiectio. 1.
ſed differentia eſt pars ſpeciei; ergo differentia non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Maior eſt manifeſta; quoniam prædicatur in obliquo, & non in recto: hæc enim eſt falſa, homo eſt manus, ſed eſt habens manum. Minor habetur in vltima definitione ipſius differentiæ, vbi dicitur; ꝙ eſt pars eius, quod eſt eſſe rei: eſſe enim rei eſt ipſa ſpecies.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quòd ſi per eſſe rei, intelligatur eſſe eſſentiale rei, quod re vera eſt ipſa ſpecies; differentia eſt pars illius eſſe, non ſecundum rem, ſed ſecundum rationem, ideſt, partialiter explicans ipſum eſſe eſſentiale rei: tamen ſignificat differentia, totum eſſe ſpeciei, licet partialiter; vt declaratur in dilucidatione definitionis vltimæ ipſius differentiæ.
D Verum pars (vt ibi dictum eſt) dicitur illius, quoniam definitionis pars eſt.

Differentia ſpeciei ſpecialiſſimę eſt conuertibilis Secūda.
cum ſpecie ſpecialiſſima, ergo differentia ſpeciei ſpecialiſſimæ non prędicatur de pluribus differentibus ſpecie. Antecedens, ex definitione differentiæ ſpeciei ſpecialiſſimæ, eſt notum. Conſequentia probatur. Species enim ſpecialiſſima, ſolum prędicatur de pluribus differentibus numero.

Reſpondetur negando conſequentiam; ad cuius probationem dicitur, quòd hic definitur differentia abſolutè, & formaliter ſumpta; quatenus differentia eſt, cui (vt dictum eſt) conuenit prędi-

 cari

cari de pluribus differentibus ſpecie, non poſitiuè, ſed non repugnanter: & ita conuenit differentiæ ſpeciei ſpecialiſſimę, iuxta illam regulam, quando aliquid non repugnanter conuenit ſuperiori abſolutè, & repugnat inferiori ex propria ratione, illud tale ſimpliciter non poteſt enuntiari de inferiori, ſed cum ſpecificatione ſuperioris. Puta quantitati non repugnanter conuenit diuidi in infinitum; quod tamen abſolutè non poteſt verificari de quantitate humana, niſi cum ſpecificatione ſuperioris: Quantitas enim humana, quatenus quantitas eſt, diuiſibilis eſt in infinitum; licet ſi medio ſecaretur, ſtatim deſineret eſſe humana. Sic quoque differentia ſpeciei ſpecialiſſimæ, quatenus differentia eſt, prædicabilis eſt de pluribus differentibus ſpecie, quamuis abſolute; vt eſt differentia ſpeciei ſpecialiſſimæ, ſolùm prædicetur de pluribus differentibus numero.

Tertia. Quod dicit quidditatem rei, prædicatur, in quid, ſed differentia dicit quidditatem ſpeciei; ergo differentia prædicatur in quid, & non quale. Maior, ex terminis eſt nota. Minor probatur. Nam differentia ingreditur definitionem ſpeciei quidditatiuam.

Reſpondetur, quòd differentia eſt qualitas generis, & ſpeciei eſſentialis; ideo eſſentialiter prædicatur in quale. Qualitas enim, idem ſonat, quod formalis determinatio. Generis autem potentia, ſecundum eſſe quidditatiuum per differentias determinatur. Puta animal ſecundum ſe indeterminatum eſt, & eſſe poteſt rationale, & irrationale: ſed quum animali coniungitur rationale, iam poſſe eius, ad hominem determinatur. Propterea generis qualitas eſt differentia; quia eius potentiam determinat, & quale ſit, ſignificat. Eſſentialis autem, quia ipſum, non ſpecificatum ſupponit, & ita qualificat, vt ad eſſe ſpecificum trahat. Speciei vero qualitas eſt differentia; quoniam conſtituendo ſpeciem, ipſam, vt formale eius principium, determinat. Forma enim, qualitas vocatur, & eius rationem habet, inquantum formaliter determinat. Eſſentialis quoque qualitas eſt ſpeciei, quia eam, tanquàm formale principium, & intrinſecum, determinat. Itaque ad argumentum dicitur ad maiorem; quod dicit quidditatem rei per modum ſubſtantiæ, prædicatur in quid; & ſic negatur minor: ſi vero dicit quidditatem per modum qualitatis, prædicatur in quale; & ita maior eſt falſa. Nam à modo eſſendi, & non ab ipſa eſſentia ſecundum rem, ſumitur modus prædicandi.

Tex. 17. *Differentia eſt, qua ſpecies abundat à genere.*

Differentia eſt, quod eſt aptum natum diuidere ea, quæ ſub eodem genere ſunt.

Differentia eſt, qua differunt à ſe ſingula.

Dilucidatio. Quinque definitiones differentiæ aſſignantur, iuxta numerum ſuarum proprietatum, ſeu operationum: & in hac dicitur; differentia eſt, qua, ſcilicet, primò ſpecies abundat à genere; vt homo abundat ab animali per rationale. Species namque, nihil includit, quo careat genus, niſi differentiam, quæ in genere eſt in potentia: icci rco intelligitur de abundare in actu; quoniam abundare E in potentia, non eſt abundare; ſicut nec diues in potentia, eſt diues. Demum definitur, differentia eſt, quod eſt aptum natum diuidere ea, ſcilicet, primo, quæ ſub eodem genere ſunt, videlicet, ſpecies: vt rationale, & irrationale; hominem, & equum, quæ ſub eodem genere, animali, ſunt, diuidunt. Dictum eſt autem, aptum natum diuidere, & non diuidit, quoniam primò diuidere ſpecies, differentię ex eius propria natura conuenit: & licet differentia, generis ſit diuiſiua, tamen explanatum tantum eſt, quod eſt diuiſiua ſpecierum, quoniam non eſt diuiſiua generis, inquantum eſt totum eſſentiale, ſed illius eſt diuiſiua, quatenus eſt totum poteſtatiuum. Taliter ſiquidem diuidere ipſum, nihil aliud eſt, quàm ea, quæ ſub ipſo ſunt, diuidere: quoniam talia ſunt partes ſuę poteſtatis. F Hinc ne putaſſes, quòd differentia, ipſam generis eſſentiam ſcinderet, & ſpecies eius ſepararet, dictum eſt, quòd differentia diuidit ea, quæ, ſub genere ſunt; vt intelligeres, quòd differentia, partes poteſtatis generis, quæ, ſpecies ſunt, ſecat; & conſequenter ipſum genus, ſecundum quòd totum poteſtatiuum eſt, diuidat; ideo poteſtas eius, non ſecundum ſuum totum poſſe, in ſingulis, eſt, ſpeciebus. Veruntamen, tota eius eſſentia eſt in qualibet ſpecie, eò quòd non diuiditur in ſpecies per differentias, vt eſt totum eſſentiale. Nam partes eius eſſentiæ, non ſunt ſpecies, ſed ſuperius genus, & differentia eius conſtitutiua, ſi habet, vel aliquid tale, ſi non habet; & hoc totum ſeruatur in qualibet ſpecie. Denique definitur; differen- G tia eſt, qua, ſcilicet, primò differunt à ſe ſingula, hoc eſt, ſpecies ſub eodem genere contentę: quia ſingula ſub eodem genere contenta, naturam generis diuerſe ſerunt ratione differentiarum. Non enim ex genere eſt, vtputa, animali, quòd natura ſenſitiua ſit diuerſe in homine, & equo: ſed hoc ex differentijs eſt, rationali, ſcilicet, & irrationali; quę, generis naturam ſecundum proprias rationes, modificantes, differentes conſtituunt ſpecies.

Differentia, itidem, eſt, quod ad eſſe conducit, & quod eſt pars eius, quod eſt eſſe rei. Tex. 18.

Dilucidatio. Differentia, iterum, definitur eſſe, quæ ad eſſe conducit, hoc eſt, genus ad eſſe quidditatiuum, ſiue ſpecificum ducit, non extrinſecè, ſed ita quòd eſt pars ipſius eſſe rei; ideò ſequitur, & quòd eſt pars H eius, quod eſt eſſe rei. Eſſe enim rei, eſt ipſa definitio, quæ eſt oratio explicatiua illius, ac per differentiā perficitur, & cōpletur. Quippè definitio ipſa, ex genere, & differentia componitur. Verum enimuero, cum nulla pars, de ſuo toto in recto prædicari poſſit, oportet, vt differentia, quæ, in recto de ſpecie prędicatur, dicat totum eſſe rei. Quamobrem & genus, quod & de ipſa ſpecie prædicatur, & differentia ſignificat (quamuis differenter) totum eſſe ſpeciei, ſicut & ipſum nomen ſpeciei. Nam differentia rationale, dicit totum illud, quod dicit ſpecies, homo, non tamen explicitè, ſed implicitè. Rationale namque, rationem habens ſignificat: quo fit,

vtin

vt in ſuo explicito ſignificato, rationem dicat: ſed
quia importat & habens ipſam rationem, qui eſt
homo; ideo quoque implicitè, & ipſum homi-
nem ſignificat. Similiter genus, animal, habens
vitam, & ſenſum, dicit, igitur in ſuo explicito ſi-
gnificato, vitam, & ſenſum, dicit: ſed quia habens
vitam, & ſenſum, eſt homo; ideo implicitè, etiam
& ipſum hominem ſignificat. Idem ſecundum ana-
logiam dicitur de animali, quum prędicatur de bru-
to. Nomen vero ſpeciei, vt homo importat expli-
citè totam naturam ſpeciei. Nam homo eſt habens
humanitatem: habens autem humanitatem, nil a-
liud ſignificat formaliter, niſi animal rationale mor-
tale: quo fit, vt ea ipſa definitio, animal rationale
mortale, totam naturam humanam, non tam for-
maliter, & explicitè, quàm diſtinctè, dicat. Ho-
mo vero, nomen ſpeciei in confuſo, & inuolutè
duntaxat, eam ſignificat.

Tex. 19 *Differentia ſpeciei ſubalternæ eſt differentia, quæ, cum
ſpecie ſubalterna conuertitur.*

Dilucidatio. Differentia ſpeciei ſubalternæ eſt conuertibilis
cum ſpecie ſubalterna, vt ſenſibile. Nam eſt diffe-
rentia, quę, cum ſpecie ſubalterna, animal, con-
uertitur. Omne nanque animal eſt ſenſibile, &
omne ſenſibile eſt animal: & ſic animatum re-
ſpectu corporis animati, & corporeum reſpectu
corporis.

Tex. 20 *Differentia ſpeciei ſpecialiſſimæ eſt, quæ, cum ſpecie ſpe-
cialiſſima conuertitur.*

Dilucidatio. Differentia ſpeciei ſpecialiſſimæ cum ſpecie ſpe-
cialiſſima conuertitur; vt rationale. Nam eſt dif-
ferentia, quę, cum ſpecie ſpecialiſſima, homo, con-
uertitur: cum omnis homo ſit rationalis, & omne
rationale ſit homo.

Tex. 21 *Differentia conſtitutiua eſt differentia, quæ definit ſpeciem.*

Dilucidatio. Differentia conſtitutiua definit ſpeciem, vt cor-
poreum. Nam corporeum definit cum genere,
ſubſtantia, hanc ſpeciem, corpus. Eſt enim corpus,
ſubſtantia corporea. Animatum, itidem, definit
cum genere, corpus animatum. Nã corpus anima-
tum eſt ſubſtantia corporea animata. Senſibile defi-
nit ſpeciem, animal; quoniam animal eſt corpus ani
matum ſenſibile. Rationale quoque definit ſpe-
ciem humanam: quia homo eſt animal rationa-
le. Quare prędictæ differentię, omnes ſunt con-
ſtitutiuæ.

Tex. 22. *Differentia diuiſiua eſt differentia, quæ, cum alia diui-
dit genus.*

Dilucidatio. Differentia diuiſiua, cum alia differentia ſibi op-
poſita diuidit genus, vt corporeum, cum alia dif-
ferentia ſibi oppoſita, incorporeum, diuidit ge-
nus, ſubſtantia. Subſtantiarum enim, hæc, cor-
porea eſt, illa vero incorporea: ſic animatum di-
uidit corpus; quoniam corporum, aliud anima-
tum, aliud inanimatum. Senſibile, cum alia diffe-
rentia, inſenſibile, diuidit corpus animatum. Nam
corporum animatorum, aliud ſenſibile, aliud in-
ſenſibile. Poſtremò, rationale, cum differentia
ſibi oppoſita, irrationale, diuidit hoc genus, ani-
mal. Nempè animalium, aliud rationale, aliud
irrationale. Quocirca liquet, omnem diffe-
rentiam conſtitutiuam eſſe diuiſiuam: & con-
A tra, ad diuerſa comparatam. Nam ſi ad ſuperius
genus comparetur, differentia eſt diuiſiua; vt cor-
poreum ad ſubſtantiam: ſi autem ad ſpeciem cum
qua conuertitur, aut eius inferiora, proculdubio
eſt conſtitutiua; vt corporeum ad corpus, corpus
animatum, animal homo. Quo fit vt genus ge-
neraliſſimum nullam habeat differentiam conſtitu-
tiuam, quia non habet genus ſupra ſe, quod cum
huiuſmodi differentia, ipſum definiat, definitione
ſaltem ſubſtantiali; quę vtique, ex genere, & dif-
ferentia conſtat; qua apud diuum Boetium ſola ſpe-
cies definitur: habet tamen genus generaliſſimum,
differentias diuiſiuas. Sed contra, ſpecies ſpecia-
liſſima, nullas habet differentias diuiſiuas, quia in
alias profectò non diuiditur ſpecies, quarum illæ
differentię eſſent conſtitutiuæ: attamen differen-
B tiam habet conſtitutiuam, qua cum genere defini-
tur. Genus autem ſubalternum, & conſtitutiuam
habet differentiam, qua definitur, & diuiſiuas,
quibus diuiditur; quod quia ſanè facile eſt perpen-
dere, ſatis eſt.

Modi, ſiue ſignificationes, proprij, ſunt quatuor. Tex. 23
Primo modo dicitur propriũ, quod conuenit ſoli, ſed nõ omni.
Secundo modo, omni, & non ſoli.
Tertio modo, omni, ſoli, & non ſemper.
Quarto modo, omni, ſoli, & ſemper.
*Quare proprium eſt prædicabile, quod conuenit omni, ſo-
li, & ſemper; atque conuerſim prædicatur de re, & non in-
dicat quid eſt eſſe rei.*

Proprium quadrifariam diuiditur. Primo enim Dilucidatio.
modo dicitur proprium, quod conuenit ſoli ſpe-
ciei; ſed non omni indiuiduo illius ſpeciei; vt eſſe
C medicum, vel grammaticum alicui conuenit homi-
ni, ſed non omni homini. Secundo modo dici-
tur proprium, quod ineſt omni indiuiduo ſpeciei,
ſed non ſoli illi ſpeciei conuenit, vt eſſe bipedem,
omni quidem homini, ſed non ſoli humanę ſpeciei
conuenit. Tertio modo dicitur proprium, quod,
omni ſoli, ſed non ſemper competit; vt caneſce-
re, omni, & ſoli homini conuenit, non tamen
ſemper, ſed in ſenectute ſolum ineſt homini. Quar-
to modo proprium verè proprium, quartum eſt
prędicabile, quod conuenit omni, ſoli, & ſem-
per, atque conuerſim prędicatur de re, & non in-
dicat quid eſt eſſe rei per eſſentialia; vt riſibili-
tas, omni, ſoli, & ſemper, homini ineſt, con-
uertibiliter: nec ad eius attinet ſubſtantiam, ſed à
D natura hominis fluit, atque naſcitur. Quamob-
rem hæc definitio explicat modum prędicandi pro-
prij: qui ſanè eſt prædicari accidentaliter, con-
uertibiliter. Per hoc enim quod accidentali-
ter prædicatur, à genere, ſpecie, differentia,
quæ prædicantur eſſentialiter, differt: ſed per
hanc particulam, conuertibiliter, ab acciden-
te, quod prædicatur non conuertibiliter, diſcre-
pat; atque idcirco proprium primo, ſecundo, &
tertio modo, eſt re vera accidens, & quintum
facit prædicabile, reſpectu illius, cuius eſt propriũ.

Omne prædicabile dicit totum eſſe ſui ſubijci- Obiectio. 1.
bilis; ſed proprium non dicit totum eſſe ſpeciei, nec
indiui-

indiuiduorum eius; ergo proprium non eſt prædicabile. Maior, ex terminis eſt nota, aliter non g verè enuntiaretur de eo. Minor probatur. Proprium enim eſt accidens conſequens eſſe ſpeciei; ergo proprium non dicit totum eſſe ſpeciei.

Reſpondetur negando minorē, ad cuius probationem dicitur, quod duplex eſt eſſe, videlicet, eſſentiale, & accidentale. Proprium autem, etſi non dicit eſſentiale, tamen dicit eſſe accidentale, neceſſario cõſequens ipſum eſſe eſſentiale: quod ſufficit ad hoc, quod proprium verè prędicetur de multis. Omne prædicabile debet immediatè prædicari de multis, ſed proprium non prędicatur immediatè de mul-

Secūda. tis; ergo non eſt prædicabile. Maior ex definitione ipſius prędicabilis conſtat. Minor probatur. Quippe proprium prędicatur de vna ſola ſpecie, cū qua conuertitur, & mediante ipſa de ſuis indiuiduis; ergo proprium non immediatè prędicatur de multis. F

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius probationem dicitur, quod ex definitione ipſius prędicabilis nihil aliud habetur, niſi quod prędicabile ſit aptum natum prędicari de multis, ſiue id eueniat, mediatè, vel immediatè, nihil refert.

Propria accidentia, magnam partem conferunt ad cognoſcendum quòd quid eſt; ergo non rectè dicitur, & non indicat quid eſt eſſe rei. Antecedens.

Tertia.

Reſpondetur negando conſequentiam: nam proprium non indicat quid eſt eſſe rei à priori, tanquā per principia eſſentialia, cui non repugnat, quod indicat quid eſt eſſe rei, à poſteriori, vel quo ad nos. Sępe enim, loco differentię ponitur.

Accidens eſt prædicabile, quod adeſt, & abeſt ſubiecto, præter ſubiecti corruptionem. G

Tex. 24. Accidens, quoniam ſpeciei extraneum, & aduentitium eſt, vltimum inter prædicabilia remanſit: à quibus diſcrepat, quoniam eſt prędicabile accidentaliter non conuerſim. Modus nanq; prædicandi accidentis, eſt, prædicari accidentaliter, non conuertibiliter. Quo fit, vt per prædicari accidentaliter, diſcrimen habeat accidens à genere, ſpecie, & differentia: ſed per alteram particulam, nō conuertibiliter, à proprio differat. Quocirca accidens eſt prædicabile, quod adeſt, & abeſt ſubiecto, pręter ſubiecti corruptionem, hoc eſt, accidens, ſcilicet, accidentale prędicatum (accidentale inquam, quoniam non eſt eſſentiale, vtpotè, non de eſſentia, neque fluens ab eſſentia) eſt, quod indifferenter affirmatur, & negatur de ſubiecto, abſq; hoc, quod ſubiecti rationem deſtruat. H Vel, & breuius, accidens eſt, cuius nec affirmatio, nec negatio, ſubiecti rationem tollit. Nam adeſſe, eſt, accidentaliter verè, & affirmatiuè prædicari: abeſſe autem, eſt, accidentaliter verè negari. Subiectum vero, eſt, in quo recipitur, atque fulcitur huiuſmodi accidens, vt calor in manu.

Obiectio.

Mors, & combuſtio, ſiue denominatiua ab ijs ſumpta, ſunt accidentia, & tamen non adſunt præter ſubiecti corruptionem; ergo accidentis definitio eſt mala.

Reſpondetur negando primam partem antecedentis. Nam mors, & combuſtio, non ſunt prædicata accidentalia; ſed repugnantia: quoniam ratio prædicati repugnat rationi ſubiecti; vt ſi aliquid, homo eſt, corpus animatum eſt; & ſi corpus animatum eſt, iam mortuum non eſt: & contra ſi aliquid, mortuum eſt, corpus animatum non eſt; & ſi corpus animatum non eſt, homo non eſt, & ſimilis ratio eſt de combuſto, & domo, ſed contra.

Inſtatur. Lex propoſitionum eſt in materia remota; quòd affirmatiua ſemper eſt falſa, & negatiua vera; ſed in huiuſmodi, & affirmatiua, & negatiua, eſt vera; ergo non ſunt in materia remota atque idcirco neq; prędicata repugnantia.

Reſpondetur, quod regula illa intelligitur, ſeruata identitate ſubiecti, non ſecundum vocem, ſed ſecundum rem; cuius oppoſitum in propoſito accidit. Participium enim, mortuus, prętериti tēporis, in affirmatiua verificatur de eo, qui fuit homo, et in negatiua, de eo, q eſt homo. Ampliat nanq; ad eos, qui ſunt, vel fuerunt homines; & perinde vtraque eſt vera. Huiuſmodi autem prædicationes, in ſenſu in quo ſunt verę, ſcilicet, comparando prędicatum ad illam partem ſubiecti gratia cuius verificatur propoſitio, ad quartum, & ſecundum modū dicendi per ſe pertinent, quoniā ex prętеritione vitę cauſatur mors: ſubiectum vero pro quo verificatur mors, eſt homo præteritus. Nec ob id, diminuta fuit litera, non ponens ſextum prædicabile, ſcilicet, repugnans, tum quia prædicabilia, quę ſimpliciter vera affirmatione enuntiari poſſunt tradebat; tum quia non promiſit omnia tradere prædicabilia.

Accidentium, aliud eſt ſeparabile, aliud inſeparabile.

Tex. 25. Vnica diuiſio. *Accidens ſeparabile eſt, quod, ſimpliciter de ſubiecto verè negatur.*

Inſeparabile eſt accidens, quod, de ſubiecto verè negari non poteſt, niſi præter ſubiecti corruptionem.

Dilucidatio. Accidens ſeparabile eſt, quod, ſimpliciter, & abſque vlla additione de ſubiecto verè negatur; vt homo non eſt rubeus. Inſeparabile vero eſt, quod pręter ſubiecti corruptionem, de eodem ſubiecto negari poteſt; vt Coruus non eſt niger, quæ etſi non ſit vera ſimpliciter, eſt tamen vera pręter ſubiecti corruptionem, hoc eſt, non prohibetur eſſe vera ex ſubiecti corruptione: ſed aliunde; quia, ſcilicet, cuilibet Coruo coniuncta eſt ſecundum rem ipſa nigredo; iccirco ſtatim efficitur falſa.

Obiectio. Nullum membrum alicuius diuiſionis, definitioni rei diuiſæ repugnare debet; ſed huius diuiſionis alterum membrum, definitioni accidentis diuiſi repugnat; ergo, vel definitio, vel diuiſio, eſt mala. Minor probatur. Inſeparabile enim definitioni accidentis diuiſi repugnat. Nam ſi eſt inſeparabile, abeſſe non poteſt; & ſi abeſſe poteſt, inſeparabile non eſt.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quòd licet accidens aliquod ſit inſeparabile ſecundum rem, poteſt tamen abeſſe ſecundum intellectum, ideoque difformiter accipitur adeſſe, & abeſſe in definitione, & in diuiſione. Nempe in diuiſione eſt ſermo de ſeparabilitate, vel inſeparabilitate reali; vel quia omnino ſit inſeparabilè,

bile, vel quia valde difficile ſit ſeparabile: ſed in definitione intelligitur de adeſſe, & abeſſe ſecundum intellectum. Propterea licet Coruus non poſſit ſecundum rem fieri de nigro albus, poteſt tamen ſubintelligi albus, quoniam definitioni Corui non repugnat albi denominatio: vt liquet formando iſtam propoſitionem per ſecundam operationem intellectus; Coruus eſt albus pręter ſubiecti corruptionem, hoc eſt, non deſtruitur definitio, aut natura Corui; quia eſt albus; quamuis de facto ſit niger; ideo illa, propoſitio, coruus eſt albus eſt ſimpliciter falſa. Sed de ijs hactenus.

Finis ſecundi Tomi.

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM

TERTIVS TOMVS.

In prędicamenta ad Categorias Ariſtotelis.

Text. 1. *ANTEPRAEDICAMENTVM eſt, in categorijs antepraedicamentorum ab Ariſtotele traditum documentum. Definitiones, diuiſiones, & caetera talia, documenta, nuncupamus.*

Dilucidatio. Cum in prima intellectus operatione, nec veritas, nec falſitas, inueniri poſſit; quoniam intellectus tunc, non affirmat, aut negat: & operatio rationis ideo regula eget, quia à propria operatione, quæ, veritas eſt, deficere poſſit, non facile eſt intelligere, quo nã pacto prima intellectus operatio, à logica regulatur. Quippè, ſingularis difficultas eſt, quomodo ab arte in prædicamentorum libro tradita, dirigatur. Quamobrē ſcire decet, quòd prima intellectus operatio, & ſi ad incomplexũ terminetur, quod vt ſic, nec verum, nec falſum eſt: multifariam tamen, admiſceri ſibi verum, vel falſum, cõtingit; ac per hoc bifariam de ea loqui poſſumus aut p ſe, ſiue in ſua puritate: aut p accidēs; vel vt ei admiſcetur aliquid alterũ, puta cõpoſitio, vel diuiſio. Hic ſi loquamur de prima intellectus operatione per ſe, ſic ex parte ſui regula non eget, dante ei rectitudinem, qua ad obiectum ſuum abſq; errore pertingat. Sauè intellectus ſecundum primam eius operationem, aut totum, aut nihil attingit; quoniam ad incõplexum vt ſic, quod indiuiſibile ſonat, tendit. Simplicia autem (ſi Ariſtoteli, nono Metaphyſicæ, credimus) aut non attinguntur, aut ſecundum totum attinguntur; & conſequenter; cum omnis error in ſecunda, vel tertia intellectus operatione contingat; prima eius operatio per ſe, & ſuaptè natura, expers erroris eſt. Eget tamen regula ex parte obiecti, dante ipſi intellectui facilitatem, & promptitudinem ad attingendum ſuum obiectum: quod abſque vllo ſcrupulo per doctrinam prædicamentorum planiſſimè fieri conſpicimus. Nempe erat ens A incomplexum primæ operationis humani intellectus obiectum, inuolutè, & cõfuſè diſperſum, atque in vniuerſo obſcurum: ita vt ſi ſimplex qualitas, puta albedo præſentata eſſet, quod quid eſt eius intueri difficillimum foret: quoniam confuſione quadam albedinis natura, cum figuris, cum quantitate, cum ſubſtantia, cum relatione, mixta profectò eſt. Modo diſtinctis rerum ordinibus, & adunatis cuiuſq; ordinis rebus ad decem incomplexa, ſuis proprietatibus inſignita, veluti quibuſdam figuris, facilè, ac promptè, circa quodcunque incomplexum, audemus intellectus aciem figere. Tollitur ſiquidem ex omnium incomplexorum adunatione ad decem capita, intellectus vagatio, ad incomplexorum notitiam habendam. Nam quemadmodum diſcurſus intellectus, argumentationis finibus cõcluditur, & B ſic intellectus quum diſcurrendo aliquid quærit, certis modis diſcurrendi aſſumptis, ſecurus incedit: ita quum ſimpliciter aliquod appręhēndere volumus, decem hęc incomplexa circumſpicimus. Nec oportet nos, per res in toto vniuerſo diſperſas, cum infinitate quadam quo ad nos, & conſequenter in incertitudine, vagari. Tollitur quoq; ex diſtinctione, ac horum decem incomplexorum ordinatione, confuſio, qua limpidè inſpici ab intellectu proculdubio prohibebantur. Tollitur denique, ex ſingularum proprietatum aſſignatione, eorundem obſcuritas; qua occultata manebant, dum quę, eà, præferrent ſigna, non haberent. Certè igitur, & faciliter, & promptè, ſimplicia appræhenſibilia, intellecta conſpiciuntur à nobis, per librum prędicamen- C torum; ad quem præſens introductio, viam parat: qui totus, in antepædicamentum, prędicamentũ, & poſt prædicamentum, diuiditur. Hæc enim tria apud Ariſtotelem, præcipuè in prædicamentorum libro traduntur. Categoriæ nanq; nomen, græcum, latino ſermone prædicamentorum librum ſignificat, in quo primò de anteprędicamentis ab Ariſtotele ſuſcipitur determinatio: cum ante prędicamentum (vt vocabuli nomen ſonat) antepædicamentorum traditionem præmittatur, ad quorum cognitionem conducit. Nempe vt prędicamenta melius intelligantur; Ariſtoteles, quaſdam diuiſiones, definitiones, & regulas præpoſuit, ad illorum intelligentiam valentes; quas, anteprędicamenta nuncupauit. Nam huius operis intentio in hac parte logicę (vt diximus) eſt adunatè, ordinatèque om- D nia diſtinguere entia: hęc autem non adunantur, neque ordinantur abſolutè, ſed vt incomplexè concepta, & conſequenter per voces ſignificata, quia voces ſunt propria conceptuum ſigna, ideoque quatuor præmittenda erant, aliqua, ſcilicet, entium conditiones, vt per voces ſignificantur, declarantia, & hęc ſunt tres definitiones, ac prima diſtinctio; & aliqua, habitudinem inter ſe eorum, quæ ſub vno adunantur genere, declarantia, quod fit in prima regula, in parteque vltima ſecundæ regulę: & aliqua, diſtantiam eorum, quę, in vno genere adunantur, ab ijs; quę, in altero adunantur, declarantia; quod in vltima fit regula. Quinque autem entium conditiones; vt per voces ſignificantur

ficātur, explicauit, ſcilicet, æquiuocationem, vniuocationem, denominationem, incomplexionem, & complexionem; ex quorum notitia maximę vtilitates huic doctrinę proueniunt, quando hæ voces nobis offeruntur. Puta, ſcimus ꝙ ęquiuocum, quia vnum non habet conceptum, non eſt ſimpliciter inſpiciendum, vniuocum vero ſic. Denominatiuū vero, licet extraneum quid in ſui ſignificatione adunare appareat: tamen ſicut denominans, à quo venit; quoniam ab eo niſi caſu differt, profectò videndum eſt. Inſuper & ſeparatum habemus primę operationis obiectum, dum incomplexum, à complexo diſcernitur. Æquiuoca quoq;, & complexa, in pluribus generibus, vel locis neceſſariò poſita eſſe ſcimus: vniuoca vero, & incomplexa, in vno tantum, & denominatiua denominans ſequi nouimus.

Hinc ſcimus præterea, quàm differenter res ſub conceptibus, vocibusq; etiam incomplexis adunantur, ſcilicet, complexè; & incōplexè, & id, aut æquiuocè, aut vniuocè, aut denominatiuè: & qualis ſit adunatio in hac arte facienda, quoniam, ſcilicet, non ad æquiuoca, nec denominatiua, nec complexa, ſed incomplexa vniuoca. Quocirca ex hoc deniq; ſcimus omnia genera adunari poſſe ad vnum non vniuocum, ſed ęquiuocum: vtputa, ens, & omnia ſub vno genere contenta, ad illius generis caput, velut ad vniuocum adunari, necnon vnum prędicamentum alteri per denominationem vniri, ac poſtremum incomplexa, refutatis complexis, tantummodo fore adunanda: & in ſumma, ex ijs multa alia ſcimus; vtputa, aliqua per ſe, alia reductiuè, in genere eſſe; & quomodo diuerſe reducuntur æquiuoca, & denominatiua, atq; complexa; & quomodo multiplex eſt G prędicatio. His autem præpoſitis, & meritò, quia voces ſunt ſigna rerum, & quo ad nos, quàm res conceptę, priores, conſequens erat definire res, de quibus ſermo habendus eſt, non ſimpliciter, ſed vt ſub hac arte cadunt: huiuſmodi autem ſunt res non abſolutè ſumptæ, ſed quaſdam intentiones ſecundas indutæ; hoc eſt, ſubſtantia vniuerſalis; ſubſtantia particularis; accidens vniuerſale, & accidens particulare: & hoc ſubtiliter fecit, definiens non purè ſecundū cōditiones reales, nec purè ſecundum intētionales, ſed mixtè; vt paulò infra perſpicuum euadet.

Text. 2.

Aequiuoca dicuntur, quorum ſolum nomen commune eſt, et ratio ſubſtantiæ ſecundum illud nomen, eſt diuerſa.

Dilucidatio.

Quoniam primi termini, ens, & vnum, & huiuſmodi, æquiuoci ſunt, eo ipſo iure hoc in loco æquiuoca præponunt. Agè igitur, æquiuocorum, quoddam eſt æquiuocans, & quoddam æquiuocatum. Quippè, nomen dicitur æquiuocum æquiuocans; quia ſecundum diuerſas rationes plura ſignificat: vt canis ſignificat, cœleſtem, marinum, atq; terreſtrem canem. Ipſæ vero res ſignificatę dicuntur æquiuoca ęquiuocata; non quia ſignificant ſed quia diuerſis rationibus vnico ſignificantur vocabulo: vt ſidus illud, & piſcis, & animal latrabile, æquiuoca appellantur. Quamobrem definiuntur in litera ęquiuoca ęquiuocata, ſcilicet, res, quas equidem adunaturus eſt Ariſtoteles in prædicamentis, vt nominibus ſignificantur incomplexis. Numero autem plurali, quoniam vna res ſine altera, ęquiuocationis capax non eſt. Ad minus enim duas res vno nomine ſi- E gnificari oportet, vt æquiuocatio eſſe poſſit. Nam æquiuocari eſt ęqualiter vocari, quod rebus ipſis ex nobis profectò accidit: ideo res, per ſeipſas, æquiuocæ non ſunt, ſed à nobis dicuntur. Quorum ſolum nomen commune eſt, ideſt, dictio eadem, ſiue vox eadem. Sumitur nanq; nomen pro voce, ſiue termino ſignificatiuo ſecundum placitum; quod dicitur nomen, quaſi notamen, ideſt, nota mentis. Verbum enim, & vniuerſaliter omnis huiuſmodi vox, inquantum abſolutè rem vllā ſignificat, nomen in 1. Periermenias ab Ariſtotele appellatur. Nihil ſiquidē obſtat ęquiuocis, & nomen cōmune, & multa alia eis eſſe communia, dummodo rationem nominis, cōmunem non habeant. Propterea illa dictio excluſiua, ſolum, omnia alia à ratione nominis, & non ab ipſo nomine excludit. Ratio autem hic ſumitur pro F conceptu, per ipſum nomē, ſignificato: qui in habētibus definitionem, ea eſt ipſa definitio, ſed in carētibus definitione, ratio, quam ſignificat nomen, vocatur: quę nihil aliud eſt, quàm id, quod directè per ipſum nomen, ſignificatur. Sed ratio ſubſtātię eſt, quū ſanè eſt ratio quidditatis, ſeu quidditatiua, ſecūdum illud nomen commune, in quo æquiuocantur. Illa nanq; reſpondetur ad interrogationem factam per quid eſt quæuis illarū rerum, vt nomine illo communi ſignificātur. Puta quid eſt animal latrabile inquātum canis? Quid eſt piſcis ille inquantum canis? Quid eſt ſidus illud inquantum canis? rectè reſpondetur, canis marinus eſt animal aquatile; & canis latrabilis eſt animal iracundum; & canis cœleſtis eſt ſignū cœleſte. Propterea talis ratio, dicta eſt ratio, ſubſtantiæ, ideſt, quidditatis, illorū æquiuocorū, nō abſolutè, ſed ſecundum illud nomen ęquiuocū. Reſponſio nanq; ad quid, ſanè quidditatis ratio rectè vocatur: quæ vtique debet eſſe diuerſa, aut ſimpliciter, aut ſecundum quid, totaliter, aut partialiter. Nam hoc proculdubio dicitur; quoniam æquiuoca in communi, vt comprehendunt ęquiuoca caſu; & æquiuoca conſilio: hic profectò definiuntur. Nempe æquiuocorum, alia ſunt caſu, alia conſilio. Caſu; vt Alexander Priami filius, & Alexander magnus. Caſus enim, id egit, vt idem vtriq; nomen poneretur. Conſilio vero, ea ſunt, quęcunq; hominum voluntate ſunt poſita; vt homo pictus, & homo verus. Æquiuoca caſu, rationem habent penitus diuerſam: ſed æquiuoca conſilio (vt in arte diuiſiua dilucidatum eſt) partim ſolummodo diuerſam.

H Canis eſt quoddam ęquiuocum, ad canem latrabilem, marinum, atq; cœleſtem, & tamen nō habet vnum commune nomen: ergo æquiuoca nō habent vnum commune nomen. Secunda pars antecedentis probatur; quoniam canis eſt ipſum nomē, quod eſt duntaxat vnum.

Obiectio. 1.

Reſpondetur, ꝙ hic definitur æquiuocum æquiuocatum, canis autem eſt æquiuocum æquiuocans. Sed contra. Conſiderare res attinet ad philoſophum; ad logicum vero, nomina, vel voces ſignificatiuas; vt habet in principio primi Periermenias; ergo non definiuntur æquiuocata, quæ ſunt res, ſed æquiuocum nomen. Reſpondetur, ꝙ cōſiderare res abſolutè eſt negocium philoſophi: ſed logicus conſiderat

instatur

ſiderat etiam res non abſolutè, ſed vt vocibus ſignificantur: quas res adunaturus eſt Ariſtoteles in prædicamentis, vt nominibus incomplexis ſignificantur, ideo potius ęquiuocata definiuit, quàm æquiuocum nomen.

Secũda. In verbis reperiuntur æquiuoca, & tamen verba non habent vnum commune nomen; ergo ęquiuoca omnia, non habent vnum commune nomen.

Reſpondetur, quòd verba habent vnum commune nomen communiter ſumptum, ꝙ ſufficit.

Tertia. Canis latrabilis, & marinus, æquiuoca ęquiuocata, non ſolum habent nomen commune, ſed etiam rationem ſubſtantię communem corporis animati; ergo æquiuoca non habent ſolum nomen cõmune.

Reſpondetur, ꝙ non repugnat æquiuocis, & nomen commune, & multa alia eis eſſe cõmunia: dũmodo rationem nominis communis, in quo æquiuocantur, communem, non habeant. Sed contra.

Inſtatur. Æquiuoca à conſilio habenr rationem communem nominis, in quo æquiuocantur, vnitate, ſcilicet, proportionis, & analogiæ vnam; ergo reſponſio nulla. Reſpondetur, ꝙ æquiuoca à conſilio habent rationẽ nominis, in quo ęquiuocantur, partim diuerſam, & hoc ſufficit ad ęquiuocationem.

Text. 3. *Vniuoca dicuntur, quorum nomen commune eſt, & ratio ſubſtantiæ ſecundum illud nomen, eſt eadem.*

Dilucidatio. Denominatiua, ab æquiuocis, & vniuocis, declinando veniunt; igitur vniuoca, ante denominatiua ſunt. Itaq; vniuocũ duplex eſt, ſcilicet, vniuocans, & vniuocatum; dę vniuocatisq́, eſt modo ſermo: ſimiliter & cętera quęcunq; in ęquiuocorum definitione dicta ſunr, in hac quoque vniuocorum deſignatione conueniunt, vltima excepta particula. eadem, quæ quidem nõ dicit identitatem ſimplicirer, vel ſecundum quid; ſed duntaxat identitatem ſimpliciter deſignat. Qua in re licet ad ęquiuocarionem, qualiſcunq; rationis diuerſitas ſecundum illud nomen ſufficiat, ad vniuocationem tamen non qualiſcunq; rationis identitas ſecundum illud nomen ſufficir: ſed exigitur, ꝙ vniuocatorum ratio, totaliter ſir eadem, & nihil plus, aut minus, includat vnum, in ratione illius nominis, quàm reliquum. Puta animal, nomen commune, & vniuocũ, eſt, homini, & boui: quoniã tam homo, quàm bos, animal vocatur, & ratio eorũ, inquantum animalis nomen habent, eſt omnino eadem. Quippè quærenti quid eſt homo? ſecundum ꝙ eſt animal, recta datur reſponſio, ſubſtantia animata ſenſibilis. Quærenti item quid eſt bos? inquantum animal, itidem rectè reſpondetur, ſubſtantia animata ſenſibilis.

Obiectio. 1. Diuerſę res genericè, vel ſpecificè diſtinctę, habẽt rationes diuerſas, & tamen ſunt vniuoca, ergo vniuoca non habent vnam rationem communem. Aſſumptum probatur. Homo enim, & equus, ſunt vniuocata, & tamen diuerſas habent rationes.

Reſpondetur, ꝙ homo, & equus, inquantum ſunt in animali vniuocata, habent vnam communem rationem, quæ eſt ratio ipſius animalis: cui non repugnat, ꝙ diuerſas habeant rationes ſecũdũ ſuas proprias naturas. Sed contra.

Inſtatur. Animalis ratio (vt dicitur 7 phyſicorum) eſt altera, & altera ſecundum vnumquodque animal, ergo homo, & equus, non conueniunt in vna ratione animalis. Reſpondetur, ꝙ ratio
A animalis, ſecundum eſſe, quod habet in diuerſis eius ſpeciebus, per diuerſas differentias contractum, eſt altera, & altera: ſed ſecundum ſimplicem eius naturam, eſt vna, & eadem.

Secũda. Albedo, & nigredo, ſunt vniuoca, & tamen non habent vnam communem rationem ſubſtantiæ, ergo vniuoca omnia non habent vnam communem rationem ſubſtantiæ.

Reſpondetur, ꝙ ſubſtãtia bifariam ſumitur. Vno modo pro re in prædicamento ſubſtantię exiſtente: alio modo pro eſſentia cuiuſq; rei cuiuſcunq; prædicamenti: & perinde albedo, & nigredo, habenr vnã rationem communem ſubſtãtię, quæ eſt ratio quidditatiua ſecundum illud nomen, in quo vniuocãtur, vtputa, in colore.

Tex. 4. *Denominatiua dicuntur, quæ ab aliquo ſolo caſũ differentia*
B *ſunt, & ſecundum illud nomen habent appellationem.*

Dilucidatio. Denominatiua, quia vltimum (vt paulò ante dictum eſt) tenent locum in ijs definitionibus, vltimò ritè deſcribuntur. Siquidem tria ſunt in denominatione, forma denominans, denominatum, & denominatiuum. Sanè denominans eſt forma, per nomẽ abſtractum ſignificata, vt albedo. Verum enimuero nominę formę in propoſito intelligimus omne id, quo aliquid dicitur tale: ſiue illud ſecundum rem ſit accidens, ſiue ſubſtantia, ſiue materia, ſiue forma. Nẽpe non minus eſt denominatiua prędicatio iſta, triãgulus eſt ligneus, ſeu vas eſt terreum, quàm iſta, homo eſt albus. Venit certè à ligno ligneum, & à terra terreum, ſicut ab albedine album. Denominatiuum eſt illud met ens, quod eſt forma denominans, vt no
C mine concreto deſcendente à nomine proprio formæ denominantis, ſignificatum, velut albus, alba, album. Denominatum vero eſt ſubiectum, quod ab illa forma nominatur, vt homo, lignum. Itaq; denominatiua dicuntur, quæcunq; ab aliquo, ſcilicet, nomine denominante, ſolo caſu, hoc eſt, inflexione, & terminatione vocis, differunt. Nam conueniunr in dictionis principio, ſed in fine diſcrepant; velur albedo, & album. Er ſecundum illud nomen habent appellationem, hoc eſt, denominatiuum, ſecundum nomen ex parte rei ſignificatę per ipſum, ab illa forma denominante deriuari deber: ſicut album, quia in ſe habet albedinem, dicitur; & iuſtum, quia iuſtitiam habet. Nam deriuationes ex parte nominis tantum, quibus vnum nomen, ab altero formatur; vt iuſtitia à genitiuo iuſti, nõ ad logicum, ſed ad grammaticum
D proculdubio ſpectant. Studioſus autem, licet re ipſa à virtute veniat, ſed quia à virtute ſecundum nomen non habet appellationem, atque idcirco nec ab ea ſolo caſu differt, denominatiuũ virtutis haud vnquã vocatur: ſicut & contra mulier, & muſica, etſi caſu differant: non tamen ſolo caſu differunt, nec vnum ab altero ſecundum nomen habet appellationem; Itidem Grammatica, quum de aliqua muliere dicit, denominatiuum eſt à Grammatica nomine ſubſtantiuo, formaq́, denominante: ſed differentia caſus per accidẽs minimè reperitur. Quamobrem hæc litera, id, quod regulariter denominatiuis cõuenit, docuiſſe conſtat. Quanquàm nonnulli addendum putauerint, ꝙ illud à quo denoĩatiua habẽt appellationem

 ſecundum

ſecundum nomen, ſit aliud à re denominata. Quorũ ſententia ſtatim apparet verior, quia communis vſus, prædicationem denominatiuam contra identicam diſtinguere ſolet: quod tamen tanquàm per ſe notum relinquitur. Denominans inſuper, & denominatiuum, etſi eandem rem omnino ſignificent, velut albedo, & album, ipſam albedinem: attamen in modo ſignificandi differunt. Nam denominans, ex modo ſignificandi, principaliter formam importat, ſed ex conſequenti ſubiectũ: vt albedo, ipſam albedinẽ principaliter ſignificat; ſecundariò autem, & ex conſequẽti ſubiectum in quo eſt. Denominatiuũ vero, ex modo ſignificãdi principaliter ſubiectũ ſignificat, ſed ſecundariò, & conſequenter formam: vt album ſignificat habens albedinẽ; atq; idcirco primo ſignificat ſubiectũ in quo eſt albedo; & conſequẽter ipſam albedinem ſignificat. Nec illa particula, ſolo caſu, hanc differentiam inuentam, inter denominãs, & denominatiuũ, excludit: quia comes eſt (vt ex dictis cõſtat) differentię ſecundũ caſum. Regula nãq; generalis eſt, dictionem excluſiuã, non excludere à concomitantibus. Dicendo enim, ſolus Sortes currit, hoc riſibile à curſu non excluditur.

Obiectio. 1. Denominans, & denominatiuũ, in modo ſignificandi differunt, ergo non ſolo caſu differunt. Conſequentia probatur. Differre enim ſolo caſu, eſt, differre ſolum in terminatione vocis.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, ꝙ differre ſolo caſu, docet, ꝙ denominatiuũ, à noïe formæ denominãtis in ſignificatione differre non debet: vt albũ, & albedo, idẽ ſignificant, quoniam (vt in prædicamentis dicitur) album, puram qualitatem ſignificat. Differẽtia autem in modo ſignificandi inuenta inter denominans, & denominatiuum, per differre ſolo caſu (vt dictũ eſt) non excluditur.

Secũda. Iuſtitia, à genitiuo iuſti deriuatẽ, & iuſtitia eſt denominãs, & iuſtus denominatiuũ; ergo denominatiuũ non habet appellationẽ ſecundũ nomen à denominante. Conſequentia probatur. Quippè habere appellationẽ ſecundum nomẽ ab aliquo, eſt, ab illo ſecundum illud nomen deriuari.

Reſpondetur negando cõſequentiã, ad cuius probationem dicitur, ꝙ denominatiuũ deriuari à denominante ſecundũ nomen in propoſito, non eſt, eum ſecundũ vocem ab illo formari; qm̃ huiuſmodi deriuationes ad Grammaticũ attinẽt: ſed eſt denominatiuũ, à nomine formę denominantis ſecundũ naturã deriuari. Quemadmodum à cauſa naturaliter ſuus proprius effectus deriuatur: ita à nomine formæ denominantis, quod, cauſam ſignificat, naturaliter venit denominatiuũ, quod eius importat effectum. Puta albedo, cauſa formalis eſt eius, quod eſt eſſe albũ, & album, aliquid ideo & eſt, & dicitur; quia albedinẽ habet, & cauſa ſemper naturaliter eſt ſuo effectu prior, idcirco denoiatiuũ, à denominante potius deriuatur, quàm contra denominans à denominatiuo.

Tex. 5. Diuiſio prima. Diluadatio. *Eorum, quæ dicuntur, quedam ſecundum complexionem dicuntur, quedam uero ſine complexione.*

Cum incomplexum purum pręcedat incomplexum mixtum complexo, ideo poſt illa tria pure incomplexa recte ponitur diſtinctio complexi ab incomplexo. Hinc definitionibus tribus iam complexis, diuiſiones modo aggreditur litera, quarũ prima eſt. Eorum, quæ dicuntur, ideſt, entiũ, quæ intellectu & voce dicũtur, quędã dicuntur ſine complexione conceptuum, atq; idcirco, & vocum, niſi adſit impedimentum, vt quũ ſimplex nomen deeſt, conceptui incomplexo correſpondens, pro ipſo vtendum eſt ex duobus nominibus circunlocuto, vt corpus animatum. Vocalis enim tantum complexio, & non cõceptuum, inter dicta ſine complexione numeratẽ: quoniam complexio iſta, & incomplexio, ſecundũ cõceptus, quibus res ante dicuntur, quàm vocibus, conſideranda eſt. Quædam vero cum complexione conceptuum, atque per hoc & vocum, niſi per accidens ſimplici vocabulo reſpondendo; velut hęc litera, a, ſi ad ſignificandam hanc orationem, homo muſicus, imponatur. Nam hic ſumitur complexio, tam ſine verbo, quàm cum verbo.

Obiectio. 1. Omne prædicabile eſt incomplexum, ſed omne dicibile eſt prædicabile, ergo omne dicibile eſt incõplexum, atq; idcirco nulla cũ cõplexione dicuntur. Minor probatur, quoniam dici eſt prædicari.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ dicibile bifariam ſumitur; aut, vt eſt aptum natum prędicari, & ſic omne dicibile eſt prædicabile: aut, vt eſt aptum natum per dictionem, ſiue complexam, ſiue incomplexam exprimi, & ſignificari; quemadmodum in propoſito ſumitur: & ſic non omne dicibile eſt prædicabile, ſicut nec omnis dictio eſt incomplexa.

Secũda. Omne ens habet eſſe incõplexũ, ſed vnũquodq; habet dici, & ſignificari, eo modo, quo habet eſſe; ergo vnumquodq; dicibile eſt incomplexum. Maior probatur. Vnumquodque enim ens eſt vnum; ergo incomplexum. Minor quoq; probatur. Nã vnumquodque, ſicut ſe habet ad eſſe (vt habetur 2. Meta.) ita ſe habet ad cognoſci, & perinde ad dici, & ſignificari. tex. co. 4.

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ licet omne ens ſecundum ſe ſit vnũ, & conſequenter incõplexum: tamen in ordine ad aliud; cum quo eſt componibile, aliquod ens, cõplexum dici poteſt. Verum id ſibi conuenit per reſpectum ad intellectum componentem, & diuidentem, qui actualem facit complexionem, quę fundamentaliter, & ſecundum aptitudinem eſt in rebus. Propterea quamuis complexio, verbalem ſonet cõplexionem; vt homo eſt albus, quia verbum, ipſam compoſitionem importat: extendendum tamen eſt vocabulum, ad complexionem etiã nominalẽ abſq; verbo; vt homo albus. Hæc enim diuiſio ſeparat ea, quę, per ſe in prędicamentis ſunt, ab ijs, quę, non niſi per partes in eis ſunt. Talia autem ſunt, & complexa verbaliter, & ſine verbo. Nihil enim horum, vnicum locum ſecundum ſe totum in prędicamento habet; vt homo albus, in duobus locatur generibus, & animal, rationale, duo loca, generis, ſcilicet, & differentiæ, habet.

Text. 6. Diuiſio 2. *Eorum, quæ ſunt, quedam dicuntur de ſubiecto; in ſubiecto uerò nullo ſunt.*

Alia ſunt in ſubiecto, de ſubiecto uerò nullo dicuntur.

Alia dicuntur de ſubiecto, & in ſubiecto ſunt.

Alia,

Alia, neque ſunt in ſubiecto, neque de ſubiecto dicuntur.
Dici de ſubiecto, eſt, ſuperius de ſuo inferiori prædicari.
Eſſe in ſubiecto, eſt, eſſe in aliquo, non ſicut pars, & impoßibile eſt, eſſe ſine eo, in quo eſt.

Dilucidatio. Secunda diuiſio quadrimembris eſt, diuidentium autem membrorum ordo, ſecũdum analogiam oppoſiti ſumitur. Nam primũ opponitur ſecundo, & tertium quarto. Siquidem primũ membrum eſt dici de, non eſſe in: Secundum, eſſe in, non dici de. tertiũ, dici de, & eſſe in: Quartum, non eſſe in, non dici de. Eſſe in ſubiecto, de ſubiecto inhęſionis intelligitur; atq; idcirco illud vocatur eſſe in ſubiecto, quod inhęret cuipiam, ſicut albedo inhæret parieti, & vniuerſaliter omne accidens ſubſtantiæ. Et contra, non eſſe in ſubiecto, quod nulli inhæret, dicitur; vt homo, & vniuerſaliter omnis ſubſtantia. Illud autem vocatur, dici de ſubiecto, quod, ſub ſe aliquod inferius habet, de quo prædicatur: vt omne vniuerſale, B ſiue ſit ſubſtantia, ſiue accidens, velut animal, homo, albedo, quantitas. Sed contra, non dici de ſubiecto vocatur, quod, nullum ſub ſe habet inferius: vt omne indiuiduum tam ſubſtantiæ, quàm accidentis; vt hic homo, hæc albedo, hoc quantum. Hinc ſenſus diuiſionis eſt, eorum, quæ ſunt, alia ſunt ſubſtantiæ vniuerſales; vt genera, & ſpecies, & differentiæ ſubſtantię. Nam de ſubiecto dicuntur, ſed in ſubiecto non ſunt; vt animal, homo, rationale. Alia, ſubſtantiæ particulares; vt indiuidua prædicamenti ſubſtantiæ: quæ, neque ſunt in ſubiecto, neque de ſubiecto dicuntur; vt hic homo, Socrates, Plato. Alia ſunt accidentia vniuerſalia; vt genera, & ſpecies nouem prædicamentorum. Nam de ſubiecto dicuntur, ſicut ſuperius de ſuo inferiori: & in ſubiecto C ſunt, cui inhærent; vt albedo figura. Alia verò ſunt accidentia particularia; vt indiuidua nouem prædicamentorum: quæ non dicuntur de ſubiecto, cum ſub ſe inferius nõ habeant, & tamen ſunt in ſubiecto, cui inhærent, vt hic triangulus, hæc albedo, hoc quantũ. Eſſe tandem in ſubiecto, per tres particulas definitur, quarum prima eſt. Eſſe in ſubiecto, eſt, eſſe, in aliquo, ſcilicet, realiter diſtincto, ad differentiam duorum modorũ eſſendi in, ſcilicet, ſpeciei in genere, & generis in ſpecie. Species enim nõ diſtinguitur realiter ab ipſo genere. Secunda autem, non ſicut pars, duos modos eſſendi in, excludit, ſcilicet, partis in toto, & totius in parte. Tertia verò, & impoſſibile eſt eſſe ſine eo, in quo eſt, hoc eſt, impoſſibile eſt exiſtere ſeparatim ab eo, in quo eſt, tres alios modos eſſendi in, ſecernit, ſ. effectus in efficiente D rei in fine, & locati in loco: & perinde (vt ex 4.

tex. co. 23. Phyſicorum habetur) octo ſunt modi eſſendi in, qui ijs verſibus ſunt notati. Inſunt pars, totum, ſpecies, genus, materia quoque, forma. Rex in regno, res in fine, locoq́, locatum. Propterea, tres particulas litera (vt dictum eſt) appoſuit, quibus hic modus ab alijs ſeparatur.

Obiectio. 1. Quicquid dicitur de ſubiecto, eſt in ſubiecto; ergo nulla dicuntur de ſubiecto, quę non ſunt in ſubiecto Antecedens probatur. Quippe dici de, pręſupponit eſſe in.

Reſpondetur, quòd ſi ſemper eodem modo ſumitur ſubiectum, tunc verum eſt antecedens, quicquid dicitur de ſubiecto, hoc eſt, de inferiori, eſt in ſubie- A cto, ideſt, in inferiori: ſed ſubiecti nomen (vt dictum eſt) æquiuocè ſumitur, quando cum eſſe, vel non eſſe coniungitur: & quando cum dici, aut non dici coniungitur; ideo ſimpliciter falſum eſt. Non enim omne quod dicitur de ſubiecto, tanquàm de inferiori, eſt in ſubiecto inhæſionis.

Secũda. Omne ſubiectum prius eſt illo, cuius eſt ſubiectũ, ſed inferius non eſt prius ſuo ſuperiori; ergo non eſt ſubiectum ſui ſuperioris, atque idcirco, dici de ſubiecto, non eſt dici de inferiori. Maior probatur. Cauſa enim naturaliter eſt prior ſuo effectu, ſed ſubiectũ eſt cauſa illius, cuius eſt ſubiectum; ergo omne ſubiectum prius eſt illo, cuius eſt ſubiectum.

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius probationem dicitur, quòd ſubiectum inhęſionis naturaliter prius eſt eo, cuius eſt ſubiectũ, vt probat argumentum B in oppoſitum: ſed ſubiectum ſuperioris, nomen eſt prius eo, cuius eſt ſubiectum.

Tertia. Aut definitur eſſe in ſubiecto, prout eſt commune ad eſſe in ſubiecto formæ ſubſtantialis, quæ eſt in materia, & ad eſſe in ſubiecto formę accidentalis, quę eſt in compoſito, & ſic ſequitur, quòd ſub ſecundo, & tertio diuiſionis membro, non ſolum accidentia, ſed & formæ ſubſtantiales claudantur, quod eſt manifeſtè falſum. Sequela probatur. Nempe formæ ſubſtantiales ſunt in ſubiecto, & dicuntur de ſubiecto, ſi ſunt vniuerſales, & ſunt in ſubiecto: & nõ dicuntur de ſubiecto, ſi ſunt particulares. Aut definitur eſſe in ſubiecto, non ita communiter ſumptum, ſed propriè, ſcilicet, quemadmodum accidens eſt in ſubiecto, & ſic definitio eſt diminuta. Non enim ap- C paret per quam particulam modus ille excludatur: immo tota definitio, formæ conuenit ſubſtantiali; quoniam eſt in aliquo, ſcilicet, in materia, & non ſicut pars; quia forma non eſt pars materię, et impoſſibile eſt, quòd ſit ſeparata a materia. Semper autem loquimur de poſſibili, & impoſſibili ſecundum curſum rerum naturalem, tam quum dicitur, quòd accidens non poteſt eſſe ſine ſubiecto, quàm quum dicitur, quòd forma non poteſt eſſe ſine materia, ideo recurſus ad diuinam potentiam eſt nullus.

Reſpondetur, quòd eſſe in ſubiecto definitur, vt eſt proprietas accidentis, nec ob id definitio eſt diminuta: quoniam differentia inter eſſe in ſubiecto, & eſſe formę ſubſtantialis in materia, ſumitur ex illa particula, in aliquo, ſcilicet, ſubiecto ſenſibili: materia autem prima non eſt quid, neque quale, neque D quantum; ideo non eſt ſubiectum ſenſibile, ſicut cõpoſitum, quod eſt accidentium ſubiectũ. Sumi quoque poteſt differẽtia ex illa particula, nõ ſicut pars, quoniam forma ſubſtantialis, & ſi non ſit in materia, ſicut pars in toto, eſt tamen in materia exiſtente, ſicut pars in toto, quia eſt de totius cõpoſiti eſſentia: accidens autem neque eſt pars ſubiecti, neque pars ſubiecti exiſtentis. Præterea forma ſubſtãtialis eſt in materia, ſicut pars; non quidem in toto, ſed in parte: accidens autem eſt in ſubiecto; neque vt pars in toto, neque vt pars in parte, quoniam ex accidente, & ſubiecto, non fit vnum totum, ſicut ex materia, & forma. Et ſi inſtat; ergo hic modus, quo accidens eſt in ſubiecto, extraneus eſt ab illis octo instatur

ſupra poſitis. Reſpondetur, quòd reducitur ad quintum modũ, in quo materia largo vocabulo, ad ſubſtractũ formę ſubſtantiali, & accidẽtali extenditur.

Tex. 7. prima regula.

Quando alterum de altero prædicatur, ut de ſubiecto, quæcunque de eo, quod prædicatur, dicuntur, omnia de ſubiecto primo, dicuntur.

Dilucidacio.

Hæc regula, quoniã ſingula in ſeipſis ordinat prędicamenta, merito prima vocatur, & hoc pacto intelligenda venit, quando vnũ de altero prædicatur, ſicut ſuperius de inferiori, quæcunque de prædicato dicuntur, vt ſuperius de inferiori, eadem de ſubiecto dicuntur; ſicut ſuperius de inferiori. Siquidem particula, vt de ſubiecto, ad ſecundam regulæ partem, & tertiam, repetenda eſt: quanuis ad vitandam ſermonis ineptitudinem expreſsè non reſumitur. Puta homo prædicatur de Sorte, tanquàm de ſubiecto, & animal de homine dicitur, vt de ſubiecto; ergo animal dicitur de Sorte, vt de ſubiecto, hoc eſt, homo eſt ſuperior ad Sortem, & animal eſt ſuperius ad hominem; ergo animal eſt ſuperius ad Sortem. Quicquid enim eſt ſuperius ſuperiore, ſuperius eſt, & inferiore: quæ dignitas eſt, quia cognitis terminis, ſtatim verum eſſe principium dignoſcitur, & hanc primam regulam exponit.

Obiectio.

Nõ valet, homo eſt ſpecies, et Socrates eſt homo; ergo Socrates eſt ſpecies? & tamen arguitur per regulam datam, ergo illa eſt falſa.

Reſpõdetur, quòd quum ſuperius prædicatur de ſuo inferiori in recta linea prędicamentali, vel in eodem prędicamento adminus exiſtunt ſuperius, & inferius, ſemper eſt prędicatio eſſentialis, ideo non arguitur per regulam aſsignatam. Nempe, homo eſt ſpecies, non eſt prædicatio eſſentialis, eo quòd intentiones ſecundæ (vt habetur in tomo ſuppoſitionũ) non prædicantur eſſentialiter de primis, ſed ſolum accidentaliter. Dicunt enim reſpectus accidentales, qui, rebus primę intentionis accidunt. Similiter eodem modo dicitur de iſta: ſubſtantia eſt genus, & homo eſt ſubſtantia, ergo homo eſt genus? & ſic de cæteris alijs: & hoc modo intellecta regula iſta, ordinem docet prędicamentalem, aliter vero intellecta, fallaciam fundat accidentis.

Text. 8. Secũda regula.

Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt ſecundum ſpeciem differentiæ.

Subalternorum verò generum nihil prohibet eaſdem eſſe differentias.

Nam ſuperiora de inferioribus prædicantur.

Quare, quæcunque fuerint prædicati differentiæ, erunt eædem, & ſubiecti.

Dilucidatio.

Hęc regula, quia ea ipſa regulat prædicamentà, comparando vnum alteri, ſecunda regula rectè appellatur. Itaque diuerſa genera, & non ſubalternatim poſita, diuerſas habent differentias ſecundũ ſpeciem. Nempe ſubalternatim poſita genera, quanuis non propriè dicãtur, niſi illa, quorum vnum eſt ſub altero, tamen, et ea, quæ ſub vno genere ſunt, ſubalternatim poſita genera appellãtur. Quamobrẽ ſenſus eſt, diuerſorum generum, quorum vnum nõ ponitur ſub altero, neque ambo ſub vno genere tertio, diuerſæ ſunt ſecundum ſpeciem differentię. Puta animal, & calor, quæ diuerſa ſunt genera, non ſubalternatim poſita (nam diuerſa generaliſsima, quemadmodum ſubſtantia, & quantitas, ſubſtantia, & qualitas, aut genera ſub diuerſis generaliſsimis contenta, genera non ſubalternatim poſita ſunt) etiam diuerſas ſecundum ſpeciem habent differentias. Differentiæ enim animalis, ſunt, rationale, & irrationale: coloris autem differentiæ, congregatiuum viſus, & diſgregatiuum viſus. Deinde litera rationẽ aſsignás, quare in hac regula appoſuit illam particulam, non ſubalternatim poſitorum, hoc ideo, inquit, factum eſt: quia nihil prohibet ſubalternorum generum eſſe eaſdem differentias. Superiora enim de inferioribus prędicantur, & conſequenter quæcunque ſunt prędicati differentię, ſunt etiam ſubiecti differentiæ. Si enim in quocunque prædicamento genera ſubinuicem poſita, neceſſario quaſdam differentias diuiſiuas habent eaſdem; quoniã quæ diuidunt inferius, diuidunt & ſuperius: poſſunt quoque habere quaſdam conſtitutiuas eaſdem, quum neutrum eorũ eſt generaliſsimum. Tunc ſanè differentia conſtitutiua ſuperioris, eſt etiam inferioris: velut differentiæ cõſtitutiuæ animalis; puta corporeum, & ſenſibile, ſunt et differentię intrinſecę conſtituentes hominẽ. Nam differentiæ ſuperiorum, ſunt & differentię inferiorum, quanuis nõ contra. Si vero ambo ſint ſub vno tertio, neque conſtitutiuas, neque diuiſiuas neceſſariò habent eaſdem. Nempe poſſunt eſſe immediate ſub generaliſsimo, vt continuum, & diſcretum ſub quantitate. Verum habere poſſunt quaſdã conſtitutiuas eaſdem, quum ſunt ſub vno ſubalterno; vt animal, & planta ſub corpore animato. Tunc proculdubio differentiæ illius ſuperioris ęedem cõmunicantur vtrique inferiorum, iccirco litera negatiuo modo loquendi vſa eſt dicens; ſubalternorum verò generũ nihil prohibet eaſdem eſſe differẽtias. Quippe contingentiam quandam, quam modo dilucidauimus, inſinuare voluit.

Obiectio.

Animal, & ſcientia ſunt diuerſa genera, non ſubalternatim poſita, & tamen eorum, eadem eſt differentia; ergo regula iſta non rectè aſsignatur. Secunda pars antecedentis probatur. Rationale enim diuidit animal, & ſcientiam: eo quòd ſcientia, in rationalem, & realem diuiditur, vnde logica dicitur ſcientia rationalis.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis, ad cuius probationem dicitur, quòd termini teneri debent vniuocè, & non æquiuocè. Rationale autem, vt eſt differentia animalis, importat id, quod eſt aptum natum ratione vti: & ſecundum quòd eſt differentia ſcientiæ, ſignificat ſcientiam, quę eſt circa ens rationis, vt logica, ideo termini ſumuntur æquiuocè.

Text. 9.

Prædicamentum eſt ſeries prædicabilium.

Rectus, obliquus, actus, potentia, principale, caſus, pro eodem, & eiuſdem prædicamenti computantur.

Hoc quidem de ſimplicem modum repreſentandi, ac ſignificandi habentibus intelligimus.

Dilucidatio.

Prædicamentum ſeries eſt prædicabilium, quoniam prædicamentum eſt coordinatio generum, & ſpecierum a genere generaliſsimo vſque ad ſpeciem indiuiduum, ſiue ſpecialiſsimum, ſub qua ſunt tantum indiuidua. In qua quidem coordinatione a latere differentiæ collocantur. Proprium verò,

& accidens procul inſpicere oportet. Singula tamen prædicamenta, inſignita ſunt ſingulis ſuis proprietatibus, quibus dignoſcuntur res ſingulorũ prædicamentorum. Eiuſdem autem prædicamenti ſunt primò, rectus, & obliquus; vt homo, hominis, homini, hominem. Secundò, actus, & potentia; vt calefaciens, & calefactiuum, calefactum, & calefactibile. Itaq; ſicut mouens, calefaciens, nomina actuũ, ſunt in prędicamento actionis, ita motiuum, & calefactiuum, nomina actu potentiarum: & ſicut motus, & calefactus, nomina actuum, ſunt in genere paſſionis, ita mobile, & calefactibile, nomina potẽtiarum. Tertiò, principale, & caſus, hoc eſt, nomen, & aduerbium à nomine deſcendens, vt humanum, & humanè, eiuſdem ſunt prædicamenti, modò ſimplicem modum repręſentandi, ac ſignificandi habeant. Sanè habent ſimplicem modum ſignificandi, illa, quæ vnius prædicamenti rationem ſolũ principaliter important; vt lignum, homo, humanum: ſed cœnare eſt, tempore veſpertino comedere; prãdere eſt, in meridie cibum ſumere; ideoq; actionum rationes, pariter & quando, ſimul important.

Tex.10. *Accidentia in concreto, non ſunt propriè in prædicamento.*

Accidentia verò in abſtracto, propriè ſunt in prædicamẽto.

Concretum ſubſtantiale eſt propriè in prædicamento; abſtractum verò nequaquam.

Dilucidatio. Accidentia habent vnum modum eſſendi, ſcilicet, eſſe in alio. non enim ſunt, niſi inſint alicui: ſed quia intellectus eſt natus, ea, quę ſunt adunata in re, diuidere; ideo habent duos modos intelligendi. Intelliguntur enim interdum per modum accidentis; cui proprium eſt, eſſe in alio; cointelligendo ſibi ſubiectum, cui inſunt. Quandoque verò intelliguntur ſolitariè per modum ſubſtantiæ, cui proprium eſt, eſſe per ſe, ſiue ſolitariè, & non in alio, non cointelligendo ipſis accidentibus ſubiectum, cui ſecundum rem inſunt. Cum autem modus ſignificandi non fundetur ſuper modo eſſendi, ſed intelligendi; ideo ſicut habent duos modos intelligendi, ſic habent duos modos ſignificandi. Vnde ſignificantur interdum; primò ſignificando ſubiectum, & tunc ſignificantur per modum accidentis, & vocantur ſignificata in concreto, vt album, nigrum. Quandoque verò ſignificãtur principaliter ipſa ſola, abſque ſubiecti conſignificatione licet ſecundario, ſeu conſequenter, ſubiectum conſignificent, & tunc ſignificantur per modum ſubſtantię, & vocantur ſignificata in abſtracto; vt albedo, & nigredo. Quia igitur accidentia in concreto, compoſitum quid ſonãt, ac totum coniunctum important, velut album, albedinem in ſubiecto; ideo non reponuntur propriè in prædicamento. Nullum enim nomen importans ens, & vnum per accidens, eſt propriè in prædicamento; cum prædicamenta (apud Ariſtotelem 5. Metaphyſicæ) diuidant ens per ſe: concretum autem accidentale importat vnum, & ens per accidens; ergo nomen concretum accidentale non ponitur propriè, & per ſe in prędicamento. Nam eſt differentia inter concretum accidentale, & ſubſtantiale in hoc, quòd concretum ſubſtantiale importat compoſitum ex materia, & forma, quod quidem eſt per ſe vnum; vt homo: ideoq; reponitur, vt genus, vel ſpecies, in prædicamento: accidentale verò cõ- A cretum importat, ex ſubiecto, & accidente compoſitum, quod eſt vnum per accidẽs: ex accidente autem, & ſubiecto (Autore Ariſtotele 7. Metaphyſicæ) non fit vnum, niſi per accidens; iccirco non debet poni in prædicamento, niſi per reductionem, eo modo, quo res impura ad ſuæ puritatem naturæ reducitur. Quamobrem remanet a ſufficienti diuiſione ſecunda enunciatio vera, quod, ſcilicet, Accidentia in abſtracto, in prædicamento generis, et ſpeciei prędicationem ſuſcipiunt, alioquin omnino a prædicamentis accidentia ſunt excludenda. Verum enimuero id aliter Metaphyſicus, & aliter logicus iudicat. Cum enim apud Metaphyſicum, qui, res ſecundum ſuas eſſentias conſiderat, & nõ ſecundum modos intelligendi, vel ſignificandi, abſtractum, & concretum non differant, eo quòd eadem res, ab- B ſtractè, & concretè, ſit ſignificata; dicet ipſe, abſque vllo dubio, ſicut abſtractum, ita & concretum in genere eſſe. Sanè per ſuam eſſentiam ingreditur, vel egreditur res, genus metaphyſicè ſumptum, id eſt, rẽ generis, & non per modum ſignificandi. Hinc Metaphyſicus non dicet album, ens per accidẽs in quinto Metaphyſicę. Sed hoc album, puta hominem album. logicus autem, qui, non res ſecundum ſuas naturas, ſed ſecundas intentiones, primis intellectis, ac ſignificatis, adiunctas, conſiderat: iudicat abſtractũ accidentale eſſe in genere, concretum vero nequaquam. Nempe res nomine abſtracto ſignificata, ſpecies, & genus, denominari poteſt; vt albedo eſt ſpecies, & color eſt genus: concretum verò propter alietatem modi ſignificandi (vt dictum eſt) nequa- C quam. Cauſa autem quare alietas modi ſignificandi, hanc varietatem logico præbeat, eſt; quia modus ſignificandi præuenit ſecundas intentiones, & ipſas quodammodo fundat. Quippè licet tam modus ſignificandi, quàm ſecunda intentio in hoc cõueniãt, quòd rem non ſecundum ſe, ſed vt intellectam ſequãtur: prius tamen rem, vt intellectam, ſequitur modus ſignificandi, quàm ſecunda intentio. Nam modus ſignificandi, nihil aliud eſt, quàm ſignum modi intelligendi; ſicut vox ſignificatiua, ſignum eſt rei intellectę. Quocirca ſicut vox ſignificatiua prius ſequitur rem intellectam, quàm ſecunda intentio: ita eius modus ſignificandi modum intelligendi, vt totus ordo pertinentium ad nomina primæ intentionis, præcedat ordinem eorum, quæ ad nomina ſecũdæ intentionis pertinent. Itaque quia ſecundæ intẽ- D tiones, res, vt intellectas, & ſignificatas, denominãt, & non abſolutè: ideo ſtat eandem rem diuersè, & variè intellectam, & ſignificatam, ſpeciem, & non ſpeciem, genus, & non genus denominari; & conſequenter eſſe directè, & non eſſe directè in prædicamento. Quemadmodum a ſimili, eadem natura humana nomine hominis ſignificata, ſpecies eſt, nomine verò humanitatis ſignificata, ſpecies non eſt, ſed ſpeciei principium: ſic in propoſito apud logicum res illa, quæ albedinis nomine intelligitur diuersè, & differenter ſignificata, in prędicamento eſſe affirmatur, et negatur. Si enim in abſtracto ſignificetur, cum ſic ſpeciei denominationem habeat, in prædicamento reponitur. Si autem in concreto ſignificetur,

Tex.co.15. (left margin, beside "mento; cum prædicamenta (apud Ariſtotelem 5.")

Tex.co.11. (right margin, beside "tem, & ſubiecto (Autore Ariſtotele 7. Metaphyſi-")

Text.co.13. (right margin, beside "taphyſicus non dicet album, ens per accidẽs in quin")

tur, cum ſic, ſpeciei, vel generis denominationẽ non habeat: quia rem extraneã ex modo ſignificandi includit, in prædicamẽto directè eſſe negatur. At quia huius literę intentio, eſt docere, quo nam pacto accidentia, ad intentiones logicas ſe habeant, & non ad quod genus res pertineat, ideo concretum accidentale à prędicamentis ſeparauit. Verum cum iis omnibus non eſt prætermittendum, aliquid facere rem, bifariam reponi in prædicamento. Vno modo, vt rationem reponendi ipſum in prædicamento: Alio modo, vt conditionem ſine qua non. Siquidem ratio reponendi rem in genere, ſiue ſpecie, tam apud logicum, quam apud Metaphyſicum, eſt illius rei eſſentia: eo quòd res per ſuam eſſentiam, ad genus, & ſpeciem definitur. Conditio autem ſine qua non, eſt modus ſignificandi. Et in prædicamento quidẽ ſubſtantię, conditio ſine qua, res non ſuſcipit, generis, vel ſpeciei, denominationem, eſt modus ſignificandi in concreto. In prędicamentis vero accidentium, conditio ſine qua non, eſt modus ſignificandi in abſtracto. Quocirca quum dictum eſt, concretum accidentale, non directè reponi in prędicamento apud logicum, intellige hoc, ob defectum conditionis ſine qua non, & non propter defectum rationis reponẽdi. Et ſimiliter, quũ dicitur, ꝙ humanitas, & vniuerſaliter abſtractum ſubſtãtiale, non eſt in genere ſubſtantiæ; intellige ob defectum conditionis ſine qua non, & non rationis reponendi. Quare homo, & vniuerſaliter concretum ſubſtantiale, eſt propriè in prædicamento ſubſtantiæ, alioquin à ſufficienti diuiſione omnino ſubſtantię à prædicamentis eſſent ſecluſæ; atq; iccirco in litera id non ab re ſtatim ſubiungitur, & huic literæ additur.

Obiectio. Abſtractum, & concretum in accidentibus idem re vera ſignificant; ergo ſi abſtractum eſt propriè in prędicamento, pariter & concretum debet reponi propriè in prædicamento. Antecedens patet, quia (vt dicitur in prędicamentis) album, puram qualitatem ſignificat, ſicut albedo. Conſequentia probaẽ. Res enim per ſuam eſſentiam ingreditur, vel egrediẽ prædicamentum, ſed per antecedens, abſtractum, & concretum in accidentibus ſignificant eandẽ eſſentiam; ergo ſi vnum propriè eſt in prædicamento, pariter & alterũ propriè collocaẽ in prędicamẽto.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, ꝙ (vt dictum eſt) valet apud Metaphyſicum illud aſſumptum; res per ſuã eſſentiã ingreditur, vel egreditur prædicamentum, & apud logicum nequaquàm.

Tex. 11. *Prædicamenta ſunt decem, ſubſtantia, quantitas, qualitas, ad aliquid, ubi, quando, ſitus, habere, facere, pati.*

Dilucidatio. Prædicamẽtum trifariam ſumi poteſt: aut formaliter præciſè pro intentione ſecunda, hoc nomine, prędicamentalitas, ſignificata, quam certè ordinem, vel relationem rationis inter genera, & ſpecies, ſecũdum diuerſum modum prędicandi ſecundum ſub, & ſupra, eſſe dicimus: aut pro rebus prædicamentalibus, vt res ſunt, ſicut ſubſtantia, quantitas, qualitas, & cętera; quo pacto conſtat, non eſſe prædicamenta, ſed entitates; atq; ideo ad logicũ, vt ſic minimè ſpectant: Aut pro rebus, vt ſtant ſub intentione ſecunda prędicamentalitatis, hoc eſt, pro rebus, quatenus ab intentione prædicamentalitatis denominantur; E vt ſubſtantia, corpus, corpus animatum, animal, homo, quatenus, aut generaliſſimi, aut generis ſubalterni, aut ſpecialiſſimi, denominationẽ recipiũt. Quãuis nanque logici negocium primariè, ac formaliter circa intentiones ſecundas, quas entia rationis dicimus, verſetur, tamen res ipſas omnino a ſua non excludit conſideratione: quinimmo eas, vt per apprehenſionem in anima eſſe habent, ac perinde huiuſmodi intentionum ſecundarum denominationẽ recipiunt, abſque vllo conſiderat ſcrupulo. Prędicamenta autem primo modo ſumpta, ſecundum diuerſum modum prędicandi diſtingui ſolent: eo quòd prædicamenta formaliter a prædicatione ſumũtur; igitur ſecundum diuerſum modum prędicandi diſtingui debent: Sed tertio modo accepta, & ſecundum diuerſum modum prædicandi, & intelligendi, F eſſendive ſegregari non dubitamus. Nempe prædicari eſt actus intellectus componentis, & prędicatũ ſubiectum attribuentis per ſecundam eius operationem, quę, primam pręſupponit, per quam ſimpliciũ vocum ſignificata intelliguntur: ideoq; modi prædicandi, modos intelligendi, & præſupponunt, & in eis fulciuntur. Quippè, ſicut intellectus variè apprehendit: ita vnum de altero, affirmatiuè, vel negatiuè, diuerſis modis enuntiat. Modi verò intelligendi à diuerſis modis eſſendi ideo ſumuntur, eo ꝙ ſicut res habẽt eſſe, ita & eas intelligere neceſſe eſt. Verum hos modos eſſendi, non eſt neceſſe, ſemper eſſe actu diſtinctos, ſicut eſſe album, & eſſe dulce in pomo à diſtinctis qualitatibus, prębentibus diuerſa eſſe, ſumuntur: ſed ex modo correſpondendi diſtinctis conce- G ptibus, diſtincti inueniuntur: quãdo quidem eadem res, vnum modum realem, ac eſſentialem habet, vt tamen cadit ſub intellectu, plures poteſt fundare conceptus, & ſecundum ꝙ vnum fundat conceptum, ratione diſtinguitur à ſeipſa, quatenus aliũ poteſt fundare conceptum. Vt exemplariter dicatur, ſubſtantia ſecundum ꝙ accidentium eſt ſubiectum, per modum ſubſtantiæ ſignificatur; eò quòd ſubſtantia dicitur à ſubſtando: ſed ſecundum ꝙ à nullo priori, cui innixa ſit, dependet, tanquàm ens per ſe vtiq; ſignificatur. Iſti autem modi, re ipſa ſunt ea ipſa ſubſtantia, ſola ratione animę illam ſecundum diuerſas habitudines concipientis; quam quidem rationem non eſſe fictam, ſed à re ipſa ſumptam, cum ita ſit in re, minimè dubitamus. Nam ſubſtãtia, & accidentibus ſubſtat, & nulli innititur, hæc tamen non eſſe duas H res, ſed diſtinctionem inter iſta duntaxat à ratione fieri dicimus. Quare tales modos eſſe ens reale, ſcilicet, ſubſtantiam, quę, & accidentibus ſubſtat, & nulli innititur, eorumq; diſtinctionem eſſe à ratione, nõ eſt impoſſibile. Quocirca ens reale, quod ſecundum diuerſos modos eſſendi in decem prędicamenta, eſt diuiſum (quanuis quo ad id à quo nomen entis ſumitur, ipſum eſſe, quo res eſt, importet; tamen quantũ ad id, ad quod nomen entis impoſitum eſt, id, quod in quolibet eſt prędicamento, veraciter ſignificat) non ad aliquid determinatum reſtringitur, ſicut genus per differentias, ad ſpecies contrahitur. Quippè, differentia, cum non participet genus, eſſe extra generis eſſentiã neceſſe eſt. At quod extra ens reale

eſt, &

eſt, & eſſe nihil, & differentiam nequaquam eſſe,
opus eſt. Sanè hoc in loco non ſumitur ens reale
pro eo, quod realiter extra cauſas ſuas exiſtit: ſed
capitur, vt diſtinguitur contra ens ab intellectu fa-
bricatum, Quo fit, vt nihil poſſit eſſe, extra entis
eſſentiam, quod per additionem ad ens, aliquam
entis ſpeciem conſtituat; atque iccirco nec ens, ge-
nus eſſe poteſt: ſed ad diuerſa genera ſecundum di-
uerſum modũ prædicandi, qui diuerſum conſequi-
tur modum eſſendi, contrahitur. Hinc ea, in quæ
primò diuiditur ens reale, dicũtur eſſe prædicamen-
ta: Quia diſtinctionem, ſecundum diuerſum modũ
prædicandi, pręſertim de prima ſubſtãtia recipiunt.
Primi enim modi, quibus contrahitur ens, ſunt eſ-
ſe per ſe, & eſſe in alio. At verò eſſe per ſe, eſt mo-
dus prædicamenti ſubſtantiæ, & eſſe in alio, eſt mo
dus aliorum nouem pręedicamentorum: ſed eſſe per
ſe, eſt maximè principaliter, et propriè (vt paulo
infra dicetur) primæ ſubſtantiæ, igitur ſecundum
diuerſum modum prædicandi, præcipuè de prima
ſubſtantia, diſtinguuntur ipſa prædicamenta. Agè
itaque, Aut quum aliquid de ſubiecto prædicatur,
ad ipſius ſubſtantiam pertinet; vt pote, quia re ipſa
idem eſt, quod ipſum ſubiectum; vt ſi dixero, So-
crates eſt homo; vel homo eſt animal, & hoc mo-
do ſubſtantiæ prædicamentum ſumitur: Aut etſi de
ſubiecti eſſentia nõ ſit, inhæret tamen ei, ſed ex par
te materiæ ſubiecti ſe habet, quo pacto datur pręedi-
camentũ quantitatis, quæ (apud Philoſophos) ma-
teriam ſubiecti conſequitur: Aut ſubiecto ineſt, ſed
formam conſequitur, & ſic eſt qualitatis prædica-
mentum, quæ, ſuper quantitatem fulcitur, velut co
lor in ſuperficie, & figura in lineis, vel ſuperficie-
bus: Aut per reſpectum, ſeu in ordine ad alterum
ſubiecto inhæret, & ita relationis pręedicamentum
vocatur, vt ſi enuntiauero; homo eſt pater, nõ pręe-
dicatur aliquid abſolutè de homine, ſed reſpectus,
qui ineſt ei ad aliquod extrinſecum; vt puta ad filiũ
terminatur; Aut prædicatum, ſubiectum denomi-
nat; quia ab eo, quod eſt extra ſubiectum, accipitur;
quod communiter, vel rationem cauſæ, vel rationẽ
menſuræ, habere contingit. Cum enim quatuor ſint
genera cauſarum, et duæ ex iis ſint intrinſecę, & par
tes eſſentiæ, ſcilicet, materia, & forma; Pręedicatio,
quæ ſecundum hæc duo genera cauſarum fit, nullo
modo ab extrinſeco fieri, neceſſe eſt: Quin po-
tius ad ſubſtantię pręedicamentum attinet; vt puta
ſi prędicauero; homo eſt rationalis, vel homo eſt
corporeus, prædicatum, rationalis, ab anima hu-
mana, forma hominis, ſumptum, necnon pręedica-
tum, corporeus, à corpore, quod, rationem mate-
riæ poſſidet, acceptum, idem eſt re ipſa, quod ſubie
ctum; atque ideo ad ſubſtantię prædicamentum hu-
iuſcemodi attinet prædicatio. Cauſa quoque fina-
lis, cum aliquid ſeorſum ab ipſo agente non cauſet,
eò quòd finis, rationem cauſę, inquantum mouet
agẽtem, obtinet: Certiſſimè ſola cauſa agens, à qua
aliquid, ſicut ab exteriori denominari poteſt, rema-
net. Quamobrem ſecundum quòd à cauſa agente
aliquid denominatur, eſt prædicamẽtum paſſionis.
Nam pati, nil aliud eſt, quàm ab agente aliquid ſu-
ſcipere: ſicut & cõtra, quia agere eſt actus ab agen-
te in aliud, quatenus ab effectu denominatur cauſa
A agens, eſt prædicamentum actionis. Menſura au-
tem, altera eſt extrinſeca, altera intrinſeca, vt vniuſ-
cuiuſque propria longitudo, latitudo, & profundi-
tas, & ſic denominationes, quæ ab iis fiunt, ad præ-
dicamẽtum quantitatis pertinere non formidamus.
Menſurę uerò extrinſecæ ſunt, & tempus, & locus:
& ſecundum quòd à tempore denominatur, eſt prę-
dicamentum quando: quemadmodum & contra
quatenus aliquid à loco denominatur, eſt prædica-
mentum vbi, & ſitus, quod (vt ſuo dicetur loco)
addit ſupra vbi, ordinem partium in loco: quòd cer
tè addi ex parte temporis non erat neceſſarium, cũ
ordo partium in tempore, ratione temporis impor
tetur, eò quòd tempus (apud Philoſophum 3. Phy-
ſicorum) eſt numerus motus ſecundum prius, & po
ſterius. Poſtremum, aut prędicatũ eſt omnino ex-
B tra ſubiectum, nec eſt menſura ipſius ſubiecti, & ſic
per modum habitus prędicatur; quod profectò ho
minibus eſt peculiare. Nempe natura, omnibus
brutis ea, quę ad vitæ conſeruationem pertinent,
ſufficientiſſimè præbuit: vt puta, cornua ad defen-
dendum, corium groſſum, & piloſum ad tegendũ,
vngulas, vel aliquid tale ſine eorum lęſione ad inci-
dendum. Quo fit, vt quum animalia bruta, vel ve-
ſtita vel calceata, vel armata, dicuntur; quodam-
modò nõ ab aliquo extrinſeco, ſed ab aliquibus ſuis
partibus denominentur. Verum quia hæc ſubtili-
tati humanę complexionis repugnabant: loco om
nium horum, eſt homini ratio, qua exteriora ſibi
pręparat, vice eorum, quæ, cæteris animantibus in-
trinſeca ſunt. Propterea, quum homo dicitur, aut
C armatus, aut veſtitus, vel calceatus, ab aliquo deno-
minatur extrinſeco; quod neque rationem cauſę,
neque menſurę, habet, atque idcirco eſt ſpeciale prę-
dicamentum, habitus, appellatum. Nec animalibus
brutis, ſi in ſua natura conſiderantur, ſed ſecundum
quòd in hominibus vſum veniunt, veraciter attri-
buitur, quo pacto equum faleratum, vel ſellatum,
ſeu armatum aſſerimus, Quare prędicamenta ſunt
decem in litera prędnominata. Eſt itaque ſubſtantia,
vt exemplariter dicatur, Homo, Equus: Quanti-
tas, vt bicubitum, tricubitum: Qualitas, vt albũ,
muſicum: Ad aliquid; vt duplum dimidij duplum;
vbi, vt in loco: quando; vt heri: Situs; vt ſedet, ia-
cet: Habere; vt calceatus, armatus; facere; vt ſeca
re, vrere: Pati; vt ſecari, vri: quę omnia ſolitariè
ſumpta, non affirmant, neque negant; ſed affirma-
D tio fit coniungẽdo vnum cum altero coniunctione
verbali. Omnis nanque affirmatio, aut negatio, vi-
detur vera, aut falſa, ſingula autem incomplexa non
ſunt vera, neque falſa: quare ſingula incomplexa
non affirmant, neque negant, ſeu non dicuntur ſe-
cundum affirmationem, aut negationem.

Actio, & paſſio, ſunt re uera penitus eadem res; Obie-
ergo ſunt tantum nouem prędicamenta. Antece- ctio.
dens patet, quia idem motus, vt profluens ab agen
te, eſt actio; & vt receptus in patiente, eſt paſſio.
Conſequentia probatur. Prædicamenta ſunt de-
cem genera rerum; ergo ſunt (vt habetur 1. poſt)
impermixta.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius Tex.co.
probationem 21.

probationem dicitur, quod (vt dictum eſt) prædicamenta apud logicum ſecundum diuerſum modũ E prædicandi, & intelligendi, atq; eſſendi diſtinguuntur. Verum illos modos eſſendi, non eſt neceſſe, ſemper eſſe actu diſtinctos, ſicut eſſe album, & eſſe dulce in pomo à diſtinctis qualitatibus, diuerſa eſſe præbentibus, ſumuntur: ſed ex modo correſpondendi diſtinctis conceptibus, diſtincti inueniuntur. Quandoquidem eadem res vnum modum realem, eſſentialemq; habet; vt tamen ſub intellectu cadit, plures poteſt fundare conceptus; & ſecundũ quod vnum fundat conceptum, ratione diſtinguitur à ſe ipſa; quatenus alium poteſt fundare conceptum. Hinc non eſt neceſſe, omnia prædicamenta materialiter ſumpta eſſe diſtincta omnino realiter, ſed formaliter ſunt impermixta: & perinde actio, & paſſio diſtinguuntur; quia actio, ab aliquo in aliud ſignificat; vt calefactio ab igne in aquam, & paſſio, in aliquo ab alio; vt caliditas in aqua ab igne.

Tex. 12 *Subſtantia, quæ propriè, & principaliter, & maximè dicitur, eſt, quæ, neque de ſubiecto dicitur, neque in ſubiecto eſt.*

Dilucidatio. Præſens litera vnà cum ſequenti, inſinuat diuiſionem ſubſtantiæ, in primam, & ſecundam, ideo ſubſtantia, quę diuiditur, pro re directè exiſtente in recta linea prędicamenti ſubſtantiæ ſumitur; non vt habet rationem generis pręcisè, aut ſpeciei tantum, aut ſolum indiuidui, ſed abſolutè, & quomodolibet, dummodo res ſit completa, & finita. Quod ſanè dicitur ad partium differentiam, vt manus, pes, quæ ratione totius in prędicamento collocantur. Quãobrem ſenſus diuiſionis eſt; res directè ſubſtantia; aut eſt prima, aut ſecunda, hoc eſt, aut eſt particulariter ſubſiſtens, & particulariter concepta, atque idcirco in ſui ratione includit particulariter ſubſiſtere: aut non includit particulariter ſubſiſtere, ſed eſt vniuerſaliter concepta. In hoc enim differt ſubſtantia prima à ſecunda; quia ſubſtantia prima, puta Sortes, eſt non ſolum ſubſtantia talis, puta homo; ſed aliquis ſubſiſtens non in alio: ſecunda verò ſubſtantia, puta homo; etſi ſecundum rem non inueniatur, niſi cum particulari ſubſiſtentia; in ratione tamen ſua talem modum eſſendi minimè includit; vt ex eius definitione perſpicuum patet. Dictum eſt autem, particulariter concepta, aut vniuerſaliter concepta; quoniam abſolutè conſiderare ſubſtantiam, eſt negocium metaphyſicum; ſed logicam ingreditur conſiderationem, ſubſtantia, vt ſtat ſub intentione ſecunda. Propterea particulariter concipi, & vniuerſaliter cõcipi, fundatur, & ſequitur affirma- H tionem, & negationem illius modi realis, ſcilicet, particulariter ſubſiſtere: & per negationẽ illius modi fit ſubſtantia ſecunda. Quamobrem deſcendendo ad primi membri definitionem, totum definitũ eſt, ſubſtantia, quæ propriè, & principaliter, & maximè dicitur. Iis enim omnibus circumlocuta fuit litera, ſubſtantiam primam. Primò autem dixit propriè, cum ſubſtantiam bifariam ſumi conſueuit. Interdum nanque communiter pro eſſentia cuiuſque rei; quemadmodum dicimus colorem eſſe de ſubſtantia albedinis, capitur: interdum propriè pro re per ſe ſtante, aliaq; ſuſtentante; quo quidem pacto hic intelligitur, vt eſt vnum ſpeciale genus contra alia genera diſtinctum. Deinde, principaliter, appoſuit, quoniam accidentibus ſubſtare, commune eſt omnibus ſubſtantijs: ſed principaliter ſubſtare, proprium eſt primę ſubſtantiæ. Secundæ nanque ſubſtantiæ, ideo ſecundę nuncupantur, quia ſecundario, ratione, ſcilicet, primarum ſubſtant. Homo enim, albedini ſubſtat; quia Socrates, vel Plato, illi ſubſtat. Et quoniam nihil magis ea ſubſtat, immo illa, omnibus alijs magis ſubſtat: cum omnibus ſubſtet, quibuſcunque ſubſtant ſecundæ ſubſtantię, & vltra hoc, etiam ipſis ſecundis ſubſtantijs in ordine prædicamentali; ſicut inferius ſubſtat ſuo ſuperiori, ſubiacet, maximè, non incongruè adiectum eſt. Termini verò definitionis ſuperius in ſecunda diuiſione dilucidati ſunt. Nam ſicut ſubſtãtia prima duo dicit, ita duo dixit definiendo, ſcilicet, non eſt in ſubiecto, quia eſt ſubſtantia, neque dicitur de ſubie- F cto, quia eſt prima. Verum ſubintelligitur id, quod eſt, id eſt, ens, quod in decem genera diuiditur, et per rectas eorum lineas euacuatur. Hæc enim propriè ſunt, quę ſunt, Alia autem, horum ſunt differentię, vel partes, vel principia. Quocirca manus, hęc anima, hoc rationale, licet nõ ſint in ſubiecto, neque de ſubiecto dicantur; tamen nõ ſunt, quæ ſunt, ſed aliorum potius aliquid ſunt: & perinde definitio per puras negationes non datur.

Singularia relinquenda ſunt ab arte, nec eorum poteſt fieri diſciplina; ergo malè, & perperam definitur ſubſtantia prima. Antecedens eſt Platonis, teſte Porphyrio in prædicabilibus. Conſequentia probatur. Quippe ſubſtantia prima eſt ſingularis. Obiectio.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nam in- G tentiones ſecundæ, in rebus fundantur, vt intellectis, & eas denominant, ſicut quum dicimus, homo eſt animal: quia in illa propoſitione, homo denominatur ſubiectum, et animal, prædicatum. Quãobrem in huiuſmodi nominibus ſecundarum intentionum, duo conſiderantur, ſcilicet, intentio, ſecunda, quæ eſt rationis relatio, & res intentioni ſecũdæ ſubſtrata, quę, ab illa intentione ſecunda denominatur, ideo relatio ipſa ſignificatur, res verò ſubſtrata copulatur: ſicut album, puram ſignificat albedinem, copulat autem ſubiectum, quod denominatur ab albedine album. Puta genus, quod eſt ſecundæ intentionis nomen, conſiderari poteſt, quantum ad id, quod ſignificat, & illud eſt genereitatis relatio, quam, intentionem generis, appellant logici: & quantũ ad id, quod generis nomine copulatur, et illud eſt res ſubſtrata, quæ à genereitate, genus denominatur, quam, rem intentioni ſecundæ ſubſtratã, logici vocant. Propterea nomen ſecundę intentionis bifariam ſumi poteſt: aut fundamentaliter, & hoc eſt, quum pro re intentioni ſecundæ ſubſtrata ſumitur; attamen ab illa intentione ſecunda denominatur. Nam alicuius accidentis definitio, ipſi accidenti quiditatiuè conuenit, vt ei, quod ex ſui natura eſt tale principium formale; ideoq; eſt id, quo ſubiectum denominatur tale: vt ſi definiatur album eſſe diſgregatiuum viſus, talis definitio, albedini quiditatiuè conuenit; vt ei, quod ex ſe eſt tale principium formale, & conſequenter vt quo ſubiectum denominatur tale, ſcilicet, eſſe diſgregatiuum viſus:

& hoc

& hoc modo denominatiuè ſubiecto conuenit, vt ei, quod denominatiuè dicitur tale, puta Niui conuenit vt ei, quod ſubſternitur illi. At quoniam rebus per primas intentiones intellectis, accidunt intentiones ſecundę: hinc ſimiliter definitio logicalis, vt puta generis, intentioni generis quiditatiuè conuenit; vt ei, quod in ſe eſt tale principium formale, & conſequenter, vt ei, quo res intentioni generis ſubſtrata dicitur talis. Nempe dicimus, quòd genus prædicatur de pluribus, intelligẽtes per hoc, genus eſſe tale principium formale, quod prædicatur de pluribus, atque idcirco genus eſt, quo res ſubſtrata; vt puta animal, de pluribus prædicatur: ita ꝙ talis propoſitio, genus prędicatur de pluribus differentibus ſpecie, eſt quiditatiua. Rei verò ſubſtratæ, puta animali, conuenit denominatiuè; quẽadmodũ nix diſgregat viſum, quia eſt alba: ita quoque animal prędicatur de pluribus differentibus ſpecie, quia eſt genus; atque idcirco hęc prędicatio, animal prędicatur de pluribus differentibus ſpecie, eſt denominatiua. Res autem in propoſito, quum definitur ſubſtantia prima, eſt res naturæ, communis pluribus, hoc eſt, id, quod ad communem rationem ſingularitatum indiuiduorum pertinet: quod reuera eſt modus, quo ſubſtantiarum indiuidua ſubſiſtunt, vel ſubſtantia talem modum habens, qui vocatur incommunicabiliter exiſtere. Socrates enim ita incommunicabiliter exiſtit, quod alteri communicari nequit: neque ſicut accidens ſubiecto, neque ſicut vniuerſale particulari, neque ſicut pars toti; ideo tres particulas in definitione primæ ſubſtantię poſuit litera, duas explicitè, & alteram implicitè; ſcilicet (vt dictum eſt) id quod eſt. Modus autem iſte, communis omnibus indiuiduis ſubſtantiæ eſt; atque idcirco definibilis. Id enim cuius definitio de pluribus vniuocè prædicatur, eſt vniuerſale, ſed tota definitio rei hic definitæ, de pluribus vniuocè prędicatur; ergo res hic definita eſt vniuerſalis. Maior ex terminis eſt nota. Minor probatur. Totũ nanque hoc, ſcilicet, id, quod eſt, neque in ſubiecto exiſtens, neque de ſubiecto dictum, de Socrate, & Platone, & cæteris indiuiduis ſubſtantiæ vniuocè prædicatur. Quare tam res definita, quàm definitio, cõmunis eſt pluribus, ac per hoc, vtrique, dici de ſubiecto, conuenit. At quia res primæ intentionis definita, communis pluribus, vt ſtat ſub intentione ſecunda, ſeu ad modum intẽtionis ſecundę, definitur; quia eſt definitio logicalis, ideo ex hoc liquet, quòd pręſens definitio, vt quod, rei definitæ non conuenit: quoniam res illa, quę eſt incommunicabiliter exiſtere, non habet, ꝙ nõ dicatur de ſubiecto, quia, pluribus, ſcilicet, Socrati, & Platoni, & cæteris indiuiduis ſubſtantię, cõmunis eſt: ſed conuenit duntaxat vt quo, eò ꝙ Socrates eſt, quod eſt, & neque eſt in ſubiecto, neq; dicitur de ſubiecto, quia eſt ſubſtantia incõmunicabiliter exiſtens, idcirco per non dici de ſubiecto definitur; quemadmodũ genus definitur per prædicari de ſpecie: & tamen, cum nulla intentio ſecunda, in quid de rebus primæ intẽtionis prædicetur, ipſum non eſt, quod reuera denominatiuè de ſpecie prędicatur, ſed quo res, genus, denominata, vt puta animal, dicitur de ſpecie, homine, & equo. Genus enim ex ſui natura, eſt tale principium formale, quod de pluribus prędicatur: ita quoque prima ſubſtantia hic definita, eſt, ex ſui natura tale principium formale, ſcilicet, incommunicabile exiſtens, quod neque eſt in ſubiecto, neq; dicitur de ſubiecto. Agẽ igitur, id definitur, cui conuenit definitio, ſed rei ſubſtratæ conuenit definitio denominatiuè, & formaliter intentioni ſecundę, ergo denominatiuè definitur res ſubſtrata intentioni ſecundæ, & formaliter ipſa intentio ſecunda. Dictũ eſt autem, res ſubſtrata intentioni ſecundæ, quoniã logica eſt de ſecundis intentionibus adiunctis primis, non ꝙ ex ęquo conſideret vtraſque, aut de aliquo, ex vtriſque aggregato ſit: quoniam nullũ aggregatum, vel complexum (vt habetur 7. Met.) eſt definibile; neque abſolutè ſit de ſecundis intentionibus, vt entia ſunt; quia hoc metaphyſicæ ſpeculationis eſt: ſed adiunctis primis, id eſt, vt fundantur in primis, & denominant eas, ita vt per earũ applicationem rerum, quæ, primis intentionibus offeruntur, cognitio habeatur. Puta ex generis definitione, notum non ſit abſolutè, quid res illa, quæ genus eſt, ſit, ſed quid ſit, vt rem primæ intentionis denominat. Didicimus nanq; ex data definitione, quę res primę intentionis, generis denominationẽ habeat, & quæ non: & quæ, ad hoc, vt res aliqua, talem ſortiatur denominationem, exigantur. Vnde ſicut accidens in concreto, ens per accidens, ſeu cõplexum, non eſt: ſed eſt vnum per ſe, & conſequenter definibile; ita quoq; res intentioni ſecundę ſubſtrata eſt definibilis. Conſtat autem definitionem (vt dictum eſt) accidenti, puta albedini, formaliter conuenire, denominatiuè verò ſubiecto. Quare ſecunda intentio formaliter definitur, denominatiuè verò res intẽtioni ſecundę ſubſtrata. Termini enim ſecundæ intentionis, vnum ſignificant, ſcilicet, rationis relationem, & pro alio ſupponunt, ſcilicet, pro rebus primæ intentionis, quas denominant; ideo eorum definitiones, de ipſis rebus primę intentionis denominatiuè verificari poſſunt. Itaque ad probationem conſequentiæ argumenti in oppoſitum negatur aſſumptum, ꝙ, ſcilicet, ſubſtantia prima, quę hic definitur, ſit ſingularis; ſed (vt probatũ eſt) pluribus eſt communis. Nec perinde definito repugnat definitio, nec cõtra, definitioni repugnat definitum; Quanuis hæc duo, vniuerſale, & non dici de ſubiecto, contraria ſint: quoniam licet non dici de ſubiecto, communi repugnet, vt quod, et contra: non tamen repugnat rei, quæ communis denominatur, vt quo, ideſt, vt eſt modus alterius. Stat enim ipſam incommunicabilitatem exiſtendi, communem denominari: & tamen ex ea, in omnibus, in quibus eſt oriri, quòd nullum eorum, commune ſit, & hoc modo non dicatur de ſubiecto.

Text. co. 13.

Secundæ ſubſtantiæ ſunt, primæ ſubſtantiæ genera, aut ſpecies, in quibus illæ, quæ principaliter ſubſtantiæ dicuntur, inſunt. Tex. 13

Dilucidatio. Secundæ ſubſtantiæ ſunt ſpecies, & genera illarum ſpecierum, in quibus ſunt primæ ſubſtantię, ſicut inferius eſt in ſuo ſuperiori eſſentiali; quemadmodum pars ſubiectiua eſt in ſuo toto vniuerſali, in quo continetur. Siquidem tales ſpecies, & earũ genera,

nera, dicuntur ſubſtantiæ; quia, ſubſtantiarum naturas dicunt: ſed ſecundę reſpectu primarum, quarum naturas dicunt, nec non ratione quarum accidentibus ſubſtant: velut hæc ſpecies, homo, eiusq; genus, animal, naturam Socratis, & Platonis, qui ſunt primæ ſubſtantiæ, dicunt. Subſtantiæ enim nomen, quoddam ſubſtans, & alia ſuſtentãs, ſonat: quod autem verè aliorum, ſuſtentatiuum eſt, ipſum, alterius ſuſtentatione non eget, alioqui illud alterum verò ſuſtinens principaliter eſſet, ideo ſubſtantię nomen, à duabus proprietatibus ſumptum videtur, ſcilicet, ab actu ſubſtandi alijs, & negatione prioris ſuſtentantis. Hinc ſecundum acceſſum ad has proprietates, vel ab eis receſſum, aliquid magis, vel minus ſubſtantia vocatur. At quia vtrunque horum, indiuiduum ſubſtantiæ maximè ſapit, & ſpecies aliqualiter elongantur ab eis: quoniam indiuiduum ſubſtãtiæ, duplici caret ſubiecto, ſcilicet, inhæſionis ſubiecto, per oppoſitum ad accidens, quod ſi in rerũ natura inueniri debet, alicui ſubiecto inhærere oportet, & prędicationis ſubiecto, quod inexiſtentiæ ſubiectum vocatur, per oppoſitum ad vniuerſalia, quę non niſi in ſuorum particularium exiſtentia inueniuntur: ſed ſpecies ſubſtantiæ, puta homo, etſi inhęſionis ſubiecto careat, inexiſtentiæ tamen ſubiectum habet, quoniam id, quod ſignificat homo, niſi in aliquo homine ſuſtentatum, non exiſtit. Similiter quo ad actum ſubſtandi alijs, indiuiduum, omnibus ſubijcitur, quibus ſubijcitur ſpecies, tam accidentibus, quàm ſuperioribus; & vltra hoc, ipſi ſpeciei, propter quod maxima ſubſtantia vocatur, ideo indiuidua, eo ipſo iure dicũtur primæ ſubſtantiæ, ſpecies verò, & conſequenter eadem ratione, earum genera, ſecundæ ſubſtantię vocantur.

Obiectio.

Prius eſt à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, ſed á ſpecie, & genere, non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, ad indiuidua; ergo ſpecies, & genera ſunt priores ſubſtantiæ, quàm indiuidua, Maior habetur in poſtprædicamentis. Minor probatur. Iſta enim eſt conſequentia formalis; Socrates eſt, ergo homo eſt: ſed contra non valet formaliter, homo eſt, ergo Socrates? conſequens enim poteſt eſſe, falſum, antecedente exiſtente vero.

Reſpondetur negando cõſequentiam, quoniam argumentum laborat in æquiuoco. Nam prius bifariam ſumi poteſt. Aut iuxta illum modum prioris à quo non conuertitur exiſtendi conſequentia, & ſic non ſumitur hic, in quo ſenſu procedit argumentũ, ideo non eſt mirum, ſi eſt inualidum. Indiuiduum nanque ſignatum iſto modò non eſt prius, ſed genere, & ſpecie eſt poſterius: indiuiduum vero vagum, quod definitur (vt dictum eſt) quum definitur prima ſubſtantia, ad quod, omnia indiuidua ſignata, vt ſub hac arte cadunt, vt eorum fieri poſſit ſtabilis diſciplina, reducuntur, non eſt ſpecies prius, neq; poſterius: ſed ſunt ſimul, eò quòd inter ea, conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, vt aliquis homo eſt; ergo homo, & contra homo eſt; ergo aliquis homo. Aut ſumitur iuxta illum modum prioris, quo prius dicitur, quod eſt cauſa, vel ratio alterius, & non cõtra; & hoc modo ſumitur hic. Indiuiduum enim dicitur prima ſubſtantia, & ſpecies, ac genus, ſecunda: quia indiuiduum, ipſi generi, & ſpeciei ratio eſt, quòd accidentibus ſubſtent, & quòd abſque ſuſtentaculo in rerum natura exiſtant. Ideo enim homo eſt grammaticus, & animal eſt album, quia aliquis homo eſt grammaticus, & aliquod animal eſt album: & ſimiliter ideo homo, vel animal eſt, quia aliquis homo, vel aliquod animal eſt, quoniam neque homo, neque animal, per ſeipſum eſt, niſi apud platonicos.

Species ſunt magis ſubſtantia quàm genera. Tex. 14 Dilucidatio.

Quippè, ſpecies, eò quòd propinquiores ſunt primę ſubſtantiæ, quam diximus eſſe maximè ſubſtantiam: ipſis generibus magis eſſe ſubſtantiam minimè dubitamus. Quemadmodũ enim propinquius maximè calido eſt calidius, ita & propinquius maximè ſubſtantiæ, eſt magis ſubſtãtia. Euidentius autem ſpecies, quàm genera, primas declarant ſubſtãtias: quoniam ex proprijs vniuſcuiuſque cognitio pendet: quales ſunt, primis ſubſtantiis, ſpecies, in ordine ad ipſa genera, quę ipſis ſpeciebus communiora, ac remotiora dicuntur. Nempe ſi dixero, hoc eſſe animal, adhuc deſidero ſcire, an homo, vel brutum eſſe dicatur. Nec ſubſtantię repugnat, cum magis, vel minus, ſic poſſe prædicari: quanuis nec magis, nec minus, ſeu intenſionem, vel remiſſionem, ſuſcipere poſſit.

Genus pluribus accidentibus ſubſtat, quàm ſpecies, ergo genus eſt magis ſubſtantia, quàm ſpecies. Antecedens probatur. Genus enim, omnibus accidentibus plurium ſpecierum eius ſubſtat, & ſpecies ſolum vnius ſpeciei accidentibus: velut animal, omnium animalium accidentibus, & homo, accidentibus duntaxat hominis ſubſtat. Obiectio. 1.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationẽ dicitur, quòd licet genus, pluribus ſubſtet accidentibus, quantum ad numerum, quàm ſpecies: tamen illa dicitur magis ſubſtantia, quia etiam ipſi generi, ſicut inferius ſuo ſuperiori ſubſtat; ideo ſecundum plures modos magis ſpecies, quàm genus, ſubſtat.

Commune eſt omni ſubſtantiæ, non eſſe in ſubiecto. Tex. 15. Dilucidatio.

Poſt ſubſtantiarum enumerationem, atque diuiſionem, in qua alias primas, alias ſecundas eſſe propoſuit, & ſubſtantiæ definitio nulla eſt reddita; idcirco quia generaliſſimum genus, definitione non tenetur; ſex proprietates exquirere cupit, quaſi ſigna aliqua, quibus ſubſtãtiam agnoſcere valeamus, quarum prima eſt. Commune eſt omnibus ſubſtantijs, vt in ſubiecto non ſint, quod pleniſſimè ijs demonſtratur. Primæ nanque ſubſtantiæ, ideſt, indiuidua in ſubiecto non ſunt; vt ex eius definitione liquet: qua dictum eſt, neque dicitur, de ſubiecto, neq; eſt in ſubiecto. Nunquàm enim particularis ſubſtantia, alicui accidens eſſe poteſt. Secundę verò ſubſtãtię, ſiue ſpecies ſint; vt homo, ſiue genera; vt animal, etſi de ſubiecto dicantur, vt puta homo, de aliquo homine: in nullo tamen ſubiecto ſunt. Si enim eſſent in ſubiecto, vt accidentia; vtique illud eſſet aliquis homo: at neque homo, neque animal, eſt alicuius hominis accidens; igitur neque homo, neque animal, eſt in aliquo homine, vt accidens in ſubiecto. Nam ea, quæ in ſubiecto ſunt, de primis ſubſtantiis ſecun-

dum,

dum nomen, ſed non ſecundum rationem prædicari poſſunt. Album enim, cum ſit in corpore, dicitur corpus album, & per hoc prædicatur albedo de corpore: ſed alia eſt definitio albedinis, alia corporis. Secundæ verò ſubſtantiæ, de primis ſubſtantijs, & nomine prædicantur, & definitione iunguntur. Nam hominis, & animalis ratio, de aliquo prædicatur homine, vt veraciſsimè dicatur; aliquis homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis rationalis: quare ſecundę ſubſtantię non ſunt de numero eorum, quæ ſunt in ſubiecto. Verum ſubſtantiarum differentię, & ſecundum nomen, & ſecundum rationem de ſubſtantijs dicuntur: vt ſi quis dicat greſsibilem de homine differentiam, ipſius differentię definitio, homini quoque conuenienter aptabitur. Greſsibile nanque eſt, quod per terram pedibus ambulat. Propterea non eſt proprium ſubſtantię, quod retinet etiam differentia: quę, nec in recta linea prędicamenti ſubſtantię collocatur; atque iccirco nec eſt ſubſtantia.

Obiectio. Quod eſt in aliquo ente completo in actu, habet eſſe in ſubiecto, ſed ſubſtantia ſecunda eſt in prima, quæ eſt ens in actu completum; ergo ſubſtantia ſecunda eſt in ſubiecto.

Reſpondetur ad maiorem, quæ, ſi debet eſſe vera, ſic intelligenda eſt. Quod eſt in aliquo, quod eſt in actu ens completum, ita quòd de nouo aduenit ei, poſt, eius eſſe completum, habet procul dubio eſſe in ſubiecto: ſed tunc falſa eſt minor, quoniam ſubſtantia ſecunda non aduenit de nouo primæ ſubſtantiæ poſt eius eſſe completum, ſed eſt illius principium.

Tex.16. *Secundis ſubſtantijs, earumq́; differentijs, de primis uniuocè prædicari conuenit.*

Dilucidatio. Quoniam in ſubiecto non eſſe, differentijs, & ſubſtantijs, commune monſtrauit: aliam rurſus cõmunitatem ſubſtantiarum, differentiarumq́; proponit. Nam cum ſubſtantiarum, aliç ſint primę, aliæ ſecundę: & primæ ſubſtantiæ ſint indiuiduæ, à quibus nulla eſt prędicatio, ſecundæ verò ſubſtantię, de primis ſubſtantijs prædicantur, etiam de ijs vniuocè dicuntur. Secundum enim ſubſtantiarum nomen de primis prædicatur, & ratio, vt de Platone prædicatur homo, & eius genus animal. Plato quippe, & homo eſt, & animal, & vtriuſque de eodem prędicatur ratio. Dicimus enim Platonem, animal eſſe rationale mortale; quę eſt hominis definitio: & rurſus dicimus Platonem eſſe ſubſtantiam animatam ſenſibilem; quæ eſt animalis definitio: quod tamen cum differentia, commune eſt: Nam Plato, & rationalis eſt, & aptus natus ratione vti. Quamobrem differentia, de primis ſubſtantijs, vt de Platone, & ſecundum nomen, & rationem, atque per hoc vniuocè prædicatur.

Obiectio. 1. Prima ſubſtantia, vniuocè de ſeipſa prædicatur; ergo non eſt proprium omnibus ſecundis ſubſtantijs, earumq́; differentijs vniuocè de primis prędicari. Antecedens probatur. Prima nanque ſubſtantia, de ſeipſa neque æquiuocè, neque denominatiuè, prędicatur; ergo vniuocè.

Reſpondetur, quod (vt dictum eſt in tomo prædicabilium) prima ſubſtantia, de ſeipſa vniuoce prędicatur, prædicatione naturali: quę, quia in ea nihil notificatur ignotum, arti non deſeruit. Secundę autem ſubſtantię, earumq́; differentiæ, de primis ſubſtantijs vniuocè prędicantur, prædicatione artificiali: quæ, quia in illa aliquid ignotum, notũ fit, profectò deſeruit arti: & de hac dicitur, à prima ſubſtantia, nulla ſit prędicatio. Quare proprium eſt ſecundis ſubſtantiis, earumq́; differentijs, de primis ſubſtantijs vniuocè prędicari.

Secũda. Ratio conſtat ex genere, & differentia, ſed differentiæ non eſt differentia; ergo neque differentiæ eſt ratio; atq; idcirco nomine, & ratione de primis non prædicatur. Maior probatur. Ratio enim eſt definitio, quæ, ex genere, & differentia conſtat.

Reſpondetur negando vniuerſaliter maiorem, ad cuius probationem dicitur, quod ratio in plus eſt, quàm definitio. Quippè, in habentibus definitionem, ratio eſt ea ipſa definitio: ſed in definitione carentibus, velut ſunt generaliſsima, & differentiæ ratio eſt ſuus proprius conceptus formalis quidditatiuus.

Tertia. Prædicari vniuocè de aliquo, eſt, de eo nomine, & ratione prędicari, ſed accidentia in concreto, de primis ſubſtantiis nomine, & ratione prædicantur; ergo accidentia in concreto, de primis ſubſtantiis vniuocè prędicantur, & conſequenter non eſt proprium ſecundis ſubſtantijs, earumq́; differentijs de primis vniuocè prędicari. Maior eſt nota, quia vniuoca dicuntur, quorum nomen commune eſt, & ratio ſubſtantię ſecundum illud nomen eſt eadem. Minor probatur. Tàm enim album, quàm eius definitio, eſſe, ſcilicet, diſgregatiuum viſus, de primis ſubſtantiis prędicatur; vt Socrates eſt albus, & hęc nix eſt alba; & hæc nix eſt diſgregatiua viſus.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quòd de aliquo prędicari, nihil aliud importat, quàm ineſſe, ſeu conuenire illi, de quo prędicatur, ideo de aliquo ſecundum nomen prędicari, nihil aliud eſt, quàm nomen prędicati, conuenire ſubiecto: ita quòd nomen prędicati eſt etiam nomen ſubiecti. Nec refert, an tale nomen ſit ſubiecti ſecundum ſubſtantiam, aut qualitatem, vel quodcunque aliud extraneum: dummodo aliquo modo ei conueniat, aut eſſentialiter, aut denominatiuè, intrinſecè, vel extrinſecè. Similiter ſecundum rationem prędicari: nihil aliud eſt, quàm rationem prædicati conuenire ſubiecto: ita quod ratio prędicati ſit etiam formaliter ratio quidditatiua ſubiecti. Nec refert, an ratio prędicati ſit tota ratio ſubiecti; an ſit pars rationis: dummodo ſit intrinſeca, & eſſentialis, totaliter, vel partialiter, ideſt, vel ſit tota ratio, vel pars rationis; quod dicitur propter id, quod in ratione, vt additum, cadit, ſicut ſubiectum eſt pars rationis accidentis. At quia nomen ſecundarum ſubſtantiarum eſt nomen primarum, & ratio ſecundarum ſubſtantiarum eſt formaliter ratio quiditatiua, eſſentialis, & intrinſeca primarum: velut aliquis homo vocatur homo, & definitio quiditatiua hominis, animal rationale mortale, eſt formaliter definitio eſſentialis, et intrinſeca alicuius hominis, ideo ſecũ-

dæ ſubſtantiæ, de primis ſecundum nomen, & rationem dicuntur. Accidentia autem in abſtracto, E nec ſecundum nomen, nec ſecundum ratio, de primis ſubſtantijs prędicantur: quoniam Socrates, nec eſt albedo, aut quantitas, nec ratio albedinis, aut quantitatis, eſt formaliter ratio quiditatiua Socratis. Accidens autem in concreto, ut puta album, quoniam eſt in ſubiecto, non ſolum ſecundum rem, velut etiam accidens in abſtracto: ſed etiam ſecundum modum ſignificandi: nempe per modum exiſtentis in ſubiecto, quod eſt corpus, ſignificat; quod non facit accidens in abſtracto, neceſſe eſt album, de corpore, & vniuerſaliter accidens in concreto, de ſubiecto ſecundum nomen, ſed non ſecundum rationẽ prædicari. Ratio enim eius, nec definitio quiditatiua, nec pars intrinſeca definitionis primæ ſubſtantiæ, formaliter eſſe poteſt: velut albi definitio; F nec eſt formaliter alicuius corporis definitio; nec pars intrinſeca definitionis eius; licet de eo prædicetur denominatiuè, vt eſſe diſgregatiuum viſus de hac, vel illa niue; in quo ſenſu procedit argumentum in oppoſitum, non tamen formaliter & intrinſecè prędicatur.

Tex. 17 *Prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid: ſecunda uerò quale quid, ſub appellationis figura.*

Dilucidatio. Tertia ſubſtantię proprietas eſt, primam ſubſtantiam ſignificare hoc aliquid: ſecunda verò quale quid, ſub appellationis figura. Hoc aliquid, compoſitum cum ſit ex pronomine demõſtratiuo, hoc, quoddam demonſtrabile importat: tale autem eſſe aliquod particulare, ſeu indiuiduum, quod eſt vnum numero, oportet. Vniuerſalia enim, ſenſu, aut digito, aut quouis alio modo demonſtrari nequeunt. G Aliquid verò, ſubſtantiam importat; ſicut aliquantum, quantitatem denotat, & aliquale, qualitatem. Quamobrem hoc aliquid, nil aliud deſignat, quàm particularem, ſiue demonſtrabilem ſubſtãtiam, hoc eſt, indiuiduũ ſubſtantiæ, quod eſt vnum numero. Dico enim vnum numero, propter ſpeciem ſpecialiſſimam, quæ eſt indiuidua, ideſt, indiuiſibilis formaliter; ſed non eſt vna numero. Nomen autem primæ ſubſtantiæ, aliquam ſubſtantiam ſignificat particularem: ideo indubiè verum eſt, omnem primam ſubſtantiam hoc aliquid ſignificare. Secundæ verò ſubſtantiæ, ſignificare hoc aliquid apparent, hoc eſt, videntur ſubſtantiam ſingularem, ſeu vnam numero ſubſtantiam ſignificare: eò quòd ſeparatim prolatum, animal, aut, homo, ſecunda ſubſtantia, quandam ſubſtantiam, & vnam numero ſignificare H videtur. Quemadmodum quum dicimus, Sortes ambulat, currit, mouetur, de vno quodam numero fit ſermo: perinde quoque de homine, & animali, tanquàm de vno quodã definiendo, demonſtrando loquimur; immo quòd currit homo, mouetur animal, aſſerimus. Quocirca ſecundæ ſubſtantiæ ſignificant quale quid, ſub appellationis figura, ideſt, ſignificant quale aliquid; quanuis ſignificare hoc aliquid apparent: ſed reuera non ita eſt; quoniam vnum numero, quod eſt indiuiduum ſubſtantiæ, non ſignificant. Nam ſubſtantia ſecunda, ſubſtantiam, intentionem ſecundam, indutam, puta vniuerſalitatem, importat: in cuius ſignum, dictum eſt, ꝙ dicitur de ſubiecto, ideſt, de inferioribus. Hinc cum ſubſtantia fiat ſecunda, ſeu vniuerſalis per operationem intellectus, qua ab hoc, & ab illo abſtrahitur, accipiendo quandam rationis vnitatem, qua eſt vna formaliter in multis, & de multis, à quibus abſtracta eſt, dicitur: & omne illud, quod fit per actum intellectus circa ſubſtantiam fit accidens; quoniam accidit, ei, ipſamq; denominat, nec non quale, cõmune vocabulũ ſit ad omne accidens, vt patet ex accidentis definitione, qua dicitur, quòd prędicatur in quale: iccirco cum ſubſtãtia fit ſecunda, tranſit in accidentis, & qualitatis ferè naturam; non amittendo propriam ſubſtantialitatis naturã: ſed induendo accidentis, ſeu qualitatis actum, inquantum vniformis, ideſt, vniuerſalis rationem accipit. Nam vt ſic, eſt vna formaliter in multis, de quibus prædicatur; ideo dicitur, ꝙ ſignificat quale quid: quoniam qualitatem, hoc eſt, vniformitatem, qua eſt vna formaliter in multis, circa ſubſtantiam quandam, ideſt, ſubſtantias particulares determinat.

Hoc album ſignificat hoc aliquid, & tamen non eſt prima ſubſtantia; ergo ſignificare hoc aliquid non eſt proprium primæ ſubſtantiæ. Antecedens probatur. Significare enim hoc aliquid eſt ſignificare indiuiduum, quod eſt vnum numero; ſed hoc album ſignificat indiuiduum, quod eſt vnum numero, ergo hoc album ſignificat hoc aliquid. Obiectio. 1.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd hoc aliquid ſignificat indiuiduum ſubſtantiæ, quod eſt vnum numero, vt ſunt primæ ſubſtantiæ. Hoc album verò ſignificat indiuiduum accidentis, quod nihil aliud eſt ſecundũ ſuam naturam, quàm qualitas, ideo hoc album non ſignificat hoc aliquid.

Secũda. Secundæ ſubſtantię, vt puta, homo, animal, tantummodo rem naturę ſignificant, ergo ſecundæ ſubſtantię non ſignificant quale quid. Conſequentia probatur. Nam ſignificare quale quid, eſt, ſignificare qualitatem, hoc eſt, vniformitatem, quę eſt ſecunda intentio, circa ſubſtantiam, ſed per antecedens ſecundæ ſubſtantiæ ſignificant rem naturæ, & non ens rationis; ergo ſecundę ſubſtantię nõ ſignificant quale quid.

Reſpondetur ad antecedens, quòd qualitas in ſecundis ſubſtantijs inuenta, vt puta homine, aut animali per opus intellectus abſtracto, quę vniformitas vocatur, eſt duplex. Vna, quę eſt res ſecundæ intentionis, quę fit per actum intellectus. Altera eſt res primę intentionis, quæ eſt fundamentum illius prius dictæ: & hæc, nihil aliud eſt, quàm eſſentialis indiuiduorum vniformitas, ideſt, natura ipſa in qua eſſentialiter indiuidua conformantur. Eſſentialem autem vniformitatem dico naturam ipſam hominis, vel animalis, non abſolutè, ſed vt aſſiſtentem intentionem intellectus habet, tanquàm conditionem ſine qua non: ſic enim vniformis in multis inuenitur, ideoq; propter huius conditionis exigentiam, vniformitas ipſa, qualitas eſſentialis vocatur; quoniam, ſcilicet, ab opere intellectus quodammodo fit, eo quòd ſine conditione illa, quæ, per opus intellectus fit, actu non inuenitur.

Hinc

Hinc qualitas iſta accidentalis, ſub ſignificatione ſecundæ ſubſtantiæ cadit, non vt res ſignificata, aut eius pars; ſed vt rei conditio ſignificatæ, non ſolum ſine qua non, ſed etiam per quã ſubſtantia eſt ſecunda. Homo enim, etſi, niſi humanam eſſentiam ſignificet, non tamen illã ſignificat, niſi vniuerſaliter conceptam, & per hoc habet, quòd ſit ſubſtantia ſecunda, & ſub logica conſideratione cadat. Significare autem ſic illam qualitatem, ſcilicet, vt cõditionem, ſufficit, ad verificandum, quòd ſubſtantia ſecunda, quale ſignificet, ideoq; argumentum nihil obſtat in oppoſitum, quoniam antecedens eſt abſolutè falſum. Si autem, de qualitate eſſentiali loqui volumus, ſic negatur conſequentia: quoniam qualitas illa eſſentialis, ſecunda intentio non eſt, neque ens rationis, ſed eſt res naturæ, & ſub ſignificatione ſecundarum ſubſtãtiarum, vt res ſignificata cadit, ſed aliud ſubſtantiæ proprium requirendum eſt.

Tex. 18. B *Subſtantiæ nihil eſt contrarium.*

Dilucidatio. Proprium eſt ſubſtantię, nihil eſſe contrarium: hoc autem ex ea, quæ ſigillatim fit, inductione, confirmatur. Homo enim, homini, vel equo, vel alicui aliĳ animalium, non eſt contrarius. Similiter nec aliquis homo, alicui homini eſt contrarius; igitur ſubſtantię nihil eſt cõtrarium. Sed ſi quis forſitan dicat, cum ignis, atque aqua, ſubſtantiæ ſint, ignem tamen

Tex. co. 49. aquę, (vt in 2. de generatione habetur) eſſe contrarium conſtat. Verum ignis, aquæ non eſt cõtrarius: ſed qualitates ignis, qualitatibus aquę opponuntur. Calor enim, & frigus, contraria ſunt, humor item & ſiccitas: quę qualitates, cum aliæ ſint in igne, aliæ in aqua, ipſas ſubſtantias contrarias facere videntur, ſed re uera non ſunt. Quare ſubſtantia in ſua nuditate ab intellectu conſiderata, omni caret contrario: vt verò veſtita ſua accidentia, puta calorem, vel frigus, ſic ratione ſuarum qualitatum, vna eſt contraria alteri. Hoc autem ſolius ſubſtantiæ propriũ non eſt. Nanque & quantitas, contrariis caret. Nempe neque duo tribus, contraria ſunt: nec bicubito tricubitum contrarium eſt. Nulla enim afferri ratio poteſt, ſi tres duobus, contrarĳ ſint; cur quatuor, vel quinque, contrarĳ non ſint: quòd ſi hoc eſt, erũt vni rei multa contraria, quòd fieri nequit; non eſt igitur contrarium aliquid quantitati.

Obiectio. Contrarietas à qua contrarĳ nomen deriuatur, eſt perfecta differentia, ſed hæc in omni genere inuenitur, ergo in genere quoque ſubſtantię inuenitur. Maior ex decimo Methaphyſicę habetur: & Minor in 1. Phyſicorum.

Reſpondetur, quòd contrarietas bifariam ſumi poteſt. Aut communiter, quæ eſt perfecta differentia, & ſic in omni genere etiam ſubſtantiæ (vt probar argumentũ in oppoſitum) inuenitur. Aut propriè, quę eſt maxima diſtantia ſub vno genere, eorum, quæ nata ſunt ab eodem ſuſceptibili, ſe continuè expellere: qualis eſt inter calidum, & frigidum; album, & nigrum, de qua eſt hic ſermo, quum dicitur. ſubſtantię nihil eſt contrarium. Duę enim ſubſtantię, etſi in eodem genere maximè diſtantes ſint, vt puta homo, & imperfectiſsimum conchilium, in genere animalis: non tamen circa vnum aliquod nata ſunt ſuſcipi; quoniam commune eſt omni ſubſtã-

A tiæ in ſubiecto non eſſe, atque idcirco nec in vllo ſuſcipi poſſunt, & conſequenter aliæ conditiones deſunt; ſed ad ſequens proprium dilucidationis ſemitam conuertamus.

Tex. 16 *Subſtantia non ſuſcipit magis, neque minus.*

Dilucidatio. *Magis, intenſionem, minus uerò remiſsionem importat.*

Suſcipere magis, vel minus in propoſito ſumitur pro eo, quod eſt intendi, & remitti, ideo rem aliquã ſuſcipere magis, & minus, nihil aliud eſt, quàm intendi, ideſt, ſuum proprium eſſe profici, ſeu augeri; vt quando calor in aqua augetur: & remitti, ideſt, diminui, ſeu minus perfectionis acquirere; vt calor in aqua, quum frigeſcit aqua. Hoc autem bifariam contingit, in vno, ſcilicet, & eodem ſucceſsiuè; vt calor in eadem aqua circa calefactionis principiũ augetur, ſed in finem diminuitur: vel in multis, vt in diuerſa aqua, atque, idcirco ad hoc, vt aliquid hoc mo

B do magis, & minus ſuſcipiat, exigitur; vt in pluribus inuentum, in vno perfectius, & in altero minus perfectum eſſe poſſit, & in vno, & eodẽ perfectius ſucceſsiuè fieri poſſit, quo pacto ſuſcipere magis, & minus, non inuenitur in ſubſtantia Velut ſi hęc ſubſtantia, puta Sortes, ſit homo, nõ eſt ipſe Sortes à ſeipſo, nunc minus, nunc magis homo. Non enim eſt minus homo Sortes puer, quàm iuuenis, licet ſit minor homo Nec alter ab altero. Nanque Sortes non eſt magis homo Platone, ſicut album eſt altero albo magis album, & ipſum album, puta hoc corpus, magis, & minus a ſeipſo album, cum modo ſit magis album, quàm prius. Verum non ſolum ſubſtantiæ non ſuſcipiunt magis, & minus: ſed & alia multa. Circulus enim alio circulo, non erit magis

C circulus, aut minus: nec duplum magis duplũ, vel minus. Aequaliter enim duplus eſt quaternarius ad binarium, & denarius ad quinarium comparatus. Quamobrem quoniam etiam in alĳs idem eſt, hoc ſubſtantiæ proprium quarto modo ſumptum non eſſe, putandum eſt.

Obiectio. Species ſunt magis ſubſtantia, quam genera; ergo ſubſtantia ſuſcipit magis & minus. Antecedens eſt habitum in ſuperioribus.

Reſpondetur, quòd argumentum laborat in ęqui uoco, ideo negatur conſequentia. Nam ſuſcipere magis & minus. Aut eſt prędicari cum magis, & minus, & ſic ſubſtantia (vt probat argumentum in oppoſitum) dicitur cum magis, & minus, quoniam ſpecies eſt magis ſubſtantia, quàm genus. Aut ſuſcipere magis, & minus, eſt intendi, & remitti, &

D ſic ſubſtantia non ſuſcipit magis, & minus, licet vna ſubſtantia, altera ſit perfectior: vt puta vna anima intellectiua, eſt alia anima intellectiua, perfectior: non tamen intendi, & remitti poteſt, & hoc pacto dicitur, quòd ſubſtantia non ſuſcipit magis, & minus.

Tex. 20. *Maximè proprium eſt ſubſtantiæ (cum ſit una, & eadem numero) eſſe ſuſceptibilem contrariorum ſecundum ſui mutationem.*

Dilucidatio. Eſſe ſuſceptibile contrariorum, cum ſit vnum, & idem numero, eſt maximè proprium ſubſtãtię, hoc eſt, maximè proprium eſt omni ſubſtantię, eius vnitate numerali ſeruata, quam vtique habet, eſſe ſuſceptibilem contrariorum: quod equidem primæ, & ſecundæ

ſecundę ſubſtantię conuenire conſtat, Homo enim, eius vnitate numerali, quam habet in Sorte, ſeruata, calidi, & frigidi ſuſceptibilis eſt; quod nec colori, nec alii à ſubſtantia, conuenit. Color nanque ſeruata vnitate numerali, quam in hoc albo habet, niger eſſe non poteſt. Similiter, nec quantitas, nec naturalis potentia, quamuis habeant quandam imaginē, vt ſint contrariorum ſuſceptibilia; tamen neq; quātitas, neque naturalis potentia, eſt ſuſceptibilis contrariorum, ſed ſunt media, quibus ſubſtantia eſt contrariorum ſuſceptibilis. Propterea maxime propriū eſt ſubſtantiæ, mediatē, eam, vel immediatē, contrariorum eſſe ſuſceptibilem. Non enim quantitas mouetur propriè de albo in nigrum, ſed ſubſtantia quāta; nec intellectus, qui eſt potentia naturalis animę, mouetur propriè de ignorantia ad ſcientiam, ſed homo ſecundum intellectum; iccirco eſt maximè proprium ſubſtantiæ, eſſe ſuſceptibilem contrariorum.

Obiectio.1. Subſtantia ſecunda non eſt vna numero, ergo eſt ab hac proprietate aliena. Antecedens probatur. Quippe ſubſtantia ſecunda non ſignificat hoc aliquid. Conſequentia ex litera patet.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd li vna numero in litera poſitum, ex parte ſubiecti non ſe tenet, vt ſenſus ſit, proprium eſt ſubſtantiæ, quæ eſt vna numero, ſuſceptibilem eſſe contrariorum; ſed ex parte prędicati, & ſenſus eſt, proprium eſt omni ſubſtantiæ, quòd ſeruata vnitate numerali, ſuſceptibilis eſt contrariorum. Hoc autem conſtat, & primę, & ſecundæ ſubſtantię, conuenire. Homo enim ſeruata unitate numerali, quam in Socrate habet, eſt ſuſceptibilis calidi, & frigidi, quod colori non conuenit, quoniam color ſeruata vnitate numerali, quam in hoc albo habet, non poteſt eſſe niger.

Secūda. Verum, & falſum, ſunt contraria, ſed eadem numero oratio vocalis, & mentalis, quæ dicitur opinio, eſt modo vera, modo falſa; ergo eadem numero oratio vocalis, & mentalis, quæ dicitur opinio, eſt ſuſceptibilis contrariorum, & conſequenter id non eſt maximè proprium ſubſtantię. Minor probatur. Hęc nanque oratio, Socrates ſedet, eo ſedente eſt vera, illo autem ſurgente eſt falſa, quoniam ex eo quod res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa.

Reſpondetur ad minorem, quòd ſubſtantia, ſuſceptibilis eſt contrariorum per ſui mutationem; Oratio autem non per ſui, ſed alterius mutationem. Socrates enim eſt ſuſceptibilis calidi, & frigidi: quia ipſe, de eſſe calido ad eſſe frigidum, eſt tranſmutabilis. Oratio autem hæc, Socrates ſedet, de vero in falſum tranſit, non quia ipſa tranſmutetur, immo omnino immota manēs; ſed quia tranſmutatur res per ipſam ſignificata, Socratem, ſcilicet, ſedere. Surgente enim Socrate, oratio facta eſt falſa: eo quod ſeſſio eius, quę erat, modo non eſt. Et ſic iuxta hanc reſpōſionem, dicitur, quòd maximè proprium eſt ſubſtantiæ, cum ſit vna, & eadem numero, ſecundum ſui mutationem eſſe ſuſceptibilem contrariorum. Præterea reſpondetur, quòd orationem, de vero in falſum tranſire, non eſt ſuſcipere contraria. Omne nanque ſuſcipiens contraria oportet moueri ex vno cōtrario in aliud, & recipere ea in ſeipſo; oratio autē tranſeundo de vero in falſum, non mouetur ab uno in aliud, nec recipit aliquid, nec aliquid deperdit; ergo oratio dum tranſit de vero in falſum, non ſuſcipit contraria. Maior ex terminis patet, quoniam ſuſcipere contraria, cum non ſimul contingat: oportet, quòd fiat ſucceſſiuè, per ſui mutationem de vno in aliud, & q̃ recipiatur ſucceſſiuè in eo, ſicut in ſubiecto. Minor vero probatur. Nam oratio, non ex eo, q̃ ipſa patiatur abiectione alicuius a ſe per actionē cuiuſcunque agentis, efficitur falſa: ſed ex eo, quòd res extra, puta Socrates, de ſeſſione in ſtationem mutatur. Verum nanque, & falſum, ſunt relatiua, & relatio, cum duo exigat extrema, ex alterius mutatione perditur, & acquiritur: vt de columna liquet, quæ, mihi ad dexteram poſita, dextra dicitur, & ipſa immobili perſeuerante ad oppoſitam, me, partē, tranſlato, ſiniſtra, & non dextra mihi, ipſa columna dicitur. Similiter Plato calidus, ſimilis eſt Calliæ calido, Callia autem frigefacto, Plato in ſuo calore perſeuerans, diſſimilis Callię effectus eſt ex ſola Calliæ mutatione. Hinc oratio, quæ ideo dicitur vera, quia rei eſt adęquata, quia, ſcilicet, ſignificat ſic eſſe, ſicut eſt: ex rei mutatione inadæquata redditur, atque idcirco efficitur falſa. Ex eo nanque q̃ res eſt, vel nō eſt, oratio dicitur vera, vel falſa: quæ maxima intelligitur non de re, quæ eſt ſubiectum, aut orationis prædicatum, ſed de re per ipſam enunciationem ſignificata. Puta quum dicitur, homo eſt albus, non ideo eſt vera iſta, quia homo, aut album ſit: ſed ideo quia hominem eſſe album, eſt, quoniam hoc eſt per illam orationem ſignificatum.

Quantitatis, aliud continuum, aliud diſcretum. Tex.28

Quantitas diſcreta eſt, cuius partes non copulantur ad unum communem terminum. Diuiſio prima.

Numerus eſt multitudo ex unitatibus aggregata.

Oratio eſt multitudo ex ſyllabis compoſita.

Continua eſt quantitas, cuius partes copulantur ad unum communem terminum.

Communes termini ſunt, punctus, linea, ſuperficies, inſtans, uel nunc.

Linea eſt quantitas continua, cuius partes copulantur ad punctum.

Superficies eſt, cuius partes copulantur ad lineam.

Corpus eſt, cuius partes copulantur ad ſuperficiem.

Tempus eſt, cuius partes ſucceſſiuè copulantur ad nunc.

Locus eſt, cuius partes copulantur ad eundem terminum communem, ad quem partes corporis copulantur.

Rurſus quantitatis, aliud ex habentibus poſitionem ad ſe inuicem ſuis partibus conſtat: aliud ex non habentibus. poſitionem. Diuiſio 2.

Quantitas conſtans ex partibus poſitionem in continuo habentibus, eſt, cuius partes alicubi ſitæ ſunt, continuè, & permanentes.

Partes uerò alicubi ſitæ ſunt, quando de unaquaque earum aſſignabile eſt, ubi in Plato ſita ſit.

Quantitas conſtans ex partibus poſitionem in continuo non habentibus, eſt, cuius partes non alicubi ſitæ ſunt, adinuicem continuè, & permanentes.

Quare ſolæ propriè, & ſecundum ſeipſum quantitates dicuntur, quæ dictæ ſunt: aliorum uerò nihil per ſe, quamuis forte per accidens.

Poſt

Dilucidatio.

Poſt ſubſtantiam ideo ſtatim de quantitate ſuſci-
pitur determinatio, quoniam quantitas, ſubſtantiæ
eſt propinquisſima, & ſecundum rem, quia imme-
diatius ineſt ſubſtantiæ, quàm inſint qualitates, cę-
teraq; accidentia: Et ſecundum modum, quoniam
tex.co. 28. ſubiacet, & pasſiones habet, (vt in 5. meta. liquet)
quemadmodum & ſubſtantia. Nam ſicut ſubſtan-
tię nihil eſt contrarium, & ſubſtantia non recipit
magis, & minus: ſic etiam quantitati nihil eſt con-
trarium, nec (vt paulo infra dicetur) quantitas reci
pit magis, & minus. Qualitas verò, & contraria ſu-
ſcipit, vt album, & nigrum; & magis, & minus; vt
candidius, & nigrius; candidisſimum, & nigerri-
mum. Id enim ſumit intenſionem, quod poteſt ſu-
mere remisſionem, ſiue diminutionem. Quòd ſi ſub
ſtantiæ, ſimilior quantitas eſt, rectè poſt ſubſtantiã
de quantitate agitur. Diuidendo autē incepit, quo-
niam non intendentibus nunc rerum naturas ſcru-
tari, ſed adunare: conuenienter diuidendo notifica-
tur quantitas, diuiſione qua ſpecies patefiunt, hoc
eſt, diuiſione generis in ſuas ſpecies, vt denique ſpe-
cies ipſę manifeſtę appareant. Nec præponere defi
nitionē opus erat, quoniam extra propoſitum fu-
iſſet, Aut enim ad intima peruentum eſſet, & ita ni-
hil prodeſſet. Aut ſi quid ſuperficietenus asſignatũ
eſſet, puta ꝙ eſt menſura ſubſtantię, ſeu ꝙ habet mo
dum ſubſtãtiæ, vt eſt ſubiectum, quod menſuratur:
& cum menſurare non vno modo inueniatur in cõ
tinuo, & diſcreto, diuidendum rurſus, ſicut & quan
titas fuiſſet: & tunc niſi quid nominis quantitatis
oſtendiſſet. Itidem extra propoſitum profectò eſ-
ſet, ſi dixiſſet, quòd eſt in partes diuiſibilis, quoniã
non intendit modò rerum naturas ſcrutari, ſed (vt
dictum eſt) adunare: quod tamen intelligitur de eo,
quod ſuapte natura, & per ſe, & non per alterum,
eſt diuiſibile. Nempe in partes eſſe diuiſibile, ſubſtã-
tiæ conuenit, gratia tamen quantitatis, & non ſua
ipſius natura. Quantitas enim omnis, diuiditur pri-
mò, & per ſe, in partes continuas, vt linea, ſuperfi-
cies, corpus: aut diſcretas, vt numerus: aut ſucceſſi-
uas, vt tempus; non quidem alterius, ſed ſuipſius
gratia. Quantitatis igitur aliud diſcretum, & diſgre
gatum; vt numerus; aliud continuum; vt linea.
Quod in neutro genere, aliud, ſcilicet, genus dici-
tur: quoniã in genera ſubalterna hę diuiſiones fiunt.
Diſcretum quidem eſt, cuius partes nullo commu-
ni termino coniunguntur, vt numerus: qm̄ cum de-
narius numerus cõſtet ex quinque, et quinque: quæ
res, ad quinarium, & quinarium iungatur, vt faciat
denarij corpus, proculdubio inueniri non poteſt.
Nam ſi tres, et ſeptem coniungantur; vt denarij red
datur vnum integrum corpus, nullus ſanè inueniet:
atque hoc quidem in omni numero ſpeculari licet.
Nullus enim numerus ita partes habet, vt eas aliquis
communis terminus iungat: ſed ſemper partes ipſę
diſiunctæ, atque diſcretæ ſunt. Nam quælibet eſt ſe-
cundum ſe aliquid vnum, ſiue indiuiſum in ſe, & di-
ſiunctum, ac ab aliis diſtinctum: nulla tamen pars
quandiu eſt in toto numero, habet eſſe ſibi propriũ,
ſed ſingulæ exiſtunt per eſſe totius: quod equidem
eſſe, eſt principaliter totius, & conſequenter partiũ
illius, fluitq; à forma ſua; quæ eſt vnio ſuarum vni-
tatum ſub diſcretionis forma; quæ, ab vltima pro-
A uenit numeri vnitate; quæ dat ſibi nomen, & ratio-
nem ſuę ſpeciei, ſicut denarius, formam ſpecificam,
& numeri denarij ſpeciem, à decima capit vnitate:
aliter numerus non eſſet per ſe vnum, ſed per acci-
dens, vt aceruus lapidũ, qui eſt aggregatione vnus,
quod ſtatim apparet falſum, eum numerus (teſte
Philoſopho 8. meta.) in plures ſpecies ſit diuiſibilis,
quarum quælibet eſt per vnum, ſicut & aliæ rerum
ſpecies, & huiuſmodi, quantitas diſcreta vocatur.
Continuum verò eſt, cuius partes, aliquem habent
communem terminum, ad quem videantur eſſe cõ-
iunctę, vt linea, ſuperficies, corpus, & tempus, atq;
locus. Nam partes lineæ ad punctum copulantur,
ſicut partes ſuperficiei, ad ipſam lineam, & partes
corporis, ad ipſam ſuperficiem. Quamobrem vni-
tas, vt eſt pars conſtitutiua numeri, non exiſtit, ni-
B ſi per eſſe totius, vtpotè quia in ipſo toto numero
eſt: numerus autem, in nullo ſubiecto eſt ſecundum
ſe totum, ſed ſecundum partes; quia hæc vnitas in
hoc ſubiecto eſt, & alia in alio, ſicq; de reliquis. Sub-
iectum autem vnitatis eſt ipſum continuum, quate-
nus eſt indiuiſum in ſe, ſiue quia non eſt diuiſum in
plures partes quantitatiuas, ſed à quocunque alio
quanto eſt diuiſum. Puta hic lapis dicitur vnus, quo
niam non eſt diuiſus in plures partes abinuicem di-
ſiunctas, atque ſegregatas: ſed ab alio lapide, necnõ
à qualibet alia re quanta, eſt diuiſus. Hinc vnitates
numerum conſtituentes, bifariam comparari valēt.
Nam primò quælibet vnitas comparari poteſt ad
ſubiectum, in quo eſt, quod modò dictum eſt, eſſe
ipſum quantũ continuum: & ſic habet in actu eſſe,
C & à quacunque alia vnitate, eundem numerum, cõ-
ponente, diſtinctum; atque idcirco partes numeri
diſcretæ, atque ſegregatæ, & ſunt, & rectè appellan
tur. Quo fit, vt nullus terminus communis eas adin
uicem copulare, vel iungere posſit. Verum quoq;
comparari poteſt ad totũ numerum, cuius eſt pars,
quo pacto nõ habet eſſe diſtinctum in actu, ſed tan-
tum in potentia, in ipſo numero: quemadmodum
& aliæ partes alicuius totius, quarum quęlibet, dum
eſt actu pars, ſiue dum eſt in toto, non habet eſſe ſi-
bi proprium, ſed eſt, vtpotè quia in eſſe totius com
municat, ſeparata vero à toto, iam proprium eſſe
posſidet, nec amplius eſt per eſſe totius. Termini au
tem communis nomine aliquod indiuiſibile, ideſt,
paruisſimum quoddam ſignificatur: quod cum ca-
reat partibus, in eas diuidi, ſecariq; non poteſt, v-
D tranque partem communiter terminans, quatenus
eſt principium vnius partis, & finis alterius: vt in
linea, punctus eſt vnius partis lineæ finis, & alterius
principium; & linea eſt terminus communis ſuper-
ficiei; ſuperficies corporis, & nunc, ſeu inſtans tē-
poris. Si enim punctus ab alto cadit, poſt ſe lineam
relinquit, qua protracta, efficitur planum, ſiue ſu-
perficies, quæ ſi profundetur, erit corpus. Quare
linea, longitudinem ſine latitudine ſonat: ſuperfi-
cies, latitudinem ſine profunditate: corpus, longũ,
latum, & profundum. Hæc autem ſic intelligenda
non ſunt, vt longitudo, ſine latitudine, aut latitu-
do, ſine profunditate inueniatur; ſed quoniam ſigni
ficatur longitudo nomine lineæ, non ſignificata la-
titudine

titudine illo nomine: ſicut pomi color, licet non ſit ſine eius odore, ab oculo tamen ſine odore videtur, ideſt, nō viſo eius odore, cum odor videri nequeat. Simile eſt de profunditate reſpectu ſuperficiei. Tempus autem, quoniam eius partes, pręſens, præteritum, & ſututum, copulantur, ſeu continuantur ad inſtans, communem terminum, cum ſit fiois proculdubio, & principium ipſius, eſt ſpecies quantitatis continuæ, pręſertim ſecundum famam. At quia tempus non eſt totum ſimul, ſed vna pars ſuccedit alteri parti, & hoc modo permanentia, & ſituatione caret, eſt quantitas continua ſucceſſiua. Cętera verò ſuot quantitates pet accidens, atq; idcirco ab arte relinquendæ; vt qualitas, actio, & motus. Dicitut enim album multum, eò ꝙ ſuperficies multa ſit, actio quoque longa, & motus multus, eò ꝙ tempus multum ſit. Omne nanque illud, quod non per ſe, ideſt, ſolitariè ſumptum, ſed in ordine ad aliquod ſupradictorum, dicitut quantum, eſt quaotum per accidens. Verum quoniam ſpecies quātitatis famoſas colligebat litera, quę, ſpecialem rationem menſurę exprimunt, & non eas tantum, quæ, ſpecialem rationem quantitatis habent, ideo omnia ſupradicta, quæ, ſpeciales oſtendunt modos menſurandi, quantitates pet ſe dixit: propter quod motum, qui in genere quātitatis eſſe videtur, inter quātitates nó numetanit, quia oullam ſpecialem rationem menſurę habet. Si enim quantitas ſub ratione menſurę, à logico conſideratur, ſicut à Metaphyſico quantum ad eius diuiſibilitatem, vt entis rationē habet. Nempe collectæ ſunt hic omnium entium menſurę, & permanentium quidē, ſi continua ſunt, quatuor menſuræ, tres intrinſecę, ſcilicet, linea ſecūdum longitudinem, ſuperficies ſecundum latitudinem, & corpus ſecundum profunditatem, & vna extrinſeca, quæ eſt locus: ſi diſcreta ſunt, numerus. ſucceſſiuorum autem; ſi continua ſunt, tempus: ſi diſcreta, oratio; quæ ſumitur pro menſura, ſeu quātitate vocis prolatæ, quia formaliter vna ſyllaba dicitur breuis, alia verò longa. Similiter in definitione loci, qui eſt vltimum corporis continentis, non intelligit litera, eundem, ſecundum rem, ſed ſecundum ptoportionē, & adæquationem: & per partes corporis locati, intelligit partes ſecundum eius conuexum. Tales enim partes, ſingulas partes obtinent ſuperficiei, quę reuera locus eſt. At quia tales partes continuæ ſunt, ſequitur ſuperficiem illam, quę re ipſa locus eſt, eſſe continuam, vt partes partibus, & totum toti, et termini terminis correſpondeant. Nec obſtat, ſi duorum corporum ſuperficies, vnius corporis locus ſint, vt liquet, quum baculus ſecundum vnam medietatem eſt in aere, & ſecundum aliam in aqua: quoniam ſicut duæ ſuperficies, vnum numero locum conſtituunt, ita quoque & continuum, qualiter verò id ſit, Phyſicę determinationis eſt. Verumenimuero ſimul vtranq; diuiſionem poſuit litera, eò quòd eaſdem habent ſpecies, & interſecant ſe: ita quòd omnia, quæ vni diuiſioni ſubiecta ſuot, & alteri ſubiecta ſunt, & contra. Præpoſuit veruntamen diuiſionem in cōtinuum, & diſcretum: quia illa pet differentias poſitiuas data eſt, iſta pet alteram oegatiuam. Declarans autem primę diuiſionis membra, diſcretum, continuo pręponit, B quia quantitas diſcreta ſecundum ſuam rationem, priot naturaliter eſt continua: eò ꝙ vnitas, quæ eſt principium quantitatis diſcretæ, eſt prior puncto, qui eſt principium quantitatis continuæ. Diuidendo verò, continuum, diſcreto præpoſuit: quoniam diſcretum, & ſecundum eſſe, & ſecūdum cognitionem noſtram ex diuiſione continui cauſatur. Quocirca poſt aſſignatam diuiſionem, rurſus alio modo partita eſt quantitas. Nam quaotitatis, alia eſt, quæ conſtat ex habentibus poſitionē ad ſe inuicem ſuis partibus: alia verò ex non habentibus poſitionem. Partium autem poſitionem retinere dicuntur, quarum triplex eſt iſta natura: ptimum, vt eius partes alicubi ſint, deinde ne pereant, ſed permaneant, tertiò verò, vt ſeſe partes ipſę coniungant, & propria ordinatione ſe continuent, vt eſt linea. Partes enim F lineæ alicubi ſunt, ſcilicet, in cōtinuo, nec pereunt, ſed in loco, in quo ſunt, permanent. Poſſis quoq; monſtrare, quę pars lineę, cui parti continuetur, ideſt, ad quam partem, caput alterius partis, extręmitaſq; coniungitur: vt dicas, hæc pars, verbi gratia medietas lineę hic finitur, locū, vbi deſinat, monſtrans, alia rurſus pars lineæ hic incipit. Nullam autem poſitionem, ad diſctimen pattium retinent, ꝙ ijs aliquid de ſupradictis rebus deeſſe manifeſtū eſt: Numerus enim ipſe diſctetus eſt, nec partes eius ad ſe inuicem coniunguntur, ſed omnino diſcretę ſunt: nec verò poſſis oſtendere, qui numerus, quo loco iaceat. Quippè neq; in aliquo loco eſſe poſitus monſtratut, nec eius partes coniunctæ ſunt. Propterea numero ex ijs tribus, quæ diximus, duæ res deſunt, G loci poſitio, & partium continuatio, ideo numerus nō conſtat ex partibus poſitionē habentibus. Vnitates enim, ex quibus componitur numerus, in cōtinuo determinationem non habent: ſed à poſitione abſtrahunt. In hoc nanque vnitas, à puncto differt, quoniam indiuiſibile à continuo abſtractum, illa eſt: iſtud autem eſt indiuiſibile in continuo ſituatum.

Obiectio. 1.

Omnis ſpecies habet aliquod indiuiduum, quod eſt vnum numero, ſed oumerus, nullum habet indiuiduum, quod ſit vnum numero; ergo numerus nō eſt ſpecies, atque idcirco neque quantitatis ſpecies eſt. Maior patet, quoniam apud Peripateticos nulla ſpecies, niſi in ſingularibus inuenitur. Minot probatur. Nullus enim numerus particularis habet ſubiectum vnum numero, ſed eſt in diuerſis, ſicut decē H vnitates, ex quibus eſt denarius numerus, ſunt in decem canibus; ergo numerus; nullum habet indiuiduum, quod ſit vnum numero. Hæc conſequentia eſt manifeſta, quia vnitas numeralis alicuius accidentis, ab vnitate numerali ſui ſubiecti eſt. Reſpondetur, quòd duplex eſt vnom, aut ſecuodum ſpeciē, aut ſecundum numerum. Vnitatem ſpecificam habet numerus, à ſua forma, à qna habet (vt dilucidatum eſt) ꝙ ſit per ſe vnum, ſed vnitatem numeralē habet à ſuo ſubiecto, in quo eſt: & quoniam eius ſubiectum non eſt vnum nomero ſimpliciter; vt ſunt illi decem canes, in quibus eſt denarius numerus, ſed eſt aggregatione vnum numero; ideo nullus numerus eſt per ſe vnum numero ſimpliciter,

ſed eſt

ſed eſt aggregatione vnum numero. Vnde ad argumentum negatur minor, ad cuius probationem, in qua concluditur, ergo numerus, nullum habet indiuiduum, quod ſit vnum numero, ſubintellige, ſimpliciter, et ſic conceditur conſequentia, cui non repugnat, quòd ſi vnum numero aggregatione: quod ad ipſius numeri vnitatē numeralem ſufficit. Nam realiter eſt multitudo, ſed ex vnitatibus formalibus de genere quantitatis aggregata: formaliter verò eſt multitudo formalis, quæ, ex talibus vnitatibus conſurgit. Hinc ipſe numerus numerans eſt ipſe numerus formalis, quo numeramus: ſed res numeratæ, vt puta, illi decem canes, numerus materialis, qui nuncupatur numerus numeratus.

Secũda. Vox prolata eſt continua, ergo oratio, quę eſt menſura talis vocis, eſt quantitas continua. Antecedens probatur. Nempe vocis paſsiones ſunt continuitas, melodia, & ſonorum dearticulatio. Conſequentia ex eo patet, quoniã eo modo, quo eſt menſura, eodem modo eſt quantitas, ſed per antecedens, eſt menſura continui; ergo eſt quantitas continua.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, ꝙ licet in voce, quantum ad eius ſonum, ſit continuitas, tamen quantum ad ſonorum ſyllabarum figurationem, & formationem, id eſt diſcontinuitas: & menſura huius prolationis dearticulatæ, dicitur formaliter oratio, ideo eſt formaliter quantitas diſcreta. Partes nanque eius non copulantur ad aliquem communem terminum, qui ſit vnius partis eius finis, & alterius principium, aut contra: eò quod in voce prolata vna ſyllaba nõ eſt principium vnius partis, & finis alterius, ſed omnes orationis ſyllabæ ſunt diſcretę, & ab inuicem disiunctæ, capiunt tamen formam vnius diſcreti per aggregationem, & vnionem, ſeu ordinem inter ſe; quo pacto quoquo modo vniuntur.

Tertia. Corpus eſt ſpecies ſubſtantiæ; ergo non eſt ſpecies quantitatis. Conſequentia probatur. Prædicamenta enim ſunt impermixta, & ſubſtãtia, & quantitas realiter; ergo quod eſt in prædicamento ſubſtantiæ, non eſt quantitas.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, ꝙ corpus, quod eſt in genere ſubſtantiæ, eſt ſubſtantia trinę dimenſioni ſubiecta: corpus vero, quod eſt ſpecies quãtitatis, eſt ipſa trina dimēſio. Quare argumentũ laborat in ęquiuoco.

Quarta. Numerus non eſt quantitas continua, ſed diſcreta; at tempus eſt numerus motus; ergo tempus nõ eſt quantitas continua, ſed diſcreta. Maior in litera habetur. Minor probatur ex 4. Phyſicorum.

Reſpondetur ad minorem, quòd tempus biſariã ſumi poteſt: aut quantum ad ſuum materiale: aut quantum ad ſuum formale. Tempus quantum ad ſuum materiale eſt numerus motus, ſcilicet, numerus numeratus. Nam eſt numerus motus ſecundum prius, & poſterius, hoc eſt, ſecundum partem priorem, & poſteriorem ipſius motus. At quia numerus etiam numeratus eſt quantitas diſcreta, ideo tempus materialiter ſumptum eſt quantitas diſcreta. Nempe licet motus localis ſecundum ſuum eſſe, ſit continuus, quoniam mobile ſemper, & continuè eſt in moueri, dum durat motus: tamen quia ſemper aliud, & aliud vbi acquirit, & vnum vbi nõ continuatur alteri vbi, ideo ſecundum ſuam realitatem, non eſt continuus. Verum quantum ad ſuũ formale, eſt quantitas continua, eò quod partes tēporis, ad vnum communem terminum continuantur, vt præteritum, & futurum, copulantur ad præſens nunc; quod eſt finis præteriti, & principium futuri. Appellantur autem partes temporis ſecundum famam, quo pacto Grammatici verborum tēpora diſtingunt: ſed re uera non eſt aliquid temporis in actu, niſi inſtans. Tempus nanque formaliter eſt menſura durationis rei, quæ eſt continua: menſura verò rei continuæ, vt homogenea ſit menſura menſurato, eſt continua, ideo formaliter tempus eſt quantitas continua.

Quinta. Locus eſt ſuperficies corporis continentis, ergo non eſt ſpecies quantitatis à ſuperficie diſtincta. Antecedens ex 4. Phyſicorum habetur.

Reſpondetur negando conſequentiam, quoniã apud logicum diſtinguuntur ſpecies quantitatis, ſecundum ꝙ diuerſam rationem menſuræ habent. Superficies autem eſt menſura locati intrinſeca, vt potè, propria eius ſuperficies: locus verò extrinſeca, quoniam eſt ſuperficies corporis continentis.

Quantitati nihil eſt contrarium.

Tex. 22. Dilucidatio. Commemorantur hic tres proprietates quantitatis, quarum prima eſt. Quantitati nihil eſt contrarium. Neque enim bicubitum tricubito contrarium eſt; ſicut neq; numerus vlli numero. At verò nec ſuperficies ſoliditati, nec aliquid horũ: quod & intelligitur de quantitate nudè accepta, ſeu in eò ꝙ quantitas. Nihil ſiquidem obſtat, quantitati alio accidēte indutę, puta qualitate, habere aliquid cõtrarium. Loco enim abſolutè, alter locus, contrarius non eſt ſicut nec ſuperficies plano: ſed loco phyſico, puta calidi cõſeruatiuo, aliquid contrarium eſt, locus, ſcilicet, frigidi conſeruatiuus, & vniuerſaliter quanuis eſſe in hoc loco, ſit contrarium, eſſe in illo loco, ipſa tamen loca, contraria non ſunt. Quare in quantitate non eſt contrarietas.

Obiectio. Motus eſt de contrario in cõtrarium; ad quantitatem autem eſt motus; ergo quantitati, aliquid eſt contrarium. Aſſumptum, quo ad vtranq; partē habetur in 5. Phyſicorum.

Text. co. 19. Reſpondetur ad minorē, ꝙ motus nõ eſt ad quantitatē abſolutè, ſed vt phyſicã, ideſt, vt corporis phyſici terminũ (vt habetur in 1. Phyſi.) ideoq; quantitas non eſt quantitati contraria: ſed quantitas minima in aliqua ſpecie, puta hominis, aut leonis, quãtitati maximę in illa ſpecie, eſt cõtraria. Maximè nãque diſtãt reſpectu illius ſpeciei, et cõtinuo motu de illa imperfecta ad pfectã venitur. Simili quoq; modo obiectiones de linea recta, et curua, ſupficie aſpera, et leni, oratione vera, et falſa, aliiſq; ſimilibus, ſoluuntur. Hæc.n. oĩa, nõ rõne quãtitatis, ſed alicuius adiũcti gratia, puta qualitatis phyſicę, contrarietatē habēt: velut ſurſum, et deorſum, nõ rõne quãtitatũ, ſed rõne vbi, virtutũq; phyſicarũ cõtraria ſunt Et ſi inſtatur. Quę, ſub eodē genere maximè diſtãt (ſicut in ſupioribus dictũ eſt) cõtraria ſunt, vt ſunt locus ſurſum, et deorſum. Locus dicitur, ꝙ diſtãtiæ nomē, ex locali ad cõtrarietatē, eſſe deriuatũ, nihil aliud cõ

Tex. co. 36. instatur

cludit, niſi (vt dictũ eſt) ꝙ inter loca phyſica, à qbus diſtantię nomẽ venit, ſit cõtrarietas: qđ ꝓfectò gratis cõcedimus, ſecundũ tñ veritatẽ, diſtantia nõ vniuocè, ſed analogicè, de locali, & contraria, dicitur.

Tex. 23. *Quantitas non ſuſcipit magis, & minus.*

Dilucidatio. Aliud proprium rurſus appoſitum eſt, ꝙ, ſcilicet, magis, & minus non ſuſcipit quantitas. Nullus enim numerus, alio numero, nec magis, nec minus eſt numerus. Nam ternarius, ſi quinario compareтur, nec magis, nec minus, eſt numerus: & rurſus ipſi tres, ſibiipſis cõparati, nec magis, nec minus ſunt. Nec tempus quoq; habet aliquid magis, & minus; vt magis aliud tẽpus ſit alio tempore. Longius quidem tempus tempore eſſe poteſt; vt verò dicatur magis tempus alio tempore, vel minus, fieri nequit. Quare nec magis, nec minus ſuſcipit quantitas.

Obiectio. Quantitas magis, & minus perficitur ſecundum eſſe quantitatis; ergo ſuſcipit quãtitas magis, et minus. Antecedẽs probatur. Nempe numerus, in quaternario perfectius eſſe, quàm in binario, habet.

Reſpondetur negando conſequentiam. Quanuis enim quantitas, magis, & minus, perfici poſſit, in eſſe diuerſarum ſpecierum, ſecundum ꝙ vna ſpecies, altera eſt perfectior, vt puta quaternarius binario: attamen magis, & minus, in vnius, & eiuſdem ſpeciei proprio eſſe perfici nequit, quod proculdubio ad ſuſceptionem magis, & minus requiritur.

Tex. 24. *Maximè proprium eſt quantitati, ſecundum eam æquale, vel inæquale dici*

Aequalitas eſt, rerum differentium eadem quantitas.

Inæqualitas eſt, rerum differentium diuerſa quantitas.

Aequalia ſunt quanta, eandem quantitatem habentia.

Inæqualia verò ſunt quanta, diuerſam quantitatẽ habentia.

Dilucidatio. Nunc quãtitatis maximè proprium apertiſſimè eſſe demonſtratur, vt ſecundum quantitatem ęqualitas, & inęqualitas nuncupatur: hoc eſt, quantitas eſt id, ſecundum ꝙ aliquid natum eſt eſſe, aut ęquale, aut inæquale, Nam quantitatis gratia, aliquid dicitur æquale, vel inæquale: cum æqualitatis, & inęqualitatis ratio, quantitati primò conueniat. Ipſa nanq; quantitas, æqualis, & inæqualis, eſt ſeipſa, & primò: velut vna linea, ęqualis eſt alteri lineæ; vt pedalis pedali æqualis, bipedalis tripedali inæqualis. Subſtantia enim, ęqualis eſt, & inæqualis, non ratione ſui, ſed quantitatis, quæ in ea eſt: velut lignũ pedale eſt æquale pedali, & inęquale bipedali; tres perinde quoq; homines, tribus hominibus numero æquales ſunt; duobus autem inæquales. Neq; ſecundum aliud quicquam, à quantitate aliquid dicitur ęquale, aut inæquale: vt duo homines ęquè albi, nõ ſunt æquales ſecundũ albedinem, ſed ſimiles. In definitione verò ęqualitatis, eadẽ, non capitur pro eodem numero, ſed ſpecie. Eadem autem quãtitas eſt, quæ, eiuſdem eſt denominationis ſecundũ ſpeciem: ſicut linea pedalis lineę pedali, bicubita bicubitæ. diuerſa verò, quãdo diuerſæ eſt denominationis ſpecificæ: velut bicubitum, & tricubitum, binarius, & ternarius, bipedale, & tripedale.

Obiectio. Duo homines ſecundum virtutem, dicuntur virtute æquales, & tamen virtus non eſt quantitas, ſed qualitas, ergo non eſt maximè quantitati propriũ, ſecundum eam ęquale, vel inæquale dici.

Reſpondetur, ꝙ illa virtus eſt quãtitas metaphoE rica, licet realiter ſit qualitas, ideo negatur conſequentia. Aequalitas nanque bifariam ſumi poteſt. Vno modo propriè; vt contra ſimilitudinem diſtinguitur: & nihil aliud eſt quàm vnius quãti ad aliud quantum relatio, ſecundum negationem exceſſus, hinc, & inde: & ſic ſemper ſequitur quantitatem, ita quòd ipſa ſola dicitur ęqualis, vel inæqualis, etſi quid aliud dicitur æquale, aut inæquale, non niſi ſecundum quòd eſt quantum, dicitur. Appellantur ſiquidem duo ligna, æqualia; quia eorum quantitates, ęquales ſunt: & ſimiliter duæ actiones dicuntur æquales, quia earum tempora ſunt æqualia. Alio modo ſumitur ęqualitas tranſumptiuè, ſeu metaphoricè, vt idem eſt, ꝙ perfecta ſimilitudo: & nihil aliud eſt quàm relatio vnius ſe habentis per modum quanti, ad aliud per modum quanti ſe habens, F ſecundum negationem exceſſus, hinc, & inde: & hoc modo ęqualitas ſequitur quantitatem ſimilitudinariè dictam, quę vocatur quantitas virtutis, ſeu virtualis; quo pacto duo homines, æquales, vel inæquales virtute dicuntur, & ſic extra genus quantitatis inuenitur. Albedo nanque vt quatuor in Socrate, & albedo, vt tria in Platone, ſimiles quidem ſunt: ſed quia non perfectè aſſimilantur, æquales non ſunt. Si autem in Platone intendatur, & fiat albedo vt quatuor, tunc iam perfectè ſimiles ſunt: & vocantur non ſolum ſimiles, ſed ęquales, & ſimiliter eſt in aliis. Hinc quoniam æqualitas propriè, ſequitur quantitatem propriè dictam, & æqualitas tranſumptiuè ſequitur quantitatem tranſumptiuè dictam, ac per hoc velut indiuidua proprietas eſt, G quæ ſemper ſequitur quantitatem, rectè dictum eſt, maximè proprium eſt quantitati, ſecundum eam æquale, vel inęquale dici, propter quod meritò negata eſt conſequentia.

Adaliquid, talia dicuntur, quæcunque hoc ipſum quòd ſunt, aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud. Tex. 25.

Cur de iis, quæ adaliquid ſunt, pręſens diſſerat litera, omiſſo interim de qualitate, tractatu, hæc eſt cauſa: quia quantitatem continuò adaliquid conſequitur, ideo rectè poſt quantitatem, relatiuorum ſeries ordinata eſt. Adaliquid ab antiquis relatiuum vocabatur, ſed Plato, hunc terminum, adaliquid, rationabiliter adinuenit. Ipſa enim res ſignificata, ſcilicet, reſpectus, ſeu relationis natura per adaliquid adeo conuenienter, & expreſſè ſignificatur: vt vnico nomine impoſſibile ſit luceclarius H poſſe ſignificari. Relatio nanque cum inter duo ſit extrema, ſcilicet, fundamentum, & terminum, non habet quòd ſit relatio, ex eſſe, quod in fundamento poſſidet, ſed ex eo, quòd terminum reſpicit: in cuius ſignum, in relatiuorum definitione dicitur, hoc ipſum, quòd ſunt, aliorum, ideſt, terminorum ſunt. Fundamentum autem eſt, à quo relatio, ſuam habet realitatem: vtpotè quia realitas fundameoti, & relationis realitas, eſt omnino eadẽ entitas. Nam relatio prædicamẽtalis, de qua ſit ſermo, ex ſua propria ratione, in eo, de quo dicitur, nõ aliquid ponit; qm̃ non dicit eſſe, in, ſed eſſe ad aliud, hoc eſt, ad ſuum terminũ, ſiue correlatiuum: quod etenim eſt ea res, ad quam ordinata, et terminata eſt

Dilucidatio.

relatio,

relatio, vt filius in ordine ad patrem, alioquin rationis relatio per opus intellectus adinuenta, cui quoque conuenit, vt dicat eſſe adaliud, aliquid poneret reale, ſed hoc, à ſuo fundamento habet. Nempe relatio prędicamentalis præter ſuam propriam rationem, cum alijs cõmunicat generibus accidentium, quę omnia in ratione conueniunt accidentis. Ratio autem accidentis eſt ineſſe ſubiecto, & idcirco vllã realitatem in ſubiecto exiſtentem ponere: & ſic relatio, quia accidens eſt, aliquam realitatem in ſubiecto, de quo dicitur, ponere videtur. Hanc verò realitatem re ipſa nihil aliud eſſe dicimus, niſi eius fundamentum, quod ſemper, aut eſt accidens, vt potentia generatiua in patre, eſt paternitatis fundamentum: aut adminus accidentis modũ habet, quo pacto duarum ſubſtantiarum ſimilitudo, in eis, quatenus vllam habent vnitatem, fundatur. Sicut namq; duo oua, quia ſecundum ſpeciem, eandem habent albedinem, ſimilia in qualitate dicuntur: ita pariter Socrates, & Plato, quia ſecundum ſpeciem, eandẽ habent humanitatem, ſimiles in ſubſtantia dicuntur. Quamobrem relatio realis, qualis eſt relatio prędicamentalis, ſemper ſupponit fundamentum reale in eo, cuius eſt, vt ſubiecti: ſicut paternitas, potentiam ſupponit generatiuam in patre; qua poſita ſtatim ponitur paternitatis relatio, hoc eſt, res illa, quæ, paternitas eſt. Verum cum relatio, ordo ſit vnius ad alterum, nondum habet rationem relationis, ſiue paternitatis, niſi quatenus ordinata eſt ad filium, tanquàm eius principiũ productiuum; quo poſito protinus formaliter efficitur relatio: ideoq; non habet relatio, quòd formaliter ſit relatio ex ſuo fundamento, ſed ex eo, quòd terminum reſpicit. Reſpicere autem terminum, melius, quàm per adaliquid ſignificari nequit. Illa enim præpoſitio, ad reſpectum ipſum oſtendit, & aliquid, terminum deſignat. Quocirca propria relationis eſſentia, quæ, in eſſe adaliud, conſiſtit, optimè per adaliquid cognoſcenda, ſignificata eſt: & longè melius quàm relationis nomine, quod, relationem, vt quandam rem ſignificat, non tamen, vt reſpicit, & terminatur ad aliud: aut relatiui, quod vtique nomen, magis ex parte fundamenti ipſam importat. Quod autem ait in numero plurali Plato, cuius eſſe creditur hæc definitio, talia dicuntur, hoc monſtrat: ꝙ hoc genus entis non inuenitur ſingulariter, ſed inter plura ſeruari oportet, fundamentum, ſcilicet, & terminum, atque iccirco & intelligi. Non enim eſt dominium, ſi ſola poteſtas coercendi eſt: ſed ſi huic aliquis ſubditus ſit, Dominus ille, habens poteſtatem, erit. Talia, verò, cum accidentis ſit relatiuum, ſuper aliquo accidẽte ſemper adaliquid fundari inſinuat: quemadmodum, quęcunque, ſubſtantiæ relatiuum, ſubſtantiam, vt tamen aliquem modum accidentis indutam, eſſe relationis fundamentum, docet. Text. co. 20. Quippe adaliquid (apud Ariſtotelem 5. metaphy.) alia ſecundum quantitatem, aut numerum, fundantur, ſiue dicuntur: velut duplum ad dimidium, moltiplicatum ad multiplicati partem, & excedens ad exceſſum. Omne nanque ſecundum quantitatem excedens, in ſe illud, quod exceditur, continet. Eſt enim profectò hoc, & adhuc amplius: ſicut quinq; quatuor in ſe, & tricubitum bicubitum continet. A Alia vero ſecundum potentiam actiuam, & paſſiuam; vt calefactiuum ad calefactibile dicuntur. Nã calefactiuum eſt, quod calefacere poteſt, & calefactibile, quod calefieri poteſt. Aut ſecundum actus harum potentiarum, hoc eſt, ſecundum actiones, et paſſiones, vt calefaciens ad calefactum, & ſecans ad id, quod ſecatur, ſecundum actus earum potentiarũ relatiuè dicuntur. Alia denique ſecundum menſurationem dicuntur, vt menſurabile ad menſuram, & ſcibile ad ſcientiam, & ſenſibile ad ſenſum. Nempe menſura in propoſito ſecundum quantitatẽ non ſumitur: ſed ſecundum menſurationem eſſe, & veritatis, quo pacto ſcientiæ veritas, à ſcibili menſuratur. Ex eo enim, ꝙ res eſt, vel non eſt, oratio ſcita, vera, vel falſa eſt, & non contra. Similiter eſt de ſenſibili, & ſenſu, necnon de imagine, & de re, cuius B eſt imago. Veritas nanque imaginis, ex re, cuius eſt imago menſuratur. Horum autem ratio hæc eſt. Relatio enim in rebus exiſtens, in ordine vnius rei ad aliam conſiſtit, igitur tot modos huius relationis eſſe oportet, quot modis vnam ad aliam ordinari contingit. Vnam autem rem ad aliam ordinari trifariam poteſt. Aut ſecundũ eſſe, quatenus eſſe vnius rei ab alia, tanquàm à ſua menſura perfectionali dependet; vt ab idea ideatum, à ſcibili ſcientia, à ſenſibili ſenſus: & ita tertius efficitur relatiuorum modus. Aut ſecundum virtutem actiuam, vel paſſiuã, quo pacto vna res, ab alia patitur, & illa aliquid ſibi confert: ſicq; eſt ſecundus modus, qualis eſt inter generans, & genitum, inter docentem, & diſcentem, ædificantem, & ędificatum. Vel denique ſecundum C quantitatem, quia vnius quantitas per alterius quantitatem mẽſurari poteſt: & hunc eſſe conſtat primum relatiuorum modum, ad quem relationes ſuper vnitatem, quæ eſt quãtitatis principium, fundatæ, reduci habent. Propterea identitas in ſubſtantię vnitate, fundata, necnon ſimilitudo in qualitatis vnitate, fundata, ſub hoc modo continetur. Verum ſi in vtroque extremorum, fundamentum eſt reale, & extrema re ipſa, & diſtincta, & eiuſdem ordinis ſint, hoc eſt, extrema realia ex natura ſua adinuicem ordinata ſint, & reale fundamentum duntaxat in vno reperitur extremorum: vel ſi eſt in vtroque, tamen mutuam non habent dependentiã, quoniam ad ſe inuicem minimè ordinata ſunt, hanc relationem non mutuam eſſe dicimus, quales ſunt tertij modi relationes. At quoniã logica eſt definitio, D & relatiua ſecundum dici comprehendens, ſanè dictum non eſt, ſunt, ſed dicuntur: Aliorum, hoc eſt, terminorum, ſunt: Nam ſi id, quòd ſunt, non abſolutè ſunt, nec ſui, ſed aliorum ſunt, adaliquid ſunt. Quamobrem per eſſe aliorum, duo excluduntur, entia, ſcilicet, à termino abſoluta; vt album, nigrũ, quantum: Relatiua enim neque à termino abſoluta ſunt, neque ſuimet ſunt, ideſt, ad alia, & non ad ſe ipſa referuntur: quia hoc eſt ſimpliciter impoſſibile. Nempe Dominus adaliquid eſt, quia id, ꝙ eſt eſſe Dominum, res abſoluta non eſt; vt eſſe album, eſſe hominem. Si enim Sortes eſſet homo, & albus, adhuc ſi nihil aliud eſſet, aut intelligeretur, Dominus nequaquam eſſet: ſed dominus eſt, quia hoc ip-

ſum, ꝙ eſt, alterius eſt, ſcilicet, ſerui. Dominus enim non ſui eſt dominus, ſed ſerui. Diſiunctio autem illa, (E) qua dicitur, aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud, diuerſum modum, quo adaliquid exercetur, demonſtrat. Alia nanque ſecundum caſum genitiuum ad aliud dicuntur, quod deſignatur, quũ dicitur, aliorum dicuntur: alia verò quomodolibet aliter ad aliud dicuntur, ideſt, ſecundum quemcunq; alium caſum, & quoquo modo ad aliud referuntur. Hinc quia inter correlatiua, relatio multifariã exercetur, cõmuniter ipſorũ relatiuorũ tres diuiſiones aſſignãtur, quarum prima eſt. Relatiuorũ, interdũ, quædã ſola flexione caſuum referũtur; vt dominus, ſerui dominus, ſimile ſimili ſimile: interdum quædã non niſi addita prępoſitione, aut alio æquiualente, vt magnum nõ dicitur paruum, aut paruo magnũ, ſed ad paruum magnum. Amplius eorum, quę ſola (F) flexione caſuum referuntur, alia vniformi flexione, hinc, & inde, referuntur, vt dupluum dimidij duplũ, & dimidium dupli dimidiũ: alia difformi flexione caſuum, vt ſcientia ſcibilis ſcientia; ſcibile autẽ non dicitur ſcientię, ſed ſcientia ſcibile. Hæc verò denique, quæ ſola flexione caſuum referuntur, ſiue vniformiter, ſiue non, alia ſecundum caſum genitiuum referuntur, alia ſecundum alios caſus, quod quidem ex dictis perſpicuum euaſit. At quoniam nõ omnia nomina, quę ad aliquid ſignificant, æqualiter relationem ſignificant, ideo quędam adhuc, ſunt relatiua ſecundum eſſe, quæ, ſcilicet, ad ſignificandum primò relationem, ſiue realem, ſiue rationis, impoſita ſunt, vt dominus, duplum, genus, ſpecies, prædicatum, ſubiectum: quædam verò ſecundũ dici, quæ, ſcilicet, primo quidem rem ſignificant abſolutam, (G) ſed conſequenter reſpectum, ſiue realem, ſiue rationis importat, vt ſcientia, ſenſus, cæteraq; id genus. Nam ſcientia formaliter, id, quo ſcimus, quod qualitas eſt in anima exiſtens, ſignificat: verum id adiuncta relatione ad ſcibile importat; iccirco adaliquid ſecundum dici vocatur.

Obiectio 1. Nullum ęquiuocum eſt definibile, ſed adaliquid eſt æquiuocum, ergo non eſt definibile. Minor probatur. Nullum, enti rationis, & reali, eſt vniuocum, ſed adaliquid, tam de relatione rationis, quàm de relatione reali dicitur; ergo adaliquid non eſt vniuocum, ſed æquiuocum.

Reſpondetur, ꝙ hic ſolum relatio prædicamẽtalis, quæ (vt dilucidatum eſt) realis vtique eſt, definitur, ideo negatur minor, ad cuius probationem dicitur, ꝙ hic adaliquid ſecundum ꝙ de relatione rea- (H) li dicitur, definitum eſt.

Secũda. Partes ſubſtantię, ad aliud dicuntur, ergo alteri à definito conuenit definitio. Antecedens probatur. Manus enim, hominis manus dicitur: ſimiliter de alijs ſubſtantiæ partibus dicendum eſt. Conſequentia patet, quoniam ſubſtantia, neque relatio, neq; in relationis prędicamento eſt.

Reſpondetur, ꝙ definitio iſta, logicalis eſt, & ideo, adaliquid, ſeu relatiua ſecundum dici compræhendit. Propterea definiendo, dictum eſt, adaliquid talia dicuntur, & non dicitur, adaliquid talia ſunt: & perinde ſubſtantię partes, relatiua ſecundum dici ſunt; & conſequenter, nullum eſt inconueniens, ſi definitio adaliquid, eis conueniat. Iccirco negatur: (E) conſequentia ad cuius probationem dicitur, ꝙ ſubſtantia, quatenus ad aliud refertur, in prædicamento relationis eſt. Nec hoc eſt abſurdum; eò ꝙ prædicamenta, eſſe formaliter diſtincta, ad prædicamẽtorum diſtinctionem ſufficit. Poteſt quoque dici, ꝙ non eſt relatio prædicamentalis, ſed tranſcendens. Ea autem appellatur relatio prædicamentalis, quæ, in determinato eſt prædicamẽto, in genere, ſcilicet, adaliquid. Tranſcendens verò, illa vocatur, quę, in determinato prædicamento non eſt: ſed omnia circuit genera. Verum quum de aliquo, ſermo ſimpliciter fit, de eo, quo ad rem ſignificatam intelligitur; ideo quando de relatiuis ſecundum dici, ſimpliciter eſt locutio, quoad rem per ea ſignificatam, & non quo ad rem connotatam, accipienda eſt. Significãt autem huiuſmodi relatiua (vt dictum eſt) connota- (F) ta relatione rem alterius generis; ex quia, eò ꝙ non habent, vt adaliquid ſint, idcirco meritò abſolutè loquendo, negari poſſunt, eſſe relatiua; & conſequenter, ſubſtantiæ partes, relatiua proprię non ſunt.

Contrarietas eſt in relatione. Tex. 16

Dilucidatio. Quemadmodum in ſubſtantia, & quãtitate, proprium rimatur: ita quoque in relatiuis nunc idem ſpeculatur. Itaque quoniam, & vitium, & virtus, habitus ſunt; omnis autem habitus, adaliquid eſſe monſtratur, habilis enim rei habitus eſt, erunt virtus, atque vitium, relatiua: ſed hæc, contraria ſunt; igitur relatiua, contraria nõ recuſant. Quanquàm autem, contrarium, relatiua formaliter non habeãt; ideſt, ſecundum id, ꝙ relatiua ſunt, contrarietatem non habent: tamẽ materialiter, ſeu ſecundum illud, (G) quod alterius generis concipiunt, contrarium habere poſſunt. Virtus nanque, quæ eſt mentis affectio in bonam partem, vitio eſt contraria: quod eſt, in malam partem animę affectio, nõ relationis gratia, ſed qualitatis, quam in anima ponit. Duplum, nec ratione relationis, nec quantitatis, quam conſequitur, cum nihil ſit contrarium quantitati, contrarietatem patitur. Quare hęc proprietas neque omni, neque ſoli quantitati conuenit.

Obiectio 1. Vbi eſt contrarietas, ibi eſt motus, ſed ad relationem non eſt motus; ergo in relatione non eſt contrarietas. Aſſumptum quo ad vtranque partem ex 5. Phyſicorum habetur.

Reſpondetur ꝙ vbi eſt per ſe cõtrarietas, ibi per ſe eſt motus; ſed vbi eſt contrarietas per accidens, ibi eſt motus per accidens. At quoniam in relatio- (H) ne non eſt contrarietas per ſe, ſed tantum per accidens, hoc (vt dilucidatum eſt) per aliud, ſcilicet, inquantum rem alterius generis concipit; ideoq; ad relationem eſt quoque motus per accidens. ſed cõtra inſtatur. Quod eſt per accidens relinquendum eſt ab arte, ſed per reſponſionem datam in relatione eſt contrarietas per accidens; ergo inter relationis proprietates id non erat annumerandum. Reſpondetur, quod eſt per accidens, ideſt, accidentaliter, vtique propter eius variabilitatem relinquendũ eſt ab arte: non tamen quod eſt per accidens, hoc eſt, per aliud. Debet nanque cognoſci illud aliud, & nõ ab arte relinqui: vt denique notum ſit per ſe, quod per aliud cognoſcitur. Puta concluſio cognoſcitur

per

per aliud, ſcilicet, per præmiſſas, quę, vt concluſio ſciatur per ſe, ab arte non relinquuntur, ſed præcognoſcuntur: ideo docet litera rectè intellecta, ꝙ in relatione non eſt contrarietas, niſi alterius gratia. A

Secūda. Cōtraria ſunt duę formæ actiuæ, & paſſiuæ, quę, ab eodem ſuſceptibili mutuò ſe expellunt: ſed relationes non ſunt formæ actiuæ, neque paſſiuæ, ergo in relatione nulla eſt contrarietas. Maior probatur. Nam albedo, & nigredo, caliditas, & frigiditas, ideo ſunt contraria, quia ſunt formę actiuæ, & paſſiuæ, quæ ab eodē ſubiecto mutuo ſe expellunt. Minor patet. Quoniam relatio, vt relatio, non eſt actiua, neque paſſiua, ſed (vt ex eius definitione liquet) eſt ad aliud.

Reſpondetur ꝙ maior, de contrarietate per ſe intelligitur: ſed de contrarietate per accidens eſt falſa. In relatione verò non eſt contrarietas, niſi per accidens, ratione, ſcilicet, (vt dilucidatum eſt de vitio, & virtute) ſui fundamenti: ideo argūmentum concludit, quòd in relatione non eſt cōtrarietas per ſe, ſed per accidens, quod gratis conceditur. Sed contra *. Quantitati nihil eſt contrarium, & tamen relatio fundatur in quantitate, ergo in relatione non eſt contrarietas ratione fundamenti. Reſpondetur negando conſequentiam. Quoniam in relatione in quantitate fundata non eſt contrarietas: ſicut duplum, nec ratione relationis, nec quantitatis, quam ſequitur, alicui eſt contrarium. Nec obſtant magnū, & paruum, multum, & paucum, ſecundum ꝙ relationem in quantitate fundatam important, videri contraria. Quippè hoc modo non ſunt contraria contrarietate propriè dicta, de qua intelligitur litera, ſed ſunt contraria cōtrarietate cōmuniter dicta. B

(* inſtatur)

Relatiua ſuſcipiunt magis, & minus.

Tex. 27. Dilucidatio. Suſcipere magis, & minus, in relatiuis, quemadmodum & contraria, ſeruatur. Simile enim, & diſſimile, magis, & minus, dicitur: & ęquale, & inæquale itidem magis, & minus dicitur, cum vtrunq;, relatiuum ſit. Simile enim alicui ſimile dicitur, & inæquale alicui eſt inæquale. Sed magis, & minus, omnia relatiua non capiunt. Nullus nanq; poteſt, aliquid, dicere magis, & minus, eſſe duplum. Nam ſiue denarius, ad quinarium comparetur, ſiue quaternarius ad binarium: ęquè vterq;, duplus eſt, æquè vterq; medietas. Qualitas quoque magis, & minus recipit: dicimus enim magis, & minus, album. Quare neque omni relationi, neque ſoli, ineſt, ſuſcipere, magis, & minus: & per quantitatem, & per qualitatem, & vniuerſaliter ratione fundamenti, relatio ſuſcipit, magis, & minus, vt ſummo calido, quantò aliquid eſt magis calidum, tantò eſt magis ſimile. Nec mirum videri debet, ſi relatiuum ſuſcipit ratione fundamenti, magis, & minus, & ipſum fundamētum, magis, & minus minimè ſuſcipiat. Aequale enim, & inæquale, magis, & minus, ſuſcipiunt: & tamen quantitas, ſupra quam fundatur, non ſuſcipit (vt dictum eſt) magis, & minus. Nempe ſermo iſte logicè intelligendus eſt, hoc eſt, de prædicatione cum aduerbijs, magis, & minus. Nam phyſicè conſtat, ſicut ad relatiua nullum motum per ſe, poſſe terminari: atque per hoc nec motum intenſionis, & remiſſionis, quo ſanè, Phyſicè fit, magis, & minus, hoc modo & relatiua magis, & minus, phyſicè nec poſſe ſuſcipere liquet. C D A

Obiectio. Nulla forma indiuiſibilis ſuſcipit, magis, & minus, ſed omnis relatio eſt indiuiſibilis; ergo nulla relatiua ſuſcipiunt, magis, & minus. Maior videtur ex terminis eſſe nota, quoniam ſuſcipere magis, & minus, indiuiſibili repugnat. Minor probatur. Relatio nanque eſt ſimplex reſpectus relatiui ad ſuum correlatiuum, ergo eſt indiuiſibilis.

Reſpondetur ad minorē, quòd forma accidentalis, Quæ, in ſubiecto eſt, interdum habet eſſe magis, aut minus perfectum; vel ad minus extenſiuè augeri, vel diminui poteſt, vt quantitas: iccirco licet omnis relatio ſecundum ſe, quatenus eſt ſimplex reſpectus, quem habet vnum correlatiuum ad alterū, ſit indiuiſibilis, tamen ſecundum ſuum eſſe, quod, id ſubiecto poſſidet, ſecundum magis, & minus perfectum, diuiſibiliter variari poteſt, vel ad minus extenſiuè augeri, vel diminui valet, ac per hoc, magis, & minus ratione ſui fundamenti ſuſcipere poteſt. B Quamobrem ſuſcipere magis, & minus ratione fundamenti, relatiuis bifariam conuenit. Vno modo; quoniam ex magis, & minus in fundamento, relatiuum dicitur magis, & minus: velut ſummo calido, quantò aliquid eſt magis calidum, tantò eſt magis ſimile, & hoc modo ſimile, in vna qualitate in ſpecie, quę intendi, & remitti poteſt, manens in ſpecie eadem, fundatur. Alio modo, quoniā ex aliqua fundamenti varietate, relatiuum dicitur magis, & minus: & hoc modo inæquale dicitur magis, & minus, ex eo quòd quantum variatur ſecundum maius, & minus, hoc eſt (vt dictum eſt) ſecundum maioritatem, & minoritatem.

Relatiua dicuntur ad conuertentiam.

Tex. 28. Dilucidatio. Omnia relatiua, ad conuertentiam dicuntur. Relatiua verò dici ad conuertentiam eſt ipſum, ita dici ad aliud, vt conuertat aliud ad dicendum ad ſe. Dominus enim ita dicitur ad connertentiam ſerui, quia ſeruum conuertit, vt dicatur, domini ſeruus: ſimiliter idem euenit ex parte ſerui, vt quoque dicatur, ſerui dominus. Nanque in propoſito conuerti, eſt; vt ſi prima res dicitur ad ſecundam, ſecunda rurſus dicatur ad primam. Ponatur enim primus parens, ſecundus filius, & hoc modo dicatur, pater filij pater, id rurſus conuerti poteſt, vt prius ponamus filium, & talis ſit predicatio, filius patris filius: ergo pater ad talem dicitur, ideſt, ad filium, qui conuertitur ad patrem, & filius, qui dicitur ad patrem, ad talem rem dicitur, quæ ipſa quoque conuertitur, vt de filio prædicetur. Sed non omnia relatiua, ad conuertentiam ſecundum eandem vocis prolationem dicuntur. Alia enim ſunt, quæ, (vt dictum eſt) eiſdem caſibus conuertuntur. Pater nanque pater filij eſt, & filius patris filius eſt. Alia verò, quæ non eiſdem, vt ſciētia ſcibilis ſcientia eſt: hic genitiuus eſt medius. Scibile autem ſcientia ſcibile eſt: hic ſeptimus, prædicationē retinet. Alia demum nullo (vt ſupra dictum eſt) caſu, niſi vlla interueniente prępoſitione, vt mons magnus profecto ad paruum dicitur, & paruus ad magnum. Quare omnia relatiua dici ad conuertentiam conſtat.

Obiectio. Relatiuum dici ad conuertentiam, eſt ipſum, ita dici

dici ad aliud, vt conuertat aliud ad dicendum ad ſe, ſed non omnia relatiua ſunt huiuſmodi; ergo non omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam. Maior patet, quoniam conuertentia eſt mutua dependentia relatiui, & correlatiui inter ſe, ideo relatiua dici ad conuertentiam, eſt, ipſa conuerſim referri inter ſe. Minor probatur de ala, quæ, cum ſuo correlatiuo, quod eſt auis, non conuertitur. Multorū enim animalium alæ ſunt, quæ non ſunt aues; velut muſcę, apes, veſpę. Similiter remus, cum ſuo correlatiuo, quod eſt nauis, non conuertitur: quoniā ſunt naues, quarum remi non ſunt.

Reſpondetur negādo minorem, ſi rectè aſsignatur ſuum correlatiuum, ideo ad eius probationem dicitur, ꝙ in vtroque exemplo ſuum proprium correlatiuum non eſt rectè aſsignatum. Alæ nanque, alatum aſsignari debet, vt dicatur, ala alati ala, cum quo conuertitur, alatum ala alatum. Similiter nauis, F remo non rectè aſsignatur, ſed remitum eſt ſuū proprium correlatiuum, vt dicatur, remus remiti remus, cum quo conuertitur, remitū remo remitū. Quare aſsignata proprietas intelligenda eſt de ſuo proprio correlatiuo, ad quod alterum dicitur relatiuum: quod interdum ex applicationis ignorantia (vt dictum eſt de ala) non rectè aſsignatur: interdū vero ex vocabulorū penuria, & tūc vt rectè aſsignetur (ſicut dictū eſt de remo) nomina fingere debemus Hinc ſeruanda eſt regula, qua abſq; errore ſem per cognoſci ꝙ ſit conueniens, cuiq; relatiuo terminus, valeat. Nēpe tunc eſt terminus cōueniēs quando illo ſolo relicto, hoc eſt, aſsignato, cæteris circūſcriptis, hoc eſt, dimiſsis, eſt, ad qđ dicitur relatiuū: velut ſi ſeruus dicatur ad dominum, circumſcriptis omnibus, quæ ſunt accidentia domino, idest, à relatione domini extranea; vt eſſe bipedem, vel ſcientiæ ſuſceptibilem, vel hominem, relicto verò ſolo domino, ſemper ſeruus, ad ipſum dicetur. Seruus enim domini ſeruus dicitur. Sed contra, tunc non eſt conuenienter terminus aſsignatus, quando cæteris circumſcriptis, & illo ſolo relicto, non eſt id, ad quod dicitur: ſicut ſi aſsignatur ſeruo eſſe hominem, circumſcribatur ad hominem, eſſe dominū, iam conſtat ſeruum non dici ad hominem, quoniā ſi dominus non eſt, ſeruus non eſt.

Tex. 29 Dilucidatio.

Relatiua ſunt ſimul natura.

Iis aliud proprium iungitur, relatiua, ſcilicet, formaliter inquantum relatiua ſunt, ſimul natura ſunt, hoc eſt, ſe conſequuntur in eſſe, & non in eſſe, neutrumq;, alterius eſt cauſa. Nam eſſe ſimul natura, importat, aliqua eſſe ſimul in eſſe, & non in eſſe, ſeu in ortu, & occaſu; vt ſi vnum illorum ſit, reliquum quoque ſit, & ſi alterum perimitur, alterum perimi itidem neceſſe eſt, & neutrum alterius eſſe cauſam. Homo enim, & riſibile, quanuis ſimul ſecundum ortum, & occaſum ſint: non tamē ſimul natura ſunt, quia vnum eſt alterius cauſa. Duplum autem, & dimidium, cum ſint correlatiua, in eſſe, & nō in eſſe ſe conſequuntur, & neutrum alterius eſt cauſa, ideoq; ſimul natura ſunt. Quanquàm autem relatiua materialiter ſumpta, ſcilicet, pro re illa, quę relatiua, vel ad aliquid denominatur, velut homo dicitur dominus, quandoq; ſimul natura non ſint; vt de prio-

E ri, & poſteriori; cauſa, & cauſato clarum patet: formaliter tamen intellecta, inquantum res ipſę relationem habent, ea eſſe ſimul natura conſtat. Quocirca relatiua formaliter, poſita ſe ponunt, & dempta ſe perimunt: materialiter verò ſumpta, propriè relatiua non ſunt, ſicut nec ſtatua materialiter ſumpta, propriè ſtatua eſt.

Obiectio. 1. Scientia in ſpeculabilibus, rebus ſcibilibus iam in vniuerſo pręexiſtētibus, in nobis fit, ergo ſcibile eſt prius ſcientia & non ſimul cum ea. Antecedens probatur. Subſiſtentibus nanque prius rebus in ſeipſis, venamur ſcientiam.

Secūda. Itē ſcibile perēptū perimit ſcientiā, et non cōtra; ergo ſcibile non eſt ſimul natura cū ſcientia. Antecedens quo ad primā partē probatur. Nā ab eo, ꝙ res eſt, vel nō eſt, oratio dicitur vera, vel falſa, atq; ideirco & ſcientia, quę de oratione eſt: ſcientia autē falſa, ſcientia non eſt, ſicut nec aurum falſum, aurum eſt; ergo ſcibile peremptum perimit ſcientiā. Quo ad ſecundam partem probatur. Quadratura enim circuli, ex eo, ꝙ de ea ſcientia non eſt, non auſertur, ergo ſcientia perempta non perimit ſcibile.

Tertia. Item ſublato genere animalium, ſublata eſt omnis ſcientia, & tamen remanet ſcibile; ergo ſcibile non eſt ſimul cum ſcientia. Aſſumptum probatur. Omnis nanque ſcientia eſt in aliquo animali, & animalia non ſunt omnia mundi entia, eo ꝙ remanēt lapides, elementa, & huiuſmodi; ergo ſublato genere animalium, ſublata eſt omnis ſcientia, & tamen adhuc remanet ſcibile.

Quarta. Item ſenſibile ſublatum auſert ſenſum, & non cōtra, ergo ſenſibile eſt prius ſenſu. Aſſumptum quo ad primam partem probatur. Perempto ſenſibili G perimitur corpus, quia omne corpus eſt ſenſibile: perempto corpore perimitur ſenſus, quia omnis ſenſus, eſt in corpore tanquàm in ſubiecto, & circa corpus tanquam obiectum, ergo perempto ſenſibili perit ſenſus. Deinde quo ad ſecundam partem probatur. Ablatio enim ſenſus non auſert niſi animal: ablatio autem animalis non auſert omne ſenſibile, eo ꝙ remanent corpora calida, & frigida, quæ ſenſibilia ſunt, ergo ablatio ſenſus non auſert ſenſibile. Omnes conſequentiæ, per illum modum prioris, quo dicitur, prius eſt, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, tanquàm manifeſtæ relinquuntur.

Quinta. Item ſenſibile eſt prius animali, ergo eſt prius ſenſu. Antecedens probatur. Corpora nanque ſenſ H ſibilia, vt ignis, aqua, & ſimilia, priora ſunt quàm animal, eo quod ſint ea, ex quibus componitur animal; partes autem ex quibus componitur aliquod totum, naturaliter priores ſunt ipſo toto, ergo corpora ſenſibilia priora ſunt quàm animal. Conſequentia probatur. Senſus enim ſimul fit, & eſt cum animali, in quo eſt ſenſus: quoniam generantur vires ſenſitiuæ, quando ipſum animal generatur.

Reſpondetur vna, & eadem, ad has obiectiones, reſponſione, propter quod omnes ſimul ordinatæ ſunt. Quòd, ſcilicet, iuxta ſuperius dicta, relatiua, ſi verè, & propriè ſunt aſsignata, ſunt ſimul natura. Omnia nanque relatiua rectè aſsignata, ad conuer-

tentiam

ſentiam dicuntur ; ergo omnia talia ſunt ſimul natura. Conſequentia ex dictis patet, eò quòd eſſe ſi- A mul natura eſt ſimul eſſe in eſſe, & non in eſſe, ita ꝙ ſi vnum eſt, & reliquum quoque eſt, prǽſuppoſito, quòd neutrum alterius cauſa ſit, & ſi vnum perimitur, alterum quoque perimi neceſſe eſt : ſed omnia relatiua, quę dicuntur ad conuertentiam, ſunt huiuſmodi, illa autem (vt dictum eſt) ſunt, quæ ſunt rectè aſſignata ; ergo omnia relatiua rectè aſſignata, ſunt ſimul natura. Minor patet ex ijs, quæ, ad conuertentiam dicuntur. Nempe relatiuum dici ad conuertentiam, eſt ipſum ita dici ad aliud, ꝙ conuertat aliud ad dicendum ad ſe. Hoc autem, ſi ſe non conſequuntur in eſſe, & non in eſſe, fieri omnino eſt impoſſibile. Si enim vnum eſt, & reliquũ non eſſet, non conuerteretur ſua relatione ad dicendum ad aliud : nec contra, alterum ad alterum, & ita non diceretur ad conuertentiam. Si autem rela- B tiua non ſunt rectè aſſignata, nec ad conuertentiam dicuntur, nec ſunt ſimul natura, vt ſcibile, & ſcientia, ſenſibile, & ſenſus : atq; idcirco omnium conſequens ſupradictarum rationum gratis concedi poteſt, quoniam contra aſſignatam proprietatem nõ eſt. Defectus autem in aſſignando relatiua ex eo prouenit, quòd ea, quę, ſecundum potentiam dicuntur, ad ea, quæ, in actu, vel habitu dicuntur referri aſſignantur, vel contra. Debet enim relatiuũ, quod dicitur ſecundum potentiam, dici ad alterum ſecundum potentiam : velut calefactiuum dici non debet ad id, quod calefit, ſed ad calefactibile, & contra. Similiter id, quod ſecundum actum dicitur, ad alterum ſecundum actum dici debet, ſicut calefaciens ad calefactum, id eſt, quod calefit, & contra. C Similiter eſt in ijs, quæ ſecundum habitum dicuntur, qui, inter potẽtiam, & actum, medius eſt. Hinc quia ſcibile dicitur ſecundum potentiam, non rectè aſſignatur, ſi ad ſcientiam, quę, actum, aut habitum nominat, aſſignatur : ſed ſcibile ad ſcitiuum, & ſcitum ad ſcientiam aſſignari debet. Verum quia nominibus propriis, & ſimplicibus ſingulorum ſtatuum, id eſt, rei ſecundum potentiam, habitum, & actum, caremus ; ideoq; vno, loco alterius vtimur. Puta quia nomine ſignificante ſcibile in habitu caremus, illud quandoque ſcibile, & quandoque ſcitum, medium, quoniam vtrũq; extremorũ quodãmodo eſt, ex extremis appellando, vocamus. Ex hac, inquam, penuria, & vocabulorum accommodatione, factum eſt, vt aliqua relatiua, priora aliis ſint, & non ſimul cum eis, illa, ſcilicet, quę, ſecundũ D potentiam dicuntur, illis, quæ, ſecundum actũ, aut habitum dicuntur : quod certiſſimè non eueniret ſi bene, & propriè aſſignata relatiua eſſent. Scibile enim ſcitiuo prius non eſt, licet prius ſit ſcientia : neque ſenſibile ſenſitiuo prius eſt, licet ſenſu, qui, actũ, aut quaſi habitum nominat, prius ſit. Quamobrem omnia relatiua, quæ, ſecundum veritatem, propriè, & rectè aſſignata ſunt, ſimul natura ſunt. Verumenimuero quoniam relatiua rectè aſſignata ſunt relatiua formaliter ſumpta, eo ꝙ relatiuum formaliter ſumitur, quando ad ſuum proprium correlatiuũ ſumitur : quod certiſſimè eſt relatiuum proprie, & rectè aſſignatum, ad quod ex ſua propria relatione refertur : ideo (vt dilucidatum eſt) in ſumma dici- A tur, omnia relatiua eſſe ſimul natura, ſi formaliter ſumuntur, quatenus relatiua ſunt, hoc eſt, relata ad ſua propria correlatiua : & hoc modo res ſcibilis, vt ſtat ſub forma ſcientiæ in potentia, non eſt prius ſcientia in potentia ; & vt ſtat ſub forma ſcientiæ in actu, eſt ſimul cum ſcientia in actu ; & vt ſtat ſub forma ſcientię in habitu, non eſt prius ſcientia in habitu. Similiter idem de re ſenſibili, & ſenſu proportionabiliter dicitur. Relatiua autẽ materialiter ſumpta, non ſunt ſimul natura. Materialiter verò accepta ſunt, quum non ſolum pro ea re, quę, relatiua, vel adaliquid denominatur, ſumuntur : ſed etiã quãdo non ſunt propriè, & rectè aſſignata. Quippè relatiuum non rectè aſſignatum ad alterum relatiuũ ex ſua propria relatione, à qua, quòd formaliter dicatur, relatiuum, habet, non refertur : neq; contra, B relatiuum ad ipſum alterum relatiuum. Quare rationes in oppoſitũ, de relatiuis formaliter ſumptis minimè concludunt : licet de eis materialiter conſideratis, verum ſyllogizent.

Adaliquid ſunt, quibus hoc ipſum eſſe, eſt, ad aliquid quodammodo ſe habere. Tex. 30.

Quare ſi quis definitè nouit aliquid eorum, quæ, ad aliquid ſunt : definitè etiam nouit & reliquum.

Poſtremò definitur adaliquid ſecundum eius naturam, qua eſſe habet, & non ſecundum quòd ſub noſtra ſtat cognitione, aut dictione : qua in re dictum eſt, adaliquid ſunt, & non adaliquid dicũtur, hoc ipſum eſſe. ſ. quiditatiuum, eſt adaliquid quodãmodo ſe habere. Eſſe enim relationis quiditatiuum neceſſario, & ſecundum rem, pariter & rationem, in ipſa habitudine ad aliud conſiſtit : atque idcirco C non ſolicita de vocabulis litera, viſa eſt in definitione, ipſum repetere definitum, quod ad circumloquendum, quomodo quiditas relationis in ipſa habitudine ad aliud conſiſtit, ritè quippè factum eſt. Denique quandam relatiuorum proprietatẽ, eam, ex aſſignata nunc definitione deducens, concludit litera. Nempe, ſi quis (inquit) definitè nouit vnũ relatiuum, quiditatiuè & reliquum cognoſcit, quod eſt ſuum correlatiuum, ad quod propriè refertur. Sequela patet, quoniam adaliquid ſunt, quibus hoc ipſum eſſe, ſcilicet, quiditatiuum, in ad aliud ſe habere cõſiſtit, ideo neceſſe eſt, quòd ſi quis nouit hoc, quod ad aliud quodammodo ſe habet, quiditatiuè, quòd & illud, ad quod, hoc quodammodo ſe habet, cognoſcat. Non enim eſt intelligibile, quòd quidi- D tas, quæ eſt ad aliud ſe habere, cognoſcitur, & illud aliud non cognoſcatur, alioqui ea ipſa definitio, totam naturam definiti non explicaret. Dictum eſt autem, ad quod propriè dicitur relatiuum ; quod certè eſt relatiuum rectè aſſignatum, & proprium correlatiuum appellatum : quoniam niſi de relatiuo rectè aſſignato dicta proprietas verificatur. Nã ſi unum in ſuo intellectu includit alterum, & contra, tunc ſunt ſimul natura ; ut dominus, ſeruus. Si autem unum in ſuo intellectu includit alterũ, & nõ contra, tunc non ſunt ſimul natura : ſed id, quod non includit alterum, prius vtique eſt ; vt ſcibile, & ſcientia. Quare ſi unum relatiuum quiditatiuè cognoſcitur, neceſſariò quiditatiuè, & alterum, quod correla-

Dilucidatio.

eſt relatiuum rectè aſſignatum, ſeu proprium eius
correlatiuum cognoſcitur.

Tex.31. *Qualitas eſt, ſecundum quam quales eſſe dicimur.*

Dilucidatio. Philoſophus qualitatis definitionem pluraliter
enunciat ſecundum quam quales eſſe dicimur: ea ta
men in ſingularem translata numerũ, eſt intellectu
facilior, vt dicatur: qualitas eſt, ſecundum quã ali
quid dicitur eſſe quale; vt ſecundum albedinem ali
quid dicitur eſſe quale, ſcilicet, album, quare albe
do eſt qualitas: ſimiliter ſecundum caliditatẽ ignis
dicitur eſſe calidus; ergo caliditas eſt qualitas. In
hac autem definitione, quale ſumitur, vt eſt qualita
tis denominatiuum, & non vt eſt eius quæſitiuum.
Dicitur enim, & denominatur aliquid eſſe quale ſe
cundum qualitatem formaliter, ſicut nigrum for
maliter ſecundum nigredinem: & vniuerſaliter o
mne denominatiuum ſecundum ſuum denominãs.
Qualitas igitur eſt, ſecundum quam, ideſt, qua for
maliter aliquid quale eſſe dicitur, vt albedine albũ.
Sed quia generaliſſimum propriè definiri nequit,
eò ꝙ genere caret: definitio iſta, deſcriptio quædã
eſt, à notioribus quid nominis ipſius qualitatis decla
rans. Notius nanque nobis eſt quale, quàm ſit qua
litas: ſicut vniuerſaliter compoſitum, nobis notius
eſt ſimplicibus. Grammaticum ſiquidem gramma
tica magis nouimus, & fortem fortitudine.

Obiectio.1. Differentia ſubſtantialis, puta rationale, non eſt
qualitas, & tamen ſecundum eam quales eſſe dici
mur; ergo definitio conuenit alteri à definito.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nam li
cet differẽtia ſubſtantialis prædicetur in quale eſſen
tiale; quod eſt quale quid, tñ non prædicatur quale
G accidentale, quod eſt quale ſimpliciter, & qualitatẽ
ſubſtantiæ accidentalem ſolum dicit; vt potẽ, quæ
* inſtatur eſt forma accidentalis; quo pacto in hac definitio
ne ſumitur quale. Sed contra. Omne accidens præ
dicatur in quale accidentale, ſecundum quod qua
les eſſe dicimur; ergo definitio adhuc conuenit alte
ri à definito. Antecedens quo ad primam partem
probatur. Nullũ enim accidens prædicatur in quid,
ergo, cum non ſit ſubſtantia, in quale accidentale
prædicatur.

tex. co. 19. Reſpondetur adhuc negando conſequentiam.
Nempe quale (vt in 5. meta. liquet) multifariam di
citur: ſed in propoſito, bifariam ſumitur. Aut com
muniter, quatenus ſubſtantiam, omnia accidentium
genera qualificant, quo pacto prędicatur omne ac
cidens in quale, & ſic in omnibus generibus accidẽ
H tium inuenitur. Aut propriè, vt eſt ſpeciale prædica
mentum, & certam entis naturam (licet generaliſ
ſimam) quæ, gratia formæ ſubſtantiam cõſequitur,
Secũda. explicat; quo pacto hoc in loco ſumitur.

Hinnibilitas eſt qualitas, & tamen ſecundum eã
non dicimur eſſe quales; ergo definitio non com
petit omni contento ſub definito.

Reſpondetur negando conſequentiam. Quippè
in definitione ſubintelligitur nos homines, nõ quia
alia ab homine, qualia non dicantur: ſed quoniam
ſoli homines ſecundum omne qualitatis genus, qua
les ſunt. Cætera nanque, vel qualitatibus corpora
libus tantum, vel ſpiritualibus tantum afficiuntur.
Homo autem, vtraſque ſuſcipit, illas ſecundum cor
poream naturam, iſtas ſecundum incorpoream, quã
E in parte intellectiua habet. Quare per li nos homi
nes, intelliguntur quoque cæteræ ſubſtantiæ, quæ,
in earum prædicamento ſunt, atq; idcirco cum ho
mine in genere conueniunt. Tertia.

Quale per qualitatem definiri debet, & qualitas
per quale definitur; ergo eſt circularis definitio; &
conſequenter vitioſa. Aſſumptum probatur. Defi
nitio, propriam rei definitæ cauſam intrinſecã ex
plicare debet, ſed quale eſt proprius effectus forma
lis qualitatis, ergo per qualitatem definiri debet.
Præterea effectus eſt poſterior ſua cauſa, ſed quale,
eſt effectus qualitatis; ergo quale eſt poſterius qua
litate, atque idcirco perperam definitur per quale.

Reſpondetur, ꝙ (vt dilucidatum eſt) nõ eſt pro
priè definitio, ſed potius deſcriptio per poſteriora
aſſignata. Tex.32. prima Species.

F *Habitus eſt, ad operandum acquiſita qualitas, à ſubiecto
de difficili mobilis.*

*Diſpoſitio eſt, ad benè, malèue operandum acquiſita qua
litas, a ſubiecto de facili mobilis.*

Nunc definiuntur ſubalternę qualitatis ſpecies,
quarum vna eſt habitus. Eſt autem habitus, quali
tas acquiſita poſt natiuitatem ad operandum: benè
quidem, ſi eſt bonus habitus, & malè, ſi fuerit pra
uus; à ſubiecto de difficili mobilis. Nam eſt perma
nens, & aſſiduo vſu confirmata qualitas: vt ſi quis
ex longo vſu artem latinè loquendi ſibi comparaue
rit, quamuis aliquanto tẽpore latini ſermonis vſum
prętermittat, illius tamen non interobliuiſcetur; im
mo quum volet, expeditè latinum ſermonem loque
tur, illa ars, habitus eſt. Illæ nanque qualitates, quæ,
ex ratione ſpeciei difficilè mobiles ſunt, habitus
ſunt: velut ſcientia, cuius cauſa ſunt lumen intelle
ctus agentis, & intellectus poſſibilis, ac præmiſſæ,
quæ, ſe aliter habere non poſſunt, ſibi cauſſas ratio
ne humanæ ſpeciei difficilè variationem cõpatien
tes, vendicat. Illæ autem, quę, ex ratione ſuæ ſpe
ciei facilè mobiles ſunt, diſpoſitiones ſunt. Quam
obrem habitus, & diſpoſitio, diſcrimen ſpecificè ha
bent, differentijs circumlocutis per difficilè mobi
le, & facilè mobile, ex ratione ſuæ ſpeciei. Nempè di
ſpoſitio eſt qualitas ad benè, malèue operandum ac
quiſita, ſed de facili à ſubiecto mobilis, vt calor, et fri
giditas, & ſanitas, & ęgritudo, & alia ſimilia. Affi
citur enim circa eas homo quodammodo: cito au
tem permutatur, vt ex calido frigidus fit, & ex ſa
nitate in ægritudinem tranſit. Obiectio.1.

Quę differunt accidentaliter tantum, non diffe
runt ſpecie, ſed habitus, & diſpoſitio, differunt acci
dentaliter tantum; ergo habitus, & diſpoſitio, non
differunt ſpecie: atq; idcirco perperam in litera tan
quàm duæ qualitatis ſpecies diſtinctæ ponuntur.
Minor probatur. Differentia enim generis extra
nei eſt accidẽtalis, ſed facilis, vel difficilis mobilitas,
ab habitu, & diſpoſitione eſt extranea, ergo eſt eo
rum differentia accidentalis. Minor huius proſyllo
giſmi probatur. Nanque facilis, vel difficilis mo
bilitas, ad motum, et paſſionem pertinet, ac per hoc
qualitatis differentia eſſentialis eſſe non poteſt; igi
tur nec habitus, ac diſpoſitiones, quæ, qualitatis
ſpecies ſunt.

Reſpondetur

Reſpondetur, inſinuandum genus proximum habitus, & diſpoſitionis, non eſſe qualitatem, ſed quoddam ſubalternum ab antiquis vocatum, applicatio, quæ, ſpecies ſubalterna eſt; in qua habitus, & diſpoſitio vniuntur. Ariſtoteles in ꝑdicamentis dixit habitum, & diſpoſitionē eſſe vnam qualitatis ſpeciem. Hęc aūt re vera nihil aliud eſt, niſi quædam qualitas, qua res benè, vel malè ſe habet in ordine, vel ad naturā, vt ſanitas, ægritudo, pulchritudo; vel ad operationem, vt ſcientia, prudentia, virtus, iuſtitia, & caſtitas. Verum diſpoſitio, illam qualitatem non tam ſecundum ſe importat, quàm vt partes potentiales habet, vel ſecundum perfectionem; vt cōpleta ſcientia, vel ſecundum pręparationem, & idoneitatem; vt ſcientia inchoata. Iis verò non obſtantibus habitus, & diſpoſitio, ſunt diuerſæ qualitatis ſpecies. Nec impedit propoſitum, argumentum in oppoſitum: ꝙ facilè, aut difficilè moueri, ad paſſionis genus pertineat. Nam ad circumloquendum proprias rerum differentias nobis ignotas, accidentalibus proprietatibus vti oportet: quod equidem hic obſeruatum eſt. Quippè eſſe facile, vel difficile mobile, cuipiam bifariam conuenire poteſt: aut ex ratione ſpeciei, vel ex conditione indiuidui. Illud dicitur eſſe difficilè mobile per ſe, ſeu ex ratione ſpeciei, quod ex natura ſua, cauſas difficilè variationem compatientes (vt dilucidatum eſt) ſibi vendicat. Similiter illud dicitur eſſe facilè mobile per ſe, ſeu ex ratione ſpeciei, quod ex natura ſua cauſas facilè trāſmutabiles, ſibi vendicat: velut ſanitas, quę, ex calido, & frigido, & huiuſmodi, quæ propter alterationes continuas facilè tranſmutantur, cauſatur. Illud autem dicitur eſſe facilè, vel difficilè mobile per accidens, ſeu ex conditione indiuidui; cui, ex eo, ꝙ eſt in hoc ſubiecto ſic diſpoſito, eſſe facilè, vel difficilè tranſmutabile competit: ſicut ſcientia, quæ, ex ſe difficilè mobilis eſt, per accidens tamen ex eo, ꝙ in hoc ſubiecto inchoatiuè, & malè diſpoſito eſt, facilè mobilis eſt: & contra, infirmitas, quæ, per ſe facilè mobilis eſt, ex eo, ꝙ eſt ſic firmiter in hoc ſubiecto radicata, difficilè mobilis eſt. Quare ea, quę per ſe diuturna ſunt, habitus ſunt: quæ verò per ſe cito tranſmutabilia ſunt, diſpoſitiones ſunt. At quia multa, rei per accidens conueniunt, quæ, ex natura ſua propria ſibi illa non vendicāt: ideo nihil prohibet, in illo aliquem habitum facilè mutabilem, & ſimiliter aliquam diſpoſitionem difficilè in eo mobilē, ex aliqua occurrente cauſa inueniri, & tunc contingit habitum eſſe non diſpoſitionē, ſed per modū diſpoſitionis, & ſimiliter diſpoſitionē eſſe non habitū, ſed per modum habitus. Scientia.n. quę non firmiter retinetur, habitus re uera quidem eſt, ſed per modū diſpoſitionis, quia facilè perdi ab illo poteſt. Infirmitas verò iam radicata, diſpoſitio quidem eſt, ſed per modum habitus. Hinc fit, vt à talibus modis eſſendi, potius quàm à rerū naturis. infirmus habitus, diſpoſitio dicatur. Quocirca difficilè mobile, & facilè mobile; vt ſunt differentię ſpecificę, habitum, & diſpoſitionem inter ſe, diſtinguentes, eorum naturas cōſtituunt, & eorū definitionē ingrediuntur, ſeparariq; ab eis etiam per intellectum, nō poſſunt; ſicut nec rationale ab homine, & irrationale ab equo: ſed vt eorum modi eſſendi ſunt, accidentia illorum ſunt, et
A ab eorum naturis extranea, ac ſuccedere ſibi inuicē circa idē poſſunt: vt magis, et minus circa calidū, et frigidū ſe habent. Vnde ad argumentū in oppoſitū negatur minor, ad cuius ꝓbationē iā reſpōſum eſt.

Habitus eſt diſpoſitio, licet non contra, vt diſpo Secūda.
ſitio ſit habitus; ergo habitus, & diſpoſitio nō differūt ſpecie. Antecedēs eſt Ariſtotelis in ꝑdicamētis.

Reſpondetur, ꝙ hic non definitur habitus, neq; diſpoſitio, vt ſunt prima ſpecies qualitatis, ab antiquis, applicatio vocata: ſed definitur habitus, vt eſt qualitas diſpoſitiua ſui ſubiecti pfectè ad operationem: ſicut ſcientiā, hominis intellectū ad cognoſcēdū ea, de quibus eſt ſcientia, perfectè diſponit; ideo dicitur, ꝙ habitus eſt quo quis operatur, qn̄ vult. Diſpoſitio autem definitur, vt eſt qualitas, quæ imperfectè diſponit ſubiectū (vt dictū eſt) in quo eſt, ad
B operandū. Verū diſpoſitio ſumi pōt ꝓ quacūq; qualitate, quæ quouis modo, ſiue perfectè, ſiue imperfectè, potentiā ſui ſubiecti, vel in ordine ad naturā, vel ad operationem diſponit, quo pacto eſt genus ad habitū, & diſpoſitionē ꝓpriè ſumptā: ideo dicitur ab Ariſtotele, ꝙ habitus eſt diſpoſitio, et nō contra. Proprerea ad argumentū in oppoſitū negatur cōſequentia. Hinc liquet, ꝙ nullus habitus ꝓpriè loquēdo eſt in corpore: ſed oēs ſunt, aut totaliter, aut partialiter, vel principaliter in aïa, qui nō inſunt à natura, ſed cōpletiuè ſaltē aliunde adueniunt; quāuis intelligendo per habitū, primā qualitatis ſpeciē, aliqui habitus in corpore ſint; vt ſanitas, & pulchitudo.

Riſibilitas eſt qualitas difficilè mobilis, & tamen Tertia.
non eſt habitus, ergo habitus definitio, competit al-
C teri a definito.

Reſpondetur negando antecedens, qm̄ qualitas, quę, riſibilitas eſt, nō eſt facilè, neq; difficile mobilis. Quēadmodū.n. naturalia, niſi impedimētū aliquod accidat, ſemper fiunt; vt homo generat hominē, niſi aliquod impedimentū contingat; ſimiliter oliua, oliuā, tn̄ ex aliqua cauſa aliter euenire cōtingit. Ita quoq; habitus difficilè mobilis eſt, contingit tn̄ ex aliqua infirmitate aliter euenire. Idē eſt iudiciū, quo ad facilē diſpoſitionis mutabilitatē. Riſibilitas verò nunquā quouis modo neq; facilè, neq; difficilè, variari poteſt; qm̄ homo neceſſario eſt riſibilis: neceſſarium aūt non pōt aliter ſe habere; ideo riſibilitas, quæ qualitas eſt, nō eſt facilè, neq; difficilè mobilis.

Naturalis potentia eſt, ad benè operandum innata qualitas. Tex.33.

Naturalis impotentia eſt, ad malè debiliterue operandum, 1. Species.
D *innata qualitas.*

Potentia enim eſt principium facilè faciendi aliquod, aut fortiter reſiſtendi.

Impotentia autem eſt principium impotens ad reſiſtendum, aut facilè faciendum.

Naturalis potētia eſt qualitas innata, hoc eſt, nō Dilucidatio.
exercitio acquiſita, ſed à principio natiuitatis inſita ad benè operandū: velut viſus, ſeu videndi potētia à natiuitate ineſt animali ad benè vidēdū; auditus aūt, ad audiendū, olfactus ad odorādū, guſtus ad guſtandum, tactus ad tangendū, & curſus ad currendum. Quū.n. aliquos validi corporis intuemur, nōdū pugiles, neq; hui⁹ pitia artis imbutos, ſic eos pugillatores dicimus; non in eo ꝙ iā pugiles ſint, ſed ex eo, ꝙ

F eſſe

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eſſe poſſint. Et ſi quorum leue corpus aſpicimus, ſuras non magnas, eos facilè moueri, curſuq; veloces exiſtimamus: quãquã nondũ ad curſus certamen aſpireot, nec ſint curſores, eos tñ curſores ſcdm potẽtiam nominamus; non ꝙ iã currant, ſed ꝙ currere poſſint. Naturalis impotẽtia eſt qualitas ad malè, debiliterue operandũ innata, & naturaliter inſita: velut timiditas cerui, & leporis, innata eſt qualitas ad debiliter operãdũ. ſ. ad ſalutẽ ſibi fuga cõparandã. Itidẽ eos vocam⁹ inſalubres, quos fragiliores corpore, aptos ad ægritudinem credimus. Eodẽ quoq; modo obtuſitas, & hebetudo, ſunt naturales potentię aïæ. Nã potentia eſt principiũ facilè faciendi aliqđ, aut fortiter reſiſtẽdi. Hæc aũt naturalis dicitur, eo ꝙ naturã conſequitur; ita ꝙ ab ea, tanq̃ eius ꝓprietas pfectiua emanat: qm̃ victoriã formę ſupra materiã, hoc eſt, pfectum, ſub forma, materiæ ſubiectionem ſequitur. Quemadmodũ pugillatores dicũtur, eò ꝙ naturalem potentiã, ad facilè dandum fortes ictus habent: et ſanatiui, ſeu ſalubres dicuntur, qui, potentiã naturalem, nihil patiendi à contrarijs infirmitatis inductiuis, habẽt. Impotentia verò eſt principiũ impotens ad reſiſtendum, aut facilè faciendum. Hęc autem naturalis dicitur: qm̃ ita naturã conſequitur, ꝙ potius defectum naturæ ſequitur. Nã materiæ victoriã ſupra formã, hoc eſt, incompletã materiæ cõpræhenſionem à forma conſequitur. Sicut ægrotatiui dicuntur, eò ꝙ impotentiam naturalem, vt nihil reſiſtere poſſit contrarijs, habent: ac ꝑ hoc facile patiuntur, & conſequenter impotentes ad nihil facilè patiendum, ſunt Similiter inepti ad curſum, naturalem impotentiam ad currendum habere dicuntur.

Obiectio. 1. Genus ſubalternum eſt ſpecies ſubalterna, ſed ab Ariſtotele in ꝑdicamentis, naturalis potentia, & impotentia, ponuntur vnum genus qualitatis ſubalternum; ergo ſunt vna ſpẽs qualitatis ſubalterna, atq; idcirco perperam in litera ſpecificè differre dicunt.

Reſpondetur negando vltimã ſequelam. Naturalis nãq; potentia, & impotentia cõſiderari poſſunt: aut quatenus in vno genere ſuperiori, aptitudo ab antiquis, vocato cõueniunt, ipſumq; circumloquuntur, eò ꝙ tale genus eſt nobis ignotum; quo pacto vnã ſpeciem ſubalternã qualitatis, ſeu (vt dixit Ariſtoteles) vnum genus ſubalternũ conſtituunt: quod quidem ab ipſo Ariſtotele, nominibus ſuarũ ſpecierum, naturalis potentia, vel impotentia, non copulatiuè, ſed diuiſiuè, quia in vnã, non conueniunt, naturã, vocatur. Pluribus autem nominibus appellatur, quia impotentia ſub aptitudine non conuenienter annumeratur. Aut ſecundũ proprias eorũ eſſentias, cõparãdo ipſas inter ſe, conſiderãtur, et hoc modo ſunt diuerſæ ſpẽs qualitatis, ab inuicẽ diſtinctæ.

Secũda. Nullum ens reſpectiuum eſt qualitas, ſed naturalis potentia eſt ens reſpectiuum, ergo naturalis potẽtia non eſt ſpecies qualitatis. Maior patet qm̃ qualitas eſt ens abſolutum. Minor probatur. Potentia. n. ſemper reſpicit actum, ergo eſt ens reſpectiuum.

Reſpondetur diſtinguendo minorem. Nempe potentia eſt relatiuum ſcdm dici, ſicut concludit probatio minoris. Relatiuum autem ſcdm dici, primò rem abſolutã ſignificat, ſed cõſequenter reſpectum importat, ideo naturalis potentia, quantum ad ſuũ principale ſignificatũ, rem abſolutã ſignificat; quæ re uera, qualitas eſt, eius ſubiectum ad operandum diſponens: ſed quantum ad id, quod ex conſequenti importat, reſpectum, ſeu relationem ſuper illam qualitatem fundatã ſignificat; & hoc pacto non eſt in prædicamento qualitatis, ſed ad aliquid.

Tertia. Nulla priuatio eſt ſpecies qualitatis, ſed naturalis impotentia dicit priuationem naturalis potentiæ; ergo naturalis impotentia nõ eſt ſpecies qualitatis. Maior ꝓbatur. Qualitas. n. eſt ens reale, priuatio autem nequaquã, quia negationem importat, quę eſt nõ ens; ergo nulla priuatio eſt ſpecies qualitatis.

Reſpondetur diſtinguendo minorem. Nã impotentia ſumi põt: aut priuatiuè, & ſic qa nõ aliquod poſitiuum, ſed priuationem potentię ſignificat, nõ ſumitur hic: aut cõtrariè, & ſic quia aliquod poſitiuum. ſ. principiũ facilè patiẽdi, aut difficilè operãdi (vt dictũ eſt) ſignificat; proculdubio hic ſumitur.

Paſſio eſt qualitas tranſiens, quæ, ſenſui paſſionem infert; aut quæ, à paſſione infertur. Tex. 34. 3. Species. Dilucidatio.

Alternatim vtitur Ariſtoteles in prædicamentis, ſpeciei, & generis nomine, vt ꝙ de ſubalternis ſpeciebus ſermo eſt, inſinuet, quæ etſi ab antiquis, tertia qualitatis ſpecies, caſus vocaretur, ſicut & prima applicatio, & ſecunda aptitudo, eã tñ duplici vocabulo, inſertaq; coniunctione copulatiua, vocauit. Duobus quidem vſus eſt nominibus, non quia duæ ſpecies ſint, ſed quia oppoſitos modos eiuſdem ſpeciei important, difficile. ſ. & facilè mobile: coniunctione aũt copulatiua, vt oſtendat eandem rem vtrique ſubeſſe. Paſſio igitur eſt qualitas tranſiens, et facilè à ſubiecto mobilis: quę, ſenſui paſſionẽ infert, hoc eſt, quę, in ſenſu ſuã ſpẽm, aut ſimilitudinẽ cauſat. Nã in prima definitionis parte, paſſio, ꝓ qualitatis ſenſibilis ſpecie ſumitur; vt color. Aut quæ, à paſſione infertur, hoc eſt, affectione, vel aïæ turbatione. In ſecunda nãq; definitionis parte, paſſio, ꝓ affectione, vel animi, aut corporis turbatione capitur. Puta rubedo ex verecũdia cauſata, et ſenſui paſſionẽ infert, qm̃ ſuã in oculo ſimilitudinẽ inducit, & ex paſſione, puta pudore, infertur. Siquidẽ quęcunq; ex paſſione inferuntur, ſenſui paſſionẽ inferunt: ſed non contra euenit. Vox. n. & lumen, ſenſui paſſionem inferunt: non tamen à paſſione inferuntur.

Obiectio. 2. Paſſio eſt vnum prædicamentum à qualitate diſtinctum, ergo non eſt vna ſpecies qualitatis.

Reſpondetur diſtinguẽdo antecedens. Nã paſſio ſumi põt: aut cõiter ꝓ omni receptione, ſiue pfectiua tm̃, ſiue corruptiua contrarij: prout non ſolũ calefieri, et triſtari, & lætari, ſed et illuminari, ſentire, & intelligere, quoddã pati in 3. de anima dicit, quo pacto ſumitur hic. Qualitas. n. ſenſibilis, quæ, modaliter (vt dilucidatũ eſt) paſſio appellatur, dũ ꝑ modũ paſſionis in trãſitu exiſtit: cũ paſſio, vel mot⁹ ſit, vel in motu cõſiſtat, fluẽs eſſe habet, ꝓfectò in ſenſu recipit, et ita paſſio pfectiua eſt, dũ ſenſum qualificat, atq; perficit. Verum colores non ob id pcisẽ à paſſione hoc modo ſumpta, qualitates paſſibiles dicunt: ſed et qualitates paſſibiles ſunt, qa ẽt ab aliqb⁹ paſſionibus (vt de nãliter rubeo, vel palido in litera ſequẽti dilucidat) innaſcuntur. Aut ꝓpriè ſumitur paſſio, pro paſſiua. ſ. tranſmutatione cũ abiectione contrarij Text. co. 12.

contrarij, prout calefieri, & frigefieri, in genere paſſionis collocantur: quo pacto genus generaliſſimũ eſt. Sed cõtra. Calor, & frigus, immo et color (quoniam patitur paſſione propriè dicta ſubiectũ dum coloratur) cauſant in ſubiecto paſſionem propriè dictã; ergo non dicuntur qualitates paſſibiles à paſſione cõmuniter ſumpta, ſed à paſſione ꝓpriè dicta. Reſpondetur negando conſequentiam. Nunc enim de rebus inquirere non intendimus, ſed de rationabili nominis impoſitione; vnde, ſcilicet, qualitas dicta ſit paſſibilis: iccirco licet ſubiectum ſuſcipiendo qualitates paſſibiles, propriè pati, verum ſit; à tali tamen paſſione ſubiecti, non dicitur paſſibilis qualitas, ſed ab animæ paſſione; vt effectu, vel cauſa; hoc eſt, quia infert paſſionem, vel à paſſione infertur, dicta eſt qualitas paſſibilis.

instatur

Secũda.

Qualitas eſt, ſecundum quã, quales dicimur, ſed ſecundum paſſionem nõ dicimur quales, ergo paſſio non eſt qualitas. Minor eſt Ariſtotelis in hoc prędicamento qualitatis.

Reſpondetur, ꝙ paſſio, et paſſibilis qualitas inter ſe conueniunt, & differunt. Conueniunt autem, ꝙ eandem dicunt qualitatẽ, quæ à paſſione infertur, vel paſſionem infert: ſed differunt, quia paſſio, illã qualitatẽ dicit ſub eſſe imperfecto, et in ſubiecto nõ permanente, ſicut rubedo ex verecundia proueniẽs: paſſibilis verò qualitas, illã qualitatẽ ſecundum eſſe perfectum, & fortiter radicatum, & permanens in ſubiecto, dicit, qualis eſt rubedo, quę, à natura ꝓuenit. Hinc eſt, ꝙ paſſio (vt dixit Ariſtoteles) non denominat ſubſtantiam ſimpliciter qualem: ſed magis ſecundum quid, hoc eſt, eo modo, quo habet eſſe in ſubiectu, ideo denominat ipſum ſubiectum, aliquid eſſe paſſum, gratia cuius dicitur paſſio, qualis eſt rubedo ex verecundia cauſata, quę nõ denominat ſubiectum rubeũ ſimpliciter, ſed denominat ipſum, eſſe paſſum aliquid ſecundũ rubedinem. Paſſibilis autẽ qualitas denominat ſuum ſubiectum quale ſimpliciter: eò ꝙ habet in ſubiecto eſſe perfectũ, & ſtabile: velut rubedo naturalis, ſubiectũ, rubeum ſimpliciter denominat. Quamobrẽ differt qualitas paſſibilis à paſſione ſecũdũ modũ eſſendi: quia, ſcilicet, paſſio, qualitatem facilè mobilem importat; paſſibilis verò qualitas, qualitatem difficilè mobilem dicit.

Tex. 35
3. Species.
Dilucidatio.

Paſſibilis qualitas eſt qualitas permanens, quæ, ſenſui paſſionem infert, aut quæ à paſſionibus infertur.

Paſſibilis qualitas eſt, ꝑmanens, & difficilè à ſubiecto mobilis qualitas, quæ, ſenſui paſſionem infert, aut quę, à paſſionibus infertur, accipiẽdo paſſionẽ, quemadmodũ & in priori definitione: velut albedo cygni, nigredo corui, ſenſui paſſionẽ infert; ſed color croceus ex cholera, aut plumbeus à melãcholia, pallor, et rubor, ex naturali cõplexione, ſunt qualitates ꝑmanentes, quę, & à paſſione inferunt. Si quis nanq; aliquid talium paſſionũ, vt puta timoris, vel verecundiæ paſſus eſt naturaliter, id eſt, nõ ꝑ modũ paſſionis, quę cito tranſit, ſed firmiter ꝑ modũ, quo naturalia inſunt: veluti ſi eſt naturaliter timidus, vel verecundus ſimilẽ habere colorẽ neceſſe eſt; quoniam ex ſimilibus cauſis ſimiles ꝓueniunt effectus. Sicut.n. corpus eius, qui ex verecũdia rubet, affectione quadam immmutatur, puta ꝙ ſpiritibus ad cor vnitis, ſanguis in faciẽ ſpargitur; ita in eo, qui naturaliter rubeus eſt, ſanguinem naturaliter in faciem ſparſum eſſe contingit, vt & ſic color naturalis, paſſionem ſequatur naturalem, & color tranſiens, paſſionem ſimpliciter citoq; tranſeuntem ſequatur.

Obiectio.

Omne paſſibile eſt aptum natũ aliquid pati, ſed nulla qualitas eſt apta nata aliquid pati; ergo nulla qualitas eſt paſſibilis. Minor probatur. Nulla.n. qualitas põt eẽ ſubiectũ paſſionis, ſed in ſubiecto ſuſtẽtatur. Reſpondetur, ꝙ cum paſſibile à paſſione dicatur, aliquid, paſſibile dici poteſt: aut propriiſſimè, quia ad paſſionẽ ſuſcipiendã, aptum natum eſt; quo pacto argumentum in oppoſitum verificatur: aut ꝓpriè, quia in receptione ipſius in alio, ſuſcipiẽs ipſum patitur, nec ſic qualitas paſſibilis, intelligenda eſt: aut quia paſſionis eſt cauſatiuũ, vel quia paſſionis effectus eſt, & in iſto ſenſu (vt dictũ eſt) intelligitur. Quare qualitas dicitur paſſibilis, quia.ſ. infert paſſionẽ, vel quia à paſſione infertur. Quocirca ſub hac ſpecie generaliter reponuntur oẽs qualitates ſenſibiles, quarũ nõ nullæ ad corpus ꝑtinent: veluti quinque ſenſuũ exteriorũ obiecta; vt color, ſonus, odor, ſapor, calor, frigus, ſiccitas, humiditas, grauitas, leuitas, et cæteræ qualitates tãgibiles; eò ꝙ oẽs iſtæ qualitates, ſenſibus paſſionẽ inferunt (vt dictũ eſt) vel aliquæ earũ à paſſione inferuntur. Nonnullæ aũt ad animã pertinent: ſicut ira, gaudiũ, timor, delectatio, triſtitia, deſideriũ, & id genus aliæ, quæ in appetitu ex aliqua paſſione cauſantur. Sed cõtra. Ariſtoteles nanq; in ꝑdicamento qualitatis, calorẽ, et frigus in prima ſpecie qualitatis collocauit, ergo ꝑperã dicitur, ꝙ calor, & frigus, ſunt in hac tertia ſpecie qualitatis. Reſpondetur, ꝙ calor, & frigus, ſimpliciter in hac tertia ſpecie reponuntur. Calor aũt, & frigus, vt cõuenientia, vel diſconueniẽtia naturę, in prima ſpecie repoſita ſunt, quoniam ſic ſanitatẽ, aut infirmitatẽ efficiunt: & ſimiliter eſt de colore, & figura, vt pulchritudinẽ, vel turpitudinẽ conſtituunt. Hoc autẽ dixiſſe, nihil aliud eſt, quàm dixiſſe ſanitatem, de cuius ratione eſt; ꝙ in adæquatione caloris, et frigoris conſiſtat, eſſe in prima ſpecie qualitatis, & ſimiliter pulchritudinẽ, de cuius ratione eſt, ꝙ in proportione figuræ cõſiſtat, in prima eſſe qualitatis ſpecie.

* instatur

Tex. 36.
4. Species.
Dilucidatio.

Quartum genus qualitatis eſt forma, & circa aliquid conſtans figura.

Nunc ponitur quarta ſpecies qualitatis, ab antiquis quidẽ, cõpoſitio, vocata ab Ariſtotele verò forma, & circa aliquid cõſtans figura: veluti circularitas, triãgularitas, quadrangularitas, aliæq; huiuſmodi qualitates, circa quantitatẽ conſiſtentes; vt rectitudo, & curuitas. Appellata eſt ab illis ſpecies hęc, cõpoſitio: eò ꝙ ſecundum eam ſubſtantia non abſolutè cõponitur, ſed quò ad quãtitatis determinationem in partibus ſuis. Modò vocatur forma, ab actu continendi, quod eſt formæ propriũ, eò ꝙ cõtinet, & concludit ſubſtantiã quantam; vel eò ꝙ vicẽ formæ ſubſtantialis obtinet, dum ſpecificã rerum diuerſitatem, quæ ex forma cauſatur, & ab intellectu cognoſcitur, figura diuerſa, ſenſibus clarè offert: vel ab actu ſpecificandi artificialia, cum figurę, formę ſpecificæ artificialiũ exiſtãt. Figura quoq; nũcupatur, eò ꝙ in ipſa quãtitatis terminatiõe cõſiſtit, nõ ꝙ

figura, terminus ſit quantitatis, quoniam quantitas ſui generis terminis clauditur: corpus ſiquidem ſuperficiebus, ſuperficies verò lineis, linea autem punctis terminatur, ſed quia ex terminatione quantitatis, figura reſultat. Circa aliquid, bifariã exponi poteſt. Illa nanque dictio, conſtans, ſi in recto ſumitur, cum figura conſtruitur, & ſenſus eſt, figura conſtãs circa aliquid, quia figura, ſuis conſtat terminis circa ſubſtantiam: in obliquo verò accuſatiuo ſumpta, cum illa dictione, aliquid conſtruitur, & ſenſus eſt, figura circa aliquid conſtans, id eſt, non fluens, ſed ſimul ſtans: quare iuxta hunc ſenſum, ſubiecti natura, vendicantis ſibi figuram, inſinuatur. Res enim cõſtans, propriam habet figuram: quę autem fluit (ſicut in vino, aqua, & oleo, perſpicuum patet) alienã ſuſcipit figuram. Hanc autem ſpeciem eſſe qualitatem, nullus dubitat. Siquidem quis, à figura dicitur figuratus, & à forma formoſus: ſimiliter triangulare à triangulatione denominatum eſt, et quadratum à quadratura. Quòd ſi illæ ſunt qualitates, ſecundũ quas aliquid appelletur quale, non eſt qui dubitet, formam, figuramq; eſſe qualitatem: quoniam omnia, quæ ijs participant, ex ipſis qualia nominãtur.

Obiectio.1. Omnis terminus eſt eiuſdẽ generis cum ſuo terminato, ſed figura, per quantitatem terminatur: ergo figura eſt in genere quantitatis, & conſequenter nõ eſt quarta ſpecies qualitatis. Maior patet in differẽtia, quæ, quia genus terminat, eiuſdem eſt prædicamenti cum ipſo genere: veluti de animali, & rationali, quæ ſunt in genere ſubſtantiæ, liquet. Minor probatur. Figura nanque eſt, quæ, termino, vel terminis clauditur, hoc eſt, ex terminatione quantitatis (vt dilucidatum eſt) figura reſultat.

Reſpondetur diſtinguendo maiorem. Nempe terminus intrinſecus, & eſſentialis, eiuſdem eſt prędicamenti (vt optimè concludit probatio maioris) cum ſuo terminato: ſed terminus extrinſecus eſt alterius generis à ſuo terminato. Figura autem terminatur extrinſecè, & non intrinſecè, terminis ipſius quantitatis: eò quòd ex terminatione quantitatis, figura reſultat, & perinde terminis ipſius quantitatis terminatur, ideoq; non eſt mirum, ſi non ſunt eiuſdem prædicamenti.

Secũda. Forma, & figura domus, ſub hac ſpecie contenta, non eſt circa vnum indiuiduum, ſed in quadam lignorum, & lapidum multitudine cõſtat; ergo perperam dicitur, ꝙ hęc ſpecies, eſt figura circa aliquid conſtans. Conſequentia probatur, quia figura circa aliquid conſtans eſt vnum indiuiduum.

Reſpondetur ad antecedens, ꝙ lignorum multitudo, & lapidum, & huiuſmodi, per aggregationẽ, & ordinem eorum inter ſe, per modum vnius indiuidui, ſe habent, talem figuram ſuſcipientes; ideo illa figura eſt circa aliquid conſtans, quod eſt vnum indiuiduum.

Tex.36. *Qualia ſunt, quæ ſecundum qualitates dictas denominatiuè dicuntur, uel quomodolibet aliter ab ijs.*

Dilucidatio. Definita qualitate à poſteriori per quale tãquàm per ſuum effectum: nunc de ipſo quali eo ipſo iure determinat; quoniam cauſa naturaliter præcedit effectum, ideoq; ipſum quale à priori definit. Qualia (inquit) ſunt, quæ ſecundum qualitates dictas denominatiuè dicuntur; velut à candore candidus, & E à grammatica grammaticus, & à iuſtitia iuſtus. Nẽpe qualitas eſt denominans, & quale eius denominatiuum, ideo non differunt niſi ſicut concretum, et abſtractum. Addit autem, vel quomodolibet aliter ab ijs: vel quia qualitas ipſa, nomen proprium non habet, vnde denominatiuum dicatur, quod maximè in ſecunda qualitatis ſpecie apparet, vt potentia naturalis ad percutiendum, et currẽdũ clarè oſtendit. Pugillator. n. ſecundum illã potentiã dictus, ab illius potentiæ nomine nõ venit, ſed ab artis pugillatoriæ nomine: & ſimile eſt de curſore, & alijs huiuſmodi. Vel quia ipſum quale à qualitate nominata, denominatiuè non habetur; vt à virtute habetur ſtudioſus, & non virtuoſus. Quamobrem ijs duobus modis quale, non denominatiuè, ſed quomodolibet aliter F à qualitate dictum, inuenitur.

Accidentia in concreto (vt dictum eſt in principio prędicamentorum) non ſunt in prædicamẽto; ergo perperam in hoc prædicamẽto definitur quale, quod eſt ipſius qualitatis concretum. Obiectio.

Reſpondetur negando conſequentiam, quoniã hoc merito factum eſt, ad oſtendendum, ſcilicet, diuerſitatem in dilucidatione aſſignatam, quomodo diuersè, & pluribus modis à qualitate qualia dicuntur. Nec (vt loco allegato dictum eſt) cõcretum in accidentibus (licet non ſit propriè in prædicamento) eſt omnino à prędicamento extraneum.

Qualitati, aliquid eſt contrarium: ſimiliter & quale habet contrarium. Tex.37.

Digeſtis in ordine prius omnibus qualitatibus, nunc conſueto ordine vna quæq; proprietas veſti- Dilucidatio.
G gatur. In qualitatibus (inquit) quędam eſſe contraria: ſed hoc probatur exemplis. Albedo nanq;, & nigredo, cõtraria ſunt, & quęcunq; albedine, ac nigredine participant, vt album, & nigrum. Sed non omni conuenit qualitati. Circulo enim, & trigono, nihil eſt cõtrarium: nec vlla figura, vlli figuræ poteſt eſſe contraria. Hæc autem apud Philoſophos, bifariam ſumi conſueuerunt. Illa enim ſecundum quid, iſta verò ſimpliciter cõtraria appellant: quo pacto vnum vni contrarium ponunt. Sic ſanè contraria ſunt extrema vnius generis, quæ maximè diſtant, & non niſi duo eſſe poſſunt: velut albedo, & nigredo in genere coloris, dulcedo, & amaritudo in genere ſaporis, de qua quidem in propoſito ſermo fit. Secũdum quid verò, contraria, ſub aliquo genere media, tam inter ſe, quàm relata ad extrema, vt tamen ſa-
H piunt naturam extremorum, dicuntur. Siquidẽ pallidum, vt ſapit albedinem, nigredini contrariatur: vt autem ſapit nigredinem, albedini cõtrariatur. Quare media ſecundum ſe, non ſunt contraria: ſed (vt in 5. Phyſicorum habetur) ratione alterius extremi, quod participant. Text. co.6.

Omnia contraria ſub eodẽ genere ponuntur, ſed qualitas ſub nullo genere ponitur; ergo qualitas nullum habet contrarium. Minor probatur. Qualitas nanque eſt genus generaliſſimum. Obiectio.

Reſpondetur ad minorem, ꝙ licet qualitas in cõmuni ſumpta, ſub aliquo genere non ſit poſita, quia vt ſic, eſt genus generaliſſimum, quo pacto nec illũ habet contrarium: attamen vt eſt in ſuis ſpeciebus,

quarum

quarum inter ſe nonnullæ contrariantur, veraciſſimè, & ſub genere ponitur, & contrarium habet.

Tex. 38. *Si unum contrariorum eſt quale, & reliquum eſt quoque quale.*

Dilucidatio. Cum enim ad hoc ponantur hic proprietates, vt inſignitum eis illuceſcat prędicamentum, quo ad in eo contenta, & non contenta: & hoc in loco documentum, quo diſcernere diſcamus qualia à non qualibus, tradatur, meritò non ſecundam proprietatem, ſed vicem gerens ſecundæ proprietatis, litera ponit. Eſt autem documẽtum tale, quòd ſi vnum contrariorum eſt quale, hoc eſt, de genere qualitatis, alterum erit quoque quale, & in genere qualitatis. Puta iuſtitia eſt qualitas, ergo & iniuſtitia: & iuſtum eſt quale, ergo & iniuſtum. Nullum enim aliorum prędicamentorum, iniuſtitiæ aptabitur: nec quantitas, nec adaliquid, nec vbi, nec omnino aliud quicquam, niſi qualitas. Sic & in aliis, quę ſecũdum B qualitatem contraria ſunt, dicendum eſt. Hinc viã faciliorem, ad diſcernendũ qualitates ab aliis, habemus: quoniam ſtatim vt vnum contrariorũ in qualitatis genere poſuimus, ſcimus ex hoc, quòd reliquum in eodem genere eſt, Nec vagando, cuius naturæ ſit, quærere oportet.

Obiectio. 1. Contraria maximè adinuicem repugnant, ergo in eodem genere non conueniunt; atque idcirco ſi vnum contrariorum erit quale, aliud non poteſt eſſe quale.

Reſpondetur negando primam conſequentiam. Nam licet contraria ſecundum ſuas formas ſpecificas habeant, nec in vna forma ſpecifica conueniãt: tamen ſecundum formam ſui generis, nullam habẽt repugnantiam, ſed ſemper in illa, genere conueniũt; C gratia cuius idem ſubiectum, formę ſui generis proportionatum, ſemper requirunt. Quamobrem ſi vnum contrariorum fuerit quale, reliquũ erit quale: & ſi vnum fuerit qualitas, reliquum (tanquam ſpecies ſub eodem genere) erit qualitas.

Tex. 39. *Qualitas ſuſcipit magis, & minus.*

Dilucidatio. Aliud proprium protulit dicens, qualitates poſſe intendi, vel minui. Poſſe enim conſtat, alterum altero plus album appellari, veluti nix argento, & quæ candidiora ſunt marmore, & iuſtum, alterum altero magis, & minus, dicimus. Nanque iuſtius aliquid factum, necnon etiam iuſtiſſimum eſt. In quibus autẽ comparationes ſunt, in iis magis minusq; dici manifeſtum eſt. Hoc quoque modo ipſum album, vel alia qualitas, non ſolum contra alteram eiuſdem ſpeciei comparata, intenſione creſcit, & re D laxatione minuitur: ſed etiam à ſeipſa comparationem recipit. Dicitur enim nunc quidem argentum candidius eſſe quàm antea, quum fuerit deterſum. Non tamen omnes qualitates, magis, & minus ſuſcipiunt. Nam formis, & figuris, ſuſcipere, magis, & minus, nõ conuenit. Vnus quidẽ circulus, nõ magis, vel minus circulus, quã alter dicitur. Nec figura quadrata, magis, vel minus, circulus eſt, quàm figura altera parte longior: quia neutra, circulus eſt, nec circuli definitionem recipit. Neque ſoli. Nam, & actioni, & paſſioni quoque competit, ſicut & præcedens proprietas.

Obiectio. 1. Albedo vt quatuor, non eſt minus albedo, quàm albedo vt ſex: nec albedo vt ſex eſt magis albedo, A quàm albedo vt quatuor: nec nigredo eſt magis, vel minus qualitas, quam albedo, & ſic de ſingulis qualitatibus; ergo nulla qualitas ſuſcipit magis, & minus. Aſſumptum probatur. Nempe pari modo omnes qualitates, eius definitionem recipiunt.

Reſpondetur negando antecedens, ſi phyſicę intelligatur. Nam ſenſus eſt, quòd qualitates in ſuis eſſentiis, vel naturis, non ſuſcipiunt, magis, vel minus: quamuis ſecundum earum participationem in ſubiectis, prout magis, & minus ab hoc, vel ab illo, participantur, magis, & minus ſuſcipiant. Puta eã res, quæ eſt caliditas, in ſeipſa non augetur, vel minuitur, ſed eius participatio intenditur, vel minuitur: ſicut in diuerſis aquis calidis, vel in vna, & eadẽ ſucceſſiuè liquet. Hoc autem conſtat eſſe falſum: quoniam quando calidum intenditur, vel remittitur, B etiam ipſa caliditas intenditur, vel remittitur. Nec eſt verũ, omnes qualitates pari modo, hoc eſt, neque magis, neque minus, qualitatis definitionem ſuſcipere: quoniam ſecundum qualitates intenſas (vt ex ſuperioribus perſpicuum euaſit) magis quales dicimus, quàm ſecundum remiſſas. Si autem antecedens logicè intelligatur, negatur conſequentia. Nempe ſenſus eſt, quòd abſtracta, magis, & minus, non dicuntur, velut iuſtitia, ſanitas, caliditas; quoniam ſubſtantiam in modo ſignificandi imitantur. Siquidem non ſuſcipere, magis, & minus, adeo proprium eſt ſubſtantiæ: vt non ſolum ipſa, iis careat, ſed etiam omne illud, quod, ſubſtantię modum ſapit, vt ſic, a magis, & minus, ſuſceptione immune reddatur. Clarum eſt autem, quod res quum in ab- C ſtracto ſignificatur, per modum ſubſtantiæ ſignificatur: vtpote, quia tanquam per ſe ſtans, quod eſt proprium ſubſtantię, ſignificatur. Vnde & ritè a grammatico, hęc nomina abſtracta, ſubſtãtiua vocãtur. At quia in concreto (vt ſæpe dictum eſt) per modum accidentis, primariè connotando ſubiectum, ſignificantur: ideo concreta in accidẽtibus, magis, & minus, niſi aliunde hoc eis repugnet, recipere poſſunt. Quamobrem vnamet res differenter ſignificata, ſuſcipere, magis, & minus, & non ſuſcipere dicitur: qualis eſt albedo, ſiue vt quatuor, ſiue vt ſex, & nigredo, in abſtracto, & in concreto, ſignificata, propter diuerſos modos ſignificandi; quorũ alterum cum magis, & minus, prædicari repugnat. Quo fit, vt apud grammaticum eo ipſo iure abſtracta, comparatiuis nominibus careant. Sed quod nã D ſit quantitatis maximè proprium, ſtatim ſubinfertur.

Maximè proprium eſt, qualitatis, ſecundum eam, ſimile, uel diſſimile dici. Tex. 40.

Similitudo eſt, rerum differentium eadem qualitas.

Diſſimilitudo eſt, rerum differentium diuerſa qualitas.

Similia ſunt, ſimilem qualitatem habentia.

Diſſimilia uerò, diſſimilem, atque diuerſam qualitatem habentia.

Proprium, quod eſt verè proprium, eſt qualitati, ſecundum eam fundamentaliter ſimile, & diſſimile dici. Dilucidatio. Quod equidem verum eſt; quoniam fundamentum, cauſa, & ratio, quòd aliquid dicatur ſimile, aut diſſimile, eſt qualitas, ſicut fundamentalis ratio,

tio, quòd aliquid dicatur æquale, eſt quãtitas. Hinc
cygnus niui eſt ſimilis ſecundum albedinem: & al-
bedo cygni, ad albedinem niuis, comparata, eſt re-
rum differentium, cygni, & niuis, eadem, ſimiliſq;
qualitas; ergo eſt ſimilitudo. Itidem albedo cygni,
ad corui nigredinem, comparata, eſt diſſimilitudo:
cygnus, & nix, ſimilia ſunt, cygnus autem, & cor-
uus, diſſimilia, vt ſimile, & diſſimile, ad ſuſtantiam
denominatiua ſunt. Nam ſi ad qualitatem denomi-
natiua fuerint, albedo, albedini, ſimilis dicitur, & ni
gredini diſſimilis.

Obiectio. 1. Simile ſecundum ſimilitudinem formaliter dici-
tur, & diſſimile ſecundum diſſimilitudinem; ergo
non eſt maximè proprium qualitati, ſecundum eã
ſimile, vel diſſimile dici. Conſequentia probatur.
Similitudo enim, & diſſimilitudo, non qualitates,
ſed relationes ſunt.

Reſpondetur ad antecedens, quòd li ſecundum,
habitudinem cauſæ formalis non denotat: vt ſen-
ſus ſit, proprium eſt qualitati, ſecundum eam for-
maliter ſimile, vel diſſimile dici. Hoc enim falſum
eſt, vt optimè argumentum in oppoſitum probat.
Sed ſenſus eſt; proprium eſt qualitati ſecũdum eam
fundamentaliter ſimile, & diſſimile dici. Quod vti-
que (vt dilucidatum eſt) verum eſt.

Secũda. Pater patri ſecundum paternitatem, ſimilis dici-
tur, & quantum quanto ſecundum quantitatem; er
go non eſt maximè proprium qualitati, ſecundum
eam ſimile, & diſſimile dici. Conſequentia proba-
tur. Paternitas nanque non qualitas, ſed relatio eſt:
nec quantitas eſt qualitas.

Reſpondetur diſtinguendo ſimilitudinem. Nem-
pe alia propria, & formaliter eſt ſimilitudo; alia ve-
rò metaphorica, & modaliter eſt ſimilitudo. Quip-
pe ſimilitudo propria, & formaliter, eſt relatio con-
uenientię inter duo qualia, ratione illarum qualita-
tum; vt album albo, & calidum calido, ſimile dici-
tur. At quoniam albedo, & caliditas, verè qualita-
tes ſunt, ideo ſimilitudo propria, & formaliter ſum
pta, ſemper ſequitur qualitatem, quę verè qualitas
eſt, ſuper quam & fundatur: & ita maximè pro-
prium eſt qualitati, quæ eſt vera qualitas, ſecundum
eam, verè, & propriè ſimile, & diſſimile dici. Simi-
litudo autem metaphorica, & modaliter ſumpta, eſt
relatio conuenientię inter duo, quęcunque ſint illa,
vt qualium rationes induunt, ſeu vt modum qualis
habent. Puta homo homini, ſecundũ humanitatẽ ſi-
milis dicitur, quia hic talis eſt, qualis ille: cum tñ re
vera huiuſmodi conuenientia, identitatis, & non ſi-
militudinis relatio ſit. Simile quoque eſt in alijs, vt
pater patri ſecundum paternitatem, ſimilis dicitur:
& quantum quanto ſecundum quantitatem, ſimile
dicitur, quia hoc eſt tale, quale illud. At quia huma-
nitas, quę re uera ſubſtantia eſt, modum qualitatis
habet; & paternitas, quę verè, & propriè relatio
eſt, modum qualitatis habet; ſicut quoque & ipſa
quantitas, ideo ſimilitudo metaphorica, & modali-
ter ſumpta, ſemper ſequitur qualitatem metaphori-
cam; quæ re uera non eſt qualitas, ſed modum qua-
litatis habet, ſuper quam & fundatur: & ſic maxi-
mè proprium eſt qualitati metaphoricæ, ſecundum
eam ſimile, aut diſſimile modaliter dici. Quia in re
ad argumentum in oppoſitum negatur conſequen
E tia; ad cuius probationẽ reſponſum eſt, ꝙ paterni-
tas, & quantitas, qualitates metaphoricæ dicũtur.

Album, & nigrum, eandem qualitatem habent, Tertia.
& tamen non ſunt ſimilia, ſed potius contraria, er-
go ſimilia, non ſunt, ſimilem, ſeu eandem qualita-
tem habentia. Antecedens probatur. Album e-
nim, & nigrum, in genere coloris, in quo ſunt,
conueniunt.

Reſpondetur negando antecedens; ad cuius pro
bationem dicitur, quòd vocatur eadẽ qualitas non
numero; quia idẽ accidens numero, in diuerſis ſub-
iectis eſſe non poteſt: nec ſufficit, quòd ſit eadem
genere qualitas, vt optime argumentum in oppoſi-
tum concludit, ſed exigitur, vt ſecundum ſpeciem
ſpecialiſſimam ſit eadem qualitas, ſicut duę albedi-
nes. Hinc ſit, vt omnis ſimilitudo ſit diſſimilitudo,
F quia ſimilia, in qualitate ſpecifica, quæ, in ipſis ſe-
cundum numerum eſt diuerſa, conueniunt: alio-
qui ſi penitus conuenirent, eſſet proculdubio iden-
titas, & non ſimilitudo, neque ſimilia, ſed eadem eſ-
ſent. Propterea qualia, ſi diuerſam qualitatem ſecun
dum ſpeciem ſpecialiſſimam, habent, vt album, &
nigrum, non ſunt ſimilia, ſed diſſimilia: quoniam
diſſimilia ſunt, diuerſam qualitatem ſecundum ſpe-
ciem ſpecialiſſimam habentia.

Actio eſt forma, ſecundum quam in id, quod ſubijcitur, a- Tex. 41.
gere dicimur.

Proprium eſt actioni, ex ſe paſſionem inferre.

Decurſis quatuor prędicamentis, quę, aliqua quę Dilucidatio.
ſtione, & conſideratione egere videbantur: cætera
tenuiter, ac breuiter tanquàm per ſe manifeſta, per-
G ſtringuntur. Actio igitur eſt forma, ſecundum quã,
veluti per cauſam formalem per modum emanan-
tis, & non permanentis, agens agere dicitur, hoc
eſt, cauſare aliquid in eo, quod ſubijcitur; quod ſanè
eſt materia circa quam, vel in quam agit: ſicut cale-
factio eſt actio, quoniam ignis per illam, calorem
cauſat in materia circa quam, vel in quam agit; puta
in manum, vel lignum, vel aquam. Re autem ipſa,
nihil aliud eſt, niſi ipſe calor, qui eſt in fluxu, et fieri;
qui, actio, ſeu paſſio vocatur: quatenus uerò eſt in
facto eſſe, nec amplius ſit, calor nuncupatur.
Verum licet actio, & agere realiter idem ſint, ſicut
qualitas, & quale, differunt tamen, ſicut abſtractũ,
& concretum: ideoq; actio per agere, tanquàm per
ſuum effectum formalem nobis ipſa actione notio-
rem, rectè definitur. At quoniam actiones (vt ex 2.
H meta. habetur) ſunt ſubſiſtentium, & ſubſiſtere, pro
prium eſt ſubſtantiæ, iccirco, nos ſubſtantię effectũ
agere dicimur, in definitione ſubintelligitur Paſſio
denique eſt ſuſceptio formæ ab agente in paſſum,
& conſequenter eſt effectus actionis immediatus,
ideoq; proprium eſt actioni ex ſe inferre immedia-
tè paſſionem.

Secundum ſecurim agere dicimur in id, quod ſe- Obiectio. 1.
catur, & tamen ſecuris non eſt actio, ergo hæc defi-
nitio, alteri à definito competit.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nam li
ſecundũ habitudinem cauſę formalis denotat; ideo
quamuis effectiuè, & inſtrumentaliter, ſecundum
ſecurim agere dicamur, non tamen formaliter,
quemadmodum

quemadmodum de actione intelligitur.

Secũda. Omne principium præcedit principiatum, ſed actio non præcedit paſſionem, ergo actioni non conuenit ex ſe paſſionem inferre. Minor probatur. Actio nanque, & paſſio, ſimul ſunt, vt calefacere, & calefieri.

Reſpondetur diſtinguendo minorem. Nempe prius (vt in poſtprædicamentis habetur) aut eſt ſecundum tempus, aut ſecundum naturam: ſic pariter & ſimul dicitur, & ſecundum tempus, et ſecundum naturam. Propterea & ſi actio ſimul tempore ſit cum paſſione, tamen ſecũdum naturam actio, paſſionem præcedit, quia effectum, cauſa naturaliter præcedit.

Tex.42. *Paſsio eſt effectus, illatioq́; actionis.*
Proprium eſt paſsioni, ex actione inferri,
Agere, & pati, recipiunt contraria.
Agere, & pati, ſuſcipiunt magis, & minus.

Dilucidatio. Paſſio eſt effectus immediatè, actionisq́; illatio. Nam calor, in aqua ab igne cauſatus, eſt immediatè calefactionis effectus: quoniam calorem, ignis in aquã interueniente actione media cauſauit, & produxit. Quippè actio, & paſſio, re ipſa idẽ ſunt: duo tamen conſtituunt prædicamenta. Sanè actio, ab aliquo in aliud ſignificat, vt calefactio ab igne in aquam: paſſio verò in aliquo, & ab alio, vt caliditas in aqua ab igne. Quamobrem res ipſa, puta calor, prout egreditur ab agente in paſſo, actio: & vt recipitur in paſſo, ab agente, veluti in aqua ab igne, paſſio nuncupatur. Hinc paſſio, effectus, quatenus ad actionem comparatur, vt principiatum ad principium, cauſatumq́; ad cauſam, rectè vocata eſt: ſic & illatio bonæ conſequentiæ appellata quoque eſt. Nempe ſequitur à priori actio eſt, ergo paſſio eſt. Nam ſi calefaciens calefacit, aliquid calefit. Quamobrem actio prędicamentalis, paſſo, paſſionẽ ſemper infert: & cõtra, ipſa paſſio, ex actione infertur, atque ideo per actionem prędicamentalem, materia, in quam agẽs agere dicitur, tranſmutatur: quod nec efficit actio, quę non eſt prædicamentalis, quales ſunt actiones immanentes, vt videre, ſentire, & intelligere, quibus nihil extra agens efficitur, ſed ſolummodo in ipſo agente recipiuntur, ſicut videre in vidente, & intelligere in intelligente, ſuſcipi conſtat, ac per hoc faciũt, agens in actu eſſe agens, quãuis extra nihil efficiant; quemadmodum faciunt actiones tranſeuntes, quas, exteriorem materiam tranſmutare diximus. Facere quoque, & pati, poſſe ſuſcipere contrarietates, planiſſimè conſtat. Vna nanque actio, alteri cõtraria eſt, vt calefacere, & frigefacere Similiter paſſio alteri contrariatur paſſioni, vt calefieri, & frigefieri. Nam qualitates, quas important, contrariæ ſunt, vt caliditas, & frigiditas: quas equidem qualitates important calefacere, & calefieri, frigefacere, & frigefieri. Qualitates autem, quas dicunt actio, & paſſio, intenſionem, & remiſſionem, ſuſcipiunt; ideoq; actiones, & paſſiones, intenduntur, & remittuntur; vt calefacere, vel calefieri, per intenſionem caloris intenditur.

Obiectio. 1. Effectus, & illatio, idem ſunt; ergo in hac definitione alterum illorum ſuperfluit.

Reſpondetur, negando cõſequentiam. Quanuis enim realiter idem ſint, tamen ſicut ſuperius, & inferius differunt. Nam effectus, aut eſt permanens; vtpote, cuius eſſe nõ in fieri, ſed in facto, eſſe conſiſtit, vt domus, ſcamnum: aut eſt ſucceſſiuus, quia ſolum in fieri, & nunquam in facto eſſe, habet eſſe, vt equitatio, vel nauigatio, quę continuè fit; dum continuè nauigatur. Effectus autem generaliter, tã de ſucceſſiuo, quàm de permanente dicitur: ſed illatio duntaxat de ſucceſſiuo dicitur, cuius eſſe in fieri, & in quadã illatione, prout ab alio infertur, conſiſtit; ideoq́; effectus eſt ad illationem quoddam ſuperius; quo iure in hac definitione illationi, effectus tanquàm eius ſuperius rectè præponitur; & illatio tanquam eius inferius, contrahens ipſum; ſicut rationale contrahit animal, deniq; ſubiungitur.

Secũda. Ea, quę ſunt idem, vnum non eſt cauſa alterius, ſed actio, & paſſio realiter idem ſunt; ergo paſſio non eſt actionis effectus. Maior patet, alioquin idẽ eſſet ſui ipſius cauſa, quod eſt omnino impoſſibile. Minor probatur. Realiter enim tam actio, quàm paſſio, eſt forma fluens ab agente in paſſo.

Reſpondetur diſtinguendo minorem. Nam paſſio ſumi poteſt, aut materialiter pro forma ab agente in paſſo fluente: aut formaliter pro receptione illius formæ; vt quum aqua calefit, ibi eſt calor ab igne in aquam fluens, & ibi eſt receptio caloris in aqua, quæ formaliter, paſſio eſt, & vtroq́; modo paſſio eſt tanquàm in ſubiecto, in patiente. Similiter actio, aut ſumitur materialiter pro illa forma, quę, ab agente fluit in patiens, quo pacto eſt quoq; in patiẽte tanquàm in ſubiecto: aut formaliter pro tali fluxu formę ab agente, quem, vt ſic, in ipſo agẽte tanquam in ſubiecto eſſe conſtat. Nam omne illud, in quo eſt actio formaliter ſumpta, agere dicitur, quoniam vbi eſt forma denominans, ibi eſt eius denominatiuum; & actio eſt forma denominans: agere verò, eſt eius denominatiuum; quo fit; vt vbicunq; eſt actio, ibi eſt & agere: ſed agens, & nõ patiens, agere dicitur; ergo actio formaliter ſumpta eſt in agente, & non in patiente. Proinde actio, & paſſio, ſi ſumantur formaliter, quia ſunt in diuerſis ſubiectis, realiter diſtinguntur, quanquam (vt dictum eſt) ſi materialiter ſumãtur, realiter idem ſint, quoniam realiter tam actio, quam paſſio, materialiter loquendo, eſt forma fluens ab agente in paſſo. Sed contra.

* inſtatur. In omni eo, quod patitur eſt paſſio ſubiectiuè, ſed omne agens phyſicum agendo repatitur; ergo in tali agente eſt paſſio ſubiectiuè, atque idcirco actio, & paſſio, ſunt in eodem ſubiecto, ſcilicet, in agente, & conſequenter, actio, & paſſio, realiter non differunt. Reſpondetur, quòd agens phyſicũ, quatenus repatitur, eò quòd in materia cum patiẽte communicat, non eſt agens, ſed patiens; ideo non eſt mirum, ſi talis paſſio, in eò, tanquàm in ſubiecto eſt: cui tamen non repugnat, quòd paſſio non ſit in agente, quatenus per ſuam formam, ſecũdum quam agit, veraciter eſt agens.

Tertia. Actio, ex paſſione infertur; ergo non eſt proprium paſſioni, ex actione inferri. Antecedens probatur. Optimè nanque ſequitur, aqua ab ignẽ calefit; ergo ignis aquam calefacit. Conſequentia probatur.

batur. Quod alteri conuenit, non ei proprium, ſed inferri, actioni conuenit; ergo non eſt paſſioni proprium.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd proprium eſt paſſioni à priori ex actione inferri: paſſio autem, actionem à poſteriori infert, quemadmodũ effectus infert cauſam; ſed actio, ſicut cauſa infert effectum.

Quarta Contraria ſunt formæ actiuæ, & paſſiuæ inter ſe, ſed duę actiones nũquam ſunt actiuę; ergo actiones nunquam ſunt contrariæ, neque contrarium habent. Minor probatur. Si enim actiones eſſent actiuæ, mediante actione media agerent, & proinde eſſet proceſſus in infinitum, quod eſt abſonum; ergo nulla actio eſt actiua, neque agit.

Reſpondetur diſtinguendo maiorem. Nam contraria, quæ primò, & per ſe contrariantur, ſunt formæ actiuæ, & paſſiuę, quales ſunt qualitates contrarię; vt caliditas, & frigiditas: ſed quę per aliud, & ex conſequenti contrariantur, nõ ſunt actiuę, neq; paſſiuæ; quo pacto actiones, & paſſiones contrariantur, per qualitates, ſcilicet, quas inferunt, vel à quibus inferuntur.

Quinta Nulla forma ſimplex, ſuſcipit magis, & minus, ſed actio, & paſſio, eſt forma ſimplex; ergo actio, & paſſio, non ſuſcipit magis, & minus. Maior probatur. Quod eſt inuariabile non intenditur, neque remittitur, ſed forma ſimplex eſt inuariabilis eſſentia; ergo nulla forma ſimplex ſuſcipit magis, & minus. Minor patet, quoniam actio, & paſſio eſt ſimplex qualitas.

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius probationem dicitur, quòd forma ſimplex eſt inuariabilis eſſentia, quo ad compoſitionem. Nam ex eo, quòd eſt ſimplex, ſecundum partes materiales, cõponi non poteſt: ſed non eſt inuariabilis eſſentia, quo ad intenſionem, & remiſſionem; quoniam huiuſmodi eſſentia ſecundum diuerſos gradus intendi, aut remitti poteſt.

Tex. 43. *Quando ſignificat temporis adiacentiam rei temporali.*
Quando nec magis, nec minus ſuſcipit.
Quando nihil eſt contrarium.
Quando eſt tanquàm in ſubiecto, in eo, in quo eſt tempus.

Dilucidatio. Iampridem prædicamenta ſecundum diuerſum modum prędicandi, ſiue denominandi, formaliter diſtingui, ſatis longo ſermone dilucidauimus: ideoq; ſex vltima prædicamenta, etſi à tribus primis ſecundum rem denominantem non differant, attamen ſecundum diuerſum modum denominandi, ac prædicandi, ea differre non dubitamus. Nempe denominatio trifariam contingit: aut enim ab aliquo abſoluto fit, intrinſeco ipſi denominato; ſiue per identitatem, vt Sortes eſt ſubſtantia; ſiue per inhærentiam, vt Socrates eſt quantus, & Plato eſt qualis: aut ab aliquo, ipſi denominato intrinſeco, ſed aliquod extrinſecum, importante, vt terminum, ad quod relatiuè ſe habet denominatum; vt Sophronicus eſt pater: aut ab aliquo extrinſeco, quod nec eſt idẽ in denominato, nec eſt, tanquàm in ſubiecto in denominato, vt Tullius eſt locatus. Sanè liquet, locũ non eſſe tanquàm in ſubiecto in locato, ſed in locante. Primam autem denominationem per ſubſtantiæ, quantitatis, & qualitatis, prędicamentum, E & ſecundam per prædicamentum ad aliquid: ſed tertiam per ſex vltima prædicamenta fieri aſſerimus. Quamobrem hæc vltima prædicamenta, abſolutum cum denominatione extrinſeca dicũt: velut quando, tempus importat, vt rem temporalem denominat. Quippe quando, eſſe in tempore, aut menſurari aliqua differentia temporis, deſignat: iccirco quando, rem temporalem denominatione extrinſeca ab aliqua temporis differentia, eſſe rei, vt eſt ſub motu, mẽſuratiua, denominat. Quemadmodum enim ex vlnæ applicatione, panni quantitas menſuratur: ſic pariter ex temporis applicatione, rei temporalis duratio menſuratur, & cognoſcitur. Nam menſura (autore Ariſtotele 10. Metaphyſicę) eſt, quo vniuſcuiusq; rei quantitas cognoſcitur, ac per hoc per intellectum ad menſurata, applicata, de F ipſorum quãtitate nos certificat: veluti per lineam bicubitalem ad pannum applicatam de ſuæ quantitatis extenſione certificamur. Cum autem tempus, nihil aliud ſit, niſi primi motus quantitas ſucceſſiua, ſeu motus primi mobilis, quam quidem ſucceſſionem eſſe per quàm vniformem, regularem, ac ſimpliciſſimam efficaciſſime probauit Ariſtoteles: Hinc eſſe aptam natam de cæteris quantitatibus ſucceſſiuis, ad eas applicatam, nos certificare, non ambigimus. Propterea, ambulationem, lectionem, & cætera id genus, per diem, aut per horam durare dicimus. At quia talis ſucceſſio (ſi Ariſtoteli credimus 3. Phyſicorum) eſt vna numero, & tempus omnium temporalium, eſſe vnum numero neceſſe eſt: per quod certiſſimè omnes alij motus, vt ſucceſſiui G ſunt, tanquàm menſura extrinſeca menſurantur. Nam apertiſſimè liquet, tempus, quod, ſucceſſionẽ dicimus, aliarum ſucceſſionum, ſeu motuum, partẽ non eſſe: atque ideo non eſſe menſuram intrinſecam, ſed extrinſecam, nullibi eſt dubium. Agè igitur, quando, temporis adiacentiam rei temporali ſignificat, quoniam ipſum tempus, vt rei temporali adiacet, hoc eſt, vt eſt menſura, per intellectum ad rem temporalem, applicata, ſignificat. Nam temporis adiacentia eſt tempus, vt menſura ad menſurata per intellectum applicata. Quamobrem, quando, (vt ex dictis planiſſimè conſtat) quod ex temporis adiacentia in re temporali relinquitur, minimè ſignificat. Reſpectum nanque relictum, ſeu protinus conſurgentem inter tempus, & rem tempo- H ralem, ex eo quòd eam menſurat, ſecundum prædicta nequaquam ſignificat.

Tempus eſt in prędicamento quantitatis, ſed quando, tempus ſignificat: ergo quando eſt in prędicamento quantitatis; atque idcirco non eſt prædicamentum à cæteris diſtinctum. Obiectio. 1.

Reſpondetur negando vltimam ſequelam. Nam vna, & eadem res, in diuerſis prędicamentis ſecundum diuerſam conſiderationem eſſe poteſt. Prædicamenta nanque (vt 1. Poſteriorum habetur) formaliter impermixta ſunt, hoc eſt, ſecundum diuerſum modum denominandi primam ſubſtantiam, ac prædicandi diſtinguntur: & quoniã aliter quantitas (vt dilucidatum eſt) & aliter tempus, ſecundum quòd per prædicamentum, quando, ſignificatur, tex. co. 21.

catur, primam ſubſtantiam denominat; ideo quando, quod, tempus ſignificat, eſt prædicamentum à A quantitate diſtinctum. Nec huic doctrinę repugnat id, quod in ſuperioribus diximus, ꝙ, ſcilicet, in prædicamento quantitatis, Ariſtotelis litera, quantitatis ſpecies, quæ habent ſpecialem rationem menſuræ, ſiue intrinſecæ, ſiue extrinſecæ colligebat: quoniam Ariſtoteles tunc ſecundum cõmunem famã, & non ſecundum exigentiam veritatis loquebatur: in cuius ſignum in 5. Metaphy. poſuit tempus, quantitatem per accidens: locum autem, & orationem nec nominauit.

Secũda. Quando dicit, fuiſſe in tempore, quod ſuſcipit magis, & minus; ergo quando ſuſcipit magis, & minus. Antecedens quo ad ſecundam partem probatur. Aliquid nanque dicitur, magis, vel minus fuiſſe in tempore,

B Reſpondetur, ꝙ quando, hoc in loco, nec interrogatiuè, vt ſi quęratur, qñ venit Socrates? nec relatiuè, vt quum reſpondetur, venit quando pluebat; ſed infinitè ſumitur, & ſignificat eſſe in tempore, ſicut aliquando: eſſe autem in tempore, eſt menſurari tempore; ergo ſignificat tempus, eo ꝙ tempus eſt menſura rei temporalis: & hoc modo, eſt vnũ decem prædicamentorũ, cuius genera ſubalterna ſunt, eſſe, fuiſſe, & fore in tẽpore; & ſpecialiſſimæ ſunt, eſſe in die, vel nunc, fuiſſe in hora; et indiuidua ſunt, eſſe, in iſta hora, vel illa die, vel illo nunc. Modus autem eius prædicandi, eſt, de prima ſubſtantia pręre dicari, prout eſt in tempore, ſiue iſto, ſiue illo. Vnde ad argumentum negatur ſecunda pars antecedẽtis, ad cuius probationem dicitur, ꝙ licet ſecundum extenſionem aliquid dicatur magis, aut minus, fuiſſe C in tempore, non tamen ſecundum intenſionem: eò ꝙ tempus eſt menſura, & vna menſura etſi maior, vel minor ſit altera, non tamen magis, vel minus menſura quàm altera, cui quoque contrarium habere repugnat; ideo tempus nec magis, nec minus ſuſcipit, nec habet contrarium.

Tex. 44 *Vbi, eſt circumſcriptio corporis locati, à loci circumſcriptione procedens.*

Vbi, nihil eſt contrarium.

Vbi, neque magis, neque minus ſuſcipit.

Vbi, eſt tanquàm in ſubiecto, in corpore circumſcribente.

Dilucidatio. Corpus locatum per ſuã ſuperficiem, corporis locantis ſuperficiem tangit, et quemadmodũ corporis locati ſuperficies eſt ſignata, ita, vt locus locato ſit ꝓportionatus, & corporis locãtis ſupficies, quã quidem bifariam conſiderare poſſumus: aut quatenus in corpore locante tanquàm in ſubiecto eſt, ac denominatione intrinſeca illud denominat, & hoc pacto, vt verè eſt, quãtitas appellatur: aut ſecundũ ꝙ denominatione extrinſeca corpus locatum denominat; & ita p̄dicamentũ vbi, conſtituit: quod quidem re ipſa nihil aliud eſt, q̃ locus; vt locatum denominatione extrinſeca denominat; ſicut ciuis à ciuitate, & à Papia papienſis dicitur. Quamobrem vbi, eſſe in loco circumſcriptiuè deſignat; eſſe autẽ in loco circumſcriptiuè, eſt, quum locatum circumſcribitur, & à locante continetur: quo pacto omne corpus in alio cõtentũ, ab eoq; circundatũ, eſſe in loco, circumſcriptiuè, vocatur. Quare vbi, erit circũſcriptio corporis locati, à circũſcriptione loci ꝓcedẽs, A hoc eſt, vbi, eſt denominatio extrinſeca corporis locati, ab ipſo loco, eum locãte, ꝓueniens. Propterea, vbi, iuxta hanc doctrinã, reſpectum inter locatum, & locum, cõſurgentẽ, ex eo ꝙ locus circumſcribit, & locatum circumſcribitᷣ, nõ ſignificat. Locus autẽ ſcd̃m ſuã realitatẽ, in quãtitatis p̄dicamẽto collocatur, cui nihil eſt cõtrarium, nec ſuſcipit magis, & minus, et eſt tanq̃ in ſubiecto in corpore locãte: at vbi, ipſum locum quatenus denominatione extrinſeca denominat locatũ, ſignificare diximus; igitur vbi nec magis, nec minus, ſuſcipit, nec vllũ habet cõtrarium, & tanquã in ſubiecto in corpore locante eſt.

Locus, in p̄dicamento eſt quãtitatis, ſed vbi ſignificat eſſe in loco; ergo vbi, eſt in p̄dicamẽto quãtitatis, & cõſequenter non eſt vnum prædicamentum à cęteris diſtinctum. Vltima ſequela patet, aliter prę B dicamenta non eſſent diſtincta. Obiectio. 1.

Reſpondetur negando vltimã ſequelã, qm̃ ſex vltima prædicamẽta (vt paulo ante dictum eſt) ſcd̃m rem denominantẽ à tribus primis realiter non differunt: ſed ſcd̃m diuerſum modum denominandi, ac prædicandi, ea ipſa prędicamẽta diſtinguntᷣ. At qm̃ aliter quãtitas (vt dictum eſt) & aliter locus, prout per prædicamentum, vbi, ſignificatur, primã denominat ſubſtantiã, ac de ea prædicatᷣ: ideoq; vbi, qđ locum importat, eſt vnum prędicamentum, à quantitate diſtinctum: qđ equidẽ nec intertogatiuè, nec relatiuè, ſed infinitè capitur, & alicubi ſignificat.

Circumſcriptio eſt actio, ſed vbi, non eſt actio; ergo nec circumſcriptio eſt. Maior probatur. Circumſcribere eſt agere; ergo circũſcriptio eſt actio: Secũda.

C Reſpondetur diſtinguendo maiorẽ. Nempe circumſcriptio actiua, cuius eſſe, in fieri conſiſtit, actio eſt: ſed circumſcriptio pmanens, quatenus locus, ſecundum oẽm circunferentiã locatum circundat, actio nõ eſt; quo pacto, vbi, circũſcriptio appellatᷣ.

Oĩs motus fit de cõtrario in cõtrariũ, ſed de vno, vbi, ad aliud, vbi, fit motꝰ localis; ergo, vbi, cõtrariũ hẽt. Maior ex 5. Phyſi. habetᷣ. Minor ꝓbatur. Mobile nanq;, qđ localiter mouetᷣ, ſemp aliud, & aliud, vbi, acquirit; & ſic de vno, vbi, ad aliud, vbi, mouetᷣ. Tertia. Text. co. 10.

Reſpondetur, ꝙ, vbi, (vt dilucidatum eſt) non habet contrarium ratione loci, quem importat; qui eſt in genere quantitatis, cui vt ſic, nihil eſt contrarium: vbi, tamen phyſicum, à quo, & ad quod mobile mouetur, ratione virtutum, & qualitatum phyſicarum, contrarium habet: quemadmodum & lo- D cus phyſicus (vt in ſuperioribus dictum eſt) ac ꝓinde motus localis, de cõtrario in cõtrarium eſt. Verũ exacta huius conſideratio, alterius negocij eſt.

Vbi eſſe in loco importat, ſed locus ſuſcipit magis, et minus; ergo, vbi ſuſcipit magis, et minus. Minor ꝓbatur. Locus enim augumentari, et minui poteſt. Quarta

Reſpondetur negãdo minorẽ, ad cuius ꝓbationẽ dicitur, quod quanuis locus, augumẽtari, & minui, per maiorem, & minorem extenſionem poſſit: nõ tamen intenſionem, & remiſſionem ſuſcipit.

Poſitio eſt, partium ſitus, & generationis ordinatio. Tex. 45.

Poſitio contraria minimè recipit.

Poſitio, magis, aut minus, non capit.

Poſitioni maximè proprium, eſt ſubſtantiæ non proximè

ximè aßiſtere: ſed cæteris formis abſolutis accidentalibus ſuppoſitis.

Diluci-datio. Poſitio in propoſito, ordinem partium corporis locati in loco, dicit. Non. n. locatum, ſolummodo ſecundum ſe totum in loco eſt: ſed etiam per partes; vt potè q̃a partes eius, ſic, & ſic locatæ ſunt; aliqua, ſcilicet, ſurſum, vt caput in homine, aliqua deorſum, vt pedes; alia à latere, vt brachia. Sicut nanq; toti loco, totus locus correſpondet: ita quoq; loci partes, locati partibus correſpondẽt. Quocirca poſitio eſt ſitus partium, id eſt, diſpoſitio, & ordinatio partium locati in partibus loci, per quã partes loci, partibus locati, quo ad concluſionem, earumq; continentiã, correſpondent. Hæc aũt ordinatio, à natura eſſe poteſt, vt planiſſimè hominis partes demonſtrant, quarum vna naturaliter eſt ſurſum, altera deorſum, alia à latere: qua in re, huic definitioni, generationis ordinatio, hoc eſt, ordinatio, partibus locati competẽs, à generatione rei locatę, appoſitum eſt. Hinc eſt, quemadmodum, vbi, reſpectũ totius locati ad totũ locum, non importat: ſic pariter poſitio, nec reſpectum partiũ locati ad partes loci, conſurgentẽ, deſignat. Nam liquet, poſitionẽ, quæ eſt quantitatis differẽtia, ordinem partium in toto, cuius ſunt partes, importare: nullum tñ reſpectum, quatenus in prædicamento eſt quãtitatis, ſignificare dicimus, ſed eſſe relatiuum ſolum ſecundum dici, aſſerimus. Quẽadmodũ. n. ſcientia, quę, in prima qualitatis ſpecie collocatur, nec in ſuo formali, ac principali ſignificato reſpectũ ad ſcibile quoquo modo ſignificat; nec ob id ipſum tollitur; quin in ſuo ſignificato ſecũdario, quod, cõnotatũ appellatur, relationẽ ad ipſum ſcibile poſſe ſignificare: ita quoq; poſitio, reſpectũ partiũ inter partes locati ad partes loci, conſurgentem in ſuo connotato, aut ſignificato ſecũdario importare põt. Nec eo ipſo iure propterea obtinet, vt in ſuo formali, ac principali ſignificato, huiuſmodi ſignificet reſpectũ: quin potius rectè ſequitur, vt ipſum, ab eo ſtatim ſecludat. Si. n. in ſuo connotato, ſeu ſignificato ſecundario, talem importat reſpectum; ergo nec in formali, ac principali, eũ ſignificat. Nec ordò, ſiue ordinatio (vt in hoc loco capitur, ꝓ rebus. ſ. materialiter, ordinatis) formaliter relationem ſignificat: ſed partes loci, quatenus partibus locati correſpondent, ſignificare iam diximus. Cũ aũt locus nõ ſuſcipiat magis, aut minus, nec contrariũ capere poſſit, poſitio, quæ, ordinẽ partiũ loci ad partes locati importat, magis, aut minus, aut habere cõtrarium ſuſcipere minimè poterit. Pręterea poſitio, vbi, ſupponit. Nã ordinatio partiũ in loco, ordinationẽ toti⁹ locati in loco ſupponit: at, vbi motũ ſupponit localẽ, & iſte, qualitatẽ, & quãtitatẽ; ergo poſitio nõ proximè aſſiſtit, aut adhęret ſubſtantiæ, ſed cęteris formis abſolutis accidentalibus ſuppoſitis.

Obie-ctio. 1. Poſitio eſt in genere adaliquid ſecundum ſuã propriam denominationẽ, qua ſubſtãtiam denominat; ergo non conſtituit vnum prædicamentũ à cęteris diſtinctũ. Antecedens eſt Ariſtotelis in prędicamẽtis, vbi ait; ꝙ ſitus, id eſt, poſitio, quæ eſt vnũ decẽ, generũ denominatiuè dicitur à poſitione, quę, ſpẽs adaliquid eſt. Conſequentia probatur. Quippe prædicamenta ſecũdum diuerſum modum denominandi primam ſubſtantiam diſtinguntur.

E Reſpondetur negando antecedens; ad cuius probationem dicitur, ꝙ poſitio, genus generaliſſimum eſt, in ſua latitudine, ſeſſionem, & ſedere, ſtationem, & ſtare compręhendens; ſicut qualitas, albedinẽ, et album. Sedere autem, & ſtare, à ſeſſione, & ſtatione, denominatiuè dicuntur; velut album, & dulce, ab albedine, & dulcedine: & non à poſitione, vt in genere adaliquid collocatur, & conſequenter poſitio, ſpecies non eſt prædicamenti adaliquid, quia ſignificant conſequenter, hoc eſt, in ſuo ſecundario ſignificato, ſe connotato, per modum adaliquid, q̃m poſitio, alicuius dicitur poſitio. Decuit aũt, in hoc libro idipſum facere, q̃m (vt dictũ eſt) logicè res conſiderat. Hinc non dicimus ea, quæ, in genere ſitus, ſeu poſitionis ſunt, denominatiuè dici ab ijs, quæ, in genere adaliquid ſunt, ſecundum id, ꝙ ſunt, q̃m poſitiones ſecundum ipſum, ꝙ ſunt, non inter adaliquid, ſed in genere ſitus collocantur: ſed dicimus F ea, quæ, in genere ſitus ſunt, ſedere, ſcilicet, & iacere, denominatiuè dici ab ijs, quę, in genere adaliquid ſunt, quo ad modum ſignificandi, conſequenter tamen, vt dilucidatum eſt.

Sedere, & ſtare, expellunt ſe mutuò ab eodem ſubiecto, in quo ſucceſſiuè ſunt, nec non de vno in aliud fit motus; ergo contraria ſunt; atque idcirco poſitio, contrarium habet. Secũda.

Reſpondetur ad antecedens, ꝙ ſedere, & ſtare, per accidens ab eodem ſubiecto ſe expellunt; quoniam per motum localem vnum ab eo acquiritur, & aliud abiicitur: non tamen per ſe à tali ſubiecto mutuò ſe expellũt, ſicut caliditas, & frigiditas, quę, G duæ qualitates actiuę contrariæ ſunt, quę ad inuicem agunt, expellẽdo ſe mutuò ab eodem ſubiecto: qualia non ſunt ſedere, & ſtare, aut ſeſſio, & ſtatio, quanquam, aliquam diuerſitatem, & repugnantiam ſecundum formam, & figuram ſuam habeant. Nec ob idipſum contraria ſunt, ſicut nec ſpecies, ſubſtãtię, quæ etſi differentias adinuicem repugnantes habeant, vt rationale, & irrationale, in homine, & equo, nec propterea contrariæ ſunt. Similiter per ſe non fit motus de vno in aliud, ſed per accidens: q̃m ſubiectum, alio, & alio modo moueri poteſt, quam à ſedendo, & ſtando. Motus autem, inter contraria, per ſe fit ſemper de contrario in contrarium, vt de caliditate in frigiditatem; vel de albedine in nigredinem, vel alios medios colores; quatenus extremi H cationem induunt.

Sedere, & ſtare, ſuſcipit magis, & minus; ergo poſitio ſuſcipit magis, & minus. Antecedẽs probatur exemplo de ſedente, vel ſtante, per diem, vel per horam. Conſequentia patet, quoniam ſedere, & ſtare, ſpecies ſunt poſitionis. Tertia.

Reſpondetur negando antecedens; ad cuius probationẽ dicitur, ꝙ ſedens, aut ſtans per diem, vel horam, dicitur magis, & minus ſedere, aut ſtare, ſecundum durationem; ſed non ſecundum intenſionem: ideoq; ſedere, & ſtare, nec intenſionem, nec remiſſionem ſuſcipiunt.

Habitus eſt, corporum, & eorum, quæ circa corpus ſunt, adiacentia. Tex. 46.

Habitus, nec magis, nec minus, ſuſcipit.

Habitus, nullum habet contrarium.

A Natura (ſi Ariſtoteli 15. de animalibus credimus) de veſtimentis, & armis, & ſimilibus, animalibus brutis, ſufficientiſsimè prouidit. Hinc aliquibus (vt in ſuperioribus diximus) dedit pilos, aut dentes, aliis cornua, aliis vngues, ac ſimilia, quę ad conſeruationem vitæ opportuna ſunt: ſed vice omnium horum, quæ, humanæ complexioni non congruunt, intellectum, vel rationem, hominibus conuenientiſſimè tribuit; qua, & veſtimenta, & arma, & ſimilia ad conſeruationem vitæ humanæ opportuna, de rebus exterioribus, prout opus fuerit, ad libitum facere poſſent: ideoq; veſtimenta, & arma, quatenus denominatione extrinſeca habẽtes ea, denominãt, habitus pręnditamentum conſtituunt. Quamobrẽ habitus eſt adiacentia corporum, & eorum, quæ circa corpus ſunt, hoc eſt, denominatio corporũ, ſicut eorum, quę denominantur, & eorum, quę circa corpus ſunt, id eſt, eorum, à quibus, tanquã ab extrinſecis fit denominatio, quo pacto à veſtimẽtis, quæ, circa humanum corpus ſunt, homo, veſtitus denominatur. B Nam ſicut, qñ, eſt tempus, ſecundum, ꝙ eſt menſura extrinſeca, ad tẽporalia menſurata per intellectum applicata: ita quoq; habitus eſt veſtis, aut tale quid, hominẽ, vel aliquod eius mẽbrum circundans, ac per hoc eũ denominatione extrinſeca denominans. Propterea habitus eſt denominatio extrinſeca proueniens ex adiacentia, ſeu applicatione mutua corporum, tanquàm eorũ, quæ denominantur, & eorũ, quæ circa corpus ſunt, tanquã eorum, à quibus extrinſeca fit denominatio, ſicut veſtes, arma, & cætera id genus. Hinc eſt ſecundũ prædicta, ꝙ reſpectus conſurgens, ac inter habitũ, et habentẽ, C vt puta, inter veſtẽ, & hominem, medians, ex eo ꝙ veſtis adiacet, atq; corpori humano applicatur, per pręndicamentum habitus non eſt formaliter ſignificatus; quanquã eum conſequenter in ſuo cõnotato ſignificet. Quocirca quoniam (vt dictis apertiſsimè liquet) habitus re ipſa ſubſtantia eſt, vt puta, veſtis, aut aliquid tale: cui nihil eſt cõtrarium, nec intenſionem, aut remiſsionem ſuſcipere poteſt; ideo habitus, neque magis, neque minus, ſuſcipit, neque vllum habet contrarium: velut, dux, qui, etſi perfectius, quàm miles, veſtitus ſit, nõ tñ intenſiori modo veſtitus appellatur. Verũ habitus, aliquod totũ rõne alicuiꝰ partis ſignatę, cui ſingularis habitus adiacet, etiam denominat: ſicut homo, à pedibus calceatus, à capite galeatus, & à corpore togatus, nũcupatur: D Quare ex ijs conſtat, habitum in pluribus non eſſe, in habente, ſcilicet, & in habito: eò ꝙ, cum re ipſa, ſubſtantia ſit, tanquàm in ſubiecto in nullo eſt.

Dilucidatio.

Obiectio. 1.

Habitus eſt vna qualitatis ſpecies, ergo habitus non eſt vnum prædicamentum à qualitate diſtinctum. Antecedens eſt Ariſtotelis in prædicamento qualitatis. Nec valet dicere, quòd ſunt idem realiter, ſed differunt formaliter: quoniam hæc duo, realiter eſſe diſtincta, neceſſe eſt, eò quòd alterum eorum eſt ſubſtantia (vt ex hac dilucidatione perſpicuum patet) & alterum eſt accidens.

Reſpondetur diſtinguendo antecedens. Nam habitus ſumi poteſt: aut communiter, vt vna res, aliã habere dicitur, prout amicum, diuitias, et ſcientiam, habere dicimur, & ſic, cum diuerſa prædicamenta A conſequatur, inter poſtprædicamenta annumeratur: aut ſumitur minus communiter, vt eſt quędam denominatio extrinſeca, ex adiacentia duorum corporum per modum actionis, & paſsionis grammaticè loquendo, proueniens; prout veſtiti, vel armati, veſtium, vel armorum adiacentia, & applicatione ad corpora noſtra, dicimur: & ita corpus veſtitur, armatur, & veſtis corpus veſtit, & arma corpora armant: & hoc modo habitus, nõ eſt qualitatis ſpecies, ſed vnũ genus generaliſsimũ; quo pacto ſumitur hic: aut adhuc minus cõmuniter capitur, vt eſt id, quo res benè, vel malè in ordine ad naturam, vel operationẽ ſe habet, prout benè, vel malè ſecundum virtutes, vel vitia, dicimur habituati; & ita (vt ſuo loco dictum eſt) vna ſpecies qualitatis eſt.

Secũda.

B Vnus dicitur magis, vel minus veſtitus, & armatus altero; ergo habitus ſuſcipit magis, & minus.

Reſpondetur, ꝙ ſicut ſubſtantia (vt in pꝛ̃dicamento ſubſtantiæ dixit Ariſtoteles) cum magis, & minus prædicatur, eò ꝙ prima ſubſtantia, quia magis ſubſtat, quàm ſecunda, eſt magis ſubſtantia, quàm ſecunda: ita quoq; habitus, cum magis, & minus pręndicatur, eò ꝙ vnus, magis, vel minus, altero veſtitus, vel armatus, vocatur. Nec propterea habitus intenſionem in ſeipſo, aut remiſsionem ſuſcipit. Sed quoniam de ijs Ariſtoteles tacuit, nobis quoq; nunc eorum longior tractatus omittendus eſt.

Tex. 47

Poſt prædicamentum eſt, poſt prædicamentorum determinationem ab Ariſtotele traditum documentum.

Oppoſita dicuntur, quæ ſimul de eodem, & eodem modo verificari non poſſunt.

C *Quadrifariam, relatiuè, ſcilicet, aut contrariè, aut priuatiuè, aut contradictoriè, alterum alteri opponi dicitur.*

Dilucidatio.

Expeditis omnibus prædicamentis, cur præter operis propoſitum in hanc poſtprædicamentorum diſputationem ſit ingreſſus, à multis ante quæſitum eſt. Sed ſicut documẽta, ante prædicamentorũ determinationem poſita, antepręndicamenta dicta ſunt: ita poſt exactã pꝛ̃dicamentoꝝ determinationẽ ab Ariſtotele ſubiuncta documẽta, ad clariorẽ illorũ cognitionẽ cõducentia, eò ꝙ diuerſa cõſequunꝛ pꝛ̃dicamenta, poſtprædicamenta nuncupanꝛ. Sunt aũt hæc, oppoſitio, prius, ſimul, motus, & habere. Horũ verò primũ, ſecundũ, & tertiũ, oĩa & ſingula genera comitantur. Nã inter oĩa genera, eſt oppoſitio, cum in ipſis ſit diſtinctio, quę ſup oppoſitione fundatur: & vnũ eſt prius, & aliud poſterius, ac om D nia ſimul tempore ſunt. In ſingulis quoq; generibus manifeſtè hęc patent; qm̃ differentiæ contra diuidentes genus quodlibet, & ſimul natura, & oppoſitæ ſunt: genera verò priora ſpeciebus exiſtunt. Motus autem per ſe quidẽ, quatuor reſpicit genera, ſubſtantiam, ſcilicet, quantitatem, qualitatẽ, & vbi: per accidens aũt ad omnia ſe extendit. Habere deniq; ſubſtantiam reſpectu cęterorũ generum comitatur. Itaque primũ illoꝝ eſt oppoſitio, non quidẽ enunciationum; de qua in tomo de enunciatione ſermo factus eſt: ſed dicibilium pręndicamentalium, & vulgo terminorum oppoſitio vocatur; quæ, nihil aliud eſt, quàm duo termini adinuicem oppoſiti; vt album, & nigrum. Propterea oppoſita dicuntur, id

eſt, dicibilia ſunt, quæ ſimul de eodem, & eodem modo, hoc eſt, reſpectu eiuſdem, verificari nõ poſſunt: ſicut calidum, & frigidum; videns, & cæcum; album, & nigrum, pro eodem tempore, de eodem, puta Socrate, verificari non poſſunt. Similiter relatiua oppoſita, licet ſimul de eodẽ verificẽtur, vt pater & filius, de Platone: non tñ eodẽ modo, & reſpectu eiuſdem. Eſt enim Plato, vnius filius, & alterius pater. Et quatuor, dimidium eſt ad octo, & duplũ ad duo. Verum oppoſitio, aut inter ens, & omnino non ens attenditur, & ſic eſt contradictio: aut inter ens, & non ens in tali ſubiecto, & ſic eſt priuatiua oppoſitio: aut inter entia ab eodem ſubiecto ſe mutuò expellentia, & ſic eſt contrarietas: aut inter entia adinuicem contrapoſita, & ſic eſt relatiua oppoſitio, de quibus omnibus oppoſitio analogicè dicitur. Quamobrem Ariſtoteles, non definitiuè, aut deſcriptiuè, ſed diuiſiuè, hoc in loco de oppoſitis tractare incepit: ſed gratia facilioris doctrinæ propter adoleſcentes præſens litera definitiuè inchoat. Nempe ſecundum prius, & poſterius de ijs oppoſitionibus dicitur oppoſitio; quoniam tantò priorẽ, inter oppoſitiones, locum, obtinet oppoſitio, quantò minus conuenientiæ compatitur: ſicut tantò magis calidum eſt, quantò minus frigoris compatitur; & vniuerſaliter quantò minus vnum extremum cõpatitur aliquid alterius, tantò magis perfectius ſecundum illud eſt. Conſtat autem contradictionis extrema in nullo conuenire: quia alterum eſt ens, & alterum purum nihil eſt. Priuatiuè autem oppoſita, & ſi nullo formaliter conueniant: in ſubiecti tamen poſitione, eò quòd vtrunque ſubiectum ponit, conueniunt. Hinc contradictio, primum tenet locum, priuatioq; ſecundum. Contraria verò, etſi mutuò ſe expellant, quia tamen in vnius generis natura conueniunt, eò ꝙ ens, vtrunque eorum ponit; formaliter tertium meritò ſibi locum vendicant. Relatiuè autem oppoſita, vltimò reſtant; quoniam in genere formaliter conueniunt; vt potè naturas illius poſitiuas dicentia, nec ex hoc, quòd relatiuè opponuntur, ſe expellant: ſed quia oppoſita, id eſt, contrapoſita ſunt, inter oppoſita connumerantur. Quare à minus oppoſitis in genere oppoſitionis ordinatim litera ad magis oppoſita aſcendit.

Obiectio. 1. Homo, et equus, de eodem verificari nõ poſſunt, & tamen oppoſita non ſunt; ergo oppoſitionis definitio, alteri à definito conuenit. Aſſumptum probatur. Homo nanque & equus, nec ſe compatiuntur in eodem, nec aliquam ſpeciem, ſeu modum oppoſitionis habent.

Text. co. 52. Text. co. 4. Reſpondetur, quòd (vt in 1. Phyſicorum habetur) contrarietas communiter ſumpta, in omni genere reperitur: eò quòd (vt dicitur 10. Metaphyſicæ) eſt perfecta differentia; ideo homo, & equus, vt ratione differẽtiarum oppoſitionem adinuicem habent oppoſitionem contrariam reductiuè includunt. Nam contrarietas communiter ſumpta, tanquàm imperfectum ad perfectum, ad contrarietatem propriè ſumptam reduci habet. Propterea ad argumentum negatur ſecunda pars antecedentis: quanquam propriè potius diſparata, quam oppoſita dicantur.

Secũda. Omnis oppoſitio eſt relatiua, ergo oppoſitio nõ dicitur quadrifariam. Antecedens probatur. Omne nanque oppoſitum, ad ſuum refertur oppoſitum.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd omnia oppoſita ſecundum genus, ſeu ſub nomine generis conſiderata, ad aliquid dicuntur; eò quòd omne oppoſitum, alicuius oppoſitum eſt: ſed ſecundum ſpecies, aut proprios eorum modos (vt re uera hic fit) conſiderata, non ſemper relatiuè, ſed interdum, aut contrariè, aut priuatiuè, aut contradictoriè, vel relatiuè, opponuntur. Sed contra. Si oppoſitio hoc in loco ſecundum genus, ſeu in communi non conſideratur; ergo perperam præmittitur eius definitio. Cõſequentia probatur. Nam aliter, niſi in communi conſiderata, rectè definiri non poteſt. Iam reſponſum eſt, quum dictum eſt, oppoſitionis definitionem præmitti, nõ ſecundum exigentiam doctrinę, ſed propter adoleſcentes gratia facilioris intelligentię. (Inſtatur)

Tex. 48. *Relatiua oppoſita ſunt, ea ipſa, quæ ſunt, oppoſitorum dicuntur: aut quomodolibet aliter ad ea.*

Dilucidatio. Quæcunq; vt relatiua opponuntur, ea ipſa, quæ ſunt oppoſitorum dicuntur, vt ſeruus domini ſeruus, & dominus ſerui dominus: vel quomodolibet aliter ad ea, hoc eſt, per alium caſum referuntur; vt paruum ad magnum refertur. At quia relatiua oppoſitio, vltimum inter oppoſitiones tenet locum, et conſequenter contradictoriam participat oppoſitionem, quæ, prima eſt oppoſitio; ideo relatiua oppoſita bifariam in conſideratione euenire poſſunt: vt, ſcilicet, contradictione participata opponuntur, vel vt ſunt relatiuè oppoſita, quæ, vt ſic relatiuè ſumpta, duabus ſingularibus differentijs ab alijs oppoſitis ſeparantur. Prima eſt, vt cæterorum oppoſitorum ſemper alterum, ideo oppoſiti rationem habet, quia alterius negatio eſt, vel negationem ſecum ducit: ſicut in contradictoriis, & priuatiuè oppoſitis, planiſsimè conſtat. In contrarijs (vt dicitur in 10. Metaphy.) ſemper alterum eſt tanquam priuatio. Relatiuè autem oppoſitorum, vt ſic, neutrum alterius deſtructio, aut negatio eſt: ſed ex hoc, quòd relatiuè opponuntur, mutuo ſe ponunt. Non enim pater, filio relatiuè opponitur, ex eo, quòd idem nõ poteſt eſſe pater, & filius eiuſdem: ſed ex eo, quòd filio contraponitur, atque idcirco ponit filium, & contra, patrem, filius ponit. Secunda eſt, vt cæterorum oppoſitorum, alterum, tanquàm imperfectum reſpectu alterius ſe habet. Relatiuè autem oppoſitorum, inquantum ſunt relatiuè oppoſita, neutrum, altero perfectius eſſe oportet. Nempe vt ſic oppoſita, hoc ipſum, quòd ſunt, ad aliud ſunt. Inquantum autem res aliqua, ad aliud eſt, nec perfecti, nec imperfecti, rationem habet. Sumpta verò relatiuè oppoſita, vt opponuntur contradictione participata, ſic abſque dubio verum eſt: quòd alterum, alterius negationem reſpectu eiuſdem claudit. Siquidem impoſsibile eſt, aliquem eſſe patrem, & filium eiuſdem, aut duplum, & dimidium eiuſdem.

Obiectio. Nulla oppoſita, ſe inuicem conſequuntur, ſed relatiuè oppoſita, vt ſic, ſe mutuò conſequuntur; ergo relatiua, vt ſic, non ſunt oppoſita. Maior probatur. Oppoſita enim, quia repugnantiam adinuicem

cem habent, ſe mutuò deſtruunt, nec in eodem ſe compatiuntur; igitur ſi vnum, aliud deſtruit, ſe inuicem non conſequuntur.

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius probationem dicitur, quòd illæ conditiones (vt dilucidatum eſt) oppoſitis ſimpliciter, & abſolutè conſideratis non conueniunt. Nam, vt ſic, nec eis conueniunt, nec eis repugnant, ſed ab illis abſtrahunt. Quemadmodum enim animal inquantum animal, à rationali, & irrationali abſtrahit; ſed vt tale animal, puta homo, vel equus, rationale, vel irrationale, appellatur: ita quoque oppoſita, inquantum oppoſita, ab illis conditionibus abſtrahunt, ſed vt talia oppoſita, puta contraria, aut contradictoria, ſe mutuò deſtruunt, nec in eodem ſubiecto ſe compatiuntur. Hæc autem omnia (vt dictum eſt) relatiuè oppoſitis quoque conueniunt, non inquantum relatiuè opponuntur, ſed vt contradictoriam oppoſitionem participant. Nec oppoſitionis definitio in litera aſsignata, de illis, quatenus relatiuè opponuntur, ſed vt contradictoriam oppoſitionem participant, verificatur. Oppoſitio nanque æquiuocè dicitur (ſecundum analogiam tamen) de illis quatuor oppoſitionibus: ideo nulla alia, propter incipientes ad clariorem dicendorum intelligētiam, deſcriptio, quę, de illis apta eſſet, etiam ſecundum prius, & poſterius prẹter ſupradictam verificari, proculdubio aſsignari poterat.

Tex.49. *Contraria ſunt, quæ ſub eodem genere poſita, maximè à ſe inuicem diſtant: atque eidem ſubiecto viciſsim inſunt, à quo mutuò ſe expellunt, niſi alterum eorum, à natura inſit.*

Dilucidatio. Contrariorum definitio, in logica logicè de dicibilibus intelligenda eſt: & in phyſica phyſicè de rebus. Neque hic omnia dicibilia contraria, ſed ſimpliciter, & maximè contraria definiuntur, quòd ſub eodem genere, ſcilicet, proximo, poſita ſunt, & maximè à ſe inuicem diſtant, diſtantia formali, & non naturali tantum, vt marem & fœminam excludamus, & eidem ſuſceptibili inſunt, hoc eſt, apta ſunt in eodem ſubiecto, numero, ſucceſsiuè recipi, à quo mutuò ſe expellunt, vel actione propria, vt calidum expellit frigidum, aut aliena, vt ſiccum, mediante caloris actione humidum expellit, niſi alterum eorum, ſubiecto à natura inſit; quoniam vt naturalis eius proprietas, ſemper illius naturam conſequitur, vt calor in igne, grauitas in lapide, albedo in niue.

Obiectio.1. Contradictoria plus diſtant, quàm contraria; ergo contraria non maximè diſtant. Antecedens probatur. Contradictoria nanq; in nullo conueniunt, contraria verò ſaltem in genere conueniunt.

Reſpondetur negando conſequentiam. Contradictoria nanq; maximè diſtant ſimpliciter, ſed contraria (inquit litera) maximè ſub eodem genere diſtant; vt album, & nigrum in genere coloris: quod vtique in conſequente concludendum erat.

Secũda. Calidum, & frigidum contrariantur, & tamen ab eodem ſubiecto non expellunt ſe mutuò; ergo contraria nō expellunt ſe mutuò. Antecedens quo ad ſecundam partem probatur. Quippè calidum, et frigidum, in tepido ſimul ſunt.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis, ad cuius probationem dicitur, quòd qualitates, vt calidum, & frigidum, in gradibus remiſsis, A ſeu ſecundum eſſe remiſſum, contrarię non ſunt. Si autem, vt contrariæ ſumantur, inquantum medium, extremi rationem induit, vt tepidum, calidi rationem habet, ſic in eodem ſubiecto ſimul eſſe nō poſſunt. Impoſſibile enim eſt, eandem aquam, in ſummo eſſe ſimul tepidam, & frigidam. Sed verè ſecundum eſſe intenſum contrariantur, quo pacto ſimpliciter ſimul eſſe non poſſunt: ſicut calidum, et frigidum in ſummo, in eadem aqua ſimul eſſe non poſſunt.

Tertia. Relatiuè oppoſita, vt ſic, non expellunt ſe mutuò, ſed contraria, vt contraria, ſunt relatiuè oppoſita: ergo contraria, vt contraria, non expellunt ſe mutuò. Maior patet, quoniam relatiuè oppoſita, ſecundum id, quòd ſunt, ad aliquid ſunt, & conſequenter, vt ſic, non expellunt, ſed ponunt ſe mutuò. B Minor eſt Ariſtotelis in poſtprædicamentis, vbi ait, contraria, vt contraria, ipſa ſibi inuicem dicuntur.

Reſpondetur, quòd Ariſtoteles ſuperficietenus, vt logicum decet, res ſub intentionibus conſiderantem, contrariè oppoſita per differētiam à relatiuis, & diſparatis, manifeſtauit. Nec aperuit quid contraria oppoſitio ſit, ſed quæ contrariè oppoſita dicuntur: non vera deſcriptione, ſed aliquali maiore explicatione, quàm contrariorum nomen ſonat, explicauit: ideo non eſt mirum, ſi contrariè oppoſita, per dici ſibi inuicem contraria, declarauit. Illa (inquit) quę ſunt, vt contraria, ipſa quidem, quæ ſunt, nullo modo adinuicem dicuntur: contraria verò ſibi inuicem dicuntur. Nam contrariè oppoſita C ſunt entia, in quo cum relatiuè oppoſitis conueniunt: quod innuit, dum dicit, ipſa quidē, quæ ſunt, id eſt, ſecundum ſuas proprias eſſentias. Entia (inquam) ſunt, ad ſe inuicem non reſpectiua, in quo differunt à relatiuè oppoſitis: quod tangit, dum addit, nullo modo ad ſe inuicem dicuntur. Sed quia ſunt entia, denominata ſibi inuicem cōtraria, in quo differunt à diſparatis, puta albedine, & dulcedine, ideoq;, nullo modo ad ſe inuicem dicuntur, deniq; ſibi iungit. Quamobrem oportet, quòd contrariè oppoſita, ſecundum ea, quę ſunt, non ſe inuicem reſpicere, & aliquo modo, vt ſcilicet, contraria ſunt, ſe inuicem reſpicere; atque idcirco non eſſe relatiua, & eſſe relatiua. Non propterea ꝙ oporteat contraria non eſſe relatiua ſecundum eſſe, & eſſe relatiua ſecundum dici; quoniam album, & nigrum, dulce, & amarum, & cętera talia, neutro modo relatiua D ſunt; ſed propterea, quia oportet contrariè oppoſita non eſſe correlatiua per ſe, & eſſe correlatiua per accidens. Vocantur autem relatiua per ſe, quę, ſecundum ſe ipſa, ſeu proprijs nominibus referuntur, vt pater, & filius, duplum, & dimidium. Relatiua verò ſecundum accidens dicuntur, quę ſecũdum aliquid ſibi additum, ſeu denominatiuis nominibus referuntur: velut Socrates eſt relatiuum, ſecundum accidentem ſibi paternitatem, & patris nomen indutus, Platonis filij dicitur pater. Quippè neceſſe eſt, ꝙ contrariè oppoſita, ſecundum ea, quę ſunt, & ſub nominibus proprijs, relatiua ad ſe inuicem non ſint; velut album nō dicitur albi nigrum, nec

nec contra, nigrum albi nigrum: & quod contraria denominentur, ac per hoc ſecundum additam **E** contrarietatis relationem, relatiuè dicantur, cōtrarii vocabulum induta. Dicitur enim nigrum, etſi nō albi nigrum, albi tamen contrarium: & contra, albū dicitur nigri contrarium, & ſic opus eſt, contrariè oppoſita non eſſe correlatiua, & eſſe correlatiua. Hoc autem ad diſcernendum cōtrariè oppoſita nō ſufficit, ſed quali relatiua denominatione ea eſſe correlatiua, ſpecificare oportet. Id verò fecit Ariſtoteles, quum dixit, ea, a contrarietatis relatione denominata, ſibi inuicem contraria dici, oportere. Quocirca ad argumentum dicitur, quòd contrariè oppoſita, vt relatiua ſunt, non expellunt, ſed ponunt ſe mutuo: ſed quia per accidens relatiua ſunt, quod intellexit Ariſtoteles, dum dixit, vt contraria, hoc eſt, contrarij vocabulum induta, ideo contrariè oppoſita, per accidens non expellunt, ſed ponunt ſe **F** mutuò: per ſe verò, quia non ſunt relatiuè oppoſita per ſe, ab eodem ſuſceptibili, mutuo ſe expellūt. Hoc autem eſt, quod paulò ante diximus, quòd omnia oppoſita ſecundum genus, ſeu ſub generis nomine ſumpta, ſub nomine, ſcilicet, oppoſiti, adaliquid ſunt: ſed ſecundum ſpecies, id eſt, ſub nominibus proprijs ſumptis, non adaliquid ſunt.

Tex. 50

Contraria immediata ſunt, quorum neceſſe eſt, alterum ſuo proprio ſuſceptibili ſemper ineſſe.

Proprium verò ſuſceptibile eſt, de quo diſiunctim ex ipſis uniuerſaliter verificatur.

Contraria mediata ſunt, quorum non neceſſe eſt, alterum ſemper ſuo proprio ſuſceptibili ineſſe.

Hæc autem, ſi habent medium nominatum, medij nominati contraria dicuntur.

Si verò ſolum utriuſque ipſorum contrariorum negatione, medium nominatum habent, medij innominati dicuntur.

Dilucidatio.

Nunc diuidendo contraria per mediata, & immediata, magis eorum natura aperitur. Contrariorum igitur, quædam ſunt, quorum nihil eſt mediū, ideſt, immediata, & iſta ſunt, quæcunque talia ſunt, vt in quibus nata ſunt fieri, & de quibus prędicantur, alterum ipſorum ſemper ineſſe, neceſſe eſt: ſicut in naturalibus, languor, & ſanitas, in animalis corpore natura fieri habent, & alterum omni tempore eſſe in animalis corpore, vel languorem, vel ſanitatem, neceſſarium eſt. In Mathematicis verò, ſicut par, & impar, quæ, de numero prædicantur: & neceſſarium eſt, alterum ſemper in numero eſſe, aut par, aut impar, quia omnis numerus eſt par, vel impar, & nihil eſt in medio eorum, neq; inter languo- **H** rem, & ſanitatem, neque inter par, & impar. Alia verò ſunt contraria, quorum eſt aliquod medium, ideſt, mediata, & iſta ſunt, quorum non eſt neceſſe alterum ipſorum ſemper ineſſe ei, in quo fieri nata ſunt: velut album, & nigrum, in corpore natura fieri habent, & non eſt neceſſarium, alterum horum omni tempore corpori ineſſe. Non enim omne corpus, aut album, aut nigrum, ſemper eſt. Prauū quoque, & ſtudioſum, de homine quidem ſecundū animam, & de alijs multis, prędicantur: ſed non eſt neceſſarium, ſemper alterum horum illis ineſſe, de quibus prædicantur. Non enim omnia, vel praua, vel ſtudioſa ſunt, ſed horum eſt medium aliquid: ſicut albi quidem, & nigri, fuſcum, & pallidum, & quicunque alij colores, praui verò, & ſtudioſi, quod neque prauum, neque ſtudioſum eſt. In aliquibus autem contrarijs nomina pòſita ſunt ijs, quę, media ſunt, vt albi, & nigri, fuſcum, & pallidum, & alij colores. In aliquibus verò, nomina quidem medio aſſignare promptum non eſt, ſed per vtrorumque extremorum negationem, quod, medium eſt, circumloquimur; vt quod eſt, neque bonum, neque malū, neque iuſtum, neque iniuſtum, de medio inter bonum, & malum, atque inter iuſtum, & iniuſtum, dicitur. Sed medium duplex eſt, interdū quidem per participationem medium vocatur, hoc autem eſt, quòd ita ab vtroque differt extremo, quod tamen vtriuſque naturam participat: ſicut pallidum, ita nec album, nec nigrum eſt, vt tamen albi, nigrique naturam ſapiat; de quo medio per participationē hoc in loco ſermo agitur, ſed non per negationem. Eſt autem medium per negationem, quod vtriuſq; extremi negationem omnino habet, vel ſimpliciter, vt lapis nec prauus, nec ſtudioſus eſt: vel ſecundum tempus, vt homo, in infantia, nec prauus, nec ſtudioſus eſt. Verum, quum dictum eſt, prauum, & ſtudioſum, in alijs ab homine inueniri, Platonicum id vtique eſt, apud quos dari Deos oportet, omnes bonos, dæmonum verò, quoſdam bonos, & quoſdam malos, ſubſtantias intellectuales ſupra globum lunarem, per Deos ſignificando; per dęmones verò, eas, quæ ſunt infra intelligendo, ideo tanquam exemplum ſumatur.

Obiectio.

Omnis motus eſt de extremo in extremum per medium, ſed in omnibus contrarijs contingit eſſe **G** motum ab vno in aliud; ergo in omnibus contrarijs datur medium, atque iccirco nulla ſunt contraria immediata. Maior probatur. Niſi enim motus ſit de extremo in extremum per medium, fieret, vel eſſet in indiuiſibili, quòd certè continuitati motus repugnat. Minor ex 5. Phyſicorum habetur.

tex. co. 19.

Reſpondetur, quòd nulla contraria, indiuiſibilia ſunt, ſed ſunt immedieta; ideoque nec opus eſt ex hoc, in dubiū quępiam reddi, quomodo inter ipſa contraria immediata poſsit eſſe motus. Quippè, neque motui, neque eius continuitati, rerum immediatio obſtat, ſed indiuiſibilitas: ſicut de motu, qui eſt inter nigrum, & immediatè ſibi vicinam ſpeciem coloris, puta fuſcum liquet. Vnde ſic poteſt motus eſſe de infirmitate in ſanitatem; quemadmodum de fuſco in nigrum, non obſtante immediatione: quanquam inter ea, motus eſſe non poſſet, ſi vtrunque eorum in indiuiſibili conſiſteret. Propterea ad argumentum negatur maior; ad cuius probationē reſpōſum eſt, ꝙ immediatio, nec motui, nec eius cōtinuitati, non repugnat, ſed indiuiſibilitas, et huc tēdit probatio, quod gratis conceditur.

Tex. 51.

Bonum, ſemper contrariatur malo: ſed malum aliquando bono, & aliquando malo contrariatur.

Dilucidatio.

Modo quinque ſubnectuntur contrariorū proprietates, quarum prima eſt. Bono, contrarium eſt neceſſariò malum, vt ſanitati languor, & iuſtitię iniſtitia, et fortitudini debilitas, ſed non contra. Malo enim, & bonū, & malum contrariari contingit. Siquidem malo alterum malum opponitur, vt verè

contrarium:

contrariũ: bonum aũt, vt mediũ inter contraria. Quãobrẽ ſicut albo cõtrariatur nigrũ, et viride difformiter; qa nigrũ, vt verè cõtrariũ; viride aũt vt mediũ, nã mediũ vtriq; extremo cõtrariatur: ita quoq; prodigalitati, contraria eſt auaritia; vt verè contrarium, aut extremum extremo; & liberalitas, vt medium extremo. Nec vnquàm bono, contrarium eſt bonum. Nam omne bonum, bono conſonat, ſicut verum vero: ſed malum non modò à bono, ſed etiã à malo diſcrepat; vt falſum à falſo. Quocirca ſenſus proprietatis eſt. Omne contrarium bono, eſt malum, non autem omne contrarium malo, eſt bonum; ſed quandoq; bonum, quandoq; malum. Ex hoc autem ſenſu nec haberi poteſt, ꝙ bono, inquantum bonum, aliquod ſit contrarium, nec quòd omni bono ſit aliquod contrarium, nec ꝙ malo, inquãtum malum, quòd omni malo aliquid contrarietur: ſed tantummodo habetur, quòd ſi bono cuicunque, inquantum bonum eſt, aliquid contrarietur, illud de genere malorum eſſe oportet: ſi verò, malo aliquid contrarium dicitur, illud de genere bonorum eſſe opus non eſt, ſed de genere bonorum, & malorum eſſe poteſt; vt luce clarius, in omnibus ferè moralibus, & in nonnullis naturalibus liquet. Nam in ijs, quoniam bonitas in medio duorum conſiſtit malorum, extremo malo contrariari oportet, & bonum, & alterum malum extremum: ſicut de timiditate, cui contrariatur fortitudo, & audacia, necnõ de auaritia, cui contrariatur liberalitas, & prodigalitas, febri quoque cholericæ contrariatur ſanitas, & febris flegmatica, perſpicuum patet. In cæteris autem, quorum bonitas non eſt in medio inter duas malitias, quamuis circa medium conſiſtant, vtique malo non contrariatur malum, ſed bonum; vt iniuſtitię iuſtitia.

Obiectio. 1.

Calido, quod eſt bonum, alterum contrariatur bonum, ſcilicet, frigidum, & ſimile eſt de albo, & nigro, alijsq; huiuſmodi; ergo bono, alterum contrariatur bonum.

Reſpondetur, ꝙ bonum ſumitur, aut materialiter, quod nihil aliud eſt; quàm ens: aut formaliter, vt appetibilis rationem habet; quo pacto hoc in loco intelligitur, et ſic non negatur bono materialiter ſumpto bonum contrariari, ſed bono formaliter. Calidum autem, & frigidum abſolutè, nec bonum, nec malum ſonant: ſed calido, inquantum eſt bonum, vt puta, complexionis humanæ, contrariatur malum complexionis humanæ, quod eſt infirmitas, cui fortè ſubſternitur frigiditas, & non contrariatur formaliter ipſa frigiditas. Cuius ſignum eſt, quia ſi frigiditas ipſa non eſſet materiale in infirmitate, & infirmitas eſſet, nihil minus illi bono contrariaretur: & ſimiliter, de albo, & nigro; amaro, & dulci, & aliis huiuſmodi dicẽdum eſt. Hæc enim omnia, quum ſibi inuicem contraria ſunt, inter materialiter bona numeranda ſunt. Ex hoc autem, ꝙ ſumitur quodcunque eorum, vt boni, aut appetibilis rationem induit, tunc malum, ſi contrarium habet bonum, ſecundum illam boni rationem, neceſſariò contrariabitur: quod ideo dico, ſecundum illam rationem boni; quia nihil minus boni rationẽ induere cõtingit frigidum, quàm calidum; & amarum, quàm dulce; vt in medicinalibus liquet.

Secũda.

Vnum vni tantum contrariatur; ergo malo nõ contrariatur quandoq; bonum, quandoq; malum. Antecedens ex 10, Metaphy. habetur.

Text. co. 14.

Reſpondetur ad antecedens, vnum, ſcilicet, vni tantum contrariari, vt verè contrarium, ſeu vt extremum. Sic nanque in 10. Metaphy. intelligitur illa propoſitio: quia cõtraria ibi pro maximè diſtantibus accipiuntur, quæ, extrema eſſe conſtat. Sed malo contrariatur bonum, & malum; alterum vt medium, alterum vt extremum. Medium enim (vt dicitur in 5. Phyſicorum) vtrique extremo contrariatur, vt viride albo, & nigro, Hinc malo (vt dictũ eſt) contrariatur bonum, & malum, quando bonitas, in medio duarum malitiarum conſiſtit: tunc malo (vt in 2. Ethi. habetur) alterum malum opponitur, vt verè contrarium; bonum autem, vt medium inter contraria. Quamobrem quoniam iuſtitia nõ eſt virtus media inter duas malitias (vt 5. Ethi. habetur) quemadmodum aliæ virtutes morales: ſicut liberalitas inter prodigalitatem, & auaritiam, & fortitudo inter timiditatem, & audaciam; ideo opponitur iniuſtitię, vt vnum extremum alteri extremo, velut ægritudo ſanitati.

Text. co. 52. — cap 8. — cap. 9.

Tex. 52.

Non eſt neceſſe, ſi unum contrariorum eſt, alterum eſſe.

Dilucidatio.

Secunda proprietas eſt, quòd ſi vnum contrariorum actu eſt, non eſt neceſſarium alterum actu eſſe: vt in ijs caſibus clarè lucet: Sanis nanque omnibus exiſtentibus, ſanitas quidem erit; languor verò non erit. Similiter autem, cum omnes albi ſint; albedo quidem erit, nigredo verò non erit. Cui ſententiæ non repugnat, ꝙ ſi vnum contrariorum eſt in rerũ natura, alterum etiam neceſſariò erit, neceſſitate naturalis curſus propter appetitum materiæ naturalem ad aliud contrarium. Nam ſi ambo contraria, naturalia ſunt, & nihil eſt à natura fruſtra: vtrunq; à natura quandoq; ineſſe poni oportet. Quare naturali neceſſitate, ſi vnum eſt, reliquum eſſe oportet: logica verò neceſsitate minimè.

Obiectio. Tex. co. 18.

In 2. de cælo & mundo dicitur, ꝙ ſi vnum contrariorum eſt, reliquum quoque neceſſe eſt eſſe: ergo perperam hoc in loco oppoſitum aſſeritur.

Reſpondetur in dilucidatione, quòd propoſitio illa de cęlo & mundo de neceſſitate phyſica intelligitur, propter quod ibidem ex ſubiecti identitate probatur. Sed hic loquitur litera de neceſſitate logica, propter quod non firmatur niſi ex caſibus imaginariis, ex quibus, oppoſitum logicæ neceſſitatis non concluditur. Logica nanque neceſſitas, ex habitudine terminorum eſt, quæ, nullo imaginario caſu variari poteſt. Phyſica autem neceſſitas non ſolũ imaginarijs, ſed & realibus euentibus (licet nõ vniuerſaliter) impediri valet.

Tex. 53.

Impoßibile eſt; contraria ſimul eidem ineſſe.

Dilucidatio.

Tertia proprietas eſt, quum alterum contrariorum alicui ineſt, impoſſibile eſt, reliquum illi ineſſe; hoc eſt, impoſſibile eſt ambo contraria alicui ſimul ineſſe. Nam in eodem ſimul non ſe compatiuntur; quinimo vnum, aliud expellit; vt languor, & ſanitas, calidum, & frigidum.

Tex. 54.

Contraria, circa idem, aut genere, aut ſpecie fieri habent.

Quarta proprietas intelligitur, ꝙ contraria interdum

terdum de iis, quæ ſunt eadem genere ſolum, & non ſpecie; vt album, & nigrum, de coruo, & niue, quæ genere, & non ſpecie ſunt eadem, verificantur. Interdum autem habent fieri circa eadem genere, & ſpecie: ſicut iuſtum, & iniuſtum, circa Socratem, et Platonem, & duntaxat circa homines. Quandoq; verò, ſi alterum eorum non ineſt a natura, circa idē numero fieri habent. Nam vt contrariorum definitio monſtrat, eidem ſuſceptibili viciſſim inſunt, vt ſanum, & ęgrum circa Socratem. Si verò alterum eorum ineſt a natura, circa idem numero fieri non poſſunt. Nam alterum eorum, eidem ineſſe non poteſt: ſicut naturalis potentia, aut impotentia, ſi cuiquam adeſt, altera ei contraria, eidem ineſſe non poteſt. Nempe ſunt nonnullę naturales potentiæ, & impotentię, vera in anima accidentia, & diſpoſitiones adinuicem contrariæ; quemadmodum albedo, & nigredo: vt cui adeſt ingenioſitas (quæ, bona eſt animi ad diſciplinas rectè capeſſendas diſpoſitio) ei non poteſt adeſſe obtuſitas.

Tex. 55 *Contraria, aut ſunt ſub eodem genere propinquo, aut in contrarijs generibus, aut ſunt contraria genera, quæ in nullo genere ſunt.*

Dilucidatio. Quinta poſtremum ponitur proprietas. Sanè omnia contraria, vel in eodem genere proximo eſſe, vt album, & nigrum in eodem genere ſunt; color enim, genus eorum eſt proximum: vel in contrarijs generibus eſſe, vt iuſtitia, & iniuſtitia; illius enim virtus, huius autem nequitia genus eſt: vel ipſa genera eſſe, vt eſt ipſum bonum, & malum, quę, genera, iuſtitię, atq; iniuſtitię annumerata ſunt, & ſic ſecundum Pithagoram, apud quem duplex rerū ordo datur: quorum alter ſub bono, alter ſub malo cōprehenditur, in nullo genere ſunt bonum, & malū. Hinc loquitur litera non de genere phyſico, id eſt, ſubiecto, de quo in quarta proprietate locuta eſt, ſed de genere logico, quod eſt prędicabile in quid.

Tex. 56. *Priuatiuè oppoſita ſunt habitus, & priuatio, quæ fieri habent circa idem, ordine irregreſſibili, & tempore a natura determinato.*

Quare a priuatione ad habitum non eſt regreſſus exiſtente ſuſceptibili.

Dilucidatio. Ordine iam dicto tertiam propoſitę oppoſitionis ſpeciem exequitur, eam, ſcilicet, quę ſecundum habitum, priuationemq́ue dicitur. Priuatio nanque in propoſito, negationem formę (quę hic habitus nuncupatur) in ſubiecto apto nato habere illam, importat. Tempore a natura determinato, quod ſanè adiectum eſt; quia catulus ante nonum diem nō videns, cæcus non eſt, cum non ſit tempus, a natura determinatum, vt videat. Ordine irregreſſibili denique dictum eſt, quo pacto mors, priuatio vitæ, & cęcitas, priuatio viſus vocatur. Hæc enim priuatio, ſuum ſubiectum, in quo fieri habet, non niſi mediante habitu ſibi oppoſito, proculdubio reſpicit: ſicut mors, cōmune ſuſceptibile vitæ, & mortis, niſi mediante vita, non reſpicit. Nam mors fieri nō poteſt, niſi vita præceſſerit, ideo in eis eſt irregreſſibilitas. Itaque priuatiuè oppoſita ſunt habitus, et priuatio, quę, circa idem ſunt, id eſt, in eodē fieri ordinatè nata ſunt, vt viſio, & cæcitas, circa oculū. Nempe hoc in loco non ſumitur priuatio, vt dicitur duntaxat alicuius formę negatio, in ſubiecto apto nato habere illam: quo pacto tenebra, priuatio luminis, & ignorantia, priuatio ſcientiæ vocatur. Hæc autem, ita immediatè, ſubiectum, ſicut habitus, cui opponitur, reſpicit. Ideo nec circa idem ordine irregreſſibili fieri habet. Nam ex eo quòd priuatio, immediatum ordinem ad ſubiectum habet, ſicut habitus, circa eorum generationem ordo non eſt: quanuis ordo ſit priuationis, inter omnem habitum, & eius priuationem. Sanè tenebra non ſit neceſſario luce præſuppoſita, aut eius generationis impedimento præſuppoſito, ſed ſola a diaphano lucentis abſentia: quemadmodum, & ignorantia nobiſcum naſcitur (vt clarè conſtat) abſque cuiusque actionis impedimento, neque in nobis præſuppoſita ſcientia. Sed præſſius hic dicitur priuatio, negatio formæ in ſubiecto apto nato habere vtranque ordine irregreſſibili: & hoc modo cęcitas, priuatio viſus, & mors priuatio vitæ vocatur. Hæc verò, immediatum ordinem ad ſubiectum nō habet, ſed illud mediante ſuo habitu reſpicit; atque iccirco inter priuationem, & habitum, eſſe ordinem generationis dicimus; adeo vt priuationem immediatè fieri, ſit impoſſibile, ſed eam mediante ſuo habitu fieri, hoc eſt, mediante generatione habitus, neceſſariò oportet. Nec ob id ipſum ſequitur, ergo omnis cæcus, quandoque viſum habuit: ſed ſequitur, ergo omnis cæcus, generationem terminabilem ad viſum habuit, quæ, & terminata vtique eſſet, niſi impedimentum adfuiſſet. Quippè fieri nequit, aliquid eſſe prius cęcum, aut ſurdum, quàm actio generantis, viſus, aut auditus actiua, dum agit, impediatur: quo fit, vt ex corruptione generationis viſus, cæcitas fiat. Quamobrē inter habitum, & priuationem, de qua ſit ſermo, generationis ordo, vel in ſe, vel in ſuis generationibus eſt: vtpotè, quia habitus natus eſt fieri immediatè, priuatio autem mediante habitu, vel ad minus mediante generatione habitus, vt in exemplis datis manifeſtum euaſit. Nam in cęco poſt natiuitatem præceſſit viſus, in cęco verò a natiuitate, viſus generatio: quæ, niſi impedita fuiſſet, vtique terminata eſſet. Quo fit, vt ex naturali ordine generationum habitus, & priuationis, ex habitu mutatio in priuationem fieri poſſit: & ex priuatione, ſtante ſuſceptibili, regredi nequaquam poſſit. Stante, inquam, ſuſceptibili, eo quòd ſine hac clauſula ruit hęc propoſitio: quoniam de priuatione ad habitum, regreſſus fieri poteſt, redeundo rurſus (vt ex 8. Metaphy. habetur) ad primam, ſeu remotam materiam, quod certè, exiſtēte ſuſceptibili, eſt omni prorſus impoſſibile. tex. co. 14. Non enim fieri poteſt, ex mortuo immediatè viuum, ita quòd cadauer illud manendo, in viuum mutetur, quod vtique verè eſt regredi exiſtente ſuſceptibili, quanuis ex mortuo multis mediis tranſmutationibus, viuum fieri poſſit. Puta ſi corpus illud mortuum comedatur, digeratur, in ſemen, aut menſtrua conuertatur, & denique organizetur, vt viuat. Hoc autem eſt regredi in primam redeundo materiam, ſed quia in tali regreſſu, illudmet ſuſceptibile, quod prius vitam habuit, nō manet, ſed per tot tranſmutationes neceſſariò corrūpitur; Ideoq; dixit litera, de priuatione ad habitum, non eſſe regreſſum

greſſum exiſtente ſuſceptibili Cauſa autem huius ir [A] regreſsibilitatis (vt liquet ex dictis) eſt naturalis ordo talium generatiouum: cuius variatio, aut præteritio, cauſarum naturalium poteſtati minimè ſubeſt. Oportet enim, ſi naturalia agentia producere debent ex tali materia, puta cadauere, viuum, quòd per multas generationes ordinatè procedatur: ita quòd ex priore in poſteriorem, fit immediatè mutatio, & non contra; ſicut liquet de pane, ex quo fit ſanguis, & non contra; & ex ſanguine lac, & non contra; & ſimiliter ex vino fit acetum, & non contra; & in propoſito, ex comeſtis carnibus mortuis fit ſanguis, embrio, animal, & denique ex viuo fit mortuum, & nunquàm contra, ex mortuo immediatè fit viuum; nec vnquàm prior mutatio, immediatè ex poſteriore fieri poteſt.

Obiectio. Text. co. 27. Priuatio eſt negatio, ergo hęc definitio perperā aſsignatur. Antecedens ex 5. Metaphy. habetur. Conſequētia probatur. Quippe in hac definitione negatio, poſita non eſt.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, negationem in hac definitione implicitè includi. Impoſsibile nanque eſt, duo purè poſitiua fieri circa idem proximum ſuſceptibile, ordine, ſcilicet, tali, ad quem irregreſſibilitas ſequatur. Nam poſitiua, quę in eodem ſuſceptibili fiunt, contraria ſunt, inter quæ eſt mutua tranſmutatio, niſi in aliquo ſubiecto, cui alterum à natura ineſt.

Inſtatur Sed contra. Quod eſt non ens, non poteſt fieri, ſed priuatio eſt non ens; ergo priuatio, circa idem ſubiectum fieri non habet. Maior probatur. Fieri enim terminatur ad eſſe. Minor eſt reſponſio data; quoniam negatio, quam includit priuatio, eſt non ens. Reſpondetur diſtinguendo maiorem. Quod per ſe eſt non ens, per ſe fieri non poteſt; & ita conceditur, ꝙ priuatio non fit per ſe. Sed quod eſt ens per accidens, poteſt fieri per accidens, quo pacto priuatio fit per accidens ad corruptionem habitus, in ſe, vel ad minus in ſua generatione.

Priuari eſt, ſuſceptibile habitus nullo modo habere illum.

Tex. 57. Tribus nunc conditionibus deſcribitur priuari, quarum prima eſt, quòd illud priuari dicitur, quod eſt aptum natum ſuſcipere habitum, propter quòd lapis, viſu priuatus non eſt. Secunda eſt, quòd illum habitum non habeat, aliter priuatum non eſſet. Tertia denique eſt, quòd nullo modo illum habeat, id eſt, quòd non habeat illum eo modo, quo natum eſt habere: ſiue modificatio iſta ſecundum tempus attendatur, vt in catulo, qui non eſt priuatus viſu, ex hoc, quòd ante nonum diem non videt; quia licet careat eo, quod natus eſt habere, non tamen caret illo, quando natus eſt habere, planisſime conſtat: ſiue ſecundum partem, vt de homine, qui, ex eo ꝙ non videt ſecundum aures, aut partem capitis poſteriorem, non dicitur viſu priuatus, perſpicuum patet. Siue ſecundum quantitatem, ſeu virtutem, vt de homine, qui, ex eo ꝙ non ita acute, ſicut aquila, videt, non dicitur aliqualiter cæcus, clarisſimè liquet: & in ſumma ſecundum quamcunque circumſtantiam, modificatio, ſeu determinatio iſta attendatur, ſemper verificatur, quòd priuari nō dicitur, niſi ſecundum illam circumſtantiam, quam ſibi deficere conſtat. At quia omnis circumſtantia, [A] rem, cuius eſt circumſtantia, modificat: ideoq; cōmuni vocabulo omnes comprehendens, dixit litera, nullo modo habet, ac ſi dixiſſet, non habet ſecundum illam circumſtantiam, qua habere natū eſt.

Obiectio. Deſcripſit litera, relatiuè, aut contrariè oppoſita, non tamen deſcripſit deinde referri, aut contrariari; ergo perperam definitur priuari. Conſequentia probatur. Nempe de omnibus, par ratio eſt, nec eſt maior ratio de vno, quàm de alio; igitur vnde diſparitas hæc?

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum. Diſparitas nanque illa, ex ſingulari conditione orta eſt, quam addit priuari, ſupra rem, quæ, priuatio eſt, quam non addit referri, ſupra relationem, nec contrarium eſſe, ſupra rem contrariam. In alijs nanque à pri- [B] uatione, ad hoc quòd ſubiectum denominetur tale, ſufficit, quòd res illa habeatur: ſicut ad hoc quis à paternitate pater dicatur, ſufficit quòd paternitatem actu habeat, & ſimiliter ad hoc quòd aliquid ſit calidum, ſufficit, quòd caliditatem habeat. In priuatione verò non ſufficit, quòd habeatur à ſubiecto apto nato, res illa, quæ formaliter eſt priuatio, id eſt, habitus negatio: ſed circumſtantias, ſcilicet, quando, vel vbi, & ſimilia apponere oportet. Non enim à negatione viſus, res apta nata videre, cęca dicitur, niſi, quòd negatio illa habeatur, quando habitus haberi debebat, apponatur: ideoq; nihil aliud in priuari, deſcriptione, niſi hanc conditionem ſingularem, litera expreſsit.

Tex. 58. *Contradictoriè oppoſita ſunt, affirmatio, & negatio, & [C] quæ, affirmationi, & negationi, ſubiacent: quæ nec cum affirmatione, nec cum negatione, idem ſunt.*

Quare non ſolum orationes ipſæ, ſed et ea, quæ, ſub affirmatione, & negatione iacent, contradictoriè opponuntur.

Dilucidatio. Nunc ad quintam oppoſitionis ſpeciem tranſitum facit, quæ ſecundum affirmationem, negationemque dicitur: omiſſa eorum deſcriptione, quia affirmatio, & negatio, in notitia omnium ſunt. Quippe ſcire decet, in oppoſitis contradictorijs, ex parte cuiuſque extremi eſſe duo. Siquidem ex parte affirmationis eſt affirmatio ipſa, quę, oratio eſt, & id, quod ſub affirmatione iacet, ſicut ſignatum in ſigno: ex parte quoque negationis ſunt duo, ipſa, ſcilicet, negatio, & id, quod ſub negatione iacet, ſicut ſignatum in ſigno. Puta in iſtis contradictoriè oppoſitis, Sortes ſedet, [D] Sortes non ſedet; non ſolum ſunt ipſę orationes, affirmatiuæ, ſcilicet, & negatiuæ: ſed ſunt; & earum ſignificata, Sortem, ſcilicet, ſedere, & Sortem non ſedere; quæ re uera idem nequaquàm exiſtunt. Nam affirmatio eſt oratio affirmatiua, & negatio eſt oratio negatiua. Ea autem, quæ ſub affirmatione & negatione iacent, non ſunt orationes; ergo id, quod ſub affirmatione iacet, affirmatio non eſt; neque id, quod ſub negatione iacet, negatio eſt. Nempe omnis complexio verbalis, qualis eſt oratio, in qua conſiſtit tam affirmatio, quam negatio, ſiue vocalis, ſiue ſcripta, fit per operationem intellectus; Res autem extra, quæ per affirmationem, aut negationem ſignificatur, cō-

plexa eſſe non poteſt. Actus nanque intellectus, nihil in re cognita ponit, ac per hoc non poteſt eſſe oratio affirmatiua, aut negatiua: ſed eſt res habens illud ſibi coniunctum, quod de ea affirmatur, vel nõ habens illud ſibi coniunctum, quod de ea negatur: Plato enim habens albedinem, aut albedine carens, complexum quid, ſeu oratio non eſt: ſed eſt res con iuncta realiter alteri rei, aut re uera non coniuncta. Quemadmodum igitur orationes ipſę ſunt contradictoriè oppoſita: ita quoque res, quę ſub oratione affirmatiua, & negatiua iacent, contradictoriè opponuntur. Quamobrem in duplici differentia ſunt cõtradictoria, complexa, ſcilicet, quæ ſunt affirmatio, & negatio; & incõplexa, quæ ſunt ea, quæ ſub affirmatione, & negatione iacent, hoc eſt, earũ fundamenta extra animam, quoniam gratia ea ipſa affirmatio, & negatio contradictoriè opponuntur.

Obiectio. Omnis oppoſitio, duo habet extrema, ſed cõtradictio non habet duo extrema; ergo contradictio non eſt oppoſitio. Minor probatur. Contradictio nanque eſt inter ens, & non ens, ſed quod non eſt, extremum eſſe non poteſt; ergo non ens, extremum eſſe non poteſt.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ duntaxat probat, non ens, non poſſe eſſe extremum reale, quod gratis conceditur: cui non obſtat, ꝙ ſit extremum per appræhenſionẽ intellectus, qui non ens, tanquàm ens, per negationem, ſcilicet, entis, appræhendit, quod ad contradictionis extrema pleniſſimè ſufficit. Hinc quia opere intellectus ſecluſo, vnum extremum non eſt, ideo ſine opere intellectus contradictio nõ habet eſſe in rebus formaliter in actu completum: ſed imperfectum tanquam in radice, & fundamento, vtpotè quia radix, & fundamentum quare affirmatio, et negatio contradicunt, eſt eorum ſignificatum, iccirco denique per operationem intellectus formaliter in actu perficitur.

Tex.59. *Prius tempore eſt, quod altero ſenius, & antiquius eſt.*

Dilucidatio. Poſtquàm verò de oppoſitis diſputationẽ, quantum ad præſens attinebat, explicauimus: nũc quę priora dici poſſunt, queue poſteriora, differere oportet. Prius igitur ſecundum tempus eſt, quod alterum duratione præcedit: vt ęterna, non ęternis duratione priora ſunt; & quinquaginta annos natus, prior eſt eo, qui tantum decem annos habet: & vniuerſaliter denique vniuerſalia, quæ ſunt perpetua, ſingularibus, quæ, corruptibilia, & temporalia ſunt.

Tex.60. *Prius natura eſt, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia.*

Dilucidatio. Prius natura eſt dicibile, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, ideſt, terminus, qui, in ſubſiſtendi conſequentia in conſequente ponitur: ſed non in antecedente, vt animal eſt prius ſua ſpecie, homo. Si enim homo eſt, animal eſt: ſed non contra, ſi animal eſt, homo eſt? Nam ab inferiori ad ſuũ ſuperius, bona eſt ſubſiſtendi conſequentia: non autem contra à ſuperiori ad ſuum inferius. Nempe dicitur ſubſiſtendi conſequentia, quum ſicut ad eſſe termini in antecedente poſiti, ſequitur exiſtentia termini in conſequente poſiti: ita ad eſſe termini,

E qui ponebatur in conſequente, ſequitur exiſtentia termini, qui in antecedẽte poſitus erat: vt homo eſt, ergo riſibile eſt; & cõtra, riſibile eſt, ergo homo eſt.

Tex.61. *Prius ordine eſt, quod alterum ordine præcedit.*

Dilucidatio. Prius ordine eſt, quod alterum ordine præcedit. Nẽpe aliquis eſt ordo doctrinę, quo illud per quod alterum cognoſcitur, prius eſt eo, quod per ipſum cognoſcitur: ſicut principia, hoc modo priora ſunt concluſionibus. Nam per principia, concluſiones cognoſci natę ſunt. Simpliciora quoq; priora ſunt compoſitis, vt literę ſyllabis, & dictiones orationibus. Itaque hæc ordine doctrinæ priora ſunt, quoniam ex ſimpliciorum, & partium cognitione, in diſciplinis ad totius cognitionem, rectè proceditur: ſicut in logica, prius, quid nomen, quid verbum, quid ſubiectum, quid prędicatũ; deinde quid enunF ciatio ſit, profectò cognoſcitur. Alius eſt ordo naturę, quo perfectiora, priora ſunt, vt ſubſtantia accidente. Tertius eſt ordo ſitus, quo ſecundum loci ſitum, aliquibus ſeriatim ſtantibus, primus eſt prior ſecundo, ſecundus tertio: et de quolibet iſtorum ordinum hic tertius modus prioris intelligitur.

Tex.62. *Prius dignitate eſt, quod altero honorabilius, & dignius eſt.*

Dilucidatio. Prius dignitate, vel honore, eſt, quod altero eſt honorabilius, atque dignius, vt homo brutis, anima corpore, Præceptor Diſcipulo, Rex ſubditis, & Pontifex Maximus minoribus prǽlatis. Conſueuerunt nanque iſto modo prioris, plurimi, honorabiliores, & magis à ſe dilectos, priores dicere apud ſe: ſed eſt penè alieniſſimus in arte, & doctrina, hic priorum modus.

G Tex.63. *Prius ſecundum cauſalitatem eſt, quod conuertitur ſecundum exiſtendi conſequentiam: & tamen unum cauſa alterius eſt.*

Dilucidatio. Prius ſecundum cauſalitatem eſt, quod conuertitur ſecundum exiſtendi conſequentiam, & tamen vnum, cauſa alterius eſt, ſiue materia, ſiue forma, ſiue efficiens, ſiue finis. Puta ignis, caloris cauſa efficiens eſt, non autem forma: ſed contra calor eſt forma ignis accidentalis. Et vnum ſecundum exiſtendi conſequentiam ſequitur ad alterum: ſicut homo eſt; ergo riſibile eſt, & contra, riſibile eſt, ergo homo eſt, & homo, riſibilis, vt potè, eius propria paſſio, cauſa eſt.

Obiectio.1. Omne prius eſt prius ſecundum ordinem, ergo non ſunt quinque modi prioris. Antecedens ꝓbaH tur. Nam inter prius, & poſterius, ſemper eſt ordo.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd licet omne prius ſit prius ſecundum ordinem generaliter, & communiter acceptum: non tamen ſecundum ordinem doctrinæ, compoſitionis, vel perfectionis, de quo ordine ſolum litera intendit.

Secũda. Eorũ, quę ſunt ſimul, vnũ non eſt prius altero, ſed ea, quæ ſecundum exiſtendi conſequentiam conuertuntur, ſunt ſimul; ergo vnum, non eſt prius altero, vt perperam in quinto modo affirmatur.

Reſpondetur, ꝙ ſecundũ diuerſos modos prioris, vnum & idem, eſt prius, & poſterius, vt ſpecies iuxta ſecũndum modũ via gñationis, ſuo genere eſt poſterior, ſed eſt prior ſcd̃m pfectionis ordinẽ iuxta

ta tertium modum: & hoc modo ea, quæ ſecundum exiſtendi conſequentiam conuertuntur, ſimul tempore ſunt, iuxta primum modum, ſed ſimul natura; iuxta tertium modum, non ſunt. Nam quum vnum eſt cauſa alterius, & ſemper cauſa ordine naturæ præcedit effectum, proculdubio vnum, ordine naturæ, prius alio eſt.

Tex. 64. *Tot modis, quemadmodum prius dicitur poſterius.*

Dilucidatio. Poſterius, quod eſt relatiuè oppoſitum priori, tot modis dicitur, vt prius. Nam oppoſitorum eadem eſt diſciplina: & quot modis dicitur vnum oppoſitorum, tot modis dicitur & reliquum. Debent autem referri modi poſterioris, ad conſimiles modos prioris, quibus, ſcilicet, opponuntur. Poſterius tempore eſt, vt mortalia immortalibus, non ęterna ęternis. Poſterius natura eſt, ad quod alterum ſequitur in ſubſiſtendi conſequentia, ſed non contra; vt hæc ſpecies, homo, hoc modo poſterior eſt ſuo genere, animal. Poſterius ordine, ſiue doctrina, vt concluſiones principijs, ſiue ſitu, vt ſecundus primo. Poſterius honore, ſeu dignitate; vt diſcipulus præceptore; corpus anima; ſubditus rege. Poſterius ſecundum quòd cõuertitur exiſtendi cõſequentia, quod tamen eſt effectus, vt riſibile homine. Hi verò modi prioris, ijs verſibus pro memoria continentur.

Tempore, natura, prius, ordine, dic & honore.
Cauſam cauſato, dicimus eſſe prius.

Tex. 65. *Simul tempore ſunt, quorũ generatio, in eodem tempore eſt.*

Dilucidatio. Tradit litera principales modos ſimultatis ſecũdum communem vſum, quorum primus eſt. Eorũ, quæ ſunt ſimul tempore, hæc, aut ſunt quorum generatio, ideſt, rei factio, in eodem tempore eſt: quo pacto ſufficit ea incepiſſe, nec requiritur, quòd eodem tempore finiantur. Quippè neutrum eſt antiquius, aut minus altero antiquum: ſicut duo gemelli dicuntur ſimul nati, licet nõ eodem tempore vitam finierint: aut dicuntur ſimul tempore ea, quorum generatio, & conſeruatio, ſeu duratio, in eodem tempore adæquatè eſt: & hæc, coeua vocantur, vt ſubiectum, & propria eius paſſio; quoniam neutrum nullo modo, neque prius, neque poſterius, ſecundum tempus eſt.

Tex. 66. *Simul natura ſunt, quæ, ſecundum ſubſiſtendi conſequentiam conuertuntur, & neutrum, cauſa alterius eſt.*

Dilucidatio. Simul ſecundo modo dicuntur, relatiuum, & correlatiuum, vt dominus, & ſeruus. Nam ſecundum ſubſiſtendi conſequentiam conuertuntur. Si enim dominus eſt, ſeruus eſt, & contra, ſi ſeruus eſt, dominus eſt, & neutrum (vt in ſuperioribus dilucidatum eſt) in nullo genere cauſæ, alterius cauſa eſt.

Tex. 67. *Simul ſecundum diuiſionem ſunt, quæ, aliquod genus ex oppoſito condiuidunt.*

Dilucidatio. Simul tertio modo dicuntur membra eiuſdẽ generis diuidentia: ſicut homo, & brutum, rationale, & irrationale, diuidunt animal, qua in re hoc modo ſimul ſunt. Hic autem modus, in omni prędicamento reperitur: velut in prædicamento ſubſtantiæ datum exemplum docet. In prædicamento quantitatis: vt quantitatis, aliud cõtinuum, aliud diſcretum; continuum, & diſcretum, hoc modo ſimul ſunt. In prædicamento qualitatis, quatuor qualitatis ſpecies, tertio modo ſimul ſunt. In prædicamẽto actionis, mutatio ad ſubſtantiam, ad quantitatem, ad qualitatem, ad vbi, hoc genus, actio, diuidunt, ideo hoc modo ſimul ſunt. Dicitur verò ſimul, relatiuè ad alterum, quod ſimul eſt, vt ſimile ad ſimile. Eſt enim, ſimul, relatiuum ęquiparantię, iccirco in plurali numero definitur.

Obiectio. 1. Ea, quæ ſunt ſimul ſecundum diuiſionem, ſunt & ſimul natura, & contra; ergo ſecundus, & tertius modus ſimultatis, reuera vnus tantum modus eſt; atque idcirco perperam in litera diſtinguntur. Antecedens probatur. Vterq; nanque modus, neceſſariam coexiſtentiam exigit, & neutrius ab altero præſuppoſitionem; ergo ea, quæ ſunt ſimul ſecundum diuiſionem, & ſimul ſecundum naturam ſunt.

Reſpondetur negando antecedens, ad eius probationem dicitur, quòd ſimultas naturæ, neceſſariam coexiſtẽtiam exigit, & neutrius ab altero pręſuppoſitionem. Primum autem horum ſtat cum prioritate naturæ, vt de ſubiecto, & proprio eius accidente clarè liquet: & per ſecundum, per negationem, ſcilicet, pręſuppoſitionis vtrinque, ratio ſimultatis naturalis completur. At quoniam in ratione ſuperioris, omnia inferiora conueniunt, ideo vterque modus ſimultatis naturę, iſtas duas conditiones continet. Propterea quo vis modo dicamus, aliqua eſſe ſimul natura, ſeinuicem comitari, ea affirmamus, & alterum ab altero pręſupponi negamus. Quippè de primo modo clarum patet, ſed de ſecundo modo, ex eo manifeſtum eſſe poteſt: quòd per alterum membrum tantum diuidi genus, eſt impoſſibile, & neutrum, altero ipſum prius diuidere conſtat. Nam tunc altero tantum, diuiſum eſſet. Verum duos modos ſimultatis dixit litera, quia in hoc differunt, quòd primus, ſine naturalis perfectionis diſparitate eſt, ſed ſecundus cum diſparitate perfectionis naturalis eſt. Nempe neutrum relatiuorum, altero perfectius eſt, & diuidentium idem genus, alterum, vt habitus, & alterum, (vt dicitur in 10. methaphyſicæ) vt priuatio, ſe habet, necnõ habitus, priuatione perfectior eſt, ideo modus iſte, aliquid prioritatis naturalis ad mixtum habet. Hoc autẽ verum eſt, loquendo de rebus ipſis, quę diuidunt, propter ꝙ in ſolis relatiuis ſimultas naturę ſeruatur: ſed conſiderando diuiſionis membra, inquantum ex oppoſito ſunt, vnũ diuidentia, naturę ſimultas omnino, & purè in eis ſeruatur. Sed contra. Cauſa eſt, ad cuius eſſe ſequitur aliud, ſed ad eſſe vnius relatiui ſequitur eſſe alterius; ergo vnũ eſt cauſa alterius, & conſequẽter naturæ ſimultas in illis nõ ſeruatur. Maior eſt Autoris in libro de cauſis. Reſpõdetur, ꝙ ad eſſe vnius relatiui ſequitur illatiuè, & in bona conſequentia eſſe alterius correlatiui, & nõ cauſaliter: quoniam neutrum eſt alterius cauſa, ad quam cauſaliter ſequitur aliud, eſſe, ſcilicet, eſſe. Propterea ad argumentum negatur minor, ſi rectè ſubſumitur: alioquin negatur argumentum, quia ex quatuor terminis conſtat. (Instatur)

Quę ſecundũ exiſtendi conſequentiam conuertuntur, & neutrum eſt alterius cauſa, ſimul tempore ſunt; ergo primus; & ſecundus modus coincidunt, & conſequenter perperam in litera diſtinguntur.

Reſpondetur negando vltimã ſequelã. Primus. n. modus, & ſecundus; quanuis (vt probat argumen

tum in oppoſitum) materialiter idem ſint: attamen (vt ex ipſis ſuis deſcriptionibus liquet) formaliter differunt.

Moueo, motus, ago, actio, moueor, motus, patior, paßio, motus, mutatio.

Tex. 68.

Generatio eſt mutatio, de non eſſe ad eſſe.

Corruptio eſt mutatio, de eſſe ad non eſſe.

Augumentum eſt, de minori quantitate ad maiorē, mutatio.

Diminutio eſt, à maiori quantitate ad minorem, mutatio.

Alteratio eſt, ad qualitatem, aut à qualitate, mutatio.

Motus ſecundum locum eſt, ad locum, aut circa locum, mutatio.

Dilucidatio.

Motus, vocabulum eſt anceps, & indifferens. Nam quum, à moueo, deſcendit, actiuè ſignificat, & idem eſt, quòd actio: quum verò à, moueor, paſſiuè, & idem eſt, quòd paſſio. Siquidem verbalia in tus, & in tio, modò actionem, modò paſſionem, ſignificant. Itaque, moueo, & ago, ſynonyma, & denominatiua prædicamenti actionis ſunt. Motus vt à, moueo, venit, & actio, ſunt ſynonyma, ſed denominantia. Sic, moueor, & patior, ſynonyma ſunt, & prædicamenti paſſionis denominatiua. Motus vt deſcendit à, moueor, & paſſio, ſynonyma ſunt, & eiuſdem prædicamenti denominantia. Inſuper mutatio, æquiuocum vocabulum eſt. Nam à verbo, muto, deſcendens, eſt actio, & à verbo, mutor, paſſio eſt. Idem quoque dicimus de ſex ſpeciebus in litera numeratis, quarum prima vocatur generatio: ſicut ſi ſtupa comburatur, aut lignum, ibi ignis generatio eſt. Nam eſt mutatio de non eſſe ignis ad eius eſſe. Similiter dum ex ſemine oliuę fit olhia, ibi eſt oliuæ generatio. Nam eſt mutatio de non eſſe oliuæ ad eſſe oliuę. Itidem in priori exemplo eſt mutatio de eſſe ſtupæ ad eius nō eſſe, iccirco eſt ibi corruptio. In ſecundo quoque exemplo eſt mutatio de eſſe ſeminis oliuæ ad eius non eſſe; ergo eſt corruptio. Quum autem paruus admodum puer, in magnum excreſcit virum: aut plantula in procerá arborem, eſt augumentum. Si quis verò morbo confectus extenuetur corpore, & minorem corporis molem, exilioraq́; membra habeat, ibi eſt diminutio. Alterationis autem ſunt ſex modi. Primus, de contrario in contrarium, vt quum quid ex albo fit nigrum. Secundus, ex contrario in medium, vt quū ex albo fit puniceum. Tertius, ex medio in contrarium, vt quum ex puniceo fit album. Quartus, ex medio in medium, vt quum ex puniceo fit rubicundum. Quintus, ex habitu in priuationem, vt quum ex ſciente fit ignorans. Sextus, ex priuatione in habitum, vt quum ex ignorantia fit ſciens. Motus ſecundum locum, eſt, ad locum, aut circa locum mutatio. Ad locum quidem dicitur propter motus rectos, ſiue ſint à medio, vt motus ſurſum, ſiue ad medium, vt motus deorſum. Circa locum additur propter motum circularem, qui fit circa locum: ſed latior de huiuſmodi ſpeciebus determinatio, ad Philoſophum naturalem pertinet. Motus autem, motui contrariatur, vt generatio corruptioni, augumentum diminutioni contrariatur: & alteratio, alterationi, vt calefactioni frigefactio, albefactioni nigrefactio, dulcorationi amaricatio, motus denique ſurſum motui deorſum, ſic generalia generalibus, & ſpecialibus ſpecialia conferendo. Quies autem E motui priuatiuè opponitur; vt quies a gñatione opponitur gñationi, ſic corruptio ipſi quieti à corruptione augumentum ipſi quieti ab augumēto, diminutio ipſi quieti à diminutione, alteratio quieti ab alteratione, motus ſecundum locum quieti à motu locali: ſed exacta eorum conſideratio, ad quintum librum Phyſicorum relinquitur, ideoq́; breuiter contra prędicta argumentatur.

Obiectio. 1.

Omnis motus eſt diuiſibilis, ſed neque generatio, neque corruptio eſt diuiſibilis; ergo neque generatio, neque corruptio eſt motus, vel eius ſpecies. Maior patet, quia omnis motus, in tempore fit. Minor probatur. Tam enim generatio, quàm corruptio in inſtanti fit.

Reſpondetur ad maiorem, quòd omnis motus propriè ſumptus eſt diuiſibilis, et in tempore fit: ſed F motus communiter ſumptus, aut in tempore, aut in inſtanti fit, & perinde hoc in loco ſumitur motus, vt verè de gñatione, & corruptione p̄dicatur.

Secūda.

Dum aqua ex aere generatur, ibi eſt generatio, & tamen fit ab eſſe aquę ad eſſe aeris, ergo perperá definitur generatio, mutatio de non eſſe ad eſſe.

Reſpondetur negando conſequentiam. Quum enim aqua ex aere generatur, illa generatio fit per accidens ab eſſe aeris, tanquàm a termino extrinſeco: ſed per ſe à non eſſe aquæ, tanquam à termino intrinſeco, á quo potius, quàm à termino extrinſeco denominatur.

Tex. 69.

Habere multifariam dicitur.

Primo modo, aliquid dicitur habere qualitatem.

Secundo modo, quantitatem.

Tertio modo, aliquid circa corpus.

G *Quarto modo, aliquod corporis membrum.*

Quinto, continens contentum.

Sexto, poſſeßionem.

Septimo, virum, aut uxorem.

Dilucidatio.

Habere primo modo, eſt habere qualitatem, vt habitum, aut diſpoſitionem, naturalem potentiam, aut impotentiam. paſſionem, aut paſſibilem qualitatem, formam, & circa hoc aliquid conſtans figuram: & ſic reſpicit prædicamentum qualitatis. Per hoc autem verbum, habere, circumloquimur omnium prædicamentorum denominatiua, vbi nomina deſunt: ſicut habere grammaticam, habere albedinem, eſt eſſe album, eſſe grammaticum. Habere ſecundo modo, eſt habere quantitatem, vt bicubitum, tricubitum, bipedale, tripedale, & ſic quantitatis H prędicamentum reſpicit. Tertio modo eſt habere aliquid circa corpus, vt togam, pileum, calceum, & hic modus, vltimum reſpicit prædicamentum; cuius habitus eſt principale, ſiue denominans: quod, per hoc verbum habere eius denominatiuum circumloquimur; vt habituatū non aptè dicimus, ſed aptius, habere habitum: quod eſt eſſe veſtitum, armatum, vel togatum. Habere quarto modo eſt habere aliquod corporis membrum, vt manum, & pedem; quod certè ſubſtantiæ prędicamentum reſpicit. Habere quinto modo eſt habere contentum, vt tempus, res, quæ in tempore ſunt, locus, res, quæ in loco ſunt, & poſitio, ſitum rei contentæ. Quocirca hic modus, trium prædicamentorum

rum dicibilia, quando, ſcilicet, vbi, & poſitionis reſpicit. Habere ſexto modo eſt habere poſſeſſionē, vt domum, vel agrum. At quia poſſeſſio eſt poſſidentis poſſeſſio, & poſſidens eſt rei poſſeſſæ poſſidens; hæc ſignificatio, adaliquid reſpicit, & eius dicibilia ſpecialiter explicat. Habere ſeptimo modo eſt habere vxorem, aut virum: & hic modus, ſpecialem rationem adaliquid denotat. Vxor enim ad virum refertur, & contra; vir ad vxorem. Verum hæc ſubtilius enucleanda ad quintum Metaphyſicæ relinquuntur. Actionis autem, & paſſionis dicibilis, quæ ſunt ſpecies motus, ad ſubſtantiam, qualitatem, quantitatem, aut vbi, reducuntur. Nam ad illa quatuor prędicamenta tantum, eſt motus.

Obiectio. Subſtantia dicitur habere relationem, vt puta Socrates, paternitatem, actionem, vt Plato habet legere, aut lectionem; paſſionem, vt lignum habet calefieri, aut calefactionem paſſiuè ſumptam. Genus quoque dicitur habere ſpeciem, & qualitas contrarium; qui modi hic non ſunt numerati: ergo inſufficienter modi ipſius habere annumerantur.

Reſpondetur, ꝙ hoc in loco modi principales, & vſitati, annumerati ſunt, ad quos facillimè ſupradicti cum cæteris omnibus reduci poſſunt, & per illos modò aſſignatos cognoſci valent, ideoq; ſufficienter numerati ſunt. Sed hęc hactenus ſufficiant.

Finis tertij Tomi.

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM

QVARTVS TOMVS.

In enunciationes ad librum Periermenias.

Tex. 1. NOMEN *eſt uox per ſe ſignificatiua, ſecundum placitum, ſine tempore, cuius nulla pars ſeparata eſt ſignificatiua, finita, & recta.*

Dilucidatio. Secunda logicæ pars principalis, Periermenias liber vocatur, ſecundum quam intellectus in ſecunda eius operatione regulatur; qua adinuicem voces ſimplices per primam ſuam operationem apprehenſas componit, vel diuidit. Nempe in hac parte de enunciatione, in qua uerum, vel falſum inuenitur, ſuſcipitur determinatio. Quo fit, vt intellectus, ne a ſua perfectione, quæ, veritas eſt, deficere poſſit, per hanc artem optime dirigatur. Periermenias nanque interpretatio dicitur, ille autem interpretari videtur, qui, aliquid eſſe verum, vel falſum exponit: Ideo ſola enunciatiua oratio, in qua verum, vel falſum inuenitur, interpretatio propriè vocatur. Cæteræ verò orationes, vt optatiua, & imperatiua, magis ad exprimendum affectum ordinantur, quàm ad interpretandum id, quod in intellectu habetur. At quoniam proprium eſt cuiuſque ſcientię, ſui ſubiecti partes tradere, ſicut & eius paſſiones demonſtrare: Et enunciatio, quod in hac arte ſubiectum

A eſt, pleniſſimè ex nomine, & verbo neceſſariò conſtat; iccirco de nomine, & verbo, quę ſunt principia materialia, integralesq; interpretationis, ſiue enunciationis partes, in primis eo ipſo iure pertractatur. Sanè Grammatici (vt placet Diuo Seuerino) figuras tantummodo vocum conſiderantes, octo perinde partes orationis connumerant. Philoſophi autem, atque Dialectici, quoniam eorum omnis intentio circa veritatem, falſitatemq; locutionis verſatur, atque ea ex nomine, verboq; pleniſſimè conſtat, duas tantum orationis partes admittunt; eaſq; nomen, & verbum eſſe docuerunt: cęteræ verò, non partes, ſed orationis ſupplementa, & veluti colligamēta quædā appellant; quēadmodum in quadrigis frena, & lora; & in nauibus tā

B bulæ, & trabes. Logicis igitur vnà cum Philoſophis placuit, nomen, & verbum ſolas eſſe orationis partes: cætera verò adminicula, & iuncturas earū, quomodo nauium partes ſunt tabulæ, & trabes. Verum in comparatione ad literas, & ſyllabas, in terminorum tomo, eas, partes eſſe propinquas, diximus: cui non repugnat, ipſas ad nomen, & verbum relatas, eſſe remotas, quaſiq. partes ſecundarias. Quippè ſine nomine, aut verbo, orationē cōponere, eſt impoſſibile: abſque tamen cęteris partibus, iam non eſt difficile. Nomen autem hoc in loco dicitur, quaſi notamen, id eſt, nota mentis: et eſt pars, orationem componens, ſiue vocalem, ſiue ſcriptam, in cuius definitione, vox, generis locum obtinet, vt potè pluribus communis. Per ſe ſigni-

C ficatiua, deinde adiectum eſt. Nam ſunt & voces non per ſe ſignificatiuæ, vt omnis, nullus, & alia ſyncategorema, quæ, apud logicum nomina non ſunt. Rurſus ſecundum placitum ſignificatiua, & ad diſcrimen vocum naturaliter ſignificantiū; quales ſunt voces brutorum, & gemitus infirmorum, & id genus alia: & vt tum in voce, tum in ſcripto, data definitio nomini conuenire queat. Nam ſunt & voces, quę ex impoſitione ſecundum placitum duntaxat repræſentant; quales, plurimæ vocales, vel ſcriptæ ſunt. Sine tempore quoque dicitur, quoniam & verba voces ſunt per ſe ſecundum placitū ſignificatiuæ: ſed à nominibus diſtant, quòd nomina quidem ſine tempore, verba autem cum tempore ſignificant. Adiectum præterea eſt, cuius nulla pars ſeparata, à toto, ſcilicet, nomine, eſt ſignificatiua: alicuius ſubintelligitur, quod de intellectu, &

D totius nominis ſignificato ſit. Nihil enim prohibet, aliquid aliud ſignificare, vt magiſter, & paterfamilias. Nam magis, & pater, vtique aliquid ſignificāt, ter itidem, et familiàs: ſed nec in totum, nec in partem, ſignificatum retinent, quod magiſter, aut pater familiàs ſignificant. Hic ſanè rectorem ſcholæ, ille verò domus gubernatorem: quod, nec magis, nec pater ſignificat. Nomen nanque, tam figuræ compoſitę, quàm ſimplicis (vt in terminorum tomo dictum eſt) ad vnum ſimplicem intellectum, ſeu conceptum, ſignificandum imponitur: & inde eſt, ꝙ pars cuiuſuis nominis, ſiue ſimplicis, ſiue compoſiti, aliquid, quod ad totius nominis intellectum attinet, minimè ſignificat. Et quamuis nominis compoſiti

poſiti ſignificatum à duobus cóceptibus, quandoq; imponatur, vnum tamen ſimplicem conceptum ſignificat: ſicut paterfamilias, à conceptu, & patris, & familiæ, deducitur, ſed vnum ſimplicem intellectum, & conceptum repręſentat. Sæpe aliud namque eſt id, à quo nomen ad ſignificandum imponitur, ab eo, quod ſignificat. Cuius igitur nulla pars ſeparata eſt ſignificatiua, ad differentiam orationis dicitur: cuius partes, vtique & ſeparatæ ſignificāt. Finita, additur, ſanè propter nomina infinita, vt nō homo; quoniam (vt in terminorum tomo dilucidauimus) neque determinatam perſonam, neq; certam naturam ſignificant nomina infinita; quod certè nomen repræſentare habet. Quamobrem à nomine ſimpliciter, meritò excluduntur: ſed apud Ariſtotelem ſecundum quid, nomina, ſcilicet, infinita, appellari habent. Poſtremum particula, recta, propter obliquos caſus poſita eſt: quoniam cū verbo ſubſtantiuo, eſt, plenam, abſolutamq; ſententiā explicare non valent; ideoq; non nominā, ſed caſus nominum iure nuncupantur: vt non rectè dixeris, demonſtrato quopiam, Catonis eſt, Catoni eſt, Catonem eſt, ſed Cato eſt. Nec obſtat, ſi dicatur, Catonis eſt legere: quoniam ſic reſolui debet, Catonis officium eſt legere. Qua in re ſolus nominatiuus dicitur principaliter nomen, cui primò facta eſt nominis impoſitio ad aliquid ſignificandum: ſed obliqui, caſus nominum vocantur; eò q̄ per quandam declinationis originem à nominatiuo cadunt; qui, rectus, eò q̄ non cadit, appellatur.

Obiectio. 1. Artificialia per ea, quę ab arte fiunt, ſicut & naturalia per ea, quæ à natura ſunt, definiri debent; ergo incongruè nomen per vocem, tanquàm eius genus definitur. Antecedens ꝓbatur. Definitio enim conſtat ex genere, & differentia, ſed ſicut naturalia ſunt in genere rerū naturalium, ita artificialia ſunt in genere artificialium: ergo artificialia per ea, quę, ab arte fiunt, ſicut, & naturalia per ea, quæ à natura ſunt, definiri debent. Conſequentia probatur. Vox enim eſt quædam res naturalis; nomen verò, non eſt aliquid naturale, ſed ab hominibus inſtitutum; eo quòd ſecundum placitum, id eſt, ex humana inſtitutione ſignificat: & per antecedens artificialia per ea, quæ ab arte fiunt, ſicut & naturalia per ea, quę à natura ſunt, definiri debent: ergo incongruè nomen per vocem, tanquam eius genus definitur: Quare ſicut conuenientius definitur ſcutella vas ligneum, quàm lignum in vas formatum: ita quoque magis congruè definitur nomen eſſe ſignum vocale, & non vox, quoniam ſignum ex humana inſtitutione eſt:

Reſpondetur negando maiorem abſolutè; ad cuius probationem dicitur, quòd artificialia, in genere ſubſtantię ex parte materiæ ſunt: in genere autem accidentium ex parte formę; quia artificialium formæ, accidentia ſunt, vt figura ſcamni, eius forma eſt: & quoniam formam ab arte habent, & earum materia, à natura eſt; ideo ex parte materiæ in genere naturalium ſunt, & ex parte formę in genere artificialium; atque idcirco artificialia, formam accidentalem, vt concretam ſubiecto ſignificant. Cum autem in definitione omnium accidentium,

E ſubiectum poni oporteat, ſi qua nomina accidentis in abſtracto definiantur, in eorum definitione accidens in recto, quaſi genus, & ſubiectum in obliquo, quaſi differentia, poni neceſſe eſt; vt ſimitas eſt naſi curuitas. Si qua vero nomina, accidens in concreto ſignificant, in eorum definitionibus, materia, vel ſubiectum, quaſi genus, & accidens, quaſi differentia collocatur; vt ſimum eſt naſus curuus. Hinc ſi nomina rerum artificialium, formas accidentales, vt ſubiectis naturalibus concretas ſignificant, conuenientius eſt, vt in eorum definitionibus, res naturalis, quaſi genus ponatur; vt dicatur, ſcutella eſt lignum figuratum, & ſimiliter nomen eſt vox ſignificatiua: ſecus autem eſſet, ſi nomina artificialium, ipſas formas artificiales in abſtracto ſignificantia acciperentur. Sed contra. Nulla materia verè prædicatur in recto de ſuo toto compoſito, ſed per reſponſionem datam, vox eſt materia nominis; ergo nunquàm verè in recto de eo prędicabitur, vt verè dicatur, nomen eſt vox, quod vtique eſt valde abſurdum. Maior probatur. Materia enim, ipſius cōpoſiti totum eſſe non dicit; ergo nec de eo verè in recto prædicari poteſt. Reſpondetur diſtinguendo maiorem. Nam materia, quę compoſiti pars eſt eſſentialis, nunquam (vt probatio Maioris concludit) verè de eo in recto prædicatur, ſed materia in qua, quę potius, modum materię habet, quàm ſit propriè materia, procuidubio verè de eo, cuius eſt materia, in recto prædicatur: vt verè dicatur, ſcutella eſt lignum figuratum, quoniam lignum eſt materia in qua eſt figura, & forma ſcutellæ. instatur

F

Dies, vel annus, & huiuſmodi nomina ſignificāt tempus: ergò nomen ſignificat cum tempore. Secūda

G Reſpondetur negando conſequentiam; ad cuius probationem dicitur, quòd (vt in tomo terminorum dictum eſt) aliud eſt ſignificare cum tempore, quod, verbo, ac eius participio proprium eſt: aliud eſt ſignificare tempus, quod profectò nomini conuenit. Sed contra. Significare cum tempore eſt per modum fluxus, & fieri ſignificare; ſed motus, quod, nomen eſt, quoniam ſemper eſt in fieri, fluxum importat; ergo nomen aliquod ſignificat cum tempore. Reſpondetur, q̄ nomen, per modum ſubſtantiæ, ſeu per modum permanentis ſignificat: & ſolum verbum, quia actionem, vel paſſionem, hoc eſt, per modum actionis, vel paſſionis, ſignificat, per modum fluxus, & fieri ſignificat; * instatur

H Ideoq; quia tempus eſt menſura motus, prout eſt in fluxu, & fieri, ſolum verbum ſignificat cum tempore, nomen verò ſine tempore. Hinc motus, quod, nomen eſt, fluxum ſignificat, & hoc modo ipſum motum, vt eſt in ſe natura quædam, quæ, res ſucceſſiua eſt, ſignificat: ſed motum, per modum fluxus, hoc eſt, vt eſt in fluxu, & fieri, quo pacto tempore menſuratur, non ſignificat; idcirco ſine tempore ſignificat. Sed contra adhuc inſtatur. Verbum (iuxta reſponſionem datam) cum tempore ſignificat; *instatur quia actionem, & paſſionem ſignificat; ſed nomen aliquod, actionem, vel paſſionem ſignificat; ergo pari ratione nomen aliquod, ſicut & verbum, cum tempore ſignificat. Minor probatur. Quippe actio, paſſio, ambulatio, calefactio, & huiuſmodi nomina,

mina, actionem, vel paſſionem ſignificant.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quòd (vt dictum eſt) proprium eſt nominis, vt rem aliquam, quaſi per ſe exiſtentem ſignificet: verbi autem proprium eſt, vt actionem, vel paſſionem, ideſt, per modum actionis, vel paſſionis ſignificet; ideo per ſimilia nomina actio, vel paſſio, per ſe in abſtracto, veluti res quædam, ſignificatur, ſed per verbum, quod perſonis, primæ, aut ſecundæ, vel tertiæ, attribuitur, per modum actionis, vt, ſcilicet, eſt egrediens à ſubſtantia, & ei inherẽs, vt ſubiecto, vel per modum paſſionis, vt, ſcilicet, egreditur ab agente, & recipitur in patiente, cui inhæret, ſignificatur. At quoniam ipſe proceſſus, vel actionis inhærentia, ab intellectu, vt res quædam, quaſi per ſe ſubſiſtens, apprehendi, & ſignificari poteſt: inde eſt quòd verba infinitiui modi, & vt verba, inquantum B ipſam actionis inhærentiam, per modum tamen fluxus, ſignificant, & vt nomina, prout eam quaſi rem per ſe exiſtentem ſignificant, verè accipi poſſint.

Tex. 2. *Verbum eſt vox, per ſe ſignificatiua, ſecundum placitum, cuius nulla pars ſeparata eſt ſignificatiua, extremorumq; unitiua, finita, & recta.*

Dilucidatio. Definitio verbi, præter illam particulam, cum tempore, nec non præter aliam, extremorumq; vnitiua, omnia cum nomine habet communia. Siquidem, id verbi proprium eſt, ſignificare, ſed cum tempore; ergo quòd & participium, per modum actionis, vel paſſionis, atq; idcirco, cum tempore ſignificat hoc à verbo ipſo participat, vnde deducitur, & à quo diſcrepat. quia ſuppoſitum cum appoſito non annectit, ſicut verbum, ideoq; dictum eſt, extremorumque vnitiua. Cæterum vt nomina, finita C ſunt, ac infinita: ita ex verbis quoq; alia, finita ſunt vt ambulo, diſputo; alia infinita vt non ambulo, non diſputo. Rurſus & de caſibus verborum haud ſecus, ac de caſibus nominum dicere par eſt. Quippe vt nominum caſus dicuntur, qui ab ipſo recto flectuntur: ita caſus verborum appellari poſſunt, qui à temporis præſentis, & modi indicatiui ſignificatione diuariant. Hoc ſanè ꝓpriè eſt verbũ, quod agere vel pati, in actu ſignificat, quod eſt agere, vel pati ſimpliciter: ſed agere, vel pati, in præterito, vel futuro, ſecundum quid iure vocatur. Igitur verba præteriti, vel futuri temporis, non ab re caſus verbi quod pręſens tempus conſignificat, ipſo quoq; iure nuncupantur. Nam præteritum, vel futurum, per analogiam ad præſens dicitur. Eſt enim præteritum, quod fuit pręſens, futurum verò, quod erit D præſens, & perinde verba pręteriti, ſeu futuri temporis, orationem indicatiuam, ſiue enunciatiuam, veram, vel falſam, quatenus ad preſens tempus reducuntur, conſtituere valent. Declinatio inſuper verbi, per numeros, & perſonas variata, cùm non ex parte actionis, ſed ex parte ſuppoſiti, huiuſmodi fit variatio, caſum, aut caſus verbi, nequaquam conſtituit: qualis eſt ea, quæ fit per modos, atq; tempora, ipſam actionem reſpiciens. Nam verba imperatiui modi, vel optatiui, & alij citra indicatiuum modi, caſus nuncupantur, quemadmodum ea, quę, præteriti, aut futuri temporis ſunt. At ſola indicatiui modi verba præſentis temporis, cuiuſcunq; numeri, vel perſonę, caſus minimè appellan-A tur. Verbum igitur ſecundum dialecticos, id ſolum eſſe dicitur: quod, temporis pręſentis eſt, & modi indicatiui. Verũ hæc hactenus de verbo propriè ſumpto, dicta ſint: ſed non de verbo communiter ſumpto, quod eſt vox, per ſe ſignificatiua, ſecundum placitum, in quo ſenſu apud Ariſtotelem nomen, verbum quoq; vocatur.

Obiectio. 1 Repugnat extremo vnire extrema, ſed verbum eſt orationis extremum, ergo verbũ nõ eſt extremorum vnitiuum. Maior patet, quia ſicut repugnat extremo, eſſe medium, cuius proprium eſt, vnire extrema: ita quoq; repugnat extremo, vnire extrema. Minor probatur. In hac enim oratione, ambulare eſt moueri, ambulare, quod eſt verbum, eſt orationis extremum. Nec valet dicere, ambulare eſſe verbum infinitiui modi, quod propriè apud logicum non eſt verbum. Nempe in hac oratione, lego eſt, verbum, lego, quod eſt verbum indicatiui modi præſentis temporis, eſt eiuſdem orationis extremũ.

Reſpondentur negando minorem, ad cuius probationem dicitur quòd verba infinitiui, quũ in ſubiecto ponuntur, vim nominis habent in cuius ſignũ, articulorum additionem; ſicut & nomina ſuſcipiunt, cuius ratio paulo ante aſſignata eſt. Omne nanq; verbum, in tali, & ſimili locutione, qualis eſt illa, lego eſt verbum, poſitum non ſumitur formaliter, ſecundum quòd eius ſignificatio refertur ad rem ſed vt materialiter, ipſam vocem, vt eſt quædam res ſignificat, ideoq; tam verba, quàm omnes orationis partes, materialiter ſumptę, in vim nominũ, ſumuntur, & tunc orationis extremum eſſe poſſunt.

Secũda. Verbum infinitum ſignificat cum tempore ſecũdum placitum, & eſt extremorum vnitiuum, cuius nulla pars ſeparata eſt ſignificatiua, ergo verbum infinitum, à verbo ſimpliciter ſumpto per illam particulam, finita, perperam excluditur. Antecedens probatur. Verbum nanq; ſignificat, cũ in tempore eò quòd agere, & pati ſignificat, quę in tẽpore, quo menſurantur, fiunt: ita quoq; horum priuatio. Nam quies (vt ex 6. Phyſicorum habetur) tempore menſuratur, ergo verbum infinitum ſignificat cum tempore. Conſequentia probatur. Solummodo enim ob id verbum infinitum, à verbo ſimpliciter ſumpto excluditur, eò quòd (vt dicitur in primo periermenias) non ſignificat agere, & pati, quę, tempore mẽſurantur. (Text. co. 32.; Text. co 3.)

Reſpondetur, quòd verbum propriè, & ſimplici-D ter ſumptum, per modum actionis, & paſsionis ſignificat, verbum autem infinitum remouet actionem, vel paſſionem, potius quàm aliquam determinatam actionem, vel paſſionem ſignificet: ideo verbum infinitum, & a natura verbi, & a perfectà ratione verbi deficit: & ſic ad argumentum negatur prima pars antecedentis, ad cuius probationem negatur conſequentia. Nam quies, quę eſt motus priuatio, nec per ſe, ſed per accidens, ratione, ſcilicet, habitus, eſt in tempore, nec tempore menſuratur, niſi per accidens: ideo verbum infinitum, quod, actionem, vel paſſionem, remouet, ſimpliciter, & abſolutè non ſignificat cum tempore. Verum verbum infinitum in aliquo cum verbo cõuenit, nec penitus

tus priuationem tantum ſignificat, nec omnino à perfecta ratione verbi deficit, propter quòd ab Ariſtotele verbum infinitum vocatur. Nam verbum infinitum indifferenter de eo, quod eſt, vel de eo, quod non eſt, dici poteſt: negatio enim ad ipſum appoſita, non in vi duntaxat priuationis, quæ, determinatum ſupponit ſubiectum, ſed in vi ſimplicis negationis ſumitur: quanquam à verbis negatiuis differat verbum infinitum, quoniam alterũ in vi vnius dictionis, & illa in vi duarum dictionum ſumuntur. Verbum autem propriè ſumptum, de eo, quod determinatè ſignificat, ſolummodo dici poteſt; ideoq́ue partim conueniunt, & partim differunt.

Text.3. *Oratio eſt vox, per ſe ſignificatiua, ſecundum placitum, cuius partes aliquid ſignificant ſeparatæ.*

Dilucidatio. Determinatis principiis materialibus, nomine, ſcilicet, & verbo, tanquàm partibus enunciationis integralibus; nunc de oratione, quæ eſt principiũ formale, vtpotè, enunciationis genus, agitur: cuiuſquidem definitionis intellectũ, ex ſuperioribus facile eſt colligere. Nam quòd oratio ipſa, vox eſt, ꝙ per ſe ſignificatiua, ſecundum placitum: id cum nomine, atque verbo commune habet, vt conueniat, ſcilicet, omni contento ſub definito, orationi (inquam) tam ſcriptę, quam vocali. Nam ſcripturæ (teſte Ariſtotele primo Perietmenias) ſunt ſigna vocum, per ſe, ſecundum placitum, ſignificantium. Differt autem à nomine, & à verbo; quoniam nominis quidem, & verbi, partes ſeparatæ, nihil ſignificant: ac ne in compoſitis quidem (vt Ariſtoteli placet, & nos paulo ante dilucidauimus) quamuis id tamen videri velint ob dictionis figuram, ſed tali voci, ſiue dictioni, res ipſa repugnat. Nempe ſuaptè natura ſimplex, vnaq́; conſiſtit: vt animalis nomẽ, quod latinis hircoceruus dicitur, ab hirci, ceruiq́; ſimilitudine. Nam cum ceruì ſpeciem habeat (autore Plinio) ab eo tamen, barba, & armorum villo, diſtat ſolum, in quo cum hirco quadantenus conuenit. Vnde & nomen ei ex vtroque compoſitum eſt: vnam tamen ſimplicem rem ex aliquo intellectu compoſito ſignificat. At orationis partes multò aliter ſe ſe habent. Quippè quæ, & extra ipſam ſignificare poſſunt, vt verbi cauſa huius orationis, Plato diſputat, tam nomen ipſum, quod quidem, Plato, eſt, quàm verbum, diſputat; partes nimirum ſeorſum vtique, & ſeparatim omnino aliquid ſignificant. Aliquid, inquam, de totius orationis intellectu. Nam tota oratio, vt affirmatio, ſeu vt negatio, conceptum complexum, in parteſq́; diuiſibilem ſignificat; eius autem partes, vt dictio, ſed non vt affirmatio, conceptum incomplexum, ac indiuiſibilem, ſignificare vtique poſſunt. Nec obſtant orationes quædam, quarum partes, aliquid, vt affirmatio, ſignificant: vt puta, ſi ſol lucet ſuper terram, dies eſt. Hic nanq́;, oratio in cõmuni definitur: ideo quod, orationi ſimplici, & compoſitę, commune eſt, in hac definitione ponendum eſt. Habere autem partes ſignificantes aliquid, vt affirmatio, orationi cõpoſitæ ſolum competit: ſed habere partes ſignificantes aliquid per modum dictionis, & non per modum affirmationis, orationi ſimplici, & compoſitę, commune eſt; ideo id in definitione rectè poſitum eſt. Hinc non intelligitur de orationis ratione eſſe, vt pars eius nullo modo ſignificet, vt affirmatio: ſed eſſe de ratione orationis, quòd eius pars, per modũ dictionis, & non per modum affirmationis ſignificet, & conſequenter nec per modum negationis. Negatio enim affirmationi ſecundum vocem ſuperaddit: iccirco ſi orationis pars, propter ſui ſimplicitatem aliquid, vt affirmatio, non ſignificat, multo minus neque, vt negatio.

Obiectio.1. Nullum complexum eſt definibile, ſed oratio eſt quid complexum; ergo oratio non eſt definibilis. Maior ex 7. Metaphy. habetur.

Reſpondetur ad minorem, quod definitur oratio in communi ſumpta, quo pacto vnum ſimplicem conceptum, qui de omnibus orationis ſpeciebus verificari poteſt, ſignificat: ſicut animal in communi, de omnibus animalis ſpeciebus verè dicitur; ideo oratio, vt hic definitur, quid incõplexum eſt. Hinc ſicut animal in communi, vnum ſimplicem conceptum, ſubſtantiam, ſcilicet, animatam ſenſibilem, qui, vnam ſimplicem repræſentat naturam, ſignificat: ita quoque oratio in communi ſumpta importat vnum ſimplicem conceptum, vocem, ſcilicet, per ſe ſecundum placitum ſignificatiuam, cuius partes, aliquid ſignificant ſeparatæ, qui, vnam ſimplicem (vt ita loquar) naturam, eo modo, quo natura, ſeu res, in iis intentionibus dici poteſt, proculdubio ſignificat: cui non repugnat, ꝙ oratio, vt eſt in ſuis inferioribus, puta in hac oratione, Plato legit, complexum quid veraciter ſit, & ſignificet.

Secunda Nulla quantitas eſt vox, ſed oratio eſt quędam quantitas; ergo oratio non eſt vox. Maior eſt euidens, quoniam vox, qualitas eſt. Minor eſt Ariſtotelis in prædicamento quantitatis.

Reſpondetur ad minorem, quòd oratio pro menſura prolationis ſumpta (vt in prædicamentorum tomo dilucidatum eſt) quantitas eſt: ſed pro voce ſignificatiua, quo pacto hic intelligitur, ſumpta, vtique qualitas quædam eſt.

Tertia. Virtutis naturalis, naturalia inſtrumenta eſſe oportet, ſed potẽtia interpretatiua eſt naturalis; ergo inſtrumenta eius naturalia ſunt. Inſtrumentum autem eius eſt oratio, igitur oratio eſt aliquid naturale, non ex inſtitutione humana, ſed naturaliter ſignificans. Maior ex eo patet, quia natura, in neceſſariis non deficit. Minor relinquitur per ſe nota, vtpotè, quia virtus interpretatiua, re uera humanus intellectus eſt. Subſumpta autem propoſitio probatur. Id enim dicimus inſtrumentum, quo agens operatur, ſed per orationem virtus interpretatiua, mentis conceptum interpretatur; ergo eius inſtrumentum eſt oratio.

Reſpondetur huic rationi, quam Platonis in libro, qui intitulatur Cratilis, eſſe dicunt: cui hoc in loco mox obuiat. Ariſtoteles negando propoſitionem ſubſumptam, ad cuius probationem dicitur, quòd inſtrumenta naturalia virtutis interpretatiuę ſunt guttur, & pulmo, quibus formatur vox, & lingua, & dentes, ac labia, quibus literati ſoni, atq́; articulati diſtinguntur. Oratio autẽ, & partes eius ſunt tanquam effectus virtutis interpretatiuæ per inſtrumenta prędicta cauſati. Quemadmodum enim virtus

tus motiua, naturalibus vtitur inſtrumentis, vt brachijs & manibus, ad artificialia opera peragēda: ita virtus interpretatiua, gutture, alijsq; inſtrumentis naturalibus ad orationem componendam, vtitur; ideo oratio, & eius partes, res naturales nō ſunt, ſed quidam artificiales effectus, & proinde oratio, ad placitum ſignificat, hoc eſt, ſecundum inſtitutionē rationis & voluntatis humanę, ſicut & omnia artificialia, ex humana voluntate, & ratione cauſantur, Nempe ſi virtutem interpretatiuam, nō virtuti motiuæ, ſed rationi attribuamus, ſic non virtus naturalis, ſed ſupra omnem naturam corpoream eſt. Nam

tex. co. 4. & 6. intellectus (vt in 3. de anima probatur) alicuius corporis actus non eſt: ſed ipſa ratio eſt, quæ, virtutem corporalem motiuam, ad opera mouet artificialia, quibus etiam, vt inſtrumētis vtitur ratio, & hoc modo ipſa opera artificialia, inſtrumenta alicuius virtutis corporalis non ſunt; quo pacto oratione, ac eius partibus, quaſi inſtrumenris, vti quoq; poteſt, quanuis nō naturaliter ſignificent, ſicut nec artificialia, naturalia ſunt.

Quarta — Literę & ſyllabæ, ſunt partes orationi conſtitutiuæ, quæ, ab oratione ſeparatæ, nihil ſignificant: ergo orationis partes, non ſignificant aliquid, ſeparatæ. Aſſumptum quoad primam partem probatur. Quippè ex literis, & ſyllabis componitur oratio. Secunda pars in nomine patet, cuius partes ſunt literæ, & ſyllabæ, & tamen ſeparatæ, nihil ſignificant: ergo multò minus ab oratione ſeparatę, nihil ſignificant.

Reſpondetur, quod alicuius totius pars, illud propriè dicitur, quod immediatè ad conſtitutionem totius venit, quod equidem, principalis, aut propinqua pars appellatur, vt ſunt nomina, & verba ad ipſam orationem relata, non autem pars partis, quæ ſecundaria, aut remota vocatur, vt ſunt literę, & ſyllabę ad eam ipſam orationem comparata. Hinc illa particula, in definitione poſita, partes, ſcilicet, aliquid ſignificant ſeparatæ, de partibus principalibus, quę nomina, & verba ſunt, intelligitur, & non de partibus ſecundarijs, quæ literę, & ſyllabæ ſunt. Propterea ad argumentum negatur cōſequentia. Nec obſtat, quòd partes huius nominis, ſorex, aliquid ſignificant ſepararę, eò quòd rex ſignificar regem: quoniam nihil (vt in dilucidatione nominis dictum eſt) ſignificant, quod, de intellectu totius ſit, quanuis aliquid aliud ſignificare poſſint, ſicut illę ſyllabæ, quæ, per ſe extra nomen, quod componunt, dictiones eſſe poſſunt.

Tex. 4. Diuiſio.

Orationum, alia perfecta, alia imperfecta

Perfecta eſt, quæ ex nomine, & uerbo constructa, perfectā ſententiam generat in animo audientis.

Huius ſpecies ſunt quinq;, indicatiua, imperatiua, deprecatiua, optatiua, conductiua.

Imperfecta eſt, quæ, plenam ſententiam non facit, ſed ſenſum imperfectum in animo auditoris relinquit.

Dilucidatio. — Orationum, alia nanq; perfecta eſt, alia imperfecta. Perfecta quidem oratio, ea eſſe dicitur, quæ, ex nomine, verboq; compoſitam perfectam ſenrentiam in animo audientis relinquit, vt Plato diſputat. Quiſquis enim, eam audit, ſtatim quieſcit: ac iam intelligit, quid ſit hac voce prolatum. Imperfecta verò, eſt, quæ plenam ſententiam non facit, tametſi

A nonnunquam ex verbo conſtat, vnde orationis perfectio potiſſimum habetur. Quippe q vt in nominibus materia, ita in verbis ſermonis (autore Quintiliano) vis intelligatur. Imperfecta igitur oratio eſt, quoties ſine verbo profertur: aliquoties autem, & cum verbo ipſo, ſine verbo quidem, vt Aeneis Vergilij: cum verbo autem, vt Platonem legere, Callias incipit. Vtraq; minimum imperfecta oratio eſt, ſed perficitur verbo vtrobiq; adiecto. Hæc ſiquidem, ſi addas verbū modi infiniti, legere, vt ſit, Callias incipit legere: illa verò, ſi apponatur verbum, legitur, vt dicas, Aeneis Vergilij legitur, itidem Platonem legere eſt verum, atq; hunc in modum omnis imperfecta oratio perfici poteſt: qualis profectò ea eſſe debet oratio, quæ ab Ariſtotele quidem ipſo facilè huius artis principe, enunciatio à Cicerone (quem

B Plinius doctrinarum lucem appellat) pronūciatum & nonnunquam proloquium, à Boethio demum (qui profecto tantus in latina philoſophia, logica nuncupata, eſt, quantus inter ipſos latinos in arte oratoria Marcus Cicero) propoſitio dicta eſt, qua etiam appellatione, denominationeq;, communis dialecticorum ſchola non paſſim vtitur. Hæc autē in quinq; ſpecies diducitur, quoniam alia eſt indicatiua, vel alio nomine enunciatiua, vt

Principio arboribus varia eſt natura creandis.

Alia imperatiua, vt

Vade nate, voca Zephiros, & labere pennis.

Alia deprecariua, vt

Iuppiter omnipotens præcibus ſi flecteris vllis.
Da deinde auxiliū pater, atq; hæc omnia firma.

C Alia optatiua, vt

O mihi præterito referat ſi Iuppiter annos.

Alia ſubiūctiua, ſeu cōiunctiua, vt

Si fætura gregem ſuppleuerit aureus eſto.

Præter has autem quinque perfectę orationis ſpecies, ſunt qui duas alias addant, nempe interrogatiuam, vt

Dic mihi Dameta, cuium pecus, an Mœlibei?

Et vocatiuam, vt

Huc ades ò Mœlibee.

Ea autem vocatur indicatiua, cuius verbum principale eſt indicatiuum: & imperatiua, cuius verbum principale eſt imperatiuum, & ſic de cæteris ſecundum analogiam dicatur. Verum enim vero huiuſce modi orationum, ſiue quinq;, ſiue ſeptem ſpecies conſtituas: ea tamen ſola, quę enunciatiua, ſiue in-

D dicatiua dicitur, enūciatio, ſeu propoſitio eſt. Quippè (vt mox dicetur) quę, vel eſſe aliquid, vel non eſſe deſignat, & in qua, aut veritas, aut falſitas inueniatur, oratio logica, hoc eſt, enunciatio eſt: reliquę verò poetis, atq. oratoribus, ad affectus varios mouendos magis accomodatæ vidētur. Imperfecta autem ſummatim triſariam formatur: Aut per nomē ſubſtantiuum cum adiectiuo, vt homo albus, itidemq; per appoſitionem cum duobus ſubſtantiuis, vt animal homo: Aut per ſolum infinitiuum, abſq; verbo modi finiti, vt Tullium orare: Aut per verbum incipit, deſinit, poteſt, vt Sortes incipit. Sed iam ad præcipuū huius tomi intentum reuertamur, & quidnam ſit enunciatio in litera audiamus.

Tex. 5. *Enunciatio eſt oratio, uerum, uel falſum, ſignificans.*

Dilucidatio. Statarijs enunciationis fundaminibus in huius to E mi ſtructura poſitis, modò enunciationem ipſam litera aggreditur, ad hunc ſanè modum eam definiēs. Enunciatio eſt oratio, verum, vel falſum ſignificās. Nam quanuis oratio alicuius virtutis naturaliter operantis inſtrumentum non ſit, tamen (vt dictum eſt) rationis inſtrumentum eſt. Omne autem inſtrumentum, ex ſuo fine, qui inſtrumenti vſus eſt, ſemper rectè definitur. Orationis verò vſus, ſicut & omnis vocis ſignificatiuę, eſt intellectus conceptum ſignificare. Conceptum (inquam) complexū, qui ſit per ſecundam intellectus operationem, in qua propriè inuenitur veritas, aut falſitas, & quem ſola oratio enunciatiua ſignificat, ideoq; orationem enunciatiuam, ex ſignificatione veri, vel falſi litera rectè definit: in cuius definitione, oratio, quoniam pluribus conuenit, tanquàm genus collocatur. Verum, vel falſum ſignificans, adiectum quoq; eſt q̄m ſunt & orationes, vt citra indicatiuam, omnes perfectę: amplius & à maiori, imperfectę, quę, nec verum, nec falſum ſignificant. Sola nanque indicatiua oratio, verum, vel falſum ſignificat. Siquidem ſignificare verum, eſt, rem eſſe, vel non eſſe, ſicut eſt, vel nō eſt, repręſentare: quemadmodum & falſum, aliter quàm eſt, vel non eſt. At cum eſſe, vel nō eſſe, oratio duntaxat indicatiua ſignificet; ea igitur ſola erit oratio logica, ideſt, enunciatio, quę ſola, intellectus conceptum, in quo verum, vel falſum eſt, abſolutè ſignificat. Cæterę verò, vt imperfectæ, quia nec eſſe, ſeu non eſſe, aut perfectę, quia nec conceptum intellectus cōplexum, in quo eſt verū, vel falſum, ſignificant: ſed potius mentis affectum, vt deprecatiua, animi affectū deprecantis erga ſuperiorē ſicut imperatiua, velle imperantis ad inferiorē, deſignant; dialecticæ non ſunt conſiderationis, ſed rhetoricæ, aut alicuius alterius. Verū hoc in loco quæſtio ſuborit non incōmodè, an haud vnquàm aliter, q̄ ex nomine, & verbo, plena, et perfecta oratio, cuiuſmodi eſt enunciatio, conſtare queat: an ex ſolo etiam verbo aliquādo. Huic ſanè quæſtioni, talis occurrit reſpōſio. Quoties verbum primę, vel ſecundæ fuerit perſonæ, quia per ipſum iam aliquid ſignificatur, quod negari, vel affirmari poteſt, ſimul & in hominē tm̄ cadit, & hunc quidem certū: vtique ex ſolo, ad hūc modum, verbo, perfecta oratio, & enunciatio haberi valet, vt diſputo, aut diſputas. Quippè in horū altero, quod quidē primę perſonæ eſt, ſubauditur prorinus pronomen, ego; ac per hoc plenum per ſe eſt, atque veritati, aut falſitati æquè obnoxiū: ita & in altero, quod eſt perſonæ ſecundæ, pronomen, tu, facilè intelligitur. Vnde tantundem penè valet, quum dicitur, diſputo, vel diſputas, quātum ſi dixeris, ego diſputo, tu diſputas: hoc excepto, φ quoties iſtiuſmodi pronominum expreſsio ſit, toties, vel emphaſis notatur, vel diſcretio aliqua intelligitur. Tertia verò perſona verbi, quia non hominis tantum eſt, ſed & aliarum etiam rerum, & ſimul ac dicta fuerit, nō protinus intelligitur, de quo dicatur, vt affirmari, aut negari poſsit: iccirco neque veritati, neque falſitati obnoxia eſt. Quamobrem nec enunciatio, ex ea ſola conſtare vnquàm poteſt: niſi forte de eo dicatur, de quo ſolo intelligi poteſt id, quod dicitur. E Puta quum dicimus, pluit, aut ningit, hoc, quod dicitur, pluit, aut ningit, vtrunque, aut verum eſſe poteſt, aut falſum: quia notum eſt, qui pluat, aut ningat, nempe deus, aut natura. Quum verò dicimus, diſputat, aut legit, aut loquitur, quia non de vno certo aliquo dici poteſt: iccirco ſubdendum eſt alicuius hominis nomen, vt plenum ſit, quod dicitur. Prima igitur, & ſecunda verbi perſona, quia de homine tantum etiam certo, intelliguntur: ideo ſolæ datę, aut verum, aut falſum ſignificare poſſunt. Tertia verò perſona verbi, vt nec de ſolo intelligitur homine, ita nec ſola dici poteſt, ac per hoc nec ex ſola niſi admodum rarenter (vt dictum eſt) enunciatio conſtitui poteſt.

Obiectio. 1. In hac definitione deficit hæc particula, indicatiua, ergo eſt diminuta. Antecedēs probatur. Enunciatio nanque, oratio eſt indicatiua. F

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, φ ſola oratio, indicatiua, verū, vel falſum, ſignificat: ideo huiuſmodi particula, per ſignificare, verum, vel falſum, implicitè ponitur. Sed contra. (inſtatur) Oratio enim optatiua, verum, vel falſum ſignificat; ergo nō ſola oratio indicatiua, verum, vel falſum ſignificat. Antecedens probatur. Nam hæc oratio optatiua, vtinā eſſem beatus, ſignificat meā voluntatem eſſe, vt ſim beatus; quod certiſsimè verum eſt; ergo oratio optatiua ſignificat verum, & pari ratione falſum quoque ſignificare poteſt. Reſpondetur, φ oratio optatiua, vt optatiua eſt, neque uerum, neque falſum ſignificat, ſed potius affectum mentis, & voluntatis deſiderium denotat: attamen G vt virtualiter includit vnam orationem indicatiuā, verum, vel falſum gratia illius ſignificare poteſt, & hoc eſt, quod argumētū in oppoſitū probat. Quod quoq; de omnibus alijs orationibus intelligitur: quatenus, ſcilicet, ad orationem indicatiuā reducuntur, vel eam includunt, verum, vel falſum ſignificant.

Secūda. Nulla bona definitio includit oppoſita, ſed hæc, verum, & falſum, quæ ſunt oppoſita, includit; ergo bona non eſt. Maior probatur. Oppoſita enim adinuicem repugnantiam habent, nec de eodem verificari poſſun t.

Reſpondetur ad maiorem, φ oppoſita ſumpta vt oppoſita, adinuicem repugnantiam habent, nec ſimul ſtare poſſunt; ideo ſic nunquam (vt probat argumentum in oppoſitum) aliquam definitionē ingrediuntur: ſed ſumpta, vt aliquam differentiam ſuperiorem, cuius proprium nomen non habetur, cir- H cumloquuntur, uel ut diuerſas paſsiones inferiorum definiti explicant, ſic non ſunt propriè oppoſita, & in aliqua definitione diſiunctiuè, ut illas inferiorum paſsiones, uel illam ſuperiorem differentiam ueraciter explicare ualeant, abſque aliquo dubio rectè ponuntur; quo pacto uerum, & falſum, enunciationis definitionem ingrediuntur.

Tex. 6. 1. Diuiſio. *Enunciationum, alia categorica, alia hypothetica.*

Categorica eſt enunciatio, quæ habet ſubiectum, prædicatum, & copulam, tanquam principales partes ſui.

Dilucidatio. Omnis enunciatio, uerū, uel falſum ſignificās, aut ſtatim ex ſubiecto, et prędicato, per copulā verbalē cōponitur, & ſic categorica appellatur: aut ex pluribus

ribus, & immediatè conficitur orationibus, & ita efficitur hypothetica, ab hypos græcè, latinè ſub, & A thesis, poſitio, quaſi ſuppoſitiua enunciatio, quoniã alteri in illa, pars ſupponitur altera; vt ſi ore diſputas, tu loqueris. Hanc autem diuiſionem hoc modo Ariſtoteles in primo ponit Periermenias. Enunciationum, quædam eſt ſimpliciter vna, inquantum vnum de vno ſignificat, quę hic categorica vocatur. Quædam eſt ſimpliciter plures, inquantum plura ſignificat: ſed ex coniunctione vna, quæ hoc in loco hypothetica appellatur. Verum Ariſtoteles, ſpecialem non ædidit tractatum de hypotheticis, quoniam hypothetica enunciatio, abſolutam non continet veritatem, cuius cognitio in demonſtratione, ad quam Periermenias liber principaliter ordinatur, proculdubio requiritur: ſed verum aliquid ex ſuppoſitione ſignificat, quod in demonſtratiuis ſcientijs non ſufficit, niſi per abſolutam ſimplicis e- B nunciationis veritatem confirmetur, ideoq; Ariſtoteles, de hypotheticis enũciationibus, ac ſyllogiſmis tractatum eo ipſo iure prætermiſit. Verũ enimuero cum pars ſecundum cõpoſitionis viam, totũ natura pręcedat, ideo prius de categorica, quæ eſt pars hypotheticæ, q̃ de ipſa hypothetica, agere neceſſarium fuit: in cuius definitione, enunciatio tanq̃ genus collocatur. Omnis.n.categorica, vtiq; enunciatio eſt, ſed non contra. Quę habet ſubiectũ, p̃dicatum, & copulam, tanquàm principales partes ſui; vt homo eſt riſibilis: quod ad differentiam hypotheticæ apponitur, cuius principales partes, duæ orationes dignoſcuntur. Pręterea in rebus compoſitis, earum natura eſt materia, & forma, ex quibus conſtant: et definiti naturam debet explicare definitio; iccirco per materiam, & ipſius definiti formam, aſſignatur definitio. Quãobrem rectè definitur categorica, per ſubiectum, & prędicatum, vtpotè eius materiam, & per copulam, velut eius formam: atque idcirco tota categoricæ natura enucleatur.

Obiectio. 1

Omnis bona diuiſio datur per membra oppoſita, ſed iſta non eſt huiuſmodi; ergo non eſt bona. Minor probatur. Vnum nanque membrum præſentis diuiſionis, in alio, vt pars alterius, continetur vtpotè, quia categorica, pars eſt hypotheticę; ergo vnum, alteri non eſt oppoſitum.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ categorica, & hypothetica formaliter ſecundum ſuas proprias rationes opponuntur, & ſic ſumpta, membra huius diuiſionis ponuntur. Categorica autem materialiter in hypothetica D continetur, tanquam materiæ eius pars, & non tanquam ad ipſius formam pertinens: & quanuis categorica in hypothetica ſecundum formam ſuam maneat, illa tamen forma, per modum materiæ reſpectu ipſius hypotheticæ, ſe habet, ideoq; formaliter nequaquam ibi manet.

Secũda.

Categorica duntaxat ex nomine, & verbo, tanquàm partibus principalibus, componitur; ergo perperam definitur categoricam, habere tres partes principales, ſubiectum, prædicatum, & copulam. Conſequentia probatur. Nomen enim, & verbum, tantum duo ſunt.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem reſponſum eſt in dilucidatione, partes categoricę principales formaliter eſſe numero tres. Nam formaliter abinuicem diſtinguntur; quanquam ſecundum diuarium modum ſignificandi, duę tantum ſint, nomen, & verbum.

Tex. 7.

Subiectum eſt alterum enunciationis extremum, de quo aliud extremum dicitur.

Prædicatum eſt alterum enunciationis extremum, quod de altero extremo dicitur.

Copula eſt uerbum ſubſtantiuum, enunciationis extrema connectens.

Dilucidatio.

Subiectum eſt, de quo aliquid dicitur, vt homo, de quo animal dicitur, ſubiectum erit. Prædicatum vero, quod dicitur de altero, de ſuo, ſcilicet, ſubiecto, vt animal, quod dicitur de homine, prędicatum vtique erit. Copula eſt verbum, pręcipuè ſubſtantiuum, ſum, es, eſt: quia ſubiectum cum prędicato co- B pulat, & connectit Nam cætera verba adiectiua, in ipſum, & ſuum participium reſoluuntur; vt Sortes legit, ideſt, Sortes eſt legens Quocirca categoricam trifariam formari contingit: aut per verbũ, ſum, es, eſt, de tertio adiacente (eſt autem categorica de tertio adiacente, quum poſt verbũ, ſum, es, eſt, alius apponitur terminus, vt Cicero eſt orator) aut p verbũ adiectiuum, quod ſemper de tertio adiacente, enunciationẽ conſtituit; vt Plato diſputat, hoc eſt, Plato eſt diſputãs; magiſter legit Homerũ id eſt, magiſter eſt legens Homerũ: aut per verbũ, ſum, es, eſt, de ſecundo adiacente (categorica de ſecundo adiacente eſt, quũ poſt verbũ, ſum, es, eſt, nullus ſequitur terminus ab eodẽ verbo rectus, vt Deus eſt) in omni ergo categorica dicitur aliquid de aliquo, ideo ad eã tria C pfectò requiruntur. Quippè illud de quo aliquid dicitur, ſubiectũ. ſ. quod eſt enunciationis extremũ, de quo aliud extremũ dicitur, aut enunciatur, quod apud grãmaticũ ſuppoſitũ in oratione appellatur: & aliud, quod dicitur de altero, quod eſt alterũ enunciationis extremũ, & à grãmatico appoſitum vocatur. Tertium quoq; requiri, non eſt dubiũ, quo vnũ extremũ, de altero dicitur extremo, quod eſt copula, p̃dicatum enunciationis formale: quod dico propter appoſitũ, itidem enunciationis prædicatũ, ſed materiale. Propterea in enunciatione de ſecũdo adiacente, ſcd̃m vocem idẽ proculdubio ſunt, p̃dicatũ formale, & materiale, ipſum. ſ. verbum: ſed virtualiter diſcrepant; quatenus in ſum, es, eſt, & ſuũ participium, reſoluitur; vt homo eſt, hoc eſt, homo eſt exiſtens: hinc partes categoricę primariæ, numero D tres eſſe cõſtat; ſubiectũ, p̃dicatũ, & copula: quanuis ſcd̃m diuerſum modũ ſignificandi, duę partes tm̃ ſint, nomen, et verbũ. Denominationẽ quoq; à prędicato, nobiliori parte, quod vtique, rõnem formæ ipſo iure poſſidet: & non à ſubiecto, quod rationẽ materię ſuaptè natura retinet, planè eam habere liquet. Nam à verbo categorizo, quod eſt prędico, categorica vocatur. Subiectum autem, & prędicatum, ſufficit, vt vel ratione, aut ſecundum vocem, à ſe inuicem diſcrimen habeant: vt homo eſt homo, homo ſecundo dictus, re ipſa idem eſt cum homine primò ſumpto, ſed voce, & ratione ab eo diſcrepat. Totũ verò ſubiectũ eſt omnis terminus per ſe ſignificatiuus copulam pręcedens: quemadmodũ totum

prędicatum, termini itidem per ſe ſignificatiui, qui copulam ſequuntur, vt omnis homo honoratus ciuitatis princeps eſt animal rationale mortale, & anima beatificale. Neque vllum ſyncategorema eſt ſubiectum, oeque pars ſubiecti; ſicut è diuerſo, honoratus, aut ciuitatis princeps in enuociatione data, ſuot partes ſubiecti, ſed enunciationis ſubiecti determinaot ſignificatum, vt, omnis, in data enunciatione diſtribuit ſubiectum, homo, pro omnibus hominibus.

Obiectio. Ideo non poteſt eſſe definiens, & definitum, ſed ſubiectum definitur per prędicatum, & contra, prędicatum per ſubiectum; ergo abſurda & inconueniens eſt eorum definitio. Maior probatur. Nam ſi idem eſſet definiens, & definitum, eſſet ignotius, & notius reſpectu eiuſdem. Quod eſt omnino impoſſibile.

Reſpondetur oegando maiorem in relatiuis, ad cuius probationem dicitur, ꝙ (vt in prædicabilibus dictum eſt) vnum correlatiuum non eſt notius, aut ignotius altero; quum definiunt ſe mutuo: ſed vnum eſt æquè, aut ſimul connotum. Subiectum autem, & prædicatum, correlatiua ſunt; ideo rectè definiunt ſe mutuo.

Tex. 8. 2. Diuiſio. *Enunciationum categoricarum, alia ſimplex, alia modalis.*

Simplex eſt, in qua prædicatum ſimpliciter dicitur de ſubiecto.

Modalis eſt enunciatio, cuius prædicatum; cum modo de ſubiecto enunciatur.

Dilucidatio. Cum omnis categorica, prędicatū habeat, quod per copulam de ſubiecto dicitur: aut ergo ſine limitatione prædicatum de ſubiecto enuntiatur, & ſic eſt categorica ſimplex, vt homo eſt riſibilis: aut cū addito, prædicatum, de ſubiecto, determinante dicitur; & ita eſt modalis, à modo, qui, determinatio appellatur, denominata; vt homo eſt animal neceſſariò.

Tex.9. 3. Diuiſio. *Categoricarum, alia affirmatiua, alia negatiua.*

Affirmatiua eſt, in qua prædicatum per uerbum principale de ſubiecto affirmatur.

Negatiua eſt, cuius prædicatum per uerbum principale de ſubiecto negatur.

Dilucidatio. Categorica quæcunque (vt eius definitio docet) eſt cuius prędicatum per copulā de ſubiecto enuntiatur: aut igitur prędicatū de ſubiecto per copulā affirmatur, quoniam negatio neque copulam præit principalem, neque ſuper eam cadit, & ſic eſt affirmatiua; vt homo eſt muſicus: aut prędicatum de ſubiecto per copulam negatur; vtpotè quia negatio, ſuper copulam cadit principalem, & tunc negatiua ſanè efficitur, vt leo non eſt lapis. Hinc affirmatiua eſt. ſupple, enunciatio, quæ tanquàm genus ſubintelligitur: in qua prædicatum per verbū principale de ſubiecto affirmatur, quoniam verbum ſecundarium, enunciationem non facit affirmatiuā, vt Zeno, qui, motum negauit, non eſt Philoſophus: neque negatiuam, vt Democritus, qui, rerum principia, finita nō poſuit, dixit mundum caſu eſſe factū. Nam à parte ſubiecti, ſe tenet verbum ſecundarium, vt in ſuum participium, ipſum reſoluendo luce clarius patet: ac ſi exemplariter dicatur, Sortes, qui legit, non diſputat, hoc eſt, Sortes legens non eſt diſputans. Subiectum autem participio affirmatiuo
E cooiuoctum, aut negatiuo, nullam facit enunciationem affirmatiuam, neque negatiuam: ſed ſola negatio, ſuper verbum principale cadens, enunciationem efficit negatiuam ex affirmatiua; ideo enunciatio, aut affirmatiua, aut negatiua, non per verbū ſecundarium, ſed per verbum principale efficitur. At ſi proponeretur quæſtio, cur ad affirmatiuam, affirmandi aduerbium non neceſſariò requiritur, ſicut ad negatiuam, aduerbium negandi: talis occurrit reſponſio, ꝙ talia aduerbia (autore Priſciano) non ſunt propriè affirmandi, ſed confirmandi aduerbia: iceirco enunciationem nō faciunt affirmatiuam, ſed ſicut eam inueniunt, ſiue affirmatiuam; vt equidem merui, ſiue negatiuam; vt profectò non legi, confirmant. Quia oēs omne confirmare ſit affirmare, non tū è contra; ideo tū affirmant & confir-
F mant enunciationē, prout eam reperiunt. Preterea cum, eſt, ſubſtantiui verbi natura, ſit extrema vnire, & adinuicē componere, & nō alterū ab altero diuidere: iceirco enūciatio, ex verbi natura, affirmatiua efficitur, ſed nō negatiua, niſi per negationē ſuperuenientem. Annectit autem copula, extrema; aut ſecundum vocem tantum, vt in negatiua, cuius prædicatum, quo ad vocem tantum ſubiecto copulatur, & re ipſa ſignificata, ab eo ſeparatur; aut ſimul ſecundum vocem, & re ipſa ſignificata; vt in affirmatiua, cuius prædicatum, tam ſecundum ſignificatum, quàm ſecundum vocem, ſubiecto coniungitur: quo fit vt affirmatiua, diſcrimen habeat à negatiua; quoniam in negatiua verbum principale negatur, ſed in affirmatiua affirmatur.

G Genus non prædicatur de ſuis ſpeciebus, neq; de ſuis differentijs, ſecundum prius, & poſterius, ſed enunciatio per prius de affirmatione, & per poſterius de negatione, prædicatur; ergo enunciatio, in affirmatiuam, & negatiuam, tanquam genus in ſuas ſpecies, non rectè diuiditur. Maior probatur. Genus nanque vniuocè, tam de ſuis ſpeciebus quàm de ſuis differentiis prædicatur. Minor eſt Ariſtotelis in 1. Periermenias. Obiectio. 2. Tex. co. 4.

Reſpondetur, quod affirmatio, & negatio, pro enunciatione affirmatiua, & negatiua, in quas diuiditur enunciatio, tanquàm genus in ſuas ſpecies, ab Ariſtotele ſumitur. Sed diuidentium aliquod commune, vnum poteſt eſſe prius altero: aut ſecundum proprias rationes, vel membrorum diuidentium na-
H turas: aut ſecundum participationem rationis illius communis, quod in ea diuiditur. Primum generis vniuocationē non tollit; vt in numeris clarè liquet, in quibus binarius, ſecundum propriam rationem prior eſt ternario: ſed tamen rationem ſui generis, ſcilicet, numeri, æqualiter participant, Ternarius enim ita eſt multitudo per vnum menſurata, ſicut & binarius. Sed ſecundum, generis vniuocationem impedit. Propterea ens apud Ariſtotelem, genus ſubſtantię, & accidentis, eſſe non poteſt. Nempe in ipſa entis ratione, ſubſtantia, quæ eſt ens per ſe, prioritatem habet reſpectu accidentis, quod eſt ens per aliud, & in alio. Hoc autem modo affirmatio, quia ſimplicior eſt, ſecundum ſuam propriam rationem prior eſt negatione, quæ, ſupra affirmationem, particulam

ticulam negatiuam addit: & tamen æqualiter enunciationis rationem participant. Quippe negatio ita eſt oratio, verum vel falſum ſignificans, quemadmodum & affirmatio.

Secūda. Nulla oratio, in qua forma enūciationis deſtruitur, eſt enunciatio, ſed negatiua eſt huiuſmodi, ergo negatiua nō eſt enunciatio. Major patet, præſertim, de forma totius, quæ re uera, idem eſt, quod ipſum totum. Minor probatur. Compoſitio nanque prædicati cum ſubiecto, forma eſt totius enunciationis, quam in negatiua deſtruit negatio.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, q duplex eſt compoſitio. Altera ſecundum modum enunciandi, qualis eſt ea, quæ eſt in negatiua, in qua ad minus ſecundum vocem prædicatum per copulam verbalem, cum ſubiecto componitur. Altera ſecundum ſignificatum, qualis eſt ea, quę eſt in affirmatiua vera: in qua prædicatum, cum ſubiecto realiter componitur, ac vnitur, ideſt, res ſubſtractæ intentionibus ſecundis, quas, ſubiectum, & prædicatū important, adinuicem ſunt coniunctæ; vt homo eſt riſibilis, vel realiter idem ſunt; vt homo eſt animal, in qua prædicatum, animal, ſecundum modum enunciandi, cum ſubiecto, homo, componitur. Quod equidem ad conſtitutionem enunciationis ſufficit, vt perſpicuum patet in negatiua falſa, qualis eſt iſta; homo non eſt animal, quæ abſque dubio eſt verè enunciatio, licet non ſit vera; quoniam ſignificat aliter quàm eſt.

inſtatur Sed contra. Prędicatum, animal, & ſubiectum, homo, idem re uera ſunt; & tamen data enunciatio, homo eſt animal, ſecundum modum enunciandi ſignificat prędicatum, animal, in eſſe, & componi cum ſubiecto, homo, quaſi eſſent duæ res; ergo ſignificat aliter quàm eſt, & conſequenter eſt falſa.

Reſpondetur, q in data enunciatione, homo, & animal, immo, homo, & animal rationale mortale, quanuis realiter idem ſint, differunt tamen formaliter; & perinde ſunt duæ res, ideſt, differunt ac ſi eſſent duæ res. Nam intellectus, qui natus eſt adunata diuidere, de vno, & eodem, duos format conceptus, & vt ſtat ſub vno conceptu, ſubiectum, & vt ſtat ſub altero, prędicatum, denominatur; & proinde confert vnum alteri, dicendo, homo eſt animal rationale mortale. At quia ſicut intelligimus, ita ſignificamus, & nominamus: intellexit autem vnū, & idem (eo modo, quo dictum eſt) eſſe duo: ideo non eſt mirum, ſi profert enunciationem, in qua idē non ſolum ſecundum modum enunciandi, ſed & ſignificandi, cum ſeipſo componi videtur. Nec ob id ipſum data enunciatio ſignificat aliter, quàm eſt, quoniam homo, & animal rationale mortale, formaliter ſunt duo: nec per eam, ſimpliciter illa realiter eſſe duo, ſed tantum formaliter ex natura rei, hoc eſt, quia res ſuaptè natura talis eſt, vt illos duos cōceptus fundare poteſt, proculdubio ſignificatur,

Tex.10. *Categoricarum, alia uera, alia falſa.*

4. Diuiſio. *Categorica uera eſt, cuius primarium, & adequatum ſignificatum eſt uerum.*

Primarium, & adequatum enunciationis ſignificatum eſt, quod intellectus auditis omnibus eius partibus, explicitè, & formaliter concipit, & directè intelligit.

Categorica falſa eſt, cuius primarium, & adequatum ſi- A *gnificatum, aut adminus ſecundarium, & inadequatum, eſt falſum.*

Huius diuiſionis ratio in promptu aſſignatur. D lucidatio. Nam ſignificare verum, eſt ſignificare rem eſſe, ſicut eſt, quatenus in re ſignificata correſpondet, quemadmodum dicitur, ac de ea enuntiatur; & ſic vtiq; eſt affirmatiua vera: aut rem non eſſe, ſicut quoque non eſt, quo pacto erit negatiua vera. Sed ſignificare falſum, eſt ſignificare rē eſſe, aliter quàm eſt, quo dato, erit etiam affirmatiua, ſed falſa: aut rem non eſſe, aliter quàm eſt, & ita erit negatiua, ſed falſa. Nā categorica vera eſt illa, cuius primarium, & adequatum ſignificatum, eſt verum: ſicut & contra, falſa eſt, cuius primarium, & adequatum ſignificatum, B aut adminus ſecundarium, & inadæquatum, eſt falſum. Primarium autem, & adequatum enunciationis ſignificatum eſt totū id, quod directè per ipſam enunciationem ſignificatur: quod quidem per orationem infinitiuam exprimitur, vt homo eſt alatus. Primarium, & adequatum ſignificatum eſt hominē eſſe alatum, nō autem hominem eſſe animal, vel hominem eſſe viuum. Nanque ſecundarium, & inadequatum ſignificatum in propoſito, eſt, quod in primario continetur, & ſequitur ad illud: ſicut hominem eſſe animal, includitur, & ſequitur, ad hominē eſſe alatum. Dicitur igitur primarium, & adequatū ſignificatum ad differentiam ſecūdarij, penes quod enunciatio ſimpliciter non dicitur vera. Nam ſi primarium & adequatum ſignificatum eſt verum, ſecundarium quoque erit verum: ſed non contra, ſi- C cut homo eſt rationalis, ſecundariò ſignificat hominem eſſe animal. Hinc ſequitur in conſequentia formali, homo eſt rationalis, ideſt, aptus natus ratione vti, quod eſt ſignificatum primarium, ergo homo eſt animal. Sed non contra, homo eſt animal, ergo homo eſt aptus natus ratione vti? Falſum enim nūquàm ſequitur ex veris: ſed ex veris (vt dicitur in primo Priorum) nil niſi verum. Propterea ſi ſignificatum ſecundarium eſt falſum, ſignificatum primarium eſt quoque falſum, ergo ſi ſignificatum ſecundarium eſt falſum, enunciatio erit quoque falſa. Verum autem, in aſtologia bonorum, & falſum in ordine malorum eſt, ideo ad enunciationis veritatem exigitur, vt omne eius ſignificatum, ſecundum totam ſuam latitudinem ſumptum, ſit verum: ſed ad illius falſitatem, ſufficit, vt aliquod eius ſignifica- D tum ſit falſum. Significatum autem enunciationis adequatu eſt, quod non excedit ipſam enunciationem, nec ab ea exceditur: & contra ſignificatum enunciationis inadequatum eſt, quod ab ea exceditur, vtpotè, quia aliquid aliud plus ſignificat. Puta hæc enunciatio, homo eſt alatus, licet ſecundariò, ideſt, inadæquatè, hominem eſſe animal, ſignificet, vt clarè liquet, ſi definiatur alatum, eſſe animal habens pennas: ſignificat tamē adequatè, tale animal, ſcilicet, hominē eſſe alatū. Hinc in ꝓpoſito ſignificatū enūciationis ſecundariū ſumitur, vt diſtinguit contra primarium, & conſequenter contra adæquatum, vt dicatur illud eſſe ſecundarium, quod eſt inadæquatum. Quamobrem ſignificatum adequatum, & primarium, hoc in loco idem ſunt: quemadmodum

admodum quoque ſecundarium, & inadæquatum, pro eodem ſumuntur, ſed emphaſis cauſa in definitione enunciationis verę, vel falſæ ponuntur. Quare hic non dicitur propriè ſignificatum ſecundarium, quod, connotatum vocatur: ſicut accidens, ſuum connotat ſubiectum, quod vtique eſt omne id, quod conſequenter conſignificatur, ſed ad omne illud, quod non adæquatè ſignificatur, ſecundarij ſignificati vocabulum extenditur. Quocirca ad enunciationis falſitatem ſufficit, vt eius ſignificatū quouis modo ſumptum, ſit falſum: ſed ad eius veritatem requiritur, vt illius ſignificatum ſecundum ſuam totam latitudinem ſit verum. Vnde quemadmodum circulus ante tabernam pendens, dicitur eſſe falſum ſignum, quum in domo non eſt vinum venale, & aliter eſt, quàm ipſe repræſentat: ita ſanè enunciatio dicitur eſſe falſa, quando aliter, quàm eſt in re ſignificat, hoc eſt, quæ ſignificat id eſſe, quod non eſt; vt omnis homo eſt albus, vel id non eſſe, quod eſt, vt nullus homo eſt albus. Et ſub temporis pręſentis verbo, ſcilicet, eſt, & aliorum temporum copulę, ſcilicet, fuit, erit, & huiuſmodi intelliguntur. Nam doctores ſub vno ſimili, alia ſimilia comprehundunt: & pauca exprimētes, multa ſubintelligunt, ab iis, qui rectam intelligentiam in primis quærunt, facilè cognoſcenda. Itaque enunciatio de præterito, vera eſt, quæ, vt res fuit, ita ſignificat fuiſſe, vt Adam fuit; & enunciatio de futuro, vera eſt, quę, vt res erit, ita forè ſignificat, vt ſol orietur cras, & ſic de cæteris per analogiam dicatur. Et id tam in negatiuis, quàm affirmatiuis enunciationibus, in quibus copula importat tempus, intelligi habet. In iis autem, quarum copula à tempore abſoluitur, & nullam prorſus differentiam temporis deſignat, enunciatio, vera eſt, quæ, vt res nata eſt eſſe, ita ſignificat. Hæ autem ſunt omnes enunciationes in materia neceſſaria; vt tonitruum eſt ſonus, nullo etiam exiſtente tonitruo, vel ſono. Nam ad huiuſmodi enunciationum veritatem extremorū exiſtentia minimè requiritur, cum æquè veræ ſint non exiſtentibus extremis, ſicut exiſtentibus, ſed ſufficit rei naturalis aptitudo, quæ, per huiuſmodi enunciationes ſignificatur, quæ prędicatū ſemper, & inſeparabiliter neceſſariò cōuenire ſubiecto ſignificant. Et falſa etiam in iis eſt enunciatio, quæ aliter, quàm res nata eſt eſſe, ſignificat, vt tonitruum non eſt ſonus, homo nō eſt riſibilis. Quocirca huiuſcemodi enunciationes ſecundum ſe, à tempore, ab eo abſtrahendo abſoluuntur: quemadmodum animal, ab omnibus ſuis ſpeciebus abſtrahit. Nam hæc enunciatio, homo eſt animal, non magis, hominem eſſe animal in tempore præſenti, quàm præterito, aut futuro, vel contra, ſignificat: ſed ſimpliciter, nullam temporis differentiam determinate includēdo, hominem eſſe animal, ſignificat, & ita de cæteris conſimilibus idem dicitur. Hę verò definitiones, ex hac maxima Ariſtotelis, ab eo, quòd res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa, ſumuntur: in qua Ariſtoteles apertè, faciliter, & verè, à quo ſumenda eſt enunciationum veritas, aut falſitas, oſtēdit. Nec intelligit de re ſignificata per ſubiectum, aut orationis prædicatum, ſed de re per ipſam enunciationem ſignificata, quæ eſt inhęrentia, & connexio, in affir-
E matiuis, prædicati cum ſubiecto: ſicut homo eſt cytharedus, non ideo eſt vera iſta, quia homo, aut cytharedus ſit (licet in iis, quę tempus importanc, extremorum exiſtentiam ſecundum exigentiam talis temporis præſupponant) ſed ideo, quia hominem eſſe cytharedum, eſt. Hoc enim ſanè eſt dictæ orationis ſignificatū: cum apud Ariſtotelem, non vt dictio, ſed vt oratio ſignificet.

Obiectio. 1.

Omnis oratio enunciatiua, quę ſemper ſuum repręſentat ſignificatum, ad quod impoſita eſt ad ſignificandum, eſt vera, ſed omnis enunciatio, ſemper ſuum repręſentat ſignificatū; ergo omnis enunciatio eſt vera, & nunquam falſa, Maior probatur. Quippe enunciatio, quæ ſemper ſuum repręſentat ſignificatum, ſemper verè repręſentat. Minor patet, vt hæc enunciatio. Plato legit, ſemper repręſen-
F tat, Platonem legere, ſiue legat, ſiue non.

Reſpondetur negando maiorem; ad cuius probationem dicitur, quòd oratio non vocatur vera, vel falſa, quia ſuum ſignificatum repręſentat, quod vtique ſemper facit: ſed quia ipſum adęquatè repręſentat, quoniam tunc ſicuti eſt, vel non eſt, repræſentat: Hoc autem non ſemper facit, ſed aliquando ſic, & aliquando non: ideo interdum eſt vera, & interdum falſa. Quanquam autem ſemper verè repræſentet; cum ſemper apud intellectum ſuum ponat ſignificatum: tamen non ſemper verum repræſentat, quoniā interdum aliter quàm eſt, repręſentat.

Tex. 12. Diuiſio.

Enunciationum categoricarum, quedam eſt uniuerſalis, quedam particularis, alia indefinita, alia ſingularis.

Enunciatio uniuerſalis eſt, in qua ſubijcitur terminus com-
G *munis, ſigno uniuerſali determinatus.*

Signū uniuerſale eſt, quod ſignificat, quoniam uniuerſaliter.

Particularis eſt enunciatio, in qua ſubijcitur terminus communis, ſigno particulari determinatus.

Signum particulare eſt, determinatio termini communis, pro aliqua eius parte indifferenter.

Indefinita eſt enunciatio, in qua ſubijcitur terminus communis, nullo ſigno determinatus.

Singularis eſt enunciatio, in qua ſubijcitur terminus diſcretus, uel communis ſingulariter ſumptus.

Dilucidatio.

Quātitas in rebus ex parte materiæ ſumitur, cum ipſum quantum ſit, ueluti materia quædam, in quo ſtatim cętera accidentia recipiuntur, ut albedo in ſuperficie, enunciationis verò ſubiectum, cum prædicato ſubijciatur, ſicut in naturalibus materia formæ ſubſternitur, rationem materię habet, et prę-
H dicatum rationem formæ iam poſſidet. Ideo enunciationis quantitas, ex varia ſubiecti diſpoſitione, & contemplatur, & ſumitur, quatenus pro vno, aut pluribus, prædicatum, de ſubiecto verificatur. Si pro vnico ſuppoſito, vel ſingulari, enunciationem conſtituit ſingularem. Si autem pro pluribus, & indeterminatè, hoc eſt, ſine aliquo ſigno, enunciationem indefinitam relinquit: Aut pro pluribus ſed determinatè hoc eſt cum ullo ſigno, aut vniuerſali, quo pacto enūciationem facit vniuerſalem, aut particulari, & ita quoq; enunciationem efficit partirularem. Propterea data diuiſio ex parte enunciationis quantitatis, ſumpta dignoſcitur. Enunciationis vero quantitas eſt, ſubiecti diſpoſitio, qua

eius

eius acceptio pro vnico, vel pluribus ſuppoſitis menſuratur, hoc eſt, menſura, qua ſubiecti diſpoſitio pro vno ſingulari, aut pluribus, menſuratur. Sicut enim quantitas propriè dicta, menſura eſt ſubſtantiæ, ſecundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem: ſic & iſta tranſumptiuè, per ſimilitudinem dicta, in enunciatione eſt ſubiecti menſura. Vnde ſignum vniuerſale ſignificat, quoniam vniuerſaliter: quia faciens eſt, terminum, cui additur, teneri vniuerſaliter, hoc eſt, pro omnibus ſuis inferioribus, ipſum diſtribuit. Quamobrem cum de nullo prædicari quear, non eſt vniuerſale in prædicando: ſed ſolum in diſtribuendo, vniuerſale vocatur. Definitur igitur vniuerſalis enunciatio, eſſe ea, in qua ſubijcitur terminus communis, ideſt, cuius ſubiectum eſt terminus communis, vt potè aptus natus de pluribus prædicari: defectu cuius iſta, vniuerſalis non eſt, omnis homo eſt totum in quantitate; quoniam ibi pro ſeipſo non diſtributo in ordine ad prædicatum, capitur homo; ideo enunciationem ſingularem conſtituit. Exigitur demum, ut talis terminus ſigno vniuerſali determinetur, hoc eſt, per ſignum vniuerſale diſtribuatur, vniuerſaliterque teneatur. Qua de cauſa hæc non eſt vniuerſalis, ſed particularis, non omnis homo eſt Phyloſophus. quoniam per ſuperuenientem negationem, ſignum impeditur vt ſubiectũ diſtribuere nequeat. Determinata tãdem enunciatione vniuerſali, vt potè in quantitate magis perfecta, quatenus ſecũdum modum enũciandi, eius ſubiectum diſtribuitur, de enunciatione particulari deinde agitur; quæ, cum quantitatem per ſignum, determinatam habeat, eſt quoq; indefinita ſecundũm quantitatem perfectior: in cuius definitione hęc particula, ſigno particulari determinatus, ad differentiam vniuerſalis: aliarumq́; enunciationem apponitur. Determinatus, inquam, hoc eſt, modificatus, ſiue pro indiuiduo vago in ordine ad prædicatum limitatus. Nam terminus communis ex origine ſuę impoſitionis, obtinuit, vt pro natura, aut pro omnibus ſuis inferioribus, aut pro aliquo eorũ indeterminatè verificari poſſit: quoniam nec magis pro iſto, quam illo, aut alio, ſed indifferenter ꝓ vllo eorũ, natus eſt uerificari. Siquidem hoc modo per ſignũ particulare determinatur, quemadmodũ per ſignum vniuerſale ꝓ omnibus ſuis ſuppoſitis diſtribuitur. Signum autem in recto, & non in obliquo, termino communi apponi debet, ideo iſta, cuiuslibet hominis anima eſt dignior humano corpore, eſt ſimpliciter indefinita: quoniã ſignum ad obliquum & non ad rectum apponitur; quo fit vt ſuper eum nullam vim diſtribuendi habeat. Omnis autem propoſitio, re ipſa quantitatem determinatam habet, cum in illa ſit determinata acceptio ſui ſubiecti pro aliquo, aut aliquibus, ſed indefinita vocatur, hoc eſt, ſecundum quantitatem indeterminata. quatenus ſecundum modum enũciandi, eius ſubiectũ per nullũ ſignum, vel vniuerſale, vel particulare, determinatur. Hinc eſt, vt à particulari, re ipſa ſignificata, indefinita non differat. Nam ſicut iſta. Aliquis homo ambulat, pro indiuiduo vago uerificatur: ita quoq; hæc, homo ambulat, pro aliquo ſingularium indifferenter verificatur. Sed in particulari, eſt diſpoſitio ſubiecti per ſignum particulare, quam nõ habet A indefinita, ideo quantũ ad modũ enunciãdi differre dicuntur. Propterea indefinita, ea eſt enunciatio, cuius ſubiectum nullo ſigno, aut vniuerſali. aut particulari, determinatur, vt leo eſt animal. In enunciatione autem ſingulari, eius ſubiectum, ſingulariter pro vno ſingulari duntaxat, teneri debet: & terminus communis, pro vno, aut pluribus indifferenter natus eſt verificari: iccirco terminus communis, enunciationis ſingularis ſubiectum non erit vnquam: niſi aut per vllas circumſtantias ſit profectò ſingularizatus, vt Sophronici primogenitus filius Papię ſtudet, Pater Callię venit Vel ſi eſt terminus cõmunis, eſt tñ ꝓnomine primitiuæ ſpeciei determinatus. Quod vtiq; ad differentiã pronominũ deriuatiuę ſpeciei adiectum eſt. Illa nanq́, terminum, B cui apponuntur, minimè reſtringunt, vt ſi Cæſar, decem haberet equos, diceretq́, meus equus currit; datæ enunciationis ſubiectum, pro vno illorum indifferenter verificatur. Sed primitiuæ ſpeciei pronomina, ſubiectum ad ſupponendum pro vno ſolo determinatè trahunt, vt ſi exemplariter dicatur; iſte (demonſtrato Tullio) orat. Quare enunciatio ſingularis, cuius ſubiectum, terminus eſt diſcretus, aut communis diſcretè ſumptus, à particulari, indefinita, & vniuerſali, quarum ſubiectum, ſemper eſt terminus communis: diſcrimen habet. Pro maiori verò facilitate in reſpondendo ponitur iſte verſus.

Quæ, ca, vel hyp. Qualis, ne, vel aff. v. quanta, par, in ſin. Quę interrogat de ſubſtantia, qualis de C qualitate, quanta de enunciationum quantitate. Quippe enunciationis ſubſtantia eſt, quid, ex ſuis primarijs partibus, compoſitum, vt categorica, ex ſubiecto, & pręedicato, per copulã, hypothetica ex duabus orationibus, per coniunctionis notam ad inuicem coniunctis. Quantitas verò (vt paulo ante dictum eſt) ſubiecti menſura, pro vno, aut pluribus, definita eſt. Inſuper qualitas eſt, ſecundum quam enunciatio, qualis uocatur ut affirmatiua, negatiua, uera, uel falſa; neceſſaria, & contingens, poſſibilis, atq; impoſſibilis. Siquidem hæc omnia, enunciationem qualificant. Dicitur ergo quæ, ca, uel hyp. hoc eſt, ad interrogationẽ factam per quę reſpondetur cathegorica, uel hypothetica. Qualis, ne, uel aff, & ad interrogationem factam per quæſitiuum, qualis, recta datur reſponſio, affirmatiua, uel negatiua: quemadmodum per quæſitiuum, quã- D ta, bona datur reſponſio, uniuerſalis, particularis indefinita, uel ſingularis.

Obiectio 1.

Non homo mouetur, data enunciatio eſt uniuerſalis, & tamen in ea nullum ponitur ſignum uniuerſale, ergo interimenda eſt illa particula, ſigno uniuerſali determinatus. Prima pars Antecedentis probatur. Eſt enim contradictoria huius homo mouetur.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis. Nam licet in ea, nullum formaliter ſignũ uniuerſale ponatur, tamen ratione negationis, quæ, quicquid inuenit poſt ſe, deſtruit, & inducit oppoſitum. Inuenit autem enunciationem datam, indefinitam affirmatiuam, ideo ſtatim eam facit uniuer-

vniuerſalem negatiuam: & perindeibi eſt virtualiter ſignum vniuerſale negatiuum; quoniam æquipollet huic, oullus homo mouetur.

Secũda. Omne vniuerſale prędicatur de multis, ſed nullũ ſignum voiuerſale prędicatur de multis; ergo oullũ ſignum eſt vniuerſale. Mioor probatur. Signũ nanque vniuerſale, à parte ſubiecti ſemper ponitur.

Reſpondetur diſtinguendo maiorem. Nam vniuerſale in prædicãdo, de multis prædicatur: ſed vniuerſale io diſtribuendo, quale eſt ſignum vniuerſale, de nullo prędicatur.

Tertia. Noo omnis homo diſputat, data enunciatio eſt particularis, in qua tamen nullum ponitur ſignum particulare; ergo interimenda eſt pars illa, qua dicitur, ſigno particulari determinatus. Prima pars antecedentis probatur. Quippe data enunciatio eſt contradictoria huic, omnis homo diſputat.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis. Nempe gratia oegationis, quæ datam eounciationem, reperit vniuerſalem affirmatiuam: quã, particularem negatiuam facit, in ea virtualiter ſignum particulare ponitur.

Quarta Signum particulare non remouet cõmunitatem termini communis; ergo ſignum particulare non eſt determinatio termini communis pro aliqua eius parte. Antecedens probatur. Terminus nanq; cõmunis ſine ſigno, quemadmodum & cum ſigno de tot ſuis inferioribus verificatur.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, ꝙ quanuis ſignum particulare, terminum, non contrahat, communem, ad partem eius determinatam, ad indiuiduum, ſcilicet, ſignatũ: tamen ipſum, ad aliquod eius ſuppoſitum (licet in- G differenter) cootrahit; atque idcirco pro natura ſimplici verificari non poteſt terminus communis ſigno particulari determinatus; quod quidem, dum ſine ſiguo ponitur, non facit.

Quinta. Sortes eſt dictio biſyllaba, data enuociatio eſt indefinita, in qua tameo non ſubijcitur terminus cõmunis; ergo interimeoda eſt eius definitio. Antecedens probatur. Sortes enim terminus eſt diſcretus.

Reſpondetur diſtinguendo antecedẽs. Nam Sortes pro vno certo, & determinato humano ſuppoſito ſumptus (quo tamen pacto in data enunciatione gratia illius prædicari ſumi non poteſt) terminus eſt diſcretus: ſed ſi vice vnius vocis impoſitæ ad omnes ſimiles voces in prolatione ſignificandum, ſumitur, rationem habet termini communis; & hoc modo in data enunciatione intelligitur; ideoq; eſt ſimpliciter indefinita, & ſic negatur ſecuoda pars antecedentis. Nam Sortes in ea ſumitur pro vocibus, à diuerſis hominibus, prolatis, pro quibus indifferenter verificari poteſt.

Sexta. Homo eſt ſpecies, data enunciatio eſt ſingularis, in qua tamen non ſubijcitur terminus diſcretus, vel communis ſingulariter ſumptus; ergo interimenda eſt eius definitio. Antecedens quo ad primam partem probatur. Prædicatum enim, ſpecies, de ſubiecto, homo, niſi pro humana natura in cõmuni, quæ, vt ſic eſt vna formaliter, verificari poteſt. & conſequenter enunciationem ſingularem efficit. Secunda pars probatur. Nam homo, vt naturam humanã ſignificat, de pluribus prędicari poteſt.

E Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis, ad cuius probationem dicitur, ꝙ natura humana, quę formaliter eſt vna, deoominatur ſpecies, vt ab omnibus ſingularibus per opus iotellectus eſt abſtracta, qua de cauſa de illis, ut ſic, nec uerificari, nec prædicari poteſt; ideo hęc eſt falſa, iſte homo, uel ille homo, eſt ſpecies: ſed ſecuodum quód eſt per intellectum à ſingularibus abſtracta, per reflexiooẽ intellectus ad ipſa ſingularia iterum applicari poteſt, dicendo: Socrates eſt homo, uel Plato eſt homo; & ita conſiderata, à ſingularibus abſtracta nõ ſumitur: ſed potius, ut ſic una formaliter, ideſt, ſine conditionibus indiuiduantibus conſiderata, per reflexionem intellectus ad ipſa ſiugularia iterum applicatur. Quod equidem (ut dictum eſt) fit, dum per ſuam conſiderationem reflexam dicit intelle- F ctus; Socrates eſt homo, uel Plato eſt homo: ideo ut ſic de pluribus prędicari poteſt.

Enunciationum categoricarum, quędam participant utroque termino, quędam altero tantum, quędam nullo. Tex. 12. 6. Diuiſio.

Duas categoricas utroque termino participare, eſt eas, in ſubiecto, & prædicato, communicare.

In altero termino tantum participare, eſt, eas, uel in ſubiecto, uel prædicato, communicare.

Nullo termino participare, eſt, eas, neque in ſubiecto, neque in prædicato, communicare.

Terminus hoc in loco, enunciationis extremum Dilucidatio. deſignat; quod ſanè eſt ſubiectum, aut prędicatum. Duas igitur categoricas, terminis participare, eſt, eas, in ſubiecto, & prędicato, aut in altero eorum, communicare, uel conuenire. Quocirca diuiſionis G ſufficientia talis aſsignatur. Quippè aut cõueniunt, enũciationes categoricæ in extremis, aut diſcrepãt: ſi conueniunt, aut in vtroq; extremorũ ſimul, & ſic vtroq; termino participãt; aut altero eorũ ſolũ cõueniunt, & ita quoq; participãt altero termino tm̃: aut diſconueniunt, ſed in utroque ſimul, & hoc modo nullo termino participare dicuntur. Data eſt autem hæc diuiſio, ut enunciationom categoricarum oppoſitio, de qua infra erit ſermo, agnoſcatur. Nam illa, enunciationum oppoſitarum participationem utroque termino, non ſolum uirtualiter, ſed & formaliter proculdubio pręſupponit: ſicut homo eſt animal, ęquipollet huic, rationale eſt animal; ſed quia homo, & rationale, formaliter differunt, quanuis re ipſa idem ſint in figura, oppoſitæ non dicun- H tur. Duas igitur categoricas utroque termino participare, eſt, eas, in ſubiecto, & prędicato, communicare, hoc eſt, ſubiectum primę eſt ſubiectũ ſecundę, & prędicatum primę eſt prędicatum ſecundę: nec in alio diſcrepant, niſi quia una eſt affirmatiua, altera uerò negatiua; ut homo eſt criſpus, homo nõ eſt criſpus. Sed in altero termino tantum participare, eſt, eas, uel in ſubiecto ſolum, uel in prędicato tantum, communicare, hoc eſt, ſubiectum primæ eſt ſubiectum ſecundę, ſed habeot aliud, et aliud prędicatum; ut homo legit, homo diſputat: uel cõtra, habent idem prędicatum, ſed diuerſum ſubiectum; ut Callipus eſt albus, & cignus eſt albus. In nullo uerò termino participare, eſt, eas, neque in ſubiecto, neque in prędicato, communicare: quoniam non,

habent

habent idem ſubiectum, neque idem prædicatum; ſed diuerſum ſubiectum; alterum quoq; prędicatũ, ut homo eſt diſciplinabilis, equus eſt hinnibilis.

Obiectio. Omnes enunciationes categoricæ communicãt in hoc verbo ſubſtantiuo, ſum, es, eſt; ergo omnes participant aliquo termino, nec ſunt aliquę, in nullo participantes. Antecedens probatur. Nanque in omnibus enunciationibus categoricis, ponitur copula verbalis, quod eſt verbum ſubſtantiuum, aut in eo reſoluitur. Conſequentia probatur. Verbum enim ſubſtantiuum eſt terminus, eo ꝙ eſt pars orationis conſtitutiua.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd terminus hic capitur minus communiter, quam in terminorum tomo. Nam duntaxat hoc in loco dicitur terminus, quod eſt enunciationis extremum, vt ſubiectum, & prędicatum: & quamuis verbum ſubſtantiuum, prędicatum, ſit formale; non tamen eſt prędicatum materiale, quod eſt enunciationis extremum. **Inſtatur** Sed contra. In enunciationibus de ſecundo adiacente, verbum ſubſtantiuum eſt enunciationis extremum, quod eſt prædicatum materiale; ergo reſponſio nulla. Reſpondetur, ꝙ huiuſcemodi enunciationes ita reſolui debent, homo eſt, ideſt, homo eſt ens, ſeu exiſtens; ideo nunquam verbum ſubſtantiuum eſt prædicatum materiale.

Tex. 13 7. Diuiſio. *Enunciationũ participantiũ utroque termino, quędam participãt utroque termino eodem ordine, quędam ordine diuerſo.*

Illę dicuntur participantes utroque termino eodem ordine, quę ſunt eiuſdem ſubiecti, eiuſdemq; prædicati.

Illæ uero dicuntur participantes utroque termino ordine diuerſo, quarum prædicatum unius eſt ſubiectum alterius, & contra, ſubiectum unius eſt prædicatum alterius.

Dilucidatio. Valet hęc diuiſio ad agnoſcendum, quibus enunciationibus, oppoſitio, conuerſio, & æquipollentia conueniunt, & quibus non. Nam conueniunt duntaxat enunciationibus, vtroque termino, participantibus: ſed differunt, quia oppoſitio, & ęquipollentia, conueniunt enunciationibus participantibus vtroque termino eodem ordine; conuerſio vero, enunciationibus participantibus vtroque termino ordine diuerſo conuenit. Illę autem dicuntur vtroque termino participantes eodem ordine, quæ ſunt eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prędicati, hoc eſt, quarum ſubiectum vnius eſt ſubiectum alterius, & prædicatum vnius eſt prædicatum alterius; vt equus eſt niger, equus non eſt niger. Nam terminus, equus, vtriuſque, eſt, enunciationis ſubiectum, & terminus, niger, vtriuſque prædicatum. Nec requiritur, quòd ſint eiuſdem ſubiecti, & prędicati, ſecundum numerum: ſed ſecundum ſpeciem eiuſdem, ſeu conſimilis. Eiuſdem, inquam, non nominis tantum, nec rei tantum, ſed nominis, & rei ſimul. Illæ verò dicuntur participantes vtroq; termino ordine diuerſo; quarum prędicatum vnius eſt ſubiectum alterius: & contra, ſubiectum vnius eſt prædicatum alterius; vt homo eſt prudens, prudens eſt homo. Datæ enunciationes ſunt participantes vtroque termino ordine oppoſito: quoniã ſubiectum primæ eſt prædicatum ſecundę, & prędicatum ſecundæ eſt ſubiectum primæ.

Obiectio. Enunciationis ordo eſt ordinatio ſuorum termi-
A norum, ſubiecti, ſcilicet, & prædicati, ſed in omnibus enunciationibus eſt eadem ordinatio; ergo nullæ ſunt participantes vtroque termino ordine diuerſo. Secunda pars antecedentis probatur. Nam cum ſemper ſubiectum, prædicatum præcedat, ſubiectum, & prædicatum, in omnibus enunciationibus ſimiliter ordinantur.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis, ad cuius probationem dicitur, ꝙ ſubiectũ, & prædicatum, formaliter ſumpta, vt, ſcilicet, ſtant ſub intentionibus ſecundis, in omnibus enunciationibus ſimiliter ordinantur. Semper enim, quod habet rationem ſubiecti præponitur: & quod habet rationem prædicati, poſtponitur. Sed quantum ad
B res, intentionibus ſecundis, ſubſtractas, quas, illæ intentiones ſecundæ denominant, non ſemper ſimiliter ordinantur. Quandoq; enim ſubiectum vnius enunciationis fit prædicatum alterius: & contra, prædicatum alterius fit ſubiectum.

Tex. 14. 8. Diuiſio. *Enunciationum categoricarum, quædam ſunt in materia neceſſaria; quædam in materia contingenti; quædam in materia remota.*

Enunciatio in materia neceſſaria eſt, in qua prædicatum eſt de eſſentia, uel ratione ſubiecti, aut ab ea oritur.

Enunciatio in materia contingenti eſt, in qua prædicatum poteſt adeſſe, uel abeſſe ſubiecto, præter ſubiecti corruptionem.

Enunciatio in materia remota eſt, in qua prædicatum, nullo modo ſubiecto conuenire poteſt.

Dilucidatio. Enunciationis materia, duplex aſſeritur. Hæc ex qua, ſeu in qua: illa verò circa quam, materia nun-
C cupatur. Materia ex qua, ea vocatur, ex qua componitur enunciatio: ſicut ſubiectum, & prędicatũ, ex quibus conficitur enunciatio. Materia circa quam, eſt totum enunciationis ſignificatum, circa quod verſatur ipſa enunciatio, de qua modò ſermo eſt: quæ eſt habitudo, hoc eſt connexio prædicati, cum ſubiecto, atque compoſitio. Appellatur autẽ compoſitio, ex parte intellectus, qui dum vnũ ſimplicem conceptum alteri comparat, prædicatum cum ſubiecto componit. Aut igitur hæc habitudo, repugnantiam prædicati cum ſubiecto deſignat, quo pacto enunciatio, in materia, fit, remota: aut conuenientiam neceſſariam importat, & ſic enunciatio, in materia, erit, neceſſaria: aut connexionẽ accidentalem denotat, & ita quoq; in materia, erit, contingenti. Sed neceſſaria, perfectior eſt, quàm cõ-
D tingens, & contingens remota: ideo de neceſſaria, prior eſt conſideratio, poſterior de contingenti, & poſtremũ de remota. Materia dicitur neceſſaria, eò ꝙ prædicatum, neceſſariã erga ſubiectũ, connexionem habet. Nam de ſubiecti ſubſtantia, vel eſſentia, ſeu natura, vel de quiditatiua illius ratione exiſtit, aut adminus à natura ſubiecti neceſſariò oritur. Puta quum genus, de definito prædicatur, vt homo eſt animal; aut differentia, vt homo eſt rationalis; aut tota definitio, vt homo eſt animal rationale mortale; aut quum prædicatum eſt de ratione quiditatiua ſubiecti etiam in obliquo, vt linea eſt ex punctis; aut proprium ipſius ſubiecti accidens, vt homo eſt riſibilis: & in ſumma omnis enunciatio, quæ eſt in primo, aut ſecundo modo dicendi per ſe, eſt in ma-

K teria

teria neceſſaria. Nam per primam definitionis particulam deſcribuntur ea, quæ ſunt in primo modo, E & per ſecundam, ea, quæ ſunt in ſecundo modo. Et quę nam ſint in primo, aut ſecundo modo, in primo Poſteriorum dictum eſt. Enunciatio vero in materia contingenti, ea eſt, in qua prædicatum poteſt adeſſe, ideſt, conuenire ſubiecto: in quo diſcrimen habet à materia remota, cuius prædicatum, ſubiecto adeſſe non pōt, ſed ſolūmodo abeſſe, ideſt, remoueri à ſubiecto valet. Abeſſe (inquā) poteſt p̄ter ſubiecti corruptionem, hoc eſt, abſque hoc, ꝙ ſubiectū corrumpatur, atque deſtruatur, quod ad differentiam materiæ neceſſariæ additur, in qua prædicatum nō poteſt abeſſe ſubiecto præter ſubiecti corruptionem: vt ſi homo ceſſat eſſe animal, vel ab eo remoueatur rationale, aut riſibile, non eſt amplius homo; ſicut ex oppoſito quum negatur, vel ab eo remouetur albedo, adhuc remanet homo. Enunciatio in ma F teria remota eſt, in qua prædicatū nullo modo ſubiecto conuenire poteſt. Nam illud, quod cum aliquo habet repugnantiam, ſibi conuenire nequit: in materia vero remota, prædicatum, & ſubiectū, adinuicem repugnant; iccirco adinuicē conuenire nunquam poſſunt. Quocirca vocatur materia remota, quaſi diſtans, atque repugnans. Inde eſt, ꝙ omnis affirmatiua in materia remota, ſemper eſt falſa, & negatiua vera; in neceſſaria affirmatiua ſemper eſt vera, & negatiua falſa: ſed in contingenti tam affirmatiua, quàm negatiua, quandoq; eſt vera, & quandoq́, falſa. Verum ſemper eſt ſermo de rebus, intentionibus ſecundis, ſubſtractis: quę, ſubiectum, aut prædicatum, denominantur.

Obiectio. 1.

Simum eſt naſus curuus, data enūciatio eſt in materia neceſſaria, & tamen prędicatum non eſt de natura ſubiecti, neque proprium eius; ergo interimenda eſt eius definitio.

Reſpondetur, ꝙ prędicatum eſt de ratione quidditatiua ſubiecti, à quo non poteſt ſeparari per ſecūdam operationem intellectus pręter illius rationis corruptionem: ſicut nec punctum à linea præter corruptionem rationis lineę, ideo in materia eſt neceſſaria.

Secūda.

Ignis eſt calidus, data enunciatio eſt in materia neceſſaria, & tamen prędicatum non eſt de eſſentia ſubiecti, nec ab ea oritur; ergo interimenda eſt eius definitio. Aſſumptum probatur. Nam prędicatum, cum ſit accidens ſubiecti, non tamen propriū, quia aliis contingit, ſubiecto adeſſe, & abeſſe poteſt; ergo non eſt de eſſentia eius, nec ab ea fluit. H

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, ꝙ licet prædicatum non ſit proprium quarto modo, eſt tamen proprium ſecundo modo: quod ſufficit, vt enunciatio in materia ſit neceſſaria. Nam proprium ſecundo modo conuenit omni, & ſemper, quanuis nō ſoli; ideo enunciationem in materia neceſſaria efficit, atque idcirco tertia pars antecedentis eſt falſa.

Tertia.

Homo viuit, in data enunciatione prædicatum poteſt adeſſe, & abeſſe ſubiecto, et tamen non eſt in materia contingenti; ergo eius definitio conuenit alteri à definito. Antecedens quo ad vltimam partē probatur. Homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis rationalis, ergo vita eſt de ratione, & natura hominis, quemadmodum & ipſius anima.

Reſpondetur diſtinguendo antecedens. Nam vita, prout uiuendi actum, & eſſe actuale viuentis dicit poteſt abeſſe homini, & cōſequenter, datā enunciationem in materia contingenti conſtituit. Sed vt aptitudinem ad viuere importat, quatenus ſubſtantiam, quę eſt apta nata viuere, ſignificat, homini abeſſe non poteſt; quia eſt de natura eius: quo pacto enunciationem in materia neceſſaria efficit.

Quarta

Socrates eſt albedo, data enunciatio eſt in materia remota, & tamen ſubiecto, prędicatum conuenire poteſt; ergo interimenda eſt eius definitio. Aſſumptum quo ad primam partem eſt euidens, quoniam ſemper iſta eſt falſa, Socrates eſt albedo. Secunda probatur. Quippè albedo, Socrati non repugnat.

Reſpondetur, ꝙ quum dicitur, prędicatum poteſt conuenire ſubiecto, intelligitur, vt enunciationem poſſit conſtituere veram, nō ſolum ſecundum rem, ideſt, prędicatum re ipſa poſſe conuenire ſubiecto, ſed & ſecundum modum ſignificandi. At quia huiuſmodi prędicata in abſtracto, de ſubiecto verè prædicari non poſſunt, ideo tales enunciationes, vt Socrates eſt albedo, equus eſt animalitas; homo eſt humanitas, ſunt in materia remota, & falſæ. Nam ſecundum modum ſignificandi prædicata, ſubiectis repugnant.

Tex. 15. 9. Diuiſio.

Enunciationum participantium utroque termino eodem ordine, aliæ opponuntur contrariè, aliæ ſubcontrariè, aliæ contradictoriè, aliæ ſubalternè.

G *Oppoſitio eſt repugnantia duarum enunciationum categoricarum eiuſdem ſubiecti, eiuſdemq; prædicati, in qualitate, & quantitate ſimul, uel in altero eorum tantum.*

Contrariæ ſunt, uniuerſalis affirmatiua, & uniuerſalis negatiua, eiuſdem ſubiecti, eiuſdemq; prædicati, uniuocè, & precisè pro eodem, uel pro eiſdem, ſupponentium.

Subcontrariæ ſunt, particularis affirmatiua, & particularis negatiua, eiuſdem ſubiecti, eiuſdemq; prædicati, uniuocè, & præcisè pro eodem, uel pro eiſdem, ſupponentium.

Contradictoriæ ſunt, uniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua, uel uniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua, eiuſdem ſubiecti, & prædicati, uniuocè, eodemq; modo, ſupponentium.

Contradictio eſt oppoſitio affirmationis, & negationis, eiuſdem de eodem, ad idem, ſecundum idem, ſimiliter, & in eodem tempore.

H *Subalternæ ſunt, uniuerſalis affirmatiua, & particularis affirmatiua, uel uniuerſalis negatiua, & particularis negatiua, eiuſdem ſubiecti, & prædicati, eodemq; modo, ſupponentium.*


Dilucidatio.

Duplex apud Peripateticos eſt oppoſitio, vna rerum, ac terminorum: quæ eſt repugnantia duorum, non ſe ſimul permittentium reſpectu eiuſdem, vt albedo, & nigredo, eſſe non poſſunt in eodem corpore, ſecundum eandem partem illius corporis; & de hac in propoſito ſermo non eſt. Alia eſt oppoſitio enunciationū ſecundū modū enuntiandi, quæ in hac litera definitur eſſe repugnantia duarū enunciationum categoricarum eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati, in qualitate, & quantitate ſimul;


vel

uel in altero eorum tantum. Quamobrem omnes enunciationes oppoſitæ, inter ſe habent repugnantiam: aut ergo in quantitate, & qualitate ſimul repugnant, quo pacto contradictoriæ vocantur: aut in quantitate ſolum, & ſic ſubalternæ appellantur: aut in qualitate duntaxat, & ſi uniuerſales ſunt ambę, contrarię dicuntur; ſed ambę particulares exiſtentes, ſubcontrariæ nuncupantur: ſi verò ſingulares exiſtunt, iterum re ipſa contradictoriæ erunt. Contrariæ autem ſunt, vniuerſalis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua (quòd ſanè dicitur, ad differentiam enunciationum, quę contrariè non opponuntur) eiuſdemq; ſubiecti, eiuſdemq; prædicati, vniuocè ſupponentium. Nam ſubiectū, & prędicatum, eſſe idem, trifariam intelligi poteſt: aut ſecundum vocem, ſed non ſignificatum, vt omnis canis latrat, nullus canis latrat, quæ identitas, ad contrarietatem non ſufficit: aut ſolummodo ſecundum ſignificatū, ſed non ſecundū vocem, vt omnis homo eſt iuſtus, nullum rationale eſt iuſtum, quæ ad contrarietatem formalem, hoc eſt ſecundum modum enuntiandi inſufficiens eſt, ſed ad virtualem, & æquiualentem, ſolummodo valet: aut ſecundum vocem, & ſignificatum ſimul, vt omnis homo eſt ſapiens, nullus homo eſt ſapiens; quæ ſola ad contrarietatem formalem ſufficit. Nam formaliter tam ſecundum vocem, quàm ſignificatum, vtroque termino enunciationes contrariæ, participant. Pręcisè verò pro eodem, vel pro eiſdem, termini ſupponunt: quando neque præſſius, neque latius tenentur in vna oppoſitarum, quam in altera, ſed in vtraque eodem modo acceptantur. Quocirca omnis homo eſt iuſtus, nullus homo fuit iuſtus, cum in prima reſtringatur homo ad præſentes, & in ſecunda ad præſentes, uel præteritos amplietur, nequaquaquam contrariæ erunt. Omnis, nullus, ſecundum communem uſum per ſyllepſin, enunciationes conſtituunt contrarias: quamuis ſecundum proprietatem ſignorum, una pro maſculis tantum, & alia tam pro maſculis, quàm fœminis verificetur. Subcontrarię autem, quaſi ſub contrarijs ordinatæ, dicuntur, & vniuerſales ſub contrarijs ordinari nequeunt, ideo ambæ particulares, vel indefinitę, ſubcontrarię eſſe debent: non autem ſingulares; quoniam (vt mox dicetur) ſunt contradictoriæ. Sed quia in quantitate non repugnant, in qualitate eas repugnare oportet. Propterea vna erit affirmatiua, & altera negatiua, vtraque particularis, uel indefinita; quoniam de particularibus, & indefinitis, idem eſt iudicium. Eiuſdem ſubiecti, eiuſdemque prędicati, & præciſè pro eodem, uel pro eiſdem, vniuocè ſupponentium, quæ particulæ iam dilucidatæ fuere. Quamobrem quoddam ſanum eſt animal, quoddam ſanum non eſt animal, cum ſanum, terminus ſit analogus, & non vniuocus, ſubcontrariæ non ſunt: ſicut nec iſtę, homo eſt ſpecies, homo non eſt ſpecies; quia in prima pro natura, in ſecunda pro ſuppoſitis humanę naturę, homo uerificatur. Contrariæ autem, vtpotè ambæ uniuerſales, quantitate cæteris perfectiores exiſtunt, ideoq; de eis prior fuit conſideratio, deinde dè ſubcontrarijs, quę ſunt A eiusdem quantitatis, quemadmodum & ambæ contrariæ. Sed ſubalternę ſolummodo in quantitate opponuntur, & re ſignificata conueniunt; iccirco de contradictorijs agitur primum, denique de ſubalternis. Verum contradictorię, in duplici ſunt differentia. Quędam nanque, ſecundum rem tantum, ſed non ſecundum modum enunciandi, contradictoriæ ſunt: uelut duę ſingulares eiuſdem ſubiecti, & pręidicati, quarum una eſt affirmatiua, alteraq; negatiua. Alię uerò, & re ipſa, & ſecundum modum enuntiandi, contradictoriæ ſunt, de quibus pręſertim loquitur litera; cui inſerta eſt contradictionis definitio, à primo Philoſopho data, ſuper quam oppoſitio logica fundatur. Cuius quidem definitionis ſenſus eſt. Contradictio eſt oppoſitio, quæ eſt inter enunciationē affirmatiuam, & B negatiuam, eiuſdem ſubiecti, de eodem prædicato, quod utique pręidicatum, affirmatur, & negatur, de eodem ſubiecto ad idem comparato, defectu cuius hę non contradicunt, Socrates eſt pater Platonis, & Socrates non eſt pater Tullij: & ſecundum eandem partem, ut Sortes videt oculis, Sortes non videt auribus, hac de cauſa minimè contradicunt: & ſubiectum utriuſque ſimiliter teneatur; ideo nec iſtæ contradicunt, homo eſt ſpecies, nullus homo eſt ſpecies: Et in eodem tempore prædicatum de ſubiecto in vtraque enunciatur, iccirco itidem nec iſtæ contradicunt, Plato legit hodie, Plato nudius, tertius non legit. Nullæ autem ponuntur ſubcontradictorię, cum in eis, una ſemper ſit particularis, ſub qua nec alia ſubſumi poteſt. C Subalternæ uerò, cum poſſint ſimul eſſe uerę, aut falſę, re ipſa, ideſt, in ueritate, & ſalſitate, non repugnant: ſed ſecundum modum enunciandi, ex parte quantitati, ſui ſubiecti, opponuntur, quatenus una eſt uniuerſalis, alteraq; particularis, indefinitàue, uel ſingularis. Nam in ſubalternis, una ſuper alteram, ſicut totum ſuper ſuam partem, quam continet, collocatur: ſed nec uniuerſalis ſub uniuerſali, nec particularis ſub particulari, nec contra ſupra ſe inuicem ordinari poſſunt; ideoque in ſubalternis, una, ſcilicet, ſubalternans, quę eſt ſupra, eſt uniuerſalis, altera uero, quę eſt infra, ſcilicet, ſubalternata, erit particularis, aut indefinita, uel ſingularis. Hæ nanque omnes, ſub uniuerſali ſunt contentæ, ideo de eis, idem eſt iudicium. Sed negatiua, ſub affirmatiua, nec contra, ponitur D unquam: iccirco ſubalternę in qualitate non diſcrepant, ſed ambæ, aut affirmatiuæ, aut negatiuę exiſtunt, quę luce clarius in ſequentibus patent figuris.


Figura oppoſitionum in materia neceſſaria



In materia contingenti



In materia remota



Contraria ſunt formæ actiuę, & paſſiuæ inter ſe, Obiectio. 1
E ſed enunciationes nũquam ſunt actiuæ, & paſsiuæ,
ergo nullæ enunciationes ſunt contrariæ. Minor
probatur. Enunciationes enim non agunt, nec patiuntur inter ſe.

Reſpondetur diſtinguendo maiorem. Nam contraria incomplexa ſunt formæ actiuæ, & paſſiuæ inter ſe: ſed contraria complexa, de quibus hic eſt ſermo, non ſunt actiua, neque paſsiua.

Enunciationes, quę ſe ſimul in veritate compa- Secũda.
tiuntur, non opponuntur, ſed ſubcontrariæ ſimul ſe compatiuntur in veritate; ergo ſub contrarię nõ opponuntur. Maior probatur. Nam quę ſimul ſe compatiuntur in veritate, repugnantiã non habent.

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius pro-
bationem dicitur, quòd eſt inſufficiens. Nempe li-
cet non repugnent in veritate, tamen repugnare
F poſſunt in falſitate, & in qualitate; quo pacto ſub-
contrarię opponuntur.

Iſte homo diſputat, & iſte homo non diſputat, Tertia.
datæ enunciationes ſunt ſubcontrarię, & tamen nõ ſunt particulares, nec indefinitę; ergo interimenda eſt earum definitio. Antecedẽs quo ad primam partem probatur. Datę nanque enunciationes ſunt poſitę ſub contrarijs, quę ſunt vniuerſales; ergo ſunt ſubcontrariæ.

Reſpondetur negando primam partem antece-
dentis, ad cuius probationem dicitur, quòd quanuis
ſingulares ſint poſitę ſub vniuerſalibus, quæ ſunt
contrariæ: attamen ſub ipſis ſecundum idem ſubie-
ctum non ponuntur. In contrarijs nanque, ter-
minus communis, vt puta homo, pro omnibus ſuis
G ſuppoſitis ſupponit, & in illis ſingularibus pro vno
ſolo determinatè; ideo non habent cum ſuis vniuer
ſalibus idem ſubiectum: quod equidem ad ſubcon-
trarias reſpectu contrariarum requiritur, vt, ſcili-
cet, ſubcontrarium ſubiectum pro vno ſingulari de-
terminatè non ſupponat.

In contradictorijs ſubiectũ teneri debet ſimiliter, Quarta
ſed in vniuerſali, & particulari, ſubiectum non tenetur ſimiliter; ergo vniuerſalis, & particularis non ſunt contradictoriæ. Minor probatur: Subiectum enim in vna diſtribuitur, & in alia non.

Reſpondetur, quòd duæ ſingulares eiuſdem ſubie-
cti, & prædicati, ſecundũ rem ſunt magis oppoſitæ
contradictoriè, quàm uniuerſalis affirmatiua, & par
ticularis negatiua, aut contra, vniuerſalis negatiua: &
H particularis affirmatiua eiuſdem ſubiecti, & prædi-
cati. Reuera enim termini in eis pro vno, & eodem
determinatè ſumuntur, vt Socrates legit, & Socrates non legit; & conſequenter magis participant contradictionis definitionem: quo pacto contradictio potius à philoſopho conſideratur. Sed ſecundum modum enunciandi, prout à logico conſideratur, vniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua, vel contra, vniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua, eiuſdem ſubiecti, & prædicatis quia in quantitate, & qualitate repugnant, magis opponuntur contradictoriè, quàm duæ ſingulares, eiuſdem ſubiecti, & prædicati, quę duntaxat in qualitate opponuntur. Propterea ad argumentum dicitur

citur, quòd maior cum ſua probatione apud philoſophum, ſed non apud logicum concludit. Nam in vniuerſali, & particulari, ſubiectum, quantum ad diſtributionem, non tenetur ſimiliter; quanuis quantum ad illa, pro quibus ſumitur ſimiliter teneatur. Nanq; ſicut in vniuerſali, pro omnibus ſuis ſuppoſitis ſumitur: ita quoq; in particulari pro aliquo eorum indifferenter, & ſic dictum eſt, ſubcontraria habere idem ſubiectum cum ſuis contrarijs.

Quinta

Vniuerſalis affirmatiua, & ſua particularis affirmatiua, vel cōtra, vniuerſalis negatiua, & ſua particularis negatiua, non opponuntur inter ſe; ergo nec ſubalternæ ſunt oppoſitæ. In cuius ſignum, Ariſtoteles inter oppoſitiones, ſubalternam oppoſitionem non enumerauit. Antecedens probatur. Quippe particularis, ſub vniuerſali continetur, & ad illam ſequitur, ergo non opponuntur.

Reſpōdetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd particularis in vniuerſali continetur, ad quam ratione ſui ſignificati ſequitur, quo pacto non opponuntur: Sed gratia ſuæ quantitatis, quatenus vna eſt vniuerſalis, & altera particularis, quarum rationes oppoſitæ ſunt, vt proinde vna de altera prędicari verè; & affirmatiue nequeat, proculdubio adinuicē repugnantiā habent. Ariſtoteles autem cępit oppoſitionem præcipuè pro repugnantia duarum enunciationum ſecundū affirmationem, & negationem; quo pacto ſubalternæ non opponuntur, ideo nullam memoriam, de oppoſitione ſubalterna fecit.

Tex.16.
De oppoſitionū legibus. 1.
Dilucidatio.

Lex contrariarum eſt, ſi una contrariarum eſt uera, altera eſt falſa; non autem contra. Poſſunt enim ſimul eſſe falſæ, niſi in materia neceſſaria, & remota.

Secundum ordinem ſupra datum, hic de oppoſitionum legibus agitur, quarum prima, tres partes continet, vt prima ſit: in quacunque materia contrariæ nunquàm poſſunt eſſe ſimul verę, ſed in veritate repugnant. Nam in contrarijs, vniuerſalis affirmatiua, prędicatum conuenire ſubiecto pro omni eius ſuppoſito, deſignat, quemadmodum vniuerſalis negatiua, prædicatū, à ſubiecto pro oī eius ſuppoſito remoueri denotat: ſed prędicatū, oī, ſubiecti, ſuppoſito conuenire, & ſimul ab oī, ſubiecti ſuppoſito remoueri, eſt omnino impoſſibile. Nam ſi ab omni, etiam ab aliquo remoueretur: conuenire autem omni ſuppoſito, & non conuenire alicui, quod eſt ab eo remoueri, proculdubio ſunt contradictoria, atque iccirco duo contradictoria erunt ſimul vera, quod eſt omni prorſus impoſsibile; ideo impoſſibile quoque eſt duas contrarias eſſe ſimul veras. Sed in materia contingenti, docet ſecunda pars regulæ, poſſe ſimul eſſe falſas. Sanè in materia contingenti, prædicatum, ſubiecto pro aliquibus ſuppoſitis conuenire poteſt, veluti muſicum, quibuſdam hominibus ineſt; iccirco negatiua id negans, erit falſa: Et pro aliquibus ab eodem ſubiecto remoueri poteſt, vt puta ab artis muſicę ignaris; & ita quoque affirmatiua, aliter affirmans, quàm ſit in re, erit falſa. In materia verò remota, & neceſſaria, tertia pars aſſerit, nunquam eſſe ſimul falſas, ſed in neceſſaria, affirmatiua ſemper erit vera, & negatiua falſa, cum prædicatum, ſubiecto pro omni ſuppoſito conueniat, quod etiam in materia contingenti euenit, ſi accidens eſt inſeparabile, vt omnis cygnus eſt albus, nullus cygnus eſt albus. Sed contra in materia remota, cum prędicatum ſubiecto repugnet, negatiua ſemper erit vera, affirmatiua falſa; vt nullus leo eſt equus, omnis leo eſt equus.

Obiectio.

In contrariis includuntur ſubcontrarię, ergo ſi contrarię ſunt ſimul falſę, & earum ſubcontrarię erunt quoque ſimul falſę, quod eſt impoſſibile; igitur impoſſibile eſt duas contrarias eſſe ſimul falſas.

Reſpondetur negando primam conſequentiam. Nam (vt dictum eſt in tomo de poteſtate ſyllogiſmi) quędam eſt enunciatio in toto falſa, quæ eſt vniuerſalis falſa, cuius contraria eſt vera; vt omnis homo eſt equus, nullus homo eſt equus: quæ nunquam poſſunt eſſe ſimul falſę, quia affirmatiua eſt in materia remota. Quædam eſt enunciatio in parte falſa, quę eſt vniuerſalis falſa, cuius contraria eſt quoque falſa: ſicut in materia contingenti euenit, in qua ad falſitatem vniuerſalis non ſequitur falſitas particularis; ideo non oportet, quòd ſi duę ſubcontrariæ, in duabus contrariis ſimul falſis includātur, propterea ipſas ſubcontrarias eſſe ſimul falſas.

Tex.17.
2. regula.

Lex ſubcontrariarum eſt, ſi una ſubcontrariarum eſt falſa, altera eſt uera: at non contra. Poſſunt enim ſimul eſſe ueræ, niſi in materia neceſſaria, & remota.

Dilucidatio.

Subcontrariarū regula tres quoque partes continet, quarum prima eſt. Duę ſubcontrariæ in nulla materia poſſunt eſſe ſimul falſæ. Nam ſi duæ ſubcōtrarię poſſunt eſſe ſimul falſę, duę etiam contradictoriæ erunt ſimul falſę. Quippè ad falſitatem particularis, ſequitur falſitas vniuerſalis: ſicut ad falſitatem huius, aliquis homo diſputat, ſequitur quoque falſitas ſuæ vniuerſalis, omnis homo diſputat; & quum tota figura, hoc dato, ſit falſa, duæ etiam contradictoriæ erunt ſimul falſæ, quod eſt penitus impoſſibile, ideo nec duæ ſubcontrarię in quacunque materia poſſunt eſſe ſimul falſę. Sed in materia cōtingenti (vt ſecunda pars regulę aſſerit) poſſunt eſſe duę ſubcontrariæ ſimul veræ. Nempe in ea materia, prędicatum, ſubiecto pro ullo conuenit ſuppoſito, iccirco affirmatiua id affirmans erit vera: & pro alio itidem ſuppoſito ab eodem ſubiecto remouetur, & ita negatiua id de notans, erit vera, niſi accidens in prędicato ſignificato, inſeparabile exiſtat. Tunc enim negatiua ſimpliciter erit falſa, & affirmatiua vera; vt coruus non eſt niger, & coruus eſt niger. Verū in materia remota, nec non neceſſaria, docet tertia pars eiuſdem regulæ, ambas ſubcontrarias non poſſe ſimul eſſe veras, quinimo in materia remota, cum prædicatum repugnet ſubiecto, affirmatiua eſt falſa, & negatiua vera: ſed contra in neceſſaria, quia prędicatum inſeparabiliter connectitur ſubiecto, affirmatiua ſemper erit vera, & negatiua falſa.

Obiectio.

Duæ contrarię poſſunt eſſe ſimul falſę, ergo exiſtentibus duabus contrarijs ſimul falſis, earum ſubcontrarię erunt quoque falſę. Conſequentia probatur. Falſitas enim vniuerſalis prouenit ex falſitate ſuę particularis; & cum ambę contrarię per hypotheſin ſint ſimul falſę, earum ſubcontrariæ erunt quoque falſę.

Reſpondetur

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd ad falſitatem vniuerſalis non ſequitur falſitas particularis, ideo duæ contrariæ poſſunt eſſe ſimul falſæ: nec ob id earũ ſubcontrariȩ ſunt ſimul falſȩ, ſed potius ſimul veræ.

Tex. 18 3. regula. *Lex contradictoriarum eſt, ſi una contradictoriarum eſt uera, altera eſt falſa: atque contra.*

In nulla enim materia poſſunt eſſe ſimul ueræ, aut ſimul falſæ.

Dilucidatio. In contradictorijs, affirmatur, & negatur, idem de eodem, idemve ſimul eſſe, & non eſſe deſignatur: ſed à natura inditum eſt, impoſſibile forè, idem ſimul eſſe, & non eſſe; igitur duo contradictoria eſſe ſimul vera, aut falſa, eſt ſimpliciter impoſſibile. Sed ſi affirmatiua eſt vera, velut in materia neceſſaria, & contingenti; ſi accidens eſt inſeparabile, negatiua eſt falſa: quòd ſi eſt vera, ſicut in materia remota, affirmatiua erit falſa.

Obiectio. Plato in morte eius, ſimul habet eſſe, & non eſſe; ergo duo contradictoria quandoq; ſunt ſimul vera. Antecedens probatur. Si enim Plato in vltimo inſtanti, in quo moritur, ſimul non haberet eſſe, & non eſſe, ergo in priori inſtanti haberet eſſe, & in poſteriori, ſeu vltimo, haberet nõ eſſe: & cũ inter duo inſtantia ſemper ſit tempus medium, igitur in tempore medio ſimul babet, nec eſſe, nec non eſſe; atque idcirco duo contradictoria ſunt ſimul falſa; & cum hoc ſit impoſsibile, oportet dare primum, ꝙ ſimul in eodem inſtanti habet eſſe, & non eſſe. Conſequentia eſt euidens, quoniam contradictoria ſignificant eſſe, & non eſſe.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, ꝙ Plato in tali caſu, in eodem in- G ſtanti materialiter ſumpto ſimul habet eſſe, & non eſſe; diuerſo tamen formaliter; quia vt eſt finis prȩteriti, in eo habet eſſe; & vt eſt principium futuri, in eo habet non eſſe: & perinde quia non eſt idem inſtans formaliter, nec eſt ibi tempus medium, nec ſimul habet eſſe, & non eſſe.

Tex. 19. 4. regula. *Lex ſubalternarum eſt, ſi uniuerſalis ſubalternans eſt uera, eius particularis ſubalternata eſt uera, ſed non contra: & ſi particularis eſt falſa, & eius uniuerſalis eſt falſa, ſed non contra.*

Dilucidatio. Subalternarum lex, quatuor continet particulas, quarum prima eſt. Si vniuerſalis ſubalternans eſt vera, eius particularis ſibi ſubalternata eſt vera; vt omnis homo eſt iuſtus, ergo quidam homo eſt iuſtus. Nam ſi prædicatum, de quolibet ſubiecti ſup- H poſito verè enunciat, ſicut aſſerit vniuerſalis, verè quoq; dicitur de aliquo eius ſuppoſito, quod ad veritatẽ particularis ſubalternatæ ſufficit. Sed non cõtra (inquit ſecunda pars) hoc eſt, ſi particularis ſubalternata eſt vera, non neceſſariò ſua vniuerſalis ſubalternans erit vera: quod ſanè intelligitur ſolum in materia contingenti, niſi accidens ſit inſeparabile. In ea enim materia, ſubiecto conuenire, vel ab eo remoueri pro aliquo ſuppoſito quit: ſed non ideo ꝓ omnibus conuenit, aut remouetur, iccircò particularis erit vera, vniuerſali exiſtente falſa. Sed in materia neceſſaria, & remota, ſi ſubalternans eſt vera, & ſubalternata erit vera: & contra, ſi particularis ſubalternata eſt vera, eius vniuerſalis ſubalternãs eſt quoq; vera. Nanq; ſi in materia neceſſaria prædica- E tũ, ſubiecto ꝓ aliquo ſuppoſito, etiam ꝓ omnibus cõuenit: et in remota ſi ab eo ꝓ aliquo ſuppoſito, ẽt pro omnibus remouetur. Tertia demũ pars docet, quòd ſi particularis ſubalternata eſt falſa eius vniuerſalis ſubalternans ſimiliter eſt falſa: ſicut quidam equus eſt intellectiuus, ergo omnis equus eſt intellectiuus. Si enim prædicatum, de aliquo ſubiecti ſuppoſito non verificatur: quod proculdubio ad particularis veritatem requiritur, a maiori nec de omni ſubiecti ſuppoſito verè prædicari poterit, quod tamen ad vniuerſalis veritatẽ exigitur. Poſtrema quidem pars, in ordine quarta, quæ dicit, ſed non contra, docet: quòd ſi vniuerſalis eſt falſa, particularis propterea non eſt falſa, niſi in materia neceſſaria, & remota, in contingenti verò, ſi accidens eſt inſeparabile. Nam ad falſitatem vniuerſalis ſufficit, prædica- F tum, ſubiecto pro aliquo eius ſuppoſito non conuenire. Pura ſi dicatur, omnis homo eſt albus: Ethyops enim eſt homo, ſed non eſt albus; igitur non pro omnibus, ſed pro aliquo conuenit, quod ad veritatem particularis ſufficit. Quare ex poſitis ad categoricarum oppoſitionẽ ſufficit, vt, aut in veritate, aut falſitate, vel in quantitate, vel qualitate, adinuicem repugnent.

Obiectio. Ad poſitionem vniuerſalis non ſequitur poſitio particularis, ergo ad veritatem vniuerſalis nõ ſequitur veritas particularis Antecedẽs probatur. Quippè ad poſitionem animalis non ſequitur poſitio hominis: vt non valet, animal eſt, ergo homo eſt? neq; ſequitur, hoc eſt animal, ergo hoc eſt homo?

Reſpondetur diſtinguendo antecedens. Nempe ad poſitionem uniuerſalis incomplexi: quod eſt alicuius inferioris ſuperius, non ſequitur poſitio particularis, quod eſt eius inferius, quo pacto concludit argumentum in oppoſitum. Sed ad poſitionem vniuerſalis complexi, quȩ eſt enunciatio vniuerſalis, ſequitur poſitio ſui particularis: quæ eſt enunciatio particularis, ſibi in figura ſubalternata.

Tex. 20. 10. Diuiſio. *Enunciationum participantium utroque termino ordine diuerſo, quædam conuertuntur ſimpliciter, quædam per accidens, quædam per contrapoſitionem.*

Conuerſio eſt, ſubiecti in prædicatum, prædicatiq; in ſubiectum, duarum enunciationum tranſpoſitio, quarum una ſequitur ad alteram.

Dilucidatio. Conuerſio quædam eſt terminorum ſecundum prædicationem, quȩ alio nomine, conuertibilitas appellatur: & eſt ȩqualis prædicatio duorum terminorum; quoniam de quocunque prædicatur vnus, prædicatur & alter; vt homo, & riſibile. Quȩdam verò relatiuorum, quæ conuertentia dici ſolet: ſecundum quòd adinuicem ſe mutuò correlatiua referunt, vt pater filij pater, & filius patris filius. Alia autem eſt enunciationum, quȩ eſt extremorum mutatio: & hæc in litera definitur, cuius definitionis ſenſus eſt. Conuerſio eſt tranſpoſitio ſubiecti in prædicatum, & contra prædicati in ſubiectum: vtpotè quia duarum enũciationum, ſubiectum vnius alterius prædicatum efficitur, & contra, prædicatum vnius, alterius ſubiectum efficitur. Eſt autem ſubiectum, totum, præter ſignum enunciationis extremum, copulam verbalem procedens. Prædicatum

catum verò, eſt totum enunciationis extremum, copulam verbalem ſequens. Copula verbalis eſt verbum ſubſtantiuum, enunciationis extrema connectens, atq. idcirco ſemper verbum principale orationis eſt. Si autem interdum eſt verbum adiectiuum, illud vtiq; in verbum ſubſtantiuum eiuſdem temporis, & ſuum participium pręſentis temporis reſoluendum eſt. Hęc autem præ oculis habenda ſunt, alioquin fiet error. Quamobrem ad enunciationem implicitam, ne reſpondeas, priuſquam explicaueris illam: vt lapis eſt in muro, implicita eſt enunciatio, & hoc pacto explicari debet, lapis eſt exiſtens in muro, quæ explicata, perinde conuertitur, exiſtens in muro eſt lapis, ſicq. de alijs dicimus. Quarum enunciationum, vna neceſſariò ſequitur ad alteram: ad differentiam conuerſionis malæ id totum adiectum eſt. Nam in conuerſione mala, ad conuerſam non de neceſſitate ſequitur cõuertens: ſicut omnis homo eſt animal, ergo omne animal eſt homo? De neceſſitate, inquam, in conſequentia formali: cuius antecedens dicitur conuerſa, & conſequens appellatur conuertens. Neceſſaria conſequentia eſt, cuius ſi antecedens eſt verum, & conſequens ſimul verum eſſe neceſſe eſt; ſicut lignum eſt ignitum, ergo lignum eſt calidum. Antecedens eſt prima pars conſequentiæ, alteramq; enunciationem inferens, vt lignum eſt ignitum. Conſequens eſt ſecunda pars conſequentiæ, quæ ex altera enunciatione infertur, vt lignum eſt calidum. Nota illationis, ſiue conſequentiæ, eſt coniunctio illatiua, vnam ex altera enunciationem ſequi denotans, velut ergo, igitur, itaq;. Quamobrem ratio diuiſionis eſt, quia in omni conuerſione eſt transmutatio pdicati in ſubiectũ, aut contra: vel igitur in huiuſmodi tranſmutatione termini manent ijdem, aut non, ſed mutantur de finitis in terminos infinitos, & ſic fit conuerſio per contrapoſitionem: Quòd ſi manent ijdem termini, ſeruata eadem quantitate, & vtriuſq. enunciationis qualitate, eſt, conuerſio ſimplex, Aut mutata quantitate, manente eadem qualitate, quo pacto erit conuerſio per accidens. Si autem mutatur qualitas tunc, quia ad inuicem repugnant, nunquam conuerti poſſunt.

Obiectio. 1 Ariſtoteles ſufficienter de conuerſionibus determinans, conuerſionem per contrapoſitionem non poſuit, ergo perperam in litera poſita eſt.

Reſpondetur negando conſequentiam. Ariſtoteles nanq; conuerſionem conſiderauit, vt ad reductionem ſyllogiſmorum imperfectorum ad perfectos valet: cui per contrapoſitionem cõuerſio nõ deſeruit. Nam in ea non manent ijdem termini ſimpliciter, qui in reductione ſyllogiſmorum manere debent, ideo nec eam conſiderauit Ariſtoteles. Hic autem conſiderata eſt, vt enunciationum paſſio eſt, quod, conuerſioni per contrapoſitionem competit: inde eſt, quòd in præſenti tomo, vbi de enunciatione agitur, enumerata eſt, quod, in libro Priorum nõ fecit Ariſtoteles, vbi de ſyllogiſmis agebat.

Secũda. Homo, & riſibile, conuertuntur, & non conuertuntur per aliquam harum conuerſionum, ergo inſufficienter hę conuerſiones deſcribuntur. Antecedens probatur. Nempe conuertitur, eſt homo, ergo eſt riſibile, & contra, eſt riſibile, ergo eſt homo? Quam conuerſionem in nulla harum conſtat minime comprehendi.

Reſpondetur negando conſequentiam. Quippè homo, & riſibile conuertuntur per conuertibilitatem, quæ eſt terminorum paſſio: & non per conuerſionem, quæ per appropriationem, enunciationum paſſio eſt, ideo mirum non eſt, ſi in nulla harum illa comprehenditur. Sed contra. Conuerſio eſt tranſpoſitio terminorum, ergo eſt paſſio terminorum. *** inſtatur** Antecedens, ex definitione conuerſionis eſt manifeſtum. Reſpondetur negando conſequentiam. Conuerſio enim non eſt tranſpoſitio terminorum ſimpliciter, ſed terminorum duarum enunciationum, quarum vna ſequitur ad alteram: & ita nõ conuenit terminis ſecundum ſe, ſed vt in enunciationibus, ſubiectum, vel prædicatum ſunt, ideo enunciationum paſſio eſt. **Tertia.** Conuerſio eſt tranſpoſitio ſubiecti in prædicatum, duarum enunciationum ſed nec ſubiectum, in prædicatum, nec contra, prædicatum in ſubiectum mutari poteſt; ergo conuerſio eſt impoſſibilis. Minor probatur. Prædicatum enim formę rationem habet, & ſubiectum rationẽ materiæ, ergo ſicut forma in materiam mutari non poteſt, nec contra: ita nec prędicatum in ſubiectũ, nec ſubiectum in prædicatum, mutari poteſt.

Reſpondetur, quòd hoc in loco ſumitur ſubiectũ & prædicatum, pro re, ſcilicet, ſubſtracta, quæ, ſubiectum, vel prædicatum, denominatur: quæ & eſt quandoq; ſubiectum, & quandoq; prędicatum. Non autem capitur formaliter, vt rationem ſubiecti, vel prædicati habet, in quo ſenſu argumentũ in oppoſitum concludit.

Tex. 21. *Conuerſio ſimplex eſt ſubiecti in prædicatum, prædicatiq; in ſubiectum duarum enunciationum tranſpoſitio, manente eadem qualitate, & enunciationum quantitate; quarum vna ſequatur ad alteram, abſque alia terminorum componentium mutatione facta.*

Dilucidatio. Conuerſio ſimplex definitur eſſe tranſpoſitio: quæ tanquàm genus collocatur. Eſt enim omnis conuerſio, tranſpoſitio, ſiue mutatio, at non contra. Subiecti in prædicatum, & contra, prædicati in ſubiectum duarum enũciationum, ad differentiam omnium aliarum mutationum naturaliũ; vt quum aqua in aerem mutatur, & de vno loco in alium mutatur aliquid, adiectum eſt. Dicitur quoq;, manẽte eadem quantitate, & qualitate, vt à conuerſione per accidens diſcrimen habeat. Nempe ſi conuerſa eſt particularis affirmatiua, conuertens quoq; debet eſſe particularis affirmatiua: Aut ſi conuerſa eſt vniuerſalis negatiua, conuertens ſit quoq; vniuerſalis negatiua, vt nullus homo eſt equus, nullus equus eſt homo, & quidam canis eſt animal, quoddam animal eſt canis. Quod autem dictum eſt de particulari, ſimiliter intelligitur de ipſa indefinita, atq; ſingulari. quæ ſanè quantum ad modum cõuertendi non differunt, niſi quòd in ſingulari nullum ponitur ſignum, etiam ſi in conuerſa poneretur, vt quidam homo eſt Sortes, Sortes eſt homo. Nam Sortes, indiuiduum eſt ſignatum, quod eſt omnino determinatum, atque idcirco nullo ſigno indiget. Sed ſignum ſubiecto conuerſę appoſitum, ſi opus

fuerit

fuerit ipſum apponi, toti ſubiecto conuertentis apponatur: vt quoddam animal eſt album, quoddam album eſt animal. Poſtremò additur, abſque vlla terminorum componentiũ mutatione facta, ad differentiam conuerſionis per cõtrapoſitionem, in qua termini, de finitis fiunt infiniti.

Obiectio. 1. Non ſequitur, nullus homo eſt ſpecies, ergo nulla ſpecies eſt homo; igitur vniuerſalis negatiua non rectè conuertitur ſimpliciter. Aſſumptum probatur. Antecedens enim eſt verum, & conſequens falſum, ergo illa conſequentia eſt inualida. Conſequẽs autem eſt falſum, quia eius cõtradictorium, ſcilicet, aliqua ſpecies eſt homo, eſt verum.

Reſpondetur ad antecedens, ꝙ data enunciatio, nullus homo eſt ſpecies, debet ſic conuerti, nulla ſpecies eſt aliquis homo: vt ille terminus, homo, in ſecunda euidenter pro ſuppoſitis, quemadmodum & in prima teneatur.

Secũda. Socrates eſt homo, data enũciatio cõuertitur ſimpliciter in iſtam, quidam homo eſt Socrates, ergo in conuerſione ſimplici non manet eadem quantitas. Antecedens probatur. Quippè conuertens eſt particularis, & conuerſa ſingularis.

Reſpondetur, ꝙ circa cõuerſionem enunciationum, de ſingularibus, particularibus, & indefinitis, idem eſt iudicium. Nanque eorum prædicatum, de ſubiecto pro vno ſuppoſito verificari habet, quanuis differenter, ideo eiuſdem quantitatis reputantur. Propterea ad argumentum in oppoſitum negatur conſequentia, ad cuius probationem dicitur, ꝙ conuerſa eſt ſingularis, & conuertens particularis: nec ob id ſequitur, ꝙ non ſint eiuſdem quantitatis, ſaltem virtualiter; licet non ſecundum modum enunciandi.

Tex. 22 *Conuerſio per accidens eſt, ſubiecti in prædicatum, prædicatiq; in ſubiectum duarum enunciationum tranſpoſitio, manente eadem qualitate, ſed mutata enunciationum quantitate: quarum conuertens neceſſariò ſequitur ad conuerſam.*

Dilucidatio. Sicut dicitur conuerſio ſimplex, quoniam per eam ſimpliciter conuertitur enunciatio, ideſt, non gratia partis, ſed cum in ea remaneat eadem quantitas, ſecundum ſe totam conuertitur: ita quoque altera, conuerſio per accidens, hoc eſt, per aliud, ſcilicet, per partem, ſiue particularem, appellatur. Nam vniuerſalis, non in vniuerſalem, ſed in particularem: cum in ipſa eadem nõ remaneat quantitas, proculdubio conuertitur. Hæc itaque particula, manente eadem qualitate, ſed mutata enunciationum quantitate, definitionem conuerſionis per accidens, ingreditur, vt à conuerſione ſimplici, & etiam per cõtrapoſitionem: in quibus eadem quantitas manet, diſcrimen habeat, vt omnis homo eſt ſubſtantia, quædam ſubſtantia eſt homo; per conuerſionem per accidens darę enunciationes profectò conuertuntur. Nam conuerſa eſt vniuerſalis affirmatiua, & conuertens particularis affirmatiua: aut vniuerſalis negatiua eſt conuerſa, & particularis negatiua conuertens; vt nullus homo eſt lapis, quidam lapis non eſt homo, atque per hoc non qualitas, ſed ſolummodo quantitas mutatur.

Obiectio. Non ſequitur, omnis homo eſt mortuus, ergo quoddam mortuum eſt homo? igitur vniuerſalis affirmatiua non ritè conuertitur per accidens in particularem affirmatiuam. Aſſumptum probatur. Nempe antecedens poteſt eſſe verum, conſequente exiſtente falſo. Conſequentia probatur. Conuerſa enim eſt vniuerſalis affirmatiua, & conuertens particularis affirmatiua.

Reſpondetur ad antecedens, ꝙ data enunciatio, omnis homo eſt mortuus, nõ ritè cõuertitur. Quippè ratione illius prędicati mortuus, participij prętериti temporis, pro præſentibus, & præteritis pariter ſupponit homo: & in alia, quoddam mortuum eſt homo, non ampliatur, ſed pro præſentibus tantum tenetur, ideo ſic debet conuerti, omnis homo eſt mortuus, ergo quoddam mortuum eſt, vel fuit homo. Nam termini conuertentis, & conuerſæ, ęquè amplè, & æquè ſtrictè, teneri debent: alioquin illæ non eſſent participantes vtroque termino. Hinc iſta ſic conuertitur, omnis homo eſt generandus, ergo quoddam generandum eſt, vel erit homo: quoniam ratione illius prædicati, generandus, participij futuri temporis, ad homines futuros ampliatur homo.

Tex. 23 *Conuerſio per contrapoſitionem eſt, ſubiecti in prædicatum, prædicatiq; in ſubiectum duarum enunciationum tranſpoſitio, non mutata quantitate, nec enunciationum qualitate: quarum conuertens neceſſariò ſequitur ad conuerſam, mutatis terminis finitis in terminos infinitos.*

Dilucidatio. Conuerſio per contrapoſitionem, quaſi per contrariam poſitionem, non ſolum ſecundum ſitum terminorum, ſed etiam ſecundum eorum ſignificatum vocatur. Nam termini per conuerſionem per contrapoſitionem, mutantur non ſolum quo ad ſitum: quatenus ſubiectum fit prædicatum, & contra; ſed etiam quantum ad ſignificatum. Termini enim finiti ſignificatum, iam in terminorum tomo dilucidatum eſt, ſignificato termini infiniti opponi. Quãobrem in definitione conuerſionis per contrapoſitionem rectè dicitur, mutatis terminis finitis in terminos infinitos, ad differentiam conuerſionis ſimplicis, atque per accidens (à qua, per illam particulam, non mutata quantitate, nec enunciationum qualitate, ſimiliter diſcriminat) in quibus huiuſmodi terminorum mutatio, locum non habet: vt omne continuum eſt quantum, omne non quantum eſt non continuum. Reliqua verò iam dilucidata fuere. Ad faciliorem autem doctrinam ponuntur iſti verſus.

Feci ſimpliciter, conuertitur eua per acci,
Aſto per contra, ſic fit conuerſio tota.

Sanè in quibus ponuntur quatuor vocales, a, e, i, o. A, vniuerſalem affirmatiuam, e, vniuerſalem negatiuam, i, particularem affirmatiuam, o, particularem negatiuam, ſignificant. Vnde verſus.

Vniuerſales ambæ, e, negat, a, aſſerit atque
O, negat, i, affirmat, ſunt ambę particulares.

Quamobrem vniuerſalis affirmatiua cõuertitur in particularem affirmatiuam per accidens, atq; in vniuerſalem affirmatiuam per contrapoſitionem: vniuerſalis verò negatiua conuertitur ſimpliciter in vniuerſalem negatiuam: ſed particularis affirmatiua cõuertitur ſimpliciter in particularem affirmatiuã, & particularis negatiua, in particularem negatiuã

per

per contrapoſitionem conuertitur. Dicitur igitur feci ſimpliciter, hoc eſt, vniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua, conuertuntur ſimpliciter. Conuertitur eua per acci, hoc eſt, vniuerſalis negatiua, & vniuerſalis affirmatiua, conuertuntur per accidens. Alio per contra, ideſt, vniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua, per contrapoſitionem conuertuntur.

Obiectio. Sicut ſe habet homo ad animal, ita non homo ad non animal, ſed homo non poteſt vniuerſaliter verè dici de animali; ergo nec non homo poteſt verè dici vniuerſaliter de non animali, atq; idcirco hęc eſt mala conuerſio; omnis homo eſt animal, ergo omne non animal eſt non homo. Aſſumptum probatur. Sicut enim ſe habet affirmatio ad affirmationem, ita ſe habet negatio ad negationem.

Text. co. 30. Reſpondetur negando aſſumptum, ad cuius probationem dicitur, ꝙ Ariſtoteles in primo libro Poſteriorum dixiſſe legitur, ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis, & contra: attamen non dixit, ſi affirmatio infert affirmationem, negatio infert negationem, & contra. Nempe hoc eſt falſum, quoniam parallogyſmos conſequentis à deſtructione antecedentis, & à poſitione conſequentis fundat. Obſeruando enim talem regulam licet dicere, currit, ergo mouetur, & contra, nõ currit, ergo non mouetur. Homo autem eſt inferius ad animal, ſed non homo eſt ſuperius ad non animal, ideo non ſe habent ſimiliter, ſed fallacia conſequentis committitur. Quanquàm autem illa regula, ſi affirmatio infert affirmationem, negatio infert negationẽ, & contra, in terminis conuertibilibus teneat, in ĳs tamen, quę ſe habent ſicut inferius, & ſuperius, nulla eſt, iccirco formalis conſequentia non eſt.

Tex. 24. *Enunciatio hypothetica eſt enunciatio, plures habens categoricas, aut ſimiles: tanquàm principales partes ſui, per notam coniunctionis adinuicem coniunctas.*

Dilucidatio. Definita, & enucleata categorica enunciatione, nunc, quoniam compoſitum ſequitur ſua componentia: hypotheticam, vtpotè ex pluribus categoricis compoſitam, litera aggreditur. Plures enim categoricæ, propria materia, ſiue partes propinquę, atque hypotheticæ primarię ſunt. Quemadmodum nanq; hypothetica immediatè ex categoricis componitur: ita quoque in categoricas ſtatim reſoluitur. Sed eius forma, nota coniunctionis eſt. Sicut enim in categorica, copula verbalis eſt eius forma, quia prædicatum cum ſubiecto annectit: ſic etiam in hypothetica, coniunctioni nota, quia plures categoricas adinuicem connectit, forma eius vocatur. Quamobrem cum data definitio, principia definiti eſſentialia eius, ſcilicet, materiam, & formam, ſufficienter explicet, bona eſt definitio: in qua, enunciatio, velut genus, poſita eſt. Omnis enim hypothetica eſt enunciatio, ſed non contra. Nam & categorica eſt enunciatio, & tamen hypothetica non eſt.

Quæ plures habet categoricas, tanquam principales partes ſui, ad differentiam categoricæ, adiectum eſt: cuius partes principales, per copulam verbalẽ coniunctę, ſubiectum, & prędicatũ, dicuntur. Demum, aut ſimiles, inſertum eſt, hoc eſt, modum categoricarum habentes, inquantum ſubiectum, & prędicatum, habent: ſed copula indicatiui modi carẽt. A Nempe hypotheticam, per alios modos citra indicatiuum fieri contingit. Per notam coniunctionis adinuicem coniunctas, ſubinſertur, vt vna enunciatio, hypothetica dici queat. Vnam autem, dico, nõ ſimpliciter, ideſt, ſine addito, ſed ſecũdum quid, ſiue cum vllo addito, ſcilicet, coniunctione vna. Verum quædam (licet ſolum cõparatiuè) vocatur ſimplex: & eſt, cuius vtraque pars principalis eſt categorica, vt ſcientia eſt habitus, & habitus eſt qualitas. Quędam vero, compoſita appellatur: & eſt, cuius altera pars principalis, hypothetica eſt, vt omne animal eſt ſenſibile, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſenſibilis.

Obiectio. Definitio, quæ non cõpetit omni contento ſub definito, nõ eſt bona, ſed iſta eſt huiuſmodi, ergo nõ eſt bona. Minor ꝓbatur. Hypothetica nãq; cõpoſita habet tanq̃ partem principalẽ ſui, alteram hypotheticã. B ergo hypotheticę definitio, ei nõ conuenit. Cõſequẽtia ꝓbaẽ. Quippè hypothetica (inquit illiꝰ definitio) hẽt plures categoricas tanq̃ principales partes ſui, ſed p antecedens hypothetica cõpoſita habet alterã hypotheticam tanquàm partẽ principalem ſui; ergo hypotheticæ definitio, ei nõ cõuenit.

Reſpondetur negando minorẽ, ad cuius ꝓbationem dicitur, ꝙ hypothetica compoſita, ex pluribus categoricis immediatè cõponitur, et in eas ſtatim reſoluitur, ideo eius principales partes ſunt plures categoricę: ſed principaliores, altera eſt hypothetica, ex qua magis immediatè cõponiẽ, et altera categorica. Verũ ſatis eſt hypotheticę, vt plures habeat categoricas, aut ſimiles, tanq̃ principales partes ſui; iccirco ſufficiẽter deſcripta eſt. C Nã habere alterã partem principaliorẽ, hypotheticã, ei ꝓculdubio cõpetit, vt eſt talis hypothetica, puta cõpoſita, & nõ ſimpliciter, vt hypothetica eſt, quo pacto hic definita ẽ.

Tex. 25. Diuiſio. *Hypotheticarum, ſecundum communem uſum, quædam eſt conditionalis, quædam copulatiua, quædam diſiunctiua; ad quas ceteræ reducuntur.*

Dilucidatio. Quanquàm ſecundum ethymologiam vocabuli ſola conditionalis propriè hypothetica ſit: tamen ſecundum communem logicum vſum, & copulatiua, & diſiunctiua. hypotheticę nuncupantur. Nam (vt ſæpenumero dictum eſt) aliud quippè eſt quandoq; id, a quo nomen imponitur, ac deriuatur: & id, ad quod nomen impoſitum eſt. Logica enim originem traxit à logos græcè, latinè ſermo, & ethicos ſcientia, quaſi de ſermone ſciẽtia: attamen ſecundũ D communem vſum ad ſignificandam ſcientiã de ſermone vero, vel falſo, impoſita eſt. Similiter hypothetica dicitur ab hypos græcè, latinè ſub, & theſis poſitio, quaſi ſuppoſitio, ſeu ſuppoſitiua oratio: & hoc pacto ſola conditionalis eſt propriè hypothetica, qm̃ in ea duntaxat vna pars ſupponitur alteri. Nam ſecunda categorica, ſiue oratio, ad primã, ſicut conſequens ad antecedens, ſe habet, vt ſi lucet, eſt lucidum: qm̃ antecedens non poteſt eſſe verum, conſequente exiſtente falſo. Sed quantũ ad id, ad quod nomen imponitur, tam copulatiua, quàm diſiunctiua, ſicut & conditionalis, hypotheticæ dicuntur. Nempe in illis, ſicut in conditionali, per notam coniunctionis plures categoricæ coniunguntur:

L ad

ad quas tres ſpecies, cæterę, veluti cauſalis, temporalis, & rationalis, ad conditionalem, reducuntur. E In eis nanque bona eſt conſequentia, adminus quãtum ad modum enuntiandi; quemadmodum & in conditionali, hoc eſt, ſecunda pars, quaſi conſequẽs ad primam tanquàm ad ſuum antecedens, ponitur: vt in temporali, dum animal viuit, ſentit, ideſt, ſi animal viuit, ſentit. Cauſalis quoque eſt enunciatio hypothetica, cuius principalis copula eſt coniunctio; quia, aut ęquiualens, vt quia ſol eſt ſuper terram, dies eſt, hoc eſt, ſi ſol eſt ſuper terram, dies eſt: & perinde de alĳs ſecundum analogiam dicatur, ſicut in rationali, principalis copula eſt coniunctio illatiua, vel rationalis, ſcilicet, ergo, itaque, igitur; aut æquiualens, & in temporali aduerbium temporis. Localis autem, vt exemplariter dicatur, Sortes dormit, vbi Plato diſputat: nec non ſimilitudinaria, & cætera id genus, ad copulatiuã reducuntur. F Nam in eis, per notam cõiunctionis, ſiue ſit aduerbium, ſiue coniunctio, plures orationes cõiunguntur. Aut igitur in enunciatione hypothetica, plures categoricæ coniunguntur ſecundum vocẽ tantum, & ſic fit diſiunctiua: aut ſimul ſecundum vocẽ, & ſignificatũ, & hoc quidẽ ſi p modum vnius, quatenus illa ſignificata continere denotant ſe inuicẽ, ſicut antecedẽs continet conſequens, eſt conditionalis, ſed ſi p modum diuerſorum, veluti quaſi aceruus lapidum, erit copulatiua. Propterea prius de conditionali, in qua perſectiori modo plures categoricę coniunguntur: deinde quippè de copulatiua, poſtremum de diſiunctiua, aſſumitur determinatio.

Obiectio. Plato, qui orat, loquiť, data enunciatio eſt hypothetica, & tñ ad nullam harum reduci poteſt; ergo G diuiſio eſt inſufficiens. Aſſumptum quo ad primam partẽ ꝓbatur. Quippè data enunciatio non eſt categorica, ergo hypothetica. Secunda quoq; ꝓbať. Nã in ea, nulla eſt cõiunctio, vniens plures categoricas, principales eius partes, ergo ad nullã earũ reduci põt. Cõſequentia ꝓbať. Coniunctio.n. eſt forma hypotheticæ, per quã in ſua ꝓpria ſpecie collocať.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis, ad cuius probationem dicitur, ꝙ implicitè in ea eſt aliqua coniunctio: ſicut clarè liquet, eam reſoluẽdo ſic, Plato orat, & loquitur; vel ſic, quum Plato orat, loquitur. Prima enim eſt copulatiua, ſecunda eſt temporalis.

Tex. 26. *Conditionalis eſt enunciatio hypothetica, plures habens categoricas, aut ſimiles, per hanc coniunctionem, ſi, aut ei æquiualentem, adinuicem coniunctas: quarum prima dicitur antecedens, ſecunda uerò conſequens.* H

Dilucidatio. Conditionalis definitur eſſe enunciatio hypothetica, quæ tãquàm, ſecundum cõmunem logicorum vſum, ad conditionalẽ, copulatiuã, atq; diſiunctiuã, genus collocatur. In qua plures coniunguntur categoricæ, aut habentes modum categoricarum; vt ſi didiciſſes, vtiq; benè tibi eſſet. Per hanc cõiunctionem, ſi, ad differentiam copulatiuæ, atque diſiunctiuę, apponitur. Aut illi æquiualens ſubinſertur, qm̃ nõ nullæ (vt iam diximus) velut rõnalis, & huiuſcemodi, ad eam reducantur. Rurſus adiectum eſt, quarũ prima dicitur antecedẽs, ſecunda verò cõſequẽs: quia oĩs conditionalis eſt conſequentia, in quã ſanè & antecedens, & conſequens proculdubio datur.

Obiectio. Omnis enunciatio eſt oratio indicatiua, ſed non omnis hypothetica eſt oratio indicatiua; ergo non omnis hypothetica eſt enunciatio. Minor probatur. Quandoq; enim hypothetica eſt oratio ſubiunctiua; vt ſi ſtuduiſſes, utique didiciſſes.

Reſpondetur ꝙ omnis hypothetica eſt enunciatio, aut formaliter, aut modaliter. Formaliter quidẽ eſt enunciatio, quando eſt oratio indicatiua. Modaliter uerò, dum eſt oratio ſubiunctiua; quoniã tunc habet modum enunciationis, ſubiectum, ſcilicet, & prędicatum, & copulam, tanquàm principales partes ſui; ideo in definitione dictum eſt, plures categoricæ, aut ſimiles: quales ſunt orationes ſubiunctiuæ, quæ quoquo modo, uerum, uel falſum, quemadmodum (ut dicetur infra) & ipſa indicatiua oratio, ſignificant, iccirco minor argumenti in oppoſitum non eſt ſimpliciter uera.

Tex. 27. 1. Diuiſio. *Enunciationũ conditionaliũ, alia affirmatiua, alia negatiua. Affirmatiua eſt, in qua nota conditionis affirmatur. Negatiua eſt, in qua nota conditionis negatur.*

Dilucidatio. Quemadmodum affirmatio, et principalis copulæ uerbalis negatio, categoricã, affirmatiuam, & negatiuam, conſtituit: ita quoque & affirmatio, & notę conditionis negatio, conditionalem, affirmatiuã, & negatiuam, efficit. Nam in ea, principalis copula, nota eſt conditionalis: ideo hypothetica dici poteſt, qualis, ſed non quanta. Enunciationis.n. quantitas ex parte ſe tenet ſubiecti, quod, principalis pars hypotheticæ non eſt: ſed tantummodo remota, à qua non fit rei denominatio; ideoq; nec conditionalis, nec ulla hypothetica, alicuius quantitatis appellatur, ſed alicuius qualitatis, ut alia ſit affirmatiua, aliaq; negatiua. Affirmatiua uerò eſt, in qua nota conditionis affirmatur: quę regulariter fit, aut quum nota cõditionis toti conditionali p̃ponitur, ut ſi tu es homo, tu es animal; aut quando in medio categoricarum ponitur; ut tu es coloratus, ſi tu es albus. Negatiua autem eſt, in qua nota conditionis negatur: quæ etiam fit, aut quum ipſi notæ immediatè p̃ponitur negatio, ſed nõ toti conditionali, ut tu es rationalis, non ſi tu es hinnibilis; aut quãdo toti conditionali præit negatio, ſed non ſtatim ad ipſam notam apponitur, ut non tu es homo, ſi tu es equus; uel deniq; quum toti conditionali ſtatim ad ipſam notam præponitur, ut non ſi tu es ſanus, humores ſunt inadæquati. Inter partes autem categoricarum, nec ponitur unquàm.

Obiectio. Enũciatio dicitur affirmatiua, uel negatiua, cuius copula uerbalis affirmatur, uel negatur; ergo conditionalium, nulla eſt affirmatiua, uel negatiua. Conſequentia probatur. Quippè copulę uerbalis affirmatio, uel negatio, conditionalem affirmatiuam, uel negatiuam, non conſtituit.

Reſpondetur, ꝙ antecedens in categorica, cuius forma eſt copula uerbalis, uerificať: ſed in hypothetica, cuius forma eſt cõiunctionis nota, nullũ habet locum. Hinc quia nota coniunctionis affirmatur, aut negatur, affirmatiua, uel negatiua uocatur.

Tex. 28. 2. Diuiſio. *Conditionalium, alia uera, alia falſa. Conditionalis uera eſt, cuius oppoſitũ cõſequentis repugnat (antecedẽti. Falſa eſt, cuius oppoſitũ conſequentis ſtat cum antecedente.*

Quoniam

Dilucidatio, Quoniam ſignificare verum, aut falſum, quod
ſanè eſt fundamẽtum, quare enunciatio ſit vera. vel A
falſa, oĩbus conuenit hypotheticis, quemadmodum
& categoricis: icc irco conditionalium, alia ſit vera,
aliave falſa. Conditionalis vera eſt, cuius oppoſitũ
conſequentis repugnat antecedẽti. Nam conditio-
nalis vera, bona eſt conſequentia: hæc autem eſt cu
ius oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti;
igitur conditionalis vera, vtpotè bona conſequen-
tia, eſt cuius oppoſitum conſequentis, repugnat an-
tecedẽti, vt ſi lignum eſt ignitum, lignum eſt calidũ:
oppoſitum conſequentis, lignum non eſt calidũ, re-
pugnat in veritate antecedenti, lignum eſt ignitum;
ideo eſt conditionalis vera. Sed falſa eſt, cuius oppo
ſitum conſequentis ſtat cum antecedente. Nã conſe
quentia mala eſt, cuius oppoſitũ conſequentis ſtat
pariter in veritate cum antecedẽte, hoc eſt, poſſibile
eſt, antecedens eſſe verũ conſequẽte exiſtente falſo: B
igitur conditionalis falſa, quę eſt mala conſequẽtia,
eſt, cuius oppoſitum cõſequentis ſtat cum antecedẽ
te, vt ſi tu es homo, tu es metaphyſicus. Ruſticus nã-
que eſt homo, attamen metaphyſicus nõ eſt: quia eſt
penit⁹ literarũ ignarus, ideo eſt cõditionalis falſa. Sed
de impoſſibilitate, atq. poſſibilitate, nec nõ neceſſi-
tate, & cõtingentia eiuſdẽ, nõ oportet aliter dicere:
qm̃ oĩs conditionalis vera eſt neceſſaria, & oĩs falſa
eſt impoſſibilis, nulla verò poſſibilis, ſeu cõtingens.
Dicitur.n. conditionalis vera, atq; neceſſaria, nõ q̃a
antecedens, & conſequens, ſit verũ, & neceſſariũ, ſi-
ue in materia neceſſaria: ſtat nãq; antecedens, et cõ
ſequens, in materia eſſe cõtingenti, immo remota, et
adhuc conditionalis eſſe vera, ac neceſſaria, vt ſi tu
curris, tu moueris, vel ſi tu es equus, tu es hinnibilis: C
Sed neceſſaria vocat̃, ex infallibili, neceſſariaq; ſe-
quela, ac depẽdentia, conſequentis ex antecedente,
quod equidẽ exemplũ datũ planiſſimè demonſtrat:
Ex hoc.n. antecedente, tu curris, neceſſariò ſequit̃,
tu moueris. Quare falſa, impoſſibiliſq; vocat̃, nõ q̃a
conſequens, aut antecedens, ſit impoſſibile, ſed qm̃
verá, neceſſariáq; dependentiã conſequentis ex an-
tecedente ſignificat: quod re uera, verũ non eſt, ſed
potius ſequitur impoſſibile, vt ſi tu es homo, tu ſe-
des. Si.n. hæc ſequela eſſet vera, & neceſſaria, ſtatim
ſequitur, quod oĩs homo neceſſariò ſedet: quod eſt
omni prorſus impoſſibile. Si aũt omnis vera eſt ne-
ceſſaria, nulla erit poſſibilis. i. contingens: qm̃ ne-
ceſſarium, et contingens, opponunt̃, quemadmodũ
poſſibile, et cõtingens, ſimul conuertunt̃. Quòd aũt
poſſibilis, poſſibilitate logica, quia ſibi nõ repugnat D
eſſe, vocatur, huic doctrinę nequaquã obſtat. Vnde
conditionalis nihil ponit in eſſe. N. poſito q̃ condi
tionalis ſit vera ex neceſſaria ſequela conſequẽtis ex
antecedente: ꝓpterea non ſequit̃ antecedẽs, ſiue cõ
ſequens, nec eſſe verũ, nec poni verum, vt ſi tu es di-
ues, tu habes pecuniã. Oratio quoq. ſubiunctiua, ex
qua cõditionalis confici põt, cum alia ſumpta in or
dine ad aliud, verum, vel falſum ſignificare põt. Si-
quidẽ ſignificat conſequẽs eſſe verũ in ordine ad ip-
ſum antecedens, iccirco ſi antecedẽs non põt eſſe ve
rum conſequẽte exiſtẽte falſo, ſignificat verũ: & cõ
tra, ſi antecedens põt eſſe verum conſequente exiſtẽ
te falſo, ſignificat falſum. Sola aũt oratio indicatiua
ſolitariè ſumpta, ſimpliciter verũ, vel falſũ ſignificat.

A Si homo eſt equus, homo currit, antecedens in Obiectio.
data enunciatione non põt eſſe verũ ſine conſequen
te, & tñ conditionalis, vera non eſt; ergo ad verita-
tẽ conditionalis non ſufficit, quod antecedens non
poſſit eſſe verũ ſine conſequente. Aſſumptum ꝓba-
tur. Nanq; illud antecedens nullo modo poteſt eſſe
verum, ergo nec poteſt eſſe ſine conſequente.

Reſpondetur negando primã partẽ antecedẽtis,
ad cuius ꝓbationem dicitur, quod illud antecedens
non poteſt eſſe verum ꝓpter repugnantiã ſuorum
terminorum: atq: ideirco id ei nõ repugnat ꝓpter
eius habitudinẽ ad ſuum conſequens. Nempe poteſt
eſſe verum ſine conſequente, hoc eſt ſi per impoſſi-
bile poneretur illud eſſe verum, ꝓpterea conſequẽs
non eſſet verum; ideo illa conditionalis eſt falſa.

Copulatiua eſt enunciatio hypothetica, plures habens cate- Tex. 19
B *gorieas, per notam copulationis, &c, aut ſibi æquiualentem, ad-*
inuicem coniunctas.

Dilucidatio. Quanquam in cæteris hypotheticis, ſicut in co-
pulatiua plures categoricę per aliquam cõiunctio-
nem coniungantur, attamen in copulatiua per con
iunctionem copulatiuam connectuntur, ideo copu
latiua peculiariter appellatur: in cuius definitione
dicitur, per notam copulationis, & ad differentiam
conditionalis, atque diſiunctiuæ, nec non categori-
cæ, de ſubiecto, aut prædicato, copulato. Nota enim
copulationis, copulatim, & copulatiuè, cõſtructio-
nem recipit, Conſtruitur autem copulatim, quãdo
terminos ſolummodo annectit, vt Socrates, & Pla-
to, ſunt amici: ſed copulatiuè, quum enunciationes
copulat, vt Tullius orat, & Callipus audit. Verum
C enimuero ipſa coniunctionis nota copulatim ſum-
pta, diuiſiuè, & collectiuè, conſtrui quoque poteſt.
Accepta diuiſiuè, categorica de extremo copulato,
cum in duas categoricas per coniunctionem copu
latiuam, cõiunctas, reſolui queat, vni copulatiuæ ve
ræ æquipollet: vt Virgilius, & Homerus ſunt poe-
tę; ergo Vergilius eſt poeta, & Homerus eſt poeta,
Sed collectiuè ſumpta, vni copulatiuæ veræ minimè
æquipollet, vt Petrus, & Andreas, trahunt nauim.
Ambo.n. ſimul, & neuter per ſeipſum, ſufficit trahe
re nauim Demum, aut ſibi æquiualentem, ſequitur;
veluti atque, ac, & huiuſcemodi coniunctiones.

Socrates, & Plato, diſputant; data enunciatio eſt Obiectio.
copulatiua, & tñ in ea non ſunt plures categoricę;
ergo eius definitio interimẽda eſt. Aſſumptum quo
ad primam partem probatur. Quippè in ea poni-
D tur coniunctio copulatiua.

Reſpondetur negando ſecundam partem antece
dentis. Nam data enunciatio (vt dilucidatum eſt)
in duas reſoluitur categoricas, per notam coniun-
ctionis adinuicem coniunctas, ideo non ſufficit ad
copulatiuam in ea eſſe coniunctionis nota: ſed plu-
res requiruntur categoricæ, implicitè, vel explicitè,
per notam coniunctionis adinuicem coniunctas.
Hinc quia, in duas, uel plures categoricas per notã
coniunctionis adinuicem coniunctas, reſolui non
poteſt: dum illa collectiuè conſtruitur, utputa, Pe-
trus, & Andreas, trahunt nauim: data enuncia-
tio, copulatiua non eſt, ſed categorica de extremo
copulato.

Tex. 30. 2. Diuiſio.

Copulatiuarum, alia affirmatiua, alia negatiua.

Affirmatiua eſt, in qua nota copulationis affirmatur. E

Negatiua eſt, in qua nota copulationis negatur.

Diluci-datio.

Coniunctio, in ipſa copulatiua, affirmatur, quũ aduerbium negandi ſuper eam minimè cadit: vt potè quia, nec eam præcedit, nec cum ea conſtruitur. Quando autem inter partes alterius categoricę ponitur, etiam ſi notam copulationis prçit, copulatiuam negatiuam non conſtituit, quoniam iam ſuam virtutem negandi amiſit: quod ſanè in omnibus hypotheticis intelligendum eſt, vt Ariſtoteles eſt princeps peripateticorum, & Plato eſt dux academicorum. Nota enim copulationis in ea affirmatur, ideo eſt copulatiua affirmatiua: ſed par non eſt numerus impar, non & par eſt indiuiſibilis, quia in ea nota copulationis negatur, copulatiua negatiua eſt.

Tex. 31. 4. Diuiſio.

Copulatiuarum, alia uera, alia falſa.

Affirmatiua uera eſt copulatiua, cuius utraque pars eſt uera. F

Affirmatiua falſa eſt copulatiua, cuius utraque pars, uel ad minus altera eſt falſa.

Copulatiua negatiua uera eſt, cuius utraque pars, uel ad minus altera eſt uera.

Copulatiua negatiua falſa eſt, cuius utraque pars ſemper eſt falſa.

Diluci-datio.

Quemadmodum totum eſſentiale, ad ſui exiſtentiam ſe habet: ita quoq; copulatiua affirmatiua vera, ad ſuam veritatem ſe habet. Ad exiſtentiam totius quippè eſſentialis, omnes ſuas partes oportet pariter eſſe, veluti in homine, in quo deficiente vnâ parte, vtputa corpore, non eſt amplius homo: quare ad veritatem copulatiuę affirmatiuæ requiritur vtranque partem eſſe pariter veram, vt homo eſt rationalis, & leo eſt irrationalis. Nam bonum (autore Diuo Dionyſio) conſurgit ex integra cauſa, malum vero contingit omnifariam: ſicut ad hominis ſanitatem opus eſt omnes humores eſſe adęquatos, ſed ad ægritudinem, vnum excelli, & inadæquari ſufficit. Falſa autem copulatiua, in aſtologia malorum, & vera in ordine bonorum eſt. Quocirca ad veritatem affirmatiuę exigitur vtranque partem eſſe veram, ſed ad falſitatem ſufficit vnã eſſe falſam, vt lepus eſt timidus, & leo eſt magis timidus. Dictũ eſt autem affirmatiua, ad differentiam negatiuę, ad cuius veritatem ſufficit vnam partem eſſe veram: vt potè negatiua à Philoſophis in ordine malorum collocata, vt non tu es homo, & tu es equus. Hęc enim eſt vera, quia ſua contradictoria affirmatiua eſt falſa, ſcilicet, tu es homo, & tu es equus. Quare ad falſitatem eius requiritur vtranque partem eſſe falſam, vt non Callias eſt animal, & eſt inſenſibilis. G H

Obiectio. 1

Homo eſt animal, & equus eſt lapis, data copulatiua eſt vera: ergo ad eius veritatem non requiritur veritas vtriuſque partis. Antecedens probatur. Nam omnis enunciatio ſignificans aliquid ita eſſe ſicut eſt, vera vtique eſt, ſed data copulatiua ſignificat aliquid eſſe, ſicut eſt, ergo eſt vera. Maior patet, quoniam ſignificare verum eſt ſignificare rem eſſe, ſicut eſt. Minor probatur. Data enim copulatiua ſignificat hominem eſſe animal, & ita eſt.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, ꝙ ſignificare verum, nõ eſt ſignificare aliquid eſſe, ſicut eſt, ſed eſt ſignificare adæquatè rem eſſe, ſicut eſt. E Omnis nanque enunciatio dicitur vera ex ſuo ſignificato primario, & adęquato: & non ex ſolo ſignificato eius inadęquato, & ſecundario, quale eſt illud, hominem eſſe animal, in ordine ad totam copulatiuam aſſignatam omnis homo eſt animal, & equus eſt lapis. Hęc autem, licet ſignificet aliquid eſſe, ſicut eſt, tanquàm partem ſui ſignificati, quod eſt eius ſignificatum inadęquatum, non tamen ipſum ſignificat, tanquàm totum ſuum ſignificatum adæquatũ, quod illa affirmat: ꝙ equidem requiritur ad ſimplicem veritatem enunciationis, ideo non eſt mirum ſi eſt falſa.

Secũda.

Totum tantum valet, quantũ quęlibet eius pars, ergo vt tota copulatiua ſit falſa, oportet quamlibet eius partem eſſe falſam.

Reſpondetur, ꝙ quum dicitur, eſt tota falſa, aut F intelligitur diſtributiuè pro omnibus ſuis partibus, quo pacto abſque dubio argumentum in oppoſitũ concludit: quoniam ſic oportet, vt ſit tota falſa, quamlibet partem eſſe falſam: aut intelligitur tota falſa, ideſt, totaliter, quod eſt ſimpliciter, & abſolutè, & perinde propter falſitatem vnius partis abſolutè eſt tota falſa.

Tex. 32. 3. Diuiſio.

Copulatiuarum, alia neceſſaria, alia impoßibilis.

Neceßaria eſt copulatiua, cuius utraq; pars eſt neceſſaria.

Impoßibilis eſt copulatiua, cuius utraque pars, uel altera, eſt impoßibilis, uel eidem incompoßibilis.

Diluci-datio.

Sicut ad falſitatem affirmatiuæ ſufficit vnam partem eſſe falſam: ita quoq; ad eius impoſſibilitatem ſufficit vnam partem eſſe impoſſibilem, vel eidem incompoſsibilem, hoc eſt, ꝙ vna pars repugnet alteri, vt tu non moueris, & tu curris. Vtraque autem pars eſt neceſſaria, quando eſt in materia neceſſaria: G & eſt impoſsibilis, quia eſt in materia remota. Vnde pręſens, ac ſequens diuiſio, de affirmatiua ſolummodo intelligenda eſt.

Tex. 33. 5. Diuiſio.

Copolatiuarum, alia poßibilis, alia contingens.

Poßibilis eſt copulatiua, cuius utraque pars eſt poßibilis, nec alteri incompoßibilis.

Contingens eſt copulatiua, cuius adminus una pars eſt contingens, nec altera impoßibilis, nec alteri incompoßibilis.

Diluci-datio.

Altera enunciationis copulatiuę pars eſt contingens, quando eſt in materia contingenti: vtraque autem poſsibilis, quia non ſolum ſic eſſe poteſt, ſicut per eas ſignificatur, cum in materia remota non exiſtant, ſed quia ſunt in materia contingenti. Et dicitur vtraque, quoniam (vt iam diximus) ſi altera eſſet impoſsibilis, tota copulatiua, impoſsibilis efficitur. Quare ad eius poſſibilitatem, ſicut ad contin- H gentiam ipſius, vtraque pars requiritur poſſibilis, nec vna alteri incompoſſibilis. Nam oppoſita (autore Ariſtotele 10, Metaphy.) deſtruunt ſe mutuò: copulatiua autem affirmatiua, pariter ponit, atque ſimul ambas partes aſſerit, ideo nec deſtruere ſe mutuò, nec ad inuicem repugnare poſſunt.

Tex. 34.

Diſiunctiua eſt enunciatio hypothetica, plures habens categoricas, per notam diſiunctionis, uel, aut ſibi æquiualentem, ad inuicem coniunctas.

Diluci-datio.

Cum in hac ſpecie hypotheticę, coniunctio ponatur diſiunctiua, meritò hypothetica diſiunctiua denominatur: quo fit, vt per cõiunctionem diſiunctiuam,

ctiuam, à conditionali, & copulatiua, diſcrimen habeat. Cęterę verò particulę definitionis aſſignatę, (A) in ea vtique veniunt intelligētia, vt in ſuperioribus dilucidatum eſt. Vnde ſicut nota copulationis conſtruitur, & copulatim, & copulatiuè: ſimiliter nota diſiunctionis, & diſiunctim, & diſiunctiuè, ſumi poteſt. Diſiunctim quidem, quando terminos ſolummodo coniungit, vt Socrates, vel Plato, diſputat: quę, categorica de extremo diſiuncto vocatur, & in vnam diſiunctiuam reſolui poteſt, vt dicatur, Socrates diſputat, vel Plato diſputat. Diſiunctiuè autem, quando enunciationes connectit, vt datum exemplum per ſe demonſtrat. Si verò ſumitur diſiunctiuè, diuiſiuè, & collectiuè, ſumi poteſt: ſicut de copulationis nota (ſecundũ analogiam tamen) dictũ eſt.

Obiectio. Coniungere, & diſiungere, ſunt actus oppoſiti, qui, eidem conuenire non poſſunt, ſed coniunctio diſiunctiua, enunciationes diſiungere habet; ergo (B) per eam in enunciatione diſiunctiua plures categoricæ non coniunguntur.

Reſpondetur ad maiorem, ꝙ coniungere, & diſiungere, quia ſunt actus oppoſiti, eidem reſpectu eiuſdem conuenire non poſſunt, ſed reſpectu diuerſorum nihil obſtat: & ita coniunctioni diſiunctiuę, coniungere, & diſiungere, ſimul conuenit. Coniungit enim voces, & diſiungit eorum ſignificata, quatenus coniungit plures categoricas ſecundum vocem, & eorum ſignificata diſiungit. Sed contra.

* inſtatur. Omnis enunciatio eſt vera, vel falſa, data enunciatio eſt diſiunctiua, & tamen in ea non coniunguntur plures categoricæ ſecundum vocem, ergo reſpõſio eſt nulla. Reſpondetur, quod coniunctio diſiunctiua, plures categoricas ſecundum vocem in enun(C)ciatione diſiunctiua implicitè, vel explicitè, coniungit: ideo data enunciatio reſoluitur in vnam diſiunctiuam falſam, ſcilicet, omnis enunciatio eſt vera, vel omnis enunciatio eſt falſa, quoniam aliqua eſt vera, & aliqua eſt falſa. Sumpta verò collectiuè, non eſt diſiunctiua, ſed vna categorica de extremo diſiuncto.

Tex. 35. 1. Diuiſio. *Diſiunctiuarum, alia affirmatiua, alia negatiua.*

Affirmatiua eſt, in qua nota diſiunctionis affirmatur.

Negatiua eſt, in qua nota diſiunctionis negatur.

Dilucidatio. Eadem ratione, qua dicitur conditionalis, & copulatiua, affirmatiua, aut negatiua, diſiunctiua, affirmatiua, aut negatiua, nuncupatur: ſicut logica eſt ſcientia, vel logica non eſt ſcientia, eſt diſiunctiua affirmatiua, quia nota diſiunctionis affirmatur. Sed non logica eſt pars philoſophię, vel eſt ſcientia, eſt (D) negatiua, quia nota diſiunctionis negatur.

Tex. 36. 2. Diuiſio. *Diſiunctiuarum, alia uera, alia falſa.*

Vera eſt diſiunctiua, cuius una pars poſita interimit alteram, & una pars interempta ponit alteram.

Falſa eſt diſiunctiua, cuius, ſi una pars eſt uera, altera protinus non eſt falſa: aut contra, ſi una pars eſt falſa, altera ſtatim non eſt uera.

Quare omnis uera eſt neceſſaria, & omnis falſa impoßibilis, nulla autem poßibilis, ſiue contingens.

Dilucidatio. Ad veritatem diſiunctiuę affirmatiuę (de qua intelligitur pręſens litera, quia oppoſito modo ſe habet in negatiuis ob negationem, quę negat, ac deſtruit ſenſum diſiunctiuæ) requiritur, vnam partem eſſe veram, alteramq; falſam, ſed indifferenter, hoc (A) eſt, non magis hanc, quàm illam, ſed vnam illarum, aut iſtam, aut illam: quemadmodum ad animalis poſitionem ſufficit, vt ponatur homo, ſiue alia, quęcunque ſit illa, animalis ſpecies. Nam ſola coniunctio diſiunctiua, coniungere habet voces, ſiue terminos, tam incomplexos, quam complexos, veluti enunciationes, & diſiungere ſenſum, ſiue ſignificatũ. Quamobrem diſiunctiua vera eſt, cuius vna pars eſt vera, altera exiſtente falſa, ſed indifferenter, ideſt, cuius ſi vna pars eſt vera, altera protinus neceſſariò eſt falſa: quoniam vnam categoricarum connectit tanquàm veram ſub diſiunctione ad alteram, quanuis indifferenter (vt modò diximus) id euenire conſtat. Hinc quoniam huiuſmodi diſiunctiua eſt conſtituta ex partibus repugnantibus, vna pars interimit alteram, quę interempta ponit alteram. Nam (B) ad affirmationem primę partis, ſtatim neceſſariò ſequitur negatio ſecundę, vt dies eſt, aut nox eſt, ſed dies eſt, ergo non eſt nox: ſimiliter ad negationem primę partis, ſemper ſequitur affirmatio ſecundę, vt dies eſt, aut nox eſt, ſed non eſt dies, ergo eſt nox. Propterea ſi vtraque pars eſt vera, non eſt propriè diſiunctiua, ſed impropriè, quoniam ſenſum minimè diſiungit: & æquipollet vni copulatiuę, vicem cuius apud doctores ſæpenumero gerit, vt tu es riſibilis, vel tu es flebilis, æquipollet huic copulatiuæ, tu es riſibilis, & tu es flebilis. Quo fit, vt cum pręſens litera, de diſiunctiua propria ſermonem faciat, diſiunctiua, cuius vtraque pars eſt neceſſaria, vtpotè, quia eſt in materia neceſſaria, non eſt propriè diſiunctiua, ſed copulatiua neceſſaria, inquantum æ(C)quipollet eidem; quanquam ſit diſiunctiua impropria, ſecundum, ſcilicet, modum enunciãdi, vt cœlũ eſt corpus, vel eius intelligentia eſt incorporea. Falſa autem eſt diſiunctiua, cuius, ſi vna pars eſt vera, altera mox de neceſsitate non eſt falſa, aut contra, ſi vna pars eſt falſa, altera ſtatim neceſſariò non eſt vera, hoc eſt, cuius partes adinuicem non repugnant: ſed ſimul ſtare poſſunt in veritate, & falſitate, vtpotè quia ambę poſſunt eſſe ſimul verę, vel ſimul falſę, atque idcirco ſenſum haud vnquam diſiungit, ſecundum ꝙ ex ſua naturà deſignat; qua in re protinus apparet falſa, quoniam aliter quàm eſt, ſignificat. Quare omnis vera eſt neceſſaria, quia non poteſt aliter ſe habere, quemadmodum ſignificat: & omnis falſa eſt impoſſibilis, vt homo ſedet, vel homo diſputat, vtpotè ſignificans, ꝙ non poteſt aliter eſſe, quin (D) vel ſedeat, vel diſputet, aut ꝙ non poteſt homo ſimul diſputare, & ſedere, ideoq́; nulla eſt poſsibilis, aut contingens. Nam definitio copulatiuæ poſſibilis in ſuperioribus, eodem quippè modo intelligitur, quo & definitio copulatiuę contingentis: cum re ipſa ſit penitus eadem, ſed ſolummodo ſecundum vocem diſcrepat. Nempe diuiſionis membra in idẽ reddunt, ſed poſita eſt propter addiſcentes, & non quaſi in hac doctrina neceſſaria: atque idcirco, ſi nulla eſt diſiunctiua contingens, nulla quoque erit poſſibilis. Quòd autem nulla ſit contingens, iam è data definitione copulatiuæ contingentis, vnà cum definitione ipſius diſiunctiuæ, nunc aſſignata, manifeſtum euaſit. Verum dicitur diſiunctiua poſsibilis,

lis, poſſibilitate logica, vtpotè quia ſic poteſt eſſe, ſicut per eam enunciatur, quoniam ſibi non repugnat eſſe, quod per ipſum ſignificatur: ſed non eſt poſſibilis, vt poſſibile æquipollet contingenti, quoniam neceſſarium (vt perſpicuum erit infra) & poſſibile, nec non contingens, opponuntur, ideo ſi omnis vera eſt neceſſaria, & omnis falſa impoſſibilis, nulla erit poſſibilis, nec contingens.

Obiectio. Omne totum integrale ſimul ponit omnes ſuas partes, ſed diſiunctiua, etiam affirmatiua, eſt totum integrale; ergo diſiunctiua, etiam affirmatiua, ſimul vtranq; partem ponit. Minor probatur. Quippè diſiunctiua, etiam affirmatiua, ex ſuis partibus integratur.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quòd diſiunctiua, etiam affirmatiua, ſecundum vocem ſumpta, vtiq; eſt ſicut totũ integrale, quia ex ſuis partibus integratur: ſed ſecundum ſignificatum eius conſiderata, eſt ſicut totum vniuerſale, ad cuius poſitionem ſufficit ponere vnã, indifferenter, ipſius partem, ſic & ad veritatem diſiunctiuæ affirmatiuæ ſatis eſt, alteram illius partem indifferenter eſſe veram.

Tex. 37 *Modus eſt adiacens rei determinatio.*

Dilucidatio. Poſteaquàm de enunciatione de ineſſe, quæ, ſimplicem deſignat inhærentiam prædicati cum ſubiecto, determinationem peregimus: ſupereſt de enunciatione modali, quæ, prædicati cum ſubiecto cõpoſitionem, à modo ipſo profectò modificatam, agere. Siquidem hoc pacto, modalis, illam ſequitur de ineſſe, ſicut compoſitum ſuum ſimplex, ex quo conficitur, præſupponit, atq; idcirco ipſum præcedit. Sed quia enunciatio modalis, à modo, ſuum, ſortita eſt, nomen, ideo in primis de modo agere opus fuit: qui in litera definitur eſſe adiacens rei determinatio, hoc eſt, limitatio, ſiue reſtrictio, ſuo ſubſtantiuo appoſita: & per adiectiuum fieri habet, vt homo, iuſtus denominatur. Quiſq; enim denominari poteſt, tam iuſtus, quàm iniuſtus: ſed quum dicitur homo iuſtus, limitatur, & reſtringitur ad hominem iuſtum, pro quo ſolummodo verificatur. Nempe modus apud logicum, & adiectiuum apud Grammaticum, re ipſa idem omnino ſunt. Omne autem adiectiuum eſt adiacens rei determinatio, ſcilicet, ſuo ſubſtantiuo. Nam adiectiuum vocatur, quia ſuo adiacet ſubſtantiuo, quatenus eius determinat ſignificatum, atq; idcirco ſuo ſubſtantiuo, poſito, vel ſubintellecto, ſemper adhæret, ideoq; modus, adiacens rei determinatio vocatur: quæ cum ſit ſuperior ad determinationem, quæ fit per adiectiuum, & appoſitiuè per ſubſtantiuum, vt animal homo, velut genus poſita eſt, & adiacens rei, ad differentiam determinationis per ſubſtantiuum factæ, collocatur. Quamobrem, ſiue ſit ex parte ſubiecti, ſiue prædicati, vel copulæ verbalis, hæc determinatio, ſemp dictio, huiuſcemodi determinationem ſignificans, modus non incongruè appellabitur.

Obiectio. Determinatio eſt actio, ſed modus non eſt actio, ergo modus nõ eſt determinatio. Maior probatur. Quippè determinare eſt agere, ergo determinatio eſt actio.

Reſpondetur diſtinguendo maiorem. Nam determinare effectiuè, & per modum agentis, eſt agere, ideo determinatio actiua eſt actio: ſed determinare formaliter, & p modũ formæ, ſicut albedo determinat rem albã, non eſt agere, iccirco determinatio formalis, de qua intelligit modi definitio, actio non eſt.

Tex. 38 1. Diuiſio. *Duplex eſt modus, vnus nominalis, alter aduerbialis.*
Nominalis fit per adiectiuum nominis.
Aduerbialis fit per adiectiuum uerbi.

Dilucidatio. Cum adiectiuum duplex eſſe dicatur, ſcilicet, nominis, vt albus, alba, album, & verbi, vt aduerbium: modus quoq; adiectiuum ſit, duplex profectò erit modus. Vnus quidem nominalis, qui fit per nominis adiectiuum, vt exemplariter dicatur, homo albus ſtudet. Alter verò aduerbialis, qui fit per verbi adiectiuum, ita vt quoq; dicatur, homo benè legit. Sanè adiectiuum nominis eſt omne adiectiuum nomini ſubſtãtiuo, adiacens, vt bonus Deus: bonus adiacet nomini ſubſtãtiuo, Deus, quatenus eius determinat ſignificatũ. Adiectiuũ autem verbi eſt aduerbium, adiacens in oratione verbo: & adiacet verbo, quia verbo adhæret, eius ſanè ſignificatum determinando.

Obiectio. Omne nomen ſignificat ſubſtantiam propriam, vel communem cum caſu, ergo nullum eſt nomen adiectiuum, nec modus nominalis. Conſequentia probatur. Nempe ſignificare ſubſtantiam, proprium eſt nomini ſubſtantiuo.

Reſpondetur ad antecedens, quòd omne nomen ſignificat per modum ſubſtantiæ, quod bifariam contingit: Aut ſignificat per modum ſubſtantiæ, quia per modum permanentis ſignificat, & ſic omne nomen etiam adiectiuum, per modum ſubſtantiæ ſignificat, eò quòd non per modum fluxus, ſicut facit verbum, ſed per modum permanentis ſignificat. Aut ſignificat per modum ſubſtantiæ, quia ſignificat per modũ ſubſtentantis, & ſic ſolum nomen ſubſtantiuum, per modum ſubſtantiæ ſignificat, eò quod nomina adiectiua per modum adiacentis alteri, ſignificat. Quamobrem omne nomen, aut ſignificat ſubſtantiam propriam, vtpotè vere ſubſtantiam, quam per modum per ſe ſtantis ſignificat, vt homo, aut ſubſtantiam communem, quæ re uera eſt accidens, quam tamen per modum per ſe ſtantis ſignificat, vt albedo: vel per modum permanentis, & non per modum fluxus, vt omne adiectiuum; Aut ſignificat qualitatem, quod eſt verè accidens, quod tamen per modum ſubſtantiæ ſignificat, vt albedo, & albus, alba, album, aut qualitatem communem, quæ re uera quandoq; eſt ſubſtantia, ſed illam per modum accidentis, hoc eſt, adiacentis alteri, ſignificat, vt humanus, humana, humanum, & quantus, quanta, quantum.

Tex. 39 2. Diuiſio. *Aduerbiorum, quædam modificant uerbum gratia compoſitionis, quædam gratia rei uerbi, alia ratione temporis, alia ratione modi.*

Dilucidatio. Verbum præcipuè adiectiuum, quatuor includit, prædicati, ſcilicet, cum ſubiecto compoſitionem: quæ, ipſius verbi actus generalis appellatur. Hanc autem determinationem aduerbia facere habent, quatenus, quomodo verbum, prædicatum, cum

cum ſubiecto componat, vtrum neceſſariò, vel contingenter, poſſibiliter, an impoſſibiliter, verè, vel falſè, oſtendunt. Nam quum dicitur, homo eſt animal neceſſariò, huiuſcemodi compoſitionem eſſe neceſſariam, ſiue in materia neceſſaria, ſignificatur: ſed quum dicitur, homo currit velociter, hominis curſum eſſe velocem, ſignificatur. Quamobrē quædam determinant verbum gratia rei verbi, ideſt, ſignificati ipſius verbi: quod vtique eſt ſecundū, quod ipſum verbū includit, ſcilicet, ſuum proprium ſignificatum, quod ipſius verbi actus ſpecialis appellatur, vt, curro, ſignificat curſum, qui, res verbi nuncupatur. Includit quoque verbum, quod eſt tertiū, tempus; quoniam cum tempore ſignificat. Propterea alia determināt verbum ratione temporis: quod proculdubio fit, quum ſub differentia temporis determinati, proprium verbi actum ſignificanr, ſicut aduerbia temporalia, vt legam hodie. Quāuis enim verbum ſuum proprium ſignificatum cum aliqua temporis differentia ſignificet: attamen nonnulla interueniente indeterminatione id ſemper euenit, atque idcirco ab aduerbio temporis periude determinatur. Amplius quartum in verbo incluſum eſt modus, aut indicatiuus, aut imperatiuus, vel optatiuus, vel ſubiunctiuus, ſiue infinitiuus. Propterea alia determinant verbum ratione modi, ſicut aduerbia optandi, & hortandi, vt exemplariter dicatur, vtinam eſſem bonus logicus. Illud nanque aduerbium, vtinam, verbum optariui modi exigit.

Obiectio. Aduerbiorum, quædam determinant verbū gratia loci, vt aduerbia localia, & quædam gratia numeri, vt aduerbia numeralia; ergo inſufficienter enumerantur aduerbia, determinantia verbum. Conſequentia probatur. Nempe ſupradicta aduerbia connumerata non ſunt.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, ꝙ aduerbia loci, & numeri, & alia multa, in diuiſione aſſignata cōtenta ſunt: quia non determinant verbum ratione numeri, qui eſt modus ſignificandi cuiuſcunque verbi, ſed ratione numeri rei ſignificatę per verbum. Puta quum dicitur, Sortes bis currit, ibi determinatur, currit, ratione dualitatis curſus ſignificati per ipſum verbum: non autem abſolutè ratione numeri ſingularis, aut pluralis, qui eſt modus communis ſignificandi cuiuſcunque verbi.

Tex. 40. *Quare omiſſis cæteris, de illis tantummodo dicatur modis, qui compoſitionem determinant.*

Dilucidatio. Sanè omiſsis omnibus alijs, de illis tantummodo modis, qui compoſitionem determinant, dicendū eſt. Nam vt aliquis modus, enunciationem modalē (gratia cuius hoc in loco de modo ſuſcipitur determinatio) propriè conſtituat, exigitur, vt talis enunciationis modus, dicti compoſitionem determinet. Quo fit, vt ea aduerbia, quæ determinant ſubiectū, vel enunciationis materiale prædicatum, aut verbū gratia rei verbi, ſeu modi, vel temporis, enunciationem propriè modalem minimè conſtituant. Nō.n. pręter tempus ſuæ præiacentis, cōpoſitionem ampliāt, quemadmodum faciunt hi quatuor modi, neceſſariò, contingenter, poſſibiliter, impoſſibiliter: ſicut hominem eſſe animal, eſt neceſſarium, ſua prę-iacens, ſcilicet, homo eſt animal, ratione modi, ſcilicet, neceſſarium, pro omni temporis differentia verificatur. Propterea cum, nec verum, nec falſum, ipſam compoſitionem vltra tempus ſuæ præiacentis non amplient, veluti modi non facientes propriè enunciationem modalem, relinquendi ſunt. Nam oppoſitio, & enunciationum æquipollentia, per verum, & falſum, facta, eodem ſanè modo fit, ſicut in categoricis de ineſſe, vt perſpicuum erit infra. Verū enimuero iſti quidem modi, interdum aduerbialiter conſtituuntur, vt poſsibiliter, impoſsibiliter, neceſſariò, contingenter; interdum nominaliter, vt poſſibile, impoſsibile, neceſſarium, contingens: & vtroque modo ſumpti, enunciationem modalem ſimpliciter efficiunt, quanuis diuersè, quoniam dum nominaliter ſumuntur, compoſitionem per modum nominis ſumptam determinant; aduerbialiter verò ſumpti, compoſitionem verbaliter deſignatam determinant.

Obiectio. 1 Omne determinabile eſt in potentia, ſed enunciationis compoſitio non eſt in potentia, ergo per nullum modum enunciationis compoſitio, eſt determinabilis. Maior ex terminis eſt nota, quoniam determinabile eſt quod eſt aptum natum determinari, Minor probatur. Enunciationis compoſitio eſt eius forma, ergo eſt in actu tantum, & non in potentia.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ idem reſpectu diuerſorum eſt in potentia, ſimul & in actu, ideo quanuis enunciationis compoſitio non ſit in potentia reſpectu eſſe totius enunciationis, ſed in actu tantum: attamen eſt in potentia reſpectu determinationum eius accidentalium, quo pacto vtique modificari poteſt. Nam enunciationis compoſitio, quæ eſt inhærenria prædicati ad ſubiectum, poteſt eſſe, aut neceſſaria, aut contingens, aut impoſsibilis, vel poſsibilis: iccirco iſtis quatuor modis, neceſſarium, impoſsibile, poſsibile, & contingens, eſt apta nata determinari. Sed contra. (* inſtatur) Determinationes alicuius incomplexi, enunciationis compoſitionem determinare non poſſunt, ſed iſti quatuor modi ſunt determinationes alicuius incomplexi, ergo iſti quatuor modi nullo pacto enunciationis compoſitionem determinare valent. Maior eſt euidens quoniam enunciationis cōpoſitio eſt quid complexum. Minor probatur. Hi nanque quatuor modi ſunt determinationes entis, quod eſt incomplexum, vt verè dicatur, entium, aliud eſt neceſſarium, aliud contingens, atque idcirco, poſsibile, & conſequenter, non impoſsibile. Reſpondetur, ꝙ iſti quatuor modi ſunt differentię, tam complexi, quàm incomplexi, ideo vtrunq; determinare poſſunt. Sicut enim entium, aliud eſt neceſſarium, aliud contingens: ita quoque compoſitionum enunciationis, alia eſt neceſſaria, alia contingens. Sed adhuc contra. (* item inſtatur) Nempe ſicut compoſitionum enunciationis, alia eſt neceſſaria, alia contingens: ita quoque alia eſt per ſe, alia per accidens, & tamen de ijs duabus non determinatur; ergo pari ratione de illis quatuor, aut determinandum non erat, aut reſponſio eſt inſufficiens. Reſpondetur, ꝙ per ſe, & per accidens, non ſunt modi, ab iſtis penitus

tus diſtincti: quia per ſe ſub neceſſariò reductiuè continetur, & per accidens ſub contingenti.

Secũda. Nihil, quod nominaliter ſignificatur, determinat compoſitionem verbi, ſed modi enunciationem modalem facientes, determinant verbum gratia cõpoſitionis, ergo modi, enunciationem modalem facientes, nominaliter ſignificari non poſſunt. Maior probatur. Aduerbium enim habet determinare verbum, non autem nomen, ergo quod nominaliter ſignificatur, non determinat compoſitionem verbi: ſed ſolummodo illud, quod aduerbialiter ſignificatur, cõpoſitionem verbi determinare poteſt.

Reſpondetur diſtinguendo maiorem. Nam quod ſignificatur nominaliter, compoſitionem verbaliter ſumptam, determinare non poteſt: ſed (vt probat argumentum in oppoſitum) ſolum aduerbium id efficere valet. Illud autem, quod nominaliter ſignificatur, compoſitionem verbi per modum nominis ſumptam, proculdubiò determinare poteſt, quo pacto iſti modi noĩaliter ſumpti, eã determinant.

Tex. 41. *Enunciatio modalis eſt, quæ, ullo horum quatuor modorũ, poßibile, impoßibile, neceßarium, & contingens, modificatur.*

Dilucidatio. Modalis eſt enunciatio categorica, quoniam habet ſubiectum, prędicatum, copulam, tanquàm principales partes ſui, vt Socrates eſt homo neceſſariò. Nam Socrates eſt ſubiectum, homo prędicatum verbum ſubſtantiuum, eſt copula verbalis, neceſſario verò, modus aduerbialiter ſumptus, nullum horum eſt, neq; eorum pars: ſed eſt modus denotans, hanc eſſe neceſſariam, Socrates eſt homo. Quod ſi fiat per modum nominaliter ſumptum profectò quaſi idem eueniet, vt Platonem legere eſt contingens. Nam infinitiua oratio, Platonem legere, eſt ſubiectum, copula, verbum ſubſtantiuum, eſt, contingens verò, prędicatum, etiam materiale quantum ad modum enunciandi, ſed quoniam contingens eſt modus qui propriè (vt iam diximus) non eſt prędicatum, nec eius pars: ideo reſoluenda eſt, quemadmodum quando fit per modum aduerbialiter ſumptum, vt dicatur, Plato legit contingenter. Verum quoniam quatuor modi in litera aſsignati, aliquam differentiam circa enunciationis compoſitionem faciunt, quam vltra ſuæ pręiacentis tempus ampliant: iccirco hi quatuor modi, propriè enunciationem modalem conſtituunt. Cæteri autem, vt verum, & falſum, opinabile, & inopinabile, efficiunt eam modalem communiter ſumptam, quatenus illã quoquomodo determinant, ac modificãt.

Obiectio. Platonem legere eſt poßibile, in data modali, hoc dictum, Platonem legere, eſt illud, quod modificatur per illum modum, poßibile, ergo enunciatio modalis non eſt, quæ modificatur aliquo horum quatuor modorum. Conſequentia probatur. Quippe illud dictum, quod modificatur, non eſt enunciatio modalis, ſed eius ſubiectum. Idem dicitur de alijs tribus.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd illud dictum modificatur primò per modũ partis, & tanquã quo: ſed tota enunciatio modificatur per modũ totius, et tanquã quod (licet hoc ſibi cõueniat per cõpoſitionẽ dicti, q̃ primò modificatur) ideòq; tota enũciatio eſt, quę dicitur modalis, & non ipſum dictum tantum. Sed inſtatur E contra. Quod, & parti, & toti conuenire poteſt, ſi parti conueniat, ob id, ipſum totum abſolutè denominare nequit: ſed per reſpõſionem datam modificari per modum, & dicto, quod eſt enunciationis pars, & toti enunciationi, conuenire poteſt; ergo ob id, quòd dictum modificatur, abſolutè enunciatio non debet dici modalis. Maior exemplariter ꝓbatur. Albedo nãq; toti corpori humano, ac illius partibus conuenire poteſt, ſi conueniat alicui partium, puta dentibus, humanum corpus ob id, album abſolutè dici non poteſt. Reſpondetur ad maiorem, quòd ſi tale ſolummodo parti conueniat, abſolutè non poteſt ipſum denominare, vt apertè exemplum datum declarat. Sed ſi, & parti, & toti (licet differenter) cõueniat, ipſum totum abſolutè denominare poteſt. Modificari autem per modum F (vt dictum eſt) toti competit enunciationi modali, tanquam ei, quę modificatur: dicto verò conuenit, tanquam ei, quo illa modificatur, ideo abſolutè eſt tota modalis.

Tex. 42. *Dictum eſt oratio, cuius compoſitio modificatur, ex obliquo, & infinitiuo, conſtituta, aut orationi infinitiuæ æquiualens.*

Dilucidatio. Quia modalis, ex dicto conficitur, ideo poſt modalem de dicto ſuſcipitur determinatio. In cuius definitione, oratio, infinitiuæ orationi, ęquiualens, eſt indicatiua, ex nominatiuo, & verbo indicatiuo, compoſita, in quam ipſa infinitiua reſoluitur. Porrò in modalibus, oratio infinitiua, pro ſua oratione indicatiua ſumitur, vt hominẽ diſputare eſt poſſibile; valet hęc homo diſputat, eſt enunciatio poſſibilis. Şępius autem doctores, infinitiua oratione, quàm indicatiua, vtuntur. Propterea, homo diſputat, eſt dictum, & ante aduentum modi dicitur prę-iacens enunciationis modalis.

G

Tex. 43. *In modalibus, dictũ ſemper ſubijcitur: modus verò prædicatur.*

Dilucidatio. Modus (vt iam diximus) eſt determinatio, quæ nunquàm ſuo ſubijcitur determinabili, ſed magis è contra, determinabile, ſuæ determinationi ſubijcitur. Quemadmodum enim calor, non manui, ſed manus calori ſubijcitur: ita quoq; modus, non eſt, in modalibus, ſubiectum, ſed formalè prędicatum, quatenus compoſitionem dicti determinat. Quamobrem ſicut in enunciationibus de ineſſe, copula verbalis eſt prędicatum formale, ac forma partis, & extremorum compoſitio, prędicati, ſcilicet, cum ſubiecto, eſt forma totius: ſimiliter in modalibus, modus prædicatum eſt formale, ac forma partis, & eſſe modificatum compoſitionis, ex vnione modi & compoſitionis dicti reſultans, quæ, tanquàm deH terminatio, & determinabile, vnum conſtituunt, totius enunciationis modalis forma eſt.

Obiectio. 1. Aduerbium in oratione nunquàm prędicatur, ſed modus in modalibus interdum ponitur aduerbialiter, ergo in eis modus non ſemper prędicatur. Maior probatur. Prædicatum enim eſt terminus per ſe ſignificatiuus, ſed aduerbium non eſt terminus per ſe ſignificatiuus, ſed conſignificatiuus, ergo aduerbium nunquàm prędicatur.

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius probationem dicitur, quòd aduerbium per ſe ſumptum non eſt enunciationis prædicatum, ſed quia ad mi-

nus

nus eſt terminus cõſignificatiuus, cum verbo, quod gratia compoſitionis formaliter determinat, coniunctum, ſicut determinatio ſuo determinabili ex quibus, vt ſic, conficitur vnum, prædicatum enunciationis formale eſſe poteſt.

Secũda. Vniẽs ſemper eſt formalius vnito, ſed modus vnitur cum dicto mediante copula verbali, ergo modus ſe habet in modalibus, vt prædicatum materiale, & non vt formale. Minor patet, quum modus nominaliter ponitur, vt Tullium orare eſt cõtingens.

Reſpondetur ad minorem, quód modus vnitur dicto mediante verbo, non inquantum eſt modus: ſed ſolum (vt demonſtrat probatio eiuſdem minoris) quatenus nominaliter ſignificatur. Nempe in ratione modi non eſt in potentia ad copulam vnientem, ſed eſt prędicatum formale reſpectu compoſitionis.

Tex. 44 *Affirmatiua, tam de dicto, quàm de modo, eſt, in qua utrunque affirmatur.*

Negatiua, tam de dicto, quàm de modo, eſt, in qua utrunque negatur.

Negatiua tantum de dicto, eſt, in qua dictum negatur.

Negatiua tantum de modo, eſt, in qua modus negatur.

Dilucidatio. Vnuſquiſque autem horum quatuor modorum, quatuor conſtituit enunciationes modales: quare quater quatuor enunciationes modales erunt, per has vocales, a, u, e, i, ſignificatæ, iuxta illos verſus.

Deſtruit, u, totum, atque, a, quippè affirmat vtrũq;
Horret nanq; modũ, i, ſed deſtruit, e, quoq; dictũ.

Quater autem quatuor, enunciationes in ſumma numero ſexdecim modales efficiunt, quarum prima eſt affirmatiua, tam de dicto, quàm de modo. Affirmatiua de dicto eſt, in qua dictum affirmatur, vt Platonem eſſe philoſophum, eſt poſsibile. Negatiua de dicto eſt, in qua dictum negatur, vt hominem non eſſe philoſophum, eſt poſsibile. Affirmatiua de modo eſt, in qua modus affirmatur, vt in priori exemplo manifeſtum euaſit. Negatiua de modo eſt, in qua modus negatur, vt terram eſſe leuem, non eſt poſsibile. Affirmatiua tam de dicto, quàm de modo eſt, in qua vtrunque affirmatur. Negatiua denique tam de dicto, quàm de modo eſt, in qua vtrunque negatur. Quamobrem prima, affirmatiua tam de dicto, quàm de modo vocatur, vt poſsibile eſt eſſe. Secunda negatiua de vtroque, vt non poſsibile eſt nõ eſſe. Tertia negatiua tantum de dicto, vt poſsibile eſt nõ eſſe. Quarta negatiua ſolum de modo, vt non poſsibile eſt eſſe. Prædictę autem quatuor enunciationes per quatuor vocales ſignificantur. Per, a, affirmatiua tam de dicto, quàm de modo. Per, u, negatiua de vtroque. Per, e, ſolum negatiua de dicto. Per, i, negatiua tantum de modo. Quare autem modalis, affirmatiua aut negatiua bifariam dicatur, eſt, quoniam in ea duplex eſt compoſitio, vt prima ſit compoſitio partium ipſius dicti inter ſe, & ſecunda ſit compoſitio modi cum dicto, quę in ea principalis proculdubio eſt: affirmatio autem, & negatio, ex parte compoſitionis enunciationis ſumitur, ideoq; modalis duobus quoque modis efficitur affirmatiua, aut negatiua, ex parte, ſcilicet, modi, & ex parte dicti. Quanquàm ex parte modi, ſimpliciter negatiua, aut affirmatiua, vocatur: ſed ex parte dicti, negatiua, aut affirmatiua, ſecundum figuram nuncupatur.

A Cuiuslibet rei eſt tantum vna forma, ſed qualitas eſt enunciationis forma, ergo vnius enunciationis modalis eſt vna qualitas, & conſequenter vno tantum modo eſt affirmatiua, aut negatiua. Maior probatur. Vnaquæq; enim res in ſua ſpecie per propriã formam collocatur, ergo ſicut eſt in vna tantum ſpecie, ita tantum vnam formam habet. Obiectio.

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ vnius rei eſt tantum vna forma eſſentialis, per quam in propria ſpecie collocatur: attamen habere poteſt plures formas eiuſdem ſpeciei ſecundum diuerſas eius partes, adinuicem ſubordinatas. Propterea quanuis vnius enunciationis modalis ſit tantũ vna qualitas principalis, veruntamen habere poteſt plures adinuicem ſubordinatas: quarum vna eſt minus principalis, ac alteri ſubordinatur, B qualis eſt compoſitio dicti reſpectu compoſitionis cum dicto, nec nõ affirmatio, & negatio compoſitionis dicti reſpectu affirmationis, et negationis modi cum dicto.

Modales de neceſſario, gratia modi, uniuerſales affirmatiuæ, de impoſsibiliq; uniuerſales negatiuæ, de poſsibili uerò, ac contingenti, particulares affirmatiuæ dicuntur: ſed ex parte dicti ſingulares erunt omnes, attamen ex parte ſubiecti ipſius dicti, ſecundum exigentiam eius, uniuerſales, particulares, indefinitæ, uel ſingulares cenſentur. Tex. 45

Quantitas modalis ex parte modi ſumpta, non eſt ſuppoſitorum quantitas, ſed temporum: quę eſt menſura acceptionis copulæ reſpectu temporis ſecundum ampliationem modi. Puta neceſſarium ampliat affirmatiuè ad omne tempus, ſicut ſignũ vniuerſale, omnis, diſtribuit vniuerſaliter, & affirmatiuè: C impoſsibile itidem ad omne tempus, ſed negatiuè, ſicut ſignum vniuerſale, nullus, diſtribuit vniuerſaliter, & negatiuè; poſsibile verò, & contingens, ad pręſens, & futurum, ſed affirmatiuè. Quocirca quantitas in modalibus, trifariam variatur. Aut ex parte dicti, quod eſt ſubiectum totius modalis: & quia dictum ſingulariter acceptum, ob defectum vnius vocis impoſitæ ad ipſum ſignificandum, videtur; ideo omnes modales ad dictum comparatæ, ſingulares iudicantur. Nam in earum ſubiecto, pronomen demonſtratiuum ſemper intelligitur, vt album eſſe nigrum eſt poſsibile, ideſt, hoc dictum album eſſe nigrum eſt poſsibile. Aut ex parte ſubiecti ipſius dicti, & ſic ſecundum eius exigentiam, vniuerſales, particulares, indefinitæ, vel D ſingulares, cenſentur. Aut ex parte modi, quo pacto illę de neceſſario, ac impoſsibili, erunt vniuerſales: ſed illa de neceſſariò affirmatiua, altera verò de impoſsibili negatiua. Illæ autem de poſsibili, & contingenti, particulares affirmatiuæ: nullæ verò indefinitæ, nec ſingulares erunt. Nam poſsibile, & contingens, ſe habent, veluti ſignum, quiddam, in illis de ineſſe, quas, particulares efficit. Dilucidatio.

Modus in modalibus ſe habet per modum formæ, ſed quantitas rei, ſe tenet ex parte materiæ, & non ex parte formæ, ergo in modalibus non ſumitur quantitas ex parte modi. Obiectio.

Reſpondetur diſtinguendo minorẽ. Nẽpe quantitas ꝓpriè ſumpta, vtiq; ex parte materiæ ſumitur:

quantitas autem enunciationis (vt in ſuperioribus dictum eſt) quantitas ſimilitudinariè eſt; ideo ſuppoſitorum quantitas, quæ maiorem habet ſimilitudinem cum quantitate propriè dicta, quàm temporum quantitas, ex parte ſubiecti, & materiæ enunciationis ſumitur: ſed quantitas temporum, ex parte formę, modi, ſcilicet, ampliantis compoſitionem vltra eius tempus.

Tex.46. Diuiſio vulgata *Enunciatio modalis, quædam eſt in ſenſu compoſito, quædam in ſenſu diuiſo.*

Compoſita eſt, in qua prædicatum dicti, cum materia, & forma ſubiecti ipſius dicti, componitur.

Diuiſa eſt, in qua prædicatum dicti ſolum cum materia ſubiecti ipſius dicti componitur, ſed ab eius forma diuiditur.


Dilucidatio. Nunc aſsignatur illa diuiſio ſatis famoſa, vt modalium, alia ſit compoſita, alia diuiſa: in quarum definitionibus, forma ſignificat omne id, quo formaliter, aliquid dicitur tale, ſiue illud ſecundum rem ſit accidens, ſiue ſubſtantia, ſiue materia, ſiue forma. Subiectum verò proinde ſumitur pro re, quę, ab illa forma denominatur talis, ſiue illa forma ſit aliud à re denominata, ſiue non: vt homo, humanitas, licet in modo ſignificandi differant, reuera tamen idem ſunt, & homo, ab humanitate formaliter denominatur humanus. Similiter albedo, à qua res formaliter denominatur alba (quanuis ab ea ſit realiter diſtincta) eſt forma, & res, quæ dicitur alba, eſt ſubiectum: quod ſanè hic materia appellatur. Hinc vt exemplariter dicatur, album eſſe nigrum eſt poſsibile, ſi nigrum componitur cum albo, pro ſubiecto albedinis, nec non pro ipſa albedine, eſt compoſita, atque falſa. Nam ſonat, quòd hoc dictum album eſſe nigrum eſt poſsibile, ideſt, res, quæ eſt alba formaliter ſumpta, hoc eſt (vt ita dixerim) dum ſub albedine manet, vel donec eſt alba, poteſt fieri nigra, quod eſt omnino impoſsibile. Si autem componitur nigrum cum albo materialiter, ſcilicet, pro ſubiecto albedinis, ab ipſaq; albedine diuidatur, erit ſanè diuiſa, & vera: & ſenſus eſt, res, quæ eſt alba, poteſt fieri nigra, quod equidem conſtat eſſe verum. Quare vt in ſumma dicatur, in ſenſu compoſito termini intelliguntur formaliter: in ſenſu vero diuiſo, materialiter ſumuntur. Sed quia in modalibus, tam diuiſis, quàm compoſitis (vt ex dictis planiſsimè conſtat) modus, compoſitionem dicti determinat (quanuis differenter) vtraque iccirco, modalis ſimpliciter eſt.

Tex.47. Diuiſio *Enunciationum modalium, quædam ſunt contrariæ, quædam ſubcontrariæ, quædam contradictoriæ, aliæ ſubalternæ, iuxta illos uerſus.*

Tertius eſt quarto ſemper contrarius ordo.
Sit tibi linea ſubcontraria prima ſecundæ.
Tertius eſt primo contradictorius ordo.
Pugnat cum quarto contradicendo ſecundus.
Ordo ſubalternus ſit primus, ſiue ſecundus.
Primus eſt quarto, tertio uerò ſecundus.
Quod equidem totum in præſenti liquet figura.

Figura oppoſitionum modalium.

E



F

Dilucidatio. Qm̄ modaliū oppoſitio eſt inter enunciationes diuerſæ qualitatis, & quātitatis exiſtētes, ideoq; determinata modaliū natura, ſtatim litera, earū oppoſitionē aggredit̄. Quàobrē oēs modales de primo ordine p Amabimus deſignatæ, formaliter, aut æquiualēter, ex parte modi, quāuis nō ex parte dicti gr̄a cuius modales oēs ſemp ſunt ſingulares, particulares affirmatiuæ ſunt. Oēs aūt de ſecūdo ordine per Edētuli ſignificatę, particulares negatiuæ exiſtūt, et oēs de tertio ordine p Illiace importate, vniuerſales negatiuæ: ſed oēs de quarto ordine p Purpurea annotatæ, vniuerſales affirmatiuę ſunt. Vniuerſalis verò affirmatiua, et vniuerſalis negatiua, cōtrarię ſunt: iccirco oēs enūciationes de tertio, & quarto ordinė G inter ſe cōtrariant̄. Illæ aūt de primo, ac ſecūdo ordine, qm̄ particularis affirmatiua, & particularis negatiua ſubcōtrariant̄, ꝓculdubio ſubcōtrariæ ſunt. Illæ deniq; de primo, & tertio ordine, quēadmodū & illæ de ſecūdo, & quarto ordine, contradictoriæ ſunt. Nā vniuerſalis negatiua, et particularis affirmatiua, ꝑfectò, quēadmodū vniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua, contradicunt. Verū ad dandā contradictionē in modalibus ex parte modi, nō ad dictū, ſed ad modū, negatio vtiq; ferēda eſt. Cōtradictio nanq; eſt affirmatio, & negatio eiuſdē de eodē: & in modali affirmatiua, modus, q ſanè, ꝑdicatū formale eſt, ſicut verbū in illis de ineſſe, de dicto affirmatur, modus igitur in ſua contradictoria p negationē ad ipſum modū appoſitā à dicto negari debet. Præterea oēs modales de primo ordine, ſanè illis de quarto, quēadmodū illæ de ſecūdo, illis de tertio ſubalternant̄. Nā pticulares, ſubalternatę vniuerſalibus H exiſtunt. Quocirca plures conſequentias modalium dignoſcere, difficile non eſt. Omnes enim particulares, ad vniuerſales, quibus ſubalternantur, abſque dubio ſequuntur: ſicut illæ de primo ordine per legem ſubalternarum ad illas d quarto, et illæ de ſecundo eadem lege ad eas de tertio ſequuntur,

Obiectio. Oēs contrariæ, eiuſdē ſunt ſubiecti, ac in qualitate repugnāt, ſed enunciationes de quarto, & tertio ordine non ſunt huiuſmodi, ergo contrariæ non ſunt. Minor probatur. Quippè Platonem legere eſt neceſſe, Platonem non legere eſt neceſſe, datæ enunciationes, ambæ ſunt affirmatiuæ, nec ſunt eiuſdem ſubiecti: quoniam ſubiectum prima eſt

dictum

dictum affirmatum ſubiectum verò, ſecundæ eſt dictum negatum.

Reſpondetur ad maiorem, quòd oppoſitio in modalibus eodem modo non ſumitur, ſicut in illis de in eſſe, ideo in modalibus non requiritur, quòd enunciationes oppoſitæ formaliter eiuſdem ſint ſubiecti, neq; quòd formaliter in qualitate repugnẽt: ſed id virtualiter eſſe in eis ſufficit. Propterea, Platonem non legere eſt neceſſe, licet data enunciatio formaliter ex parte modi ſit affirmatiua: tamen quia iſtam, Platonem legere non eſt poſſibile, includit, virtualiter eſt negatiua, & ita quoq; virtualiter, eiuſdem ſubiecti ſunt.

Tex. 48 *Aequipollentia dicitur æquiualentia duarum enunciationum, in qualitate, & quantitate, in veritate, & falſitate, per aduentum negationis facta: quarum in conſequentia neceſſariò una ſequitur ad alteram.*

Dilucidatio. Ordo doctrinæ petit, vt poſtquàm de categoricarum tam de in eſſe quàm modalium, oppoſitionibus, ſermonem fecimus: nunc de earum æquipollentijs, ab illis de in eſſe, vt potè ſimplicioribus initium ſumentes, noſtra fiet conſideratio. Quamobrem in definitione ęquipollẽtiæ, ſanè æquiualentia ſecundum communem logicorum vſum, tanquàm genus collocatur. Hoc autem dico, quoniã æquipollentia, ab ęqui, quod eſt æquale, & polleo ideſt, valeo, deducitur. Quocirca æquipollentia, & æquiualentia, re ipſa idem omnino important: ſed ſecundum vſum, pro rerum ęquiualentia, & terminorum, nec non enunciationum, accipitur. Nam in rebus commutabilibus, iuxta earum precium datur æquiualentia, vt luce clarius in emptionibus, & venditionibus conſtat: atq; idcirco dicitur, duarum enunciationum, ad differentiam terminorum ęquiualentię, ſicut ſunt duo ſynonyma, & ad diſcrimen rerum adinuicem commutabilium. Demum in veritate, & falſitate, adiectum eſt, ad excluſionem earum enunciationum, quę, ex terminis æquiuocis ſunt compoſitæ: atq; idcirco in veritate, & falſitate minimè ęquiualentes; vt omnis canis non currit, & nullus canis currit. Per aduentum negationis facta, ad huc ſubinfertur. Quoniam triplex eſt negatio, negans, infinitans, & priuans. Siquidem infinitans eſt, quæ termini ſignificatum ſimpliciter negans, vnam cum eo dictionem conſtituit; vt non homo. Priuans eſt, quæ negat habitum, ſiue formam, in ſubiecto apto nato habere illam: vt cæcitas importat negationẽ viſus in pupilla apta nata habere viſum. Sed negatio negans, de qua ſolummodo ſermonem facit definitio, eſt, quę, ſanè quicquid inuenit poſt ſe deſtruit, & oppoſitum inducit. Propterea hęc negare habet enunciationis compoſitionem, ſuper quam proculdubio cadit, quatenus ad verbum huiuſmodi compoſitionem faciens, conſtruitur. At quoniam contradictorię in omni materia repugnant, ſecundum quantitatem, & qualitatem, nec non veritatem, & falſitatem & contrarię in nulla materia repugnant in quantitate, ſed ſolum in qualitate; ſubalternæ verò in quantitate, ſed non in qualitate; ideoq́; prius ęquipollentiam in contradictorijs, deinde in contrarijs, deinceps in ſubalternis ordinatim peragitur.

Obiectio. Nulla negatio dat enunciationi aliquam quantitatem: ergo ęquipollentia, per aduentum negationis non ſit. Antecedens probatur, Negatio enim negat, & deſtruit id, quod reperit; ergo non dat enunciationi quantitatem, ſed potius illam deſtruit.

Reſpondetur negando antecedẽs, ad cuius probationem dicitur, quòd negatio per ſe, & directè negat, ac deſtruit id, quod poſt ſe reperit: ſed conſequẽter oppoſitum illius, quod ipſa negat, proculdubio ponit; ſicut calor expellit frigus, quo expulſo ſtatim ſubintrat calor. Propterea quando particularem quantitatem negat, ex conſequenti vniuerſalem ponit: & deſtruendo negationem, quam poſt ſe reperit, affirmationem ponit. Sed contra. Actus negationis negantis eſt, cõpoſitionem ſubiecti cum prędicato negare; ergo nullo modo enunciationis quantitatem dare, aut mutare poteſt. (* inſtatur) Reſpondetur quaſi eodem modo ad antecedens. Nam actus primus negationis negantis, eſt, compoſitionem orationis negare: ſed ſecundario, ſigni quantitatem, ac alia, quæ poſt ſe reperit, negare poteſt.

Tex. 49 *Negatio præpoſita ſigno uniuerſali, aut particulari, contradictorias æquipollere facit.*

Dilucidatio. Negatio, quicquid inuenit poſt ſe deſtruit, & inducit oppoſitũ: reperit aũt contradictorias in quãtitate, & qualitate, in veritate, et falſitate repugnare; negatio iccirco p̃poſita ſigno vniuerſali, aut particulari, contradictorias ęquipollere facit. Hoc eſt, ſi dantur duę enunciationes contradictorię, illa, cui pręponitur negatio, æquipollet alteri: vt omnis homo eſt iuſtus, dicatur, præponendo ſigno vniuerſali negationem, non omnis homo eſt iuſtus; ergo quidam homo non eſt iuſtus. Prima enim erat vniuerſalis affirmatiua: iccirco deſtructa fuit per negationẽ ſigno vniuerſali p̃poſitã, factaq́; fuit particularis negatiua, quę eius oppoſita cõtradictoria erat.

Obiectio. Contradictorię ſemper in qualitate, & quantitate, in veritate, & falſitate, repugnant; ergo nunquã per aduentum negationis ſunt ęquipollentes. Antecedens ex definitione contradictoriarum habetur, quoniam ea, quę ſemper repugnant, nunquam æquipollent.

Reſpondetur negando antecedẽs, ad cuius probationem dicitur, ꝙ poſt aduentum negationis eo modo, quo ſua regula docet, non ſunt amplius formaliter contradictoriæ, nec adinuicem repugnantes, ſed ęquipollentes. Verum dicuntur contradictoriæ, quoniam illę duæ, quę prius erant contradictorię, per aduentum negationis ſunt æquipollentes: quo pacto etiam ſequentes regulę intelliguntur.

Tex. 50. *Negatio poſtpoſita ſigno uniuerſali, ac toti ſubiecto, contrarias æquipollere facit.*

Dilucidatio. Cũ negatio, nullã habeat vim deſtruendi id, quod eam pręcedit, ſed ſolum quod poſt ſe reperit: negatio ideo poſtpoſita ſigno, & copulæ verbali addita, enũciationis qualitatẽ, ſed nõ quãtitatẽ, mutat. Propterea negatio poſtpoſita ſigno vniuerſali, ac toti ſubiecto, cõtrarias, quæ ſolũ in qualitate repugnãt, æquipollere facit. Hoc eſt, ſi aſsignãtur duæ enũciationes cõtrariæ, quarum vni poſtponatur negatio, enunciatio cũ negatione poſtpoſita, æquipollet alteri: vt omnis homo non eſt indiſciplinabilis; ergo

per æquipollentiam nullus homo eſt indiſciplinabilis. Negatio autem, toti ſubiecto poſtponitur, quia nullo modo ſupra ſubiectum præualere debet: alioquin vnam categoricã de ſubiecto negato, aut priuato, efficeret, vt omnis non homo eſt ſapiens.

Obiectio. Negatio ſigno poſtpoſita, eiuſdem eſt virtutis, ſicut prępoſita, ſed ſigno præpoſita, contradictoria æquipollere facit; ergo & poſtpoſita facit æquipollere contradictoria, & conſequenter non contraria. Maior probatur. Quippè negatio præpoſita, & poſtpoſita, eiuſdem eſt naturę, atque rationis. Vltima ſequela probatur. Contradictoriæ enim ſunt diuerſę quantitatis, contrariæ vero eiuſdem quantitatis; ergo ſi facit æquipollere contradictoria, ęquipollere non facit contraria.

Reſpondetur ad maiorẽ, ꝙ quemadmodũ ignis, vt quatuor, qui ſemper eſt eiuſdem virtutis, quandoq; comburit ligna, quandoq; verò minimè ob eorum indiſpoſitionẽ: ita quoque negatio ſigno poſtpoſita ſecundum ſe, æqualis virtutis eſt, ſicut præpoſita, attamen eodem modo ad ſubiectum, quod negare debet, applicata non eſt, eò ꝙ enunciationis quatitatem poſt ſe non reperit, ſicut prępoſita; ideo nec quantitatem mutat, nec contradictoria ęquipollere facit.

Tex. 51. 3 regula. *Negatio præpoſita, & poſtpoſita, ſigno uniuerſali, aut particulari, ac toti ſubiecto, ſubalternas æquipollere facit.*

Dilucidatio. Subalternæ in quantitate ſolum repugnant, & non in qualitate, ideo nunc de earum æquipollentia ſuſcipitur determinatio. Itaque negatio præpoſita ſigno, ac toti ſubiecto, mutat enunciationis quátitatem, nec non & qualitatem mutaret, ſed altera poſtpoſita, impedit, ne mutetur qualitas: ideo negatio præpoſita, & poſtpoſita ſigno vniuerſali, aut particulari, ac toti ſubiecto, ſubalternas æquipollere facit. Hoc eſt, ſi accipiantur duæ enunciationes adinuicem ſubalternæ, quarum vni præponatur, & poſtponatur negatio, illa ſumpta cum negatione præpoſita, & poſtpoſita, æquipollet alteri, vt non omnis homo non eſt iuſtus; igitur per equipollentiam, quidam homo eſt iuſtus. Quare autem negatio poſtpoſita impediat, ne mutetur qualitas, eſt, quoniam vtique adeo maligna eſt, vt quicquid poſt ſe reperit, deſtruat, & oppoſitum inducat: atque idcirco ſi inuenit affirmationem, facit negationem, & contra. Propterea duę negationes faciunt vnã affirmationem, ideſt, affirmant. Nam ſi negatio de nouo adueniens, reperit aliam iam præceſsiſſe, impedit præcedentem, ne amplius neget: quoniam deſtruit negationem, quam reperit, & inducit oppoſitum, quod ſanè eſt affirmare. Affirmatio autem ſemper affirmat, & nunquam deſtruere, neque oppoſitum ſui, inducere habet, ideoq; duæ affirmationes, aliquam negationem non faciunt, quemadmodum duæ negationes, vnam affirmationem conſtituunt: ad quæ memoria retinenda ponitur iſte verſus.

Præ, contradic: poſt, contra: præ poſtq;, ſubalter.

Præ, contradic, ideſt, negatio prępoſita facit ęquipollere contradictorias: poſt, contra, & poſtpoſita contrarias: prę, poſtq;. ſubalter, ſed præpoſita, & poſtpoſità, ſubalternas. Nulla autem datur regula de ſubcontrarijs, quoniam ſi daretur, aut negatio præponeretur, & poſtponeretur ſigno vniuerſali, E aut ſolummodo præponeretur, & ſic vtroque modo mutaretur enunciationis quantitas; atque idcirco ſubcontrariæ nõ eſſent eiuſdem quantitatis, nec adinuicem ęquipollentes: aut tantummodo poſtponeretur in affirmatiua, quo pacto eſſet penitus eadem enunciatio cum altera ſubcontraria negatiua, aut in ipſa negatiua, duas iccirco ponendo negationes, & ſic proculdubio eſſet nugatio, vt quidam homo non non eſt iuſtus, quod planiſsimè eſſe vitium conſtat.

Obiectio. Minus requiritur ad ſubalternarum æquipollentiam, quàm ad contradictoriarum æquipollentiam, ad quam ſufficit vna negatio, ergo à maiori ad ſubalternarum æquipollentiam, vna ſufficit negatio. Antecedens probatur. Duæ nanque ſubalternę minus repugnant, quàm duæ contradictorię; ergo minus F requiritur ad ſubalternarum ęquipollentiam, quàm ad contradictoriam æquipollentiam.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nempe minus requiritur ad ſubalternarum æquipollentiã, quàm ad contradictoriarum ęquipollentiam, quia in ſubalternis ſolummodo quantitatis mutatio requiritur: in contradictorijs verò, & quantitatis, & qualitatis mutatio ſimul exigitur. Duæ autem negationes, non ſunt aliquid plus, quàm vna, niſi ſecũdum vocem: ſed ſecundum actum negandi minus reuera faciunt, quia vna deſtruit alteram, & ita tantummodo quantitatem mutant, vna verò ſola ſigno præpoſita, & quantitatem, pariter & qualitatẽ mutat. instatur Sed contra. Vna negatio aliam deſtruere non poteſt; ergo duæ negationes nõ ſunt minus, quàm G vna. Antecedẽs probatur. Omne quod corrumpitur, à ſuo contrario corrumpitur, ſed duę negationes non opponuntur, immo eiuſdem rationis ſunt, ergo vna non deſtruit alteram. Conſequentia probatur. Nam per reſponſionem datam, duę negationes ſunt minus, quàm vna, eò ꝙ vna deſtruit alterã. Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, ꝙ duæ negationes ſecundum ſuam rationem conſideratæ, nõ opponuntur, nec ſic vna deſtruit alteram: ſed ſi vna ſumitur, vt eſt inſtrumentum intellectus ad aliquid negandum, & alia, vt eſt id, quod negatur, vtpotè ſupra quod cadit actus negandi, hoc modo ſecundum rationem agentis, et patientis, veraciſsimè opponuntur, & ſic vna, quantum ad actus ſuos, aliam deſtruit.

Tex. 52. 1. regula. *Enunciationum modalium, æquipollentiæ, ſiue conſequen-* H *tiæ, quatuor regulis cognoſcuntur.*

Cuicunque dicto affirmato attribuitur poßibile, eidem attribuitur contingens, ab eodem remouetur impoßibile, & ab eius oppoſito contradictorio remouetur neceſſe.

Dilucidatio. Sanè in definitione æquipollentiæ dictum eſt, quarum vna ſequitur de neceſsitate in conſequentia ad aliam, eò ꝙ æquipollentes, in veritate, & falſitate, ſunt ęquiualentes: atque idcirco inter æquipollentes, vna ſemper in bona conſequentia ſequitur ad aliam. Propterea valet cognitio æquipollentię modalium ad cognoſcendum profectò earum conſequentias. Sed quoniam modales eodem quippè modo, & ſolum quantum ad dictum conuertuntur, ſicut quoque illę de ineſſe: & æquipollentia ex parte modi

modi compoſitionem ampliantis, & non ex parte ſubiecti ipſius enunciationis ſumitur, iccirco æquipollentia, modalibus, quatenus ſunt ab illis de in eſſe diuerſæ, conuenit, atque per hoc neceſſe fuit peculiariter de modalium æquipollentia, magis quàm de earum conuerſionibus agere, quarum ſenſus primæ regulę talis eſt. Si aliqua enunciatio affirmatiua eſt poſsibilis, eadem eſt cootingens, eadem non eſt impoſsibilis, & eius oppoſita contradictoria non eſt neceſſaria. Quare à tota affirmatiua de poſsibili ad totam affirmatiuam de contingenti valet conſequẽtia: vt Platonem legere eſt poſsibile, ergo Platonẽ legere eſt contingens. Ab eadem ad negatiuam de modo impoſsibili valet conſequentia: vt Platonem legere eſt poſsibile, ergo Platonem legere non eſt impoſsibile. Ab eadem ad oppoſitam contradictoriam eiuſdem dicti totam negatiuam de neceſſe, valet conſequentia: vt Platonem legere eſt poſsibile, ergo Platonem non legere non eſt neceſſe. Poſsibile nanque duplex eſt, poſsibile alium, ſiue logicum, & poſsibile contingens, ſiue phyſicum. Nempe poſſibile logicum eſt, quod poteſt eſſe, vtpotè cui non repugnat eſſe, etiam ſi de facto non ſit, vt mons aureus: iccirco in non repugnantia terminorum conſiſtit. Ex oppoſito autem impoſsibile logicum eſt, cui repugnat eſſe, vtpotè in terminorum repugnantia conſiſtens, quo pacto non ſumitur hic. Poſsibile verò phyſicum eſt, quod ſucceſsiuè poteſt eſſe, vel non eſſe: quemadmodum contingens eſt, quod ſucceſsiuè eſſe, vel non eſſe contingit, vt Platonem legere, quo pacto in propoſito intelligitur; ideo poſſibile, & contingens, conuertuntur, atque æquiualent. Quocirca cuicunque attribuitur poſsibile, eidem attribuitur contingens: ſed poſsibile, & impoſſibile contradicunt, & vnum contradictorium remouet alterum, ideo cuicunque attribuitur poſsibile, ab eodem remouetur impoſsibile. Sed neceſſe, eſt, quod non poteſt aliter eſſe, poſſibile autẽ, quod ſucceſsiuè poteſt eſſe, vel non eſſe: iccirco ſi eſt neceſſe Platonem non legere, non eſt poſsibile Platonem legere, quoniam proculdubio non poſſet legere, cùm ſit neceſſe per hypotheſin eum non legere.

Obiectio.

Hoc dictum hominem eſſe animal eſt poſsibile, & tamen non eſt contingens, ergo contra primam regulam. Prima pars antecedentis probatur. Quippe hominem eſſe animal non eſt impoſsibile, ergo eſt poſsibile. Secunda quoque probatur. Hominem nanque eſſe animal eſt neceſſarium, ergo non eſt contingens.

Reſpondetur ad antecedens in dilucidatione, ꝙ ſi ſumitur poſsibile pro poſsibili contingenti, prima pars antecedentis eſt falſa, quoniam hominem eſſe animal eſt neceſſarium, quum autem dicitur hominem eſſe animal non eſt impoſsibile, ergo eſt poſſibile, valet conſequentia de poſsibili logico; non autem de poſsibili contingenti, quod cum eo conuertitur, ideo ab vno ad reliquum valet conſequentia. Vnde eo modo, quo eſt poſsibile, eodem modo eſt contingens: & contra, eo modo, quo eſt contingens, eodem modo eſt poſsibile. Adde autem, hominem eſſe animal non eſt contingens, ſumendo propriè contingens, ſcilicet, vt contra neceſſarium diſtinguitur: iccirco neque hoc pacto, hominem eſſe animal, eſt poſsibile, alioquin poſſet homo ſucceſsiuè eſſe animal, & non eſſe animal.

Cuicunque dicto negato attribuitur poßibile, eidem attribuitur contingens, ab eodem remouetur impoßibile, & ab eius oppoſito contradictorio remouetur neceſſe. Tex. 53. 2. regula.

Dilucidatio.

Ratio ſecundæ regulę, aliarumq; ſequentium, cũ præcedenti vna eſt. Senſus autem regulæ eſt. Si eſt aliqua enunciatio negatiua poſsibilis, eadem eſt contingens, eadem non eſt impoſsibilis, & eius oppoſita contradictoria non eſt neceſſaria. Quare à negatiua ſecundum dictum de poſsibili, ad negatiuam ſecundum dictum de contingenti, valet conſequentia: vt Socratem non diſputare eſt poſsibile, ergo Socratem non diſputare eſt contingens. Ab eadem ad totam negatiuam de impoſsibili, valet conſequẽtia: vt Socratem non diſputare eſt poſsibile, ergo Socratem nõ diſputare non eſt impoſsibile. Ab eadem ad oppoſitam contradictoriam eiuſdem dicti negatiuam ſecundum modũ tantum de neceſſe, valet conſequentia: vt Socratẽ non diſputare eſt poſſibile, ergo Socratem diſputare non eſt neceſſe.

Obiectio.

Huic dicto negato, Deum nõ eſſe, attribuitur poſſibile, & tamen ab eo non remouetur impoſsibile, igitur contra ſecundam regulam. Prima pars antecedentis patet, dicendo, deum non eſſe, eſt poſsibile. Secunda probatur. Quippè Deum non eſſe, ſemper eſt impoſsibile.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, ꝙ quum in iſtis regulis dicitur, alicui dicto attribuitur aliquis modus, vel ab eo remouetur, intelligitur, verè, vt veraciter ei attribuatur, vel remoueatur. Huic autem dicto negato, Deum non eſſe, falsò attribuitur poſsibile, ſicut etiam ab eodem dicto, falsò remouetur impoſsibile, ideo antecedens abſolutè eſt falſum.

A quocunque dicto affirmato remouetur poßibile, ab eodem remouetur contingens, eidem attribuitur impoßibile, & eius oppoſito contradictorio attribuitur neceſſe. Tex. 54. 3. regula.

Dilucidatio.

Tertiæ regulæ ſenſus eſt. Si aliqua enunciatio affirmatiua non eſt poſsibilis, eadem non eſt contingens, eadem eſt impoſsibilis, & eius oppoſita contradictoria eſt neceſſaria. Quare à negatiua de modo poſsibili, ad negatiuam de modo contingenti, valet conſequentia: vt hoiem paſsionibus deditũ eſſe ſtudioſum nõ eſt poſsibile, ergo hoĩem paſsionibus deditũ non eſt contingẽs. Ab eadẽ ad totã affirmatiuã de impoſsibili, valet conſequentia: vt hominẽ paſsionibus deditum eſſe ſtudioſum non eſt poſsibile, ergo hominem paſsionibus deditum eſſe ſtudioſum eſt impoſsibile. Ab eadem ad oppoſitam contradictoriam eiuſdem dicti negatiuam ſolum ſecundum dictum de neceſſe, valet conſequentia: vt hominem paſsionibus deditum eſſe ſtudioſum, non eſt poſsibile; ergo hominem paſsionibus deditum nõ eſſe ſtudioſum, eſt neceſſe.

Obiectio.

Iſte modus, impoſsibile, ſemper negat dictũ, cui attribuitur, igitur non poteſt attribui dicto affirmatò contra tertiam regulam. Antecedens probatur. Nempe ille modus, impoſsibile ſemper dicti compoſitionem deſtruit.

Reſpondetur ad antecedens, ꝙ hic modus, impoſſibile,

ſibile, negat virtualiter ſecundum rem, dictum, cui attribuitur: non tamen formaliter ſecundum modum enunciandi. Propterea poteſt formaliter attribui dicto affirmato per opus intellectus, ex parte euius etiam enunciatio negatiua, eſt compoſitio, licet ex parte rei ſit diuiſio.

Tex. 55 4. regula. *A quocunque dicto negato remouetur poſsibile, ab eodem remouetur contingens, eidem attribuitur impoſsibile, & eius oppoſito contradictorio attribuitur neceſſe.*

Dilucidatio. Quartę regulæ ſenſus eſt. Si aliqua enunciatio negatiua non eſt poſsibilis, eadem non eſt contingens, eadem eſt impoſsibilis, & eius oppoſita contradictoria eſt neceſſaria. Quare à tota negatiua de poſsibili ad totam negatiuam de contingenti, valet conſequentia: vt hominem ſapientię ſtudioſum nō eſſe Philoſophum, non eſt poſsibile; ergo hominē ſapientiæ ſtudioſum non eſſe Philoſophum, non eſt contingens. F Ab eadem ad affirmatiuam ſolum ſecundum dictum de impoſsibili, valet conſequentia: vt hominem ſapientiæ ſtudioſum non eſſe Philoſophum, non eſt poſsibile; ergo hominem ſapientiæ ſtudioſum eſſe Philoſophum, non eſt impoſsibile. Ab eadem ad oppoſitam contradictoriam eiuſdem dicti totam affirmatiuam de neceſſe, valet conſequentia: vt hominem ſapientię ſtudioſum nō eſſe Philoſophum non eſt poſsibile; ergo hominē ſapientiæ ſtudioſum eſſe Philoſophum eſt neceſſe.

Obiectio. Enunciatio affirmatiua, & negatiua, nunquam ſunt æquipollentes, igitur enunciatio negatiua de poſsibili, & affirmatiua de neceſſe, nunquam æquiualent, contra quartam regulam. Antecedens probatur. Quippè affirmatiua, & negatiua, non ęquiualent in qualitate, & conſequenter, nec in veritate, G & falſitate.

Reſpondetur ad antecedens, quod affirmatiua, et negatiua de eiſdem extremis nunquàm ſunt æquipollentes: attamen illę de diuerſis extremis, quo ad veritatem, & falſitatem, licet non ſecundum qualitatem, æquipollere poſſunt. Inſtatur Sed contra. Omnes enunciationes ęquipollētes, de eiſdem extremis eſſe debent; ergo reſponſio nulla eſt. Antecedens probatur. Aequipollentes enim, vtroque termino eodē ordine participant. Reſpondetur, ꝙ ſi ſumitur æquipollentia propriè pro æquiualentia duarum enunciationum vtroque termino eodem ordine participantium, in qualitate, & quantitate, in veritate, & falſitate, aſſumptum eſt verum: ſed hic ſumitur æquipollentia generaliter pro quacunque æquiualentia duarum enunciationum in veritate, & falſi- H tate; quo pacto falſum eſt antecedens.

Tex. 56 1. regula. *Omnes enunciationes de poſsibili, & impoſsibili, uerbo ſimiliter ſe habente, & modo diſsimiliter, æquipollent.*

2. regula. *Omnes enunciationes de poſsibili, & neceſſario, uerbo, & modo, diſsimiliter ſe habentibus, æquipollent.*

3. regula. *Omnes enunciationes de impoſsibili, & neceſſario, uerbo diſsimiliter ſe habente, & modo ſimiliter, æquipollent.*

Dilucidatio. Ad abundantiorem doctrinam, faciliorémq; E intelligentiam æquipollentiæ modalium, poſtremò tres hic inſertę ſunt regulæ: quarū primæ ratio eſt. Nempe enunciationes de poſsibili, & impoſsibili, contradicunt, ſed negatio ad modum tantum poſita, contradictorias æquipollere facit: eò ꝙ negatio ad modum poſita, quantitatem ampliationis temporum, quæ ex parte modi ſe tenet, nec non enunciationis qualitatem, deſtruit; quoniam modificationem, & conſequenter compoſitionem modificatā negat; ideoq;, & quantitatem, & enunciationis qualitatem mutat; & perinde contradictorias æquipollere facit. Propterea enunciationes de poſsibili, & impoſsibili, modo diſsimiliter ſe habente, & verbo ſimiliter æquipollent. Modus autem ſimiliter ſe habere dicitur, quādo in vtraque affirmatur, vel negatur: diſsimiliter verò, quando in vna affirmatur, & in altera negatur. Eodem quoque modo intelligendum eſt de verbo dicti, ſicuti & de modo dictum eſt. Verum quoniā enunciationes de poſsibili, & neceſſario, tam de dicto, quàm de modo, affirmatiuę, ſimul ſubalternę opponuntur: & negatio & ad dictum, & ad modum poſita, ſubalternarum, in modalibus æquipollentiam facit (nam ſe habet, quemadmodum negatio præpoſita, & poſtpoſita ſigno in illis de ineſſe) ideoq; enunciationes de poſsibili, & neceſſario, negatione, & ad dictum, & ad modum poſita, ęquipollent. Denique illæ de impoſsibili, & neceſſario, de vtroque affirmatiuę, contrariantur. Nempe negatio ad dictum tantum poſita; quia ſolum qualitatem mutat, in modalibus contrarias ęquipollere facit. Quare illæ de impoſsibili, & neceſſario, verbo diſsimiliter ſe habente, et modo ſimiliter, æquipollent. Idem eſt iudicium de enunciationibus de contingenti, quemadmodum & de illis de poſsibili; idcirco de contingenti nulla traditur regula.

Obiectio. In modalibus omnes æquipollentes ex parte modi, eiuſdem ſunt quantitatis; ergo modus in omnibus eodem modo ampliat; atque idcirco ſemper ſimiliter ſe habet.

Reſpondetur negando vltimam ſequelam. Nam licet in modalibus, quæ æquipollent, modus quantum ad ampliationem, ſe habeat ſimiliter, nō tamen quantum ad affirmationem, & negationem: quo pacto intelligitur modus, ſimiliter, vel diſsimiliter, ſe habere. Inſtatur Sed contra. Impoſsibile ſemper negationem includit, & neceſſe affirmationem; ergo quantum ad affirmationem, & negationem, nunquàm ſimiliter ſe habere poſſunt, quod pręſertim eſt contra tertiam regulam. Reſpondetur ad antecedens, ꝙ impoſsibile, negationem includit intrinſecam, non tamen formaliter, & extrinſecā, de qua hic intelligitur. Propterea impoſsibile, & neceſſarium, ſimiliter, vel diſsimiliter, quantum ad affirmationem, & negationem, ſe habere poſſunt. Sed de ijs ſatis.

Finis quarti Tomi.

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM QVINTVS TOMVS.

In ſyllogiſmos formales ad primum Priorum.

PRopoſitio eſt oratio, affirmatiua, uel negatiua, alicuius de aliquo.

Hæc eſt tertia logicæ pars primaria, directiua intellectus in ſua tertia operatione, quę, diſcurſus vocatur. Nam ab uno in aliud diſcurrere, ut per id, quod eſt notum, in cognitionem ignoti deueniat, rationis proprium eſt. At quoniam ars (ſi Ariſtoteli 2. Phyſicorum credimus) imitatur naturam, quantum poteſt: ideo actus rationis quantum ad aliquid, actibus naturæ ſimiles ſunt, in quibus certè triplex diuerſitas reperitur. Nempe in quibuſdam, natura neceſſariò agit, ita quòd nec deficere poteſt: in nonnullis, verò vt frequentius operatur natura, licet quandoq; à proprio actu deficere poſſit, & in ijs neceſſe eſt, duplicem eſſe actum; alterum, qui vt in pluribus euenit, ſicut quum ex ſemine animal perfectum generatur; alterum, in quo natura, ab eo, quod eſt ſibi, conueniens, deficit, ſicut ob defectum alicuius principij in generatione cuiuſq; monſtri, accidit. Hæc quoq; tria ſecundum analogiam in actibus rationis inueniuntur. Quippè aliquis eſt rationis proceſſus, neceſſitatem inducens in quo non eſt poſſibile, eſſe veritatis defectum, per quem certitudo ſcientię acquiritur. Eſt & alius rationis proceſſus, in quo, vt in pluribus, verum concluditur: nec tamen neceſſitatem habet. Deniq; tertius eſt rationis proceſſus, in quo certè ob defectum alicuius principij: quod erat in rationando obſeruandum, ratio deficit. Huic quidem rationis proceſſui, ea pars quę ſophiſtica appellatur (de qua in decimo tomo, ſermonem peregimus) abſq; vllo ſcrupulo deſeruit. Ea autem pars logicæ, quę primo deſeruit proceſſui, pars iudicatiua vocatur: eò quòd iudicium cum certitudine ſcientiæ eſt. Iudicium verò certum de effectibus haberi non poteſt, niſi reſoluendo in prima principia, per quæ (autore Ariſtotele in prohœmio Phyſicorum) certitudo ſcientiæ acquiritur: ideo pars hæc analytica nũcupatur, ideſt reſolutoria. Certitudo quoq; iudicij, quæ per reſolutionem habetur, eſt, vel ex ipſa forma ſyllogiſtica duntaxat, & ad hoc liber priorum analyticorum, qui, de ſyllogiſmo ſimpliciter eſt, atq; idcirco in primis exponendus, ordinatur, vel etiam, & ex materia, quia propoſitiones per ſe, & neceſſariæ aſſumuntur, & ad hoc liber poſteriorum analyticorum, qui, de ſyllogiſmo agit demonſtratiuo, ordinatur. Demum ſecundo rationis proceſſui, alia pars logicæ, quę inuentiua appellatur, certiſſime deſeruit. Nam inuentio non ſemper cum certitudine reperitur, quinimo de ijs quæ inuenta ſunt, iudicium requiritur, ad hoc, vt certitudo habeatur. Quippè ſicut in rebus naturalibus in ijs, quę, vt in pluribus

A agunt, gradus quidam attenditur; quia quanto virtus naturę eſt potior, tantò rarius à ſuo effectu deficit: ita quoq; in rationis proceſſu, qui omnino certus non eſt, gradus quidam inuenitur, ſecundum quòd magis, & minus, ad perfectam certitudinem acceditur. Sanè per huiuſmodi proceſſum interdum quidem, quanuis non generetur ſcientia fit tamen fides vel opinio, vel probabilitas, propter propoſitionum probabilitatem ex quibus proceditur. Si quidem totaliter ratio in vnam contradictionis partem, licet cum formidine alterius, declinat: & ad hoc topica, ſiue dialectica de qua in nono tomo agitur, proculdubio ordinatur. Nam ſyllogiſmus dialecticus, ex probabilibus conficitur. Interdum verò fides, vel opinio, non fit completè, ſed ſuſpitio quędam: quia nec penitus, ad alteram contradictio

B nis partem intellectus declinat, quanuis magis in hanc quam in alteram, inclinationem teneat, & ad hoc Rhetorica ſine dubio ordinatur. Interdum deinceps ſola exiſtimatio, in alteram contradictionis partem, ob aliquam repræſentationem, declinat. Ad modum, quo fit homini, alicuius cibi abhominatio, quum ſub ſimilitudine alicuius abhominabilis ei repræſentatur, & ad hoc poetica ſine ulla ambiguitate ordinatur. Poetæ nanq; eſt inducere ad aliquod ſtudioſum per aliquam præcedentem repræſentationem. Intendens ergo tomus iſte, de ſyllogiſmo ſimpliciter agere, ſecundum viam reſolutiuam procedit. Sicut enim in principio operis ſecundum viam compoſitiuam, à partibus remotis, ſimplicio-

C ribuſq; incepit, hoc eſt, à vocibus incomplexis, & in terminorum tomo, à terminis orationis, & enunciationis conſtitutiuis, & ex partibus remotis ad partes proximas ac compoſitas, ad enunciationes, ſcilicet, deuenit. Ita nunc ex oppoſito, in via reſolutiua, à partibus propinquis, & compoſitis, totius ſyllogiſmi, ſumit, exordium, & deniq; per illas ad remotas tendit. Quamobrem non abſurdè prius de propoſitione, vt potè parte ſyllogiſmi propinqua: deinde de termino, velut eius parte remota, agitur. Itaq; propoſitio eſt oratio, ſcilicet, indicatiua, affirmatiua, vel negatiua, alicuius, hoc eſt, prędicati, de aliquo, ſcilicet ſubiecto; vt homo eſt animal, leo non eſt lapis. In qua quidem definitione, particula affirmatiua, vel negatiua, tanquàm differentia notior, conuertibiliſq; cum definito: ſecundum tamen

D eſſe, quod habet in ſuis ſpeciebus, in ipſis, ſcilicet, propoſitionibus, quarum alia eſt affirmatiua, alia negatiua, collocatur. Superius autem definita eſt propoſitio quatenus ſignificat rem eſſe, ſicut eſt, vel aliter quàm eſt; hinc dicta eſt enunciatio, quia aliquid de aliquo enunciat, ſeu ſignificat: ſed hic prout ſyllogiſmum componit, & pro concluſione inferenda ponitur, profectò definitur. Quare vocatur propoſitio, quaſi pro alio poſitio, quia pro concluſione inferenda ponitur: ſicut & præmiſſa appellatur, quia cõcluſioni præmittitur. Syllogiſmo quoq; formali propoſitionum, concluſioniſq; veritas, vel falſitas, neq; obeſt, neq; prodeſt. Siue enim propoſitiones, verę, aut falſę ſint, validus (vt perſpicuum erit infra) ſyllogiſmus eſſe poteſt, de formaq; opti-

mus

mus. Verum ad ſyllogiſmi formam, multum cōfert affirmatio, cum opus ſit, vtranq; aut ad minus alteram præmiſſarum eſſe affirmatiuam. Negatio verò interdum eius formam impedit, quoniam ex puris negatiuis, ſyllogiſmus erit vitioſus; iccirco non ab re propoſitio, per affirmationem, & negationem, & non per verum, & falſum, hic definita eſt. Neq; per vniuerſale, & particulare, propoſitio definienda eſt. Nam ex parte formæ propoſitionis, copulæ, ſcilicet, verbalis, inuariabiliter ſe tenent affirmatio, & negatio, & vniuerſale, & particulare, ex parte materiæ, ſubiecti, ſcilicet, ipſius propoſitionis. Magis autem innoteſcit eſſe rei (quod ſanè facit ipſa definitio) per formam, quàm per materiam: iccirco potius, per affirmationē, et negationē, quàm per vniuerſale, & particulare, propoſitio definitur.

Obiectio. 1.

Concluſio eſt oratio, affirmatiua, vel negatiua, alicuius de aliquo, & tamen non eſt propoſitio; ergo propoſitionis definitio, alteri à definito conuenit. Prima pars antecedentis probatur. Quippè omnis concluſio eſt affirmatiua, aut negatiua. Secunda quoq; probatur. Concluſio nanq;, pro aliquo, vt ipſa propoſitio, non ponitur.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis. ad cuius probationem dicitur, quòd verba in definitionibus (vt in artem diuiſiuam dictum eſt) non actum, ſed potius aptitudinem important; ideo & ſi concluſio pro alio in actu poſita non ſit, tamen ſecundum aptitudinem pro alio poni poteſt. Sicut nanq; in aliqua argumentatione eſt concluſio ita in altera aſſumptum eſſe poteſt. Verum id, quod ſignificat propoſitio, eſt oratio affirmatiua, vel negatiua, alicuius de aliquo: quod equidem cōſtat concluſioni conuenire, atq; idcirco oratio eſt, licet id, vnde nomen deductum eſt, non ſibi conueniat.

Secūda.

Nullum ſuperius, per ſua inferiora definiri debet, ſed affirmatio, & negatio, propoſitionis inferiora ſunt, ergo propoſitio, per affirmationem, & negationem, perperam definitur.

Reſpondetur ad maiorem, quòd nullum ſuperius, per ſua inferiora, quatenus ſunt eius inferiora, definiri debet: ſed inquantum ad circumloquendum differentiam conuertibilem ſui ſuperioris, atq; eo notiorem, ponuntur, rectè ſuum ſuperius definiunt, quo pacto affirmatio, & negatio, propoſitionis definitionem ingrediuntur.

Tex. 2.

Terminus eſt, in quem reſoluitur propoſitio; uti in ſubiectum, & prædicatum.

Dilucidatio.

Vnumquodq;, in ea, ex quibus componitur, reſoluitur, ſicut in lapides, paries, ex quibus componitur, reſoluitur. At propoſitio, ex terminis; ſubiecto, & prędicato, ſtatim conficitur. Nam hoc in loco ſumitur terminus à terminando propoſitionem, quatenus eſt finis, vel propoſitionis extremum: quod non capitur ſolum pro eo, in quo aliquid deſinit, ſed indifferenter pro illo, à quo aliquid incipit; vt caput hominis, vel in quod aliquid deſinit; vt pes hominis, atq; idcirco terminus eſt, in quem reſoluitur propoſitio, in ſubiectum, ſcilicet; vt homo, & in prędicatum, vt animal.

Obiectio.

Propoſitio, in literas, & ſyllabas reſoluit, ergo termini definitio, cōpetit alteri à definito. Conſequentia ꝓbatur. Literæ enim, & ſyllabæ, termini non ſunt.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quod in literas, & ſyllabas reſoluitur propoſitio tanquàm partium partes, quę voces per ſe ſignificatiuæ non ſunt: ſed in ſubiectum, & prædicatum tanquàm voces per ſe ſignificatiuas, & partes propoſitionis propinquas, immediatè reſoluitur. Sed contra. Propoſitio, in copulam, quę eſt vox per ſe ſignificatiua, & pars propoſitionis propinqua; immediatè reſoluitur & tamen copula, terminus non eſt, ergo reſponſio, nulla eſt.

Inſtatur

Reſpondetur, ꝙ hoc in loco ſumitur terminus pro eo, quod eſt propoſitionis extremum, quale eſt ſubiectū, & prędicatum: ideo non omnis vox per ſe ſignificatiua, in propoſito terminus eſt, ſed ſola vox per ſe ſignificatiua, quę eſt propoſitionis extremū. At quoniam copula verbalis nunquàm (vt in ſuperiori tomo dictum eſt) propoſitionis extremum eſt; iccirco neq; copula verbalis in propoſito terminus eſt. Verum reſolutio, de qua ſermo eſt, non in partes formales, ſed materiales, fieri habet: copula autem eſt pars propoſitionis formalis, ideo ipſius reſolutio per copulam, ad propoſitum non eſt. In cuius ſignum in definitione propoſitionis dictū eſt, vt in ſubiectum, & prædicatum: quę, partes materiales, ac extrema ipſius propoſitionis ſunt.

Tex. 3

Dici de omni eſt, quando nihil eſt ſumere ſubiecti, de quo non dicatur prædicatum.

Dici de nullo eſt quando nihil eſt ſumere, ſubiecti, à quo non remoueatur prædicatum.

Dilucidatio.

Determinatis principijs ſyllogiſmi materialibus, de propoſitione, videlicet, ac termino, ſequitur cōſideratio de principijs eius regulatiuis, quę, dici de omni, & dici de nullo, appellantur. At cum affirmatio negatione prior exiſtat, & dici de omni, affirmationem, & dici de nullo, negationem importat: rationabiliter in primis de dici de omni, quàm de nullo, ſanè determinatur. Itaq; dici de omni eſt, quando nihil eſt ſumere ſubiecti, hoc eſt, nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, de quo non dicatur prædicatum; vt omne brutum eſt animal. Nempe nihil ſumi poteſt ſub ſubiecto, brutum, quin de eo dicatur prędicatum, animal. Et per dici de omni, intelligitur hęc maxima, quicquid dicitur de ſubiecto diſtributo, dicitur etiam de quolibet ſuppoſito eius ſumpto ipſo: vt, omnis homo eſt riſibilis, & hi ſunt omnes homines; ergò iſte, & iſte homo, & ſic de ſingulis, eſt riſibilis. Quocirca in omni propoſitione vniuerſali affirmatiua, & ſolum in tali, eſt dici de omni: quia in ea duntaxat, prędicatum de ſubiecto, pro omnibus ſuis ſuppoſitis diſtributo, affirmatur. Verum in materia neceſſaria, vniuerſalitas, tam temporum, quàm ſuppoſitorum, requiritur: quod de omni poſterioriſticum vocatur, vt homo eſt animal. Prędicatum, animal, de ſubiecto, homo ſecundum rem, licet non ſecundum modum enunciandi, tum pro quolibet ſuo ſuppoſito, tum pro qualibet temporis differentia, vniuerſaliter verificatur. Data enim propoſitio, homo eſt animal, eſt ſempiternæ veritatis, quia eſt, fuit, & erit, pro omnibus hominibus ſemper vera. In materia verò contingenti, ſolum ſuppoſitorum vniuerſalitas ſecundum modum enuntiandi

enuntiandi exigitur. Quod quidē de omni, de quo præſertim in propoſito ſermo fit, Prioriſticum ap- A pellatur: vt omnis homo eſt albus. Prædicatū nanque, albus, ſecundum modum enuntiandi ratione ſigni vniuerſalis, de ſubiecto, homo, vniuerſaliter enuntiatur. Dici verò de nullo eſt, quando nihil eſt ſumere ſubiecti, hoc eſt, nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, à quo non remoueatur, ideſt, negetur prędicatum; vt nullus cygnus eſt niger. Sanè nil ſub ſubiecto, cygnus ſumitur, quin de eo verè negetur prædicatum, niger. Quare per dici de nullo, intelligitur hęc maxima, quicqd negaẽ de ſubiecto diſtributo, negatur quoque de quolibet eius ſuppoſito ſumpto ſub ipſo: vt nullum aial eſt inſenſibile, & hęc ſunt omnia animalia; ergo neque hoc, neque iſtud animal, & ita de reliquis, eſt inſenſibile. Quamobrem in omni propoſitione vniuerſali negatiua, et itidem ſolum in tali, eſt dici de nullo: quoniā ſolūmodo in B ea prædicatum, de ſubiecto pro omnibus ſuis ſuppoſitis diſtributo, negatur. Sufficienter autem hęc duo principia, per ſe, & immediate, quoſcunque ſyllogiſmos perfectos regulanr: cęteri verò, per reductionem, & mediatè regulantur. Nam per dici de omni, regulantur ſtatim omnes ſyllogiſmi vniuerſales affirmatiui, in prima figura directè concludentes: vt facto ſyllogiſmo, omne animal eſt ſenſibile, & omnis equus eſt animal; ergo omnis equus eſt ſenſibilis, ſic vtique regulatur. Per dici de omni intelligitur hæc maxima, quicquid dicitur de ſubiecto diſtributo, dicitur etiam de quolibet ſuppoſito ſumpro ſub ipſo: In dato autem ſyllogiſmo, ſenſibile, in maiore dicitur de animali diſtributo; ergo dicitur ſenſibile, de C quolibet animalis ſuppoſito; & equus in minori ſub animali ſumitur, igitur ſenſibile dicitur de equo: ideo cōcluſio, omnis equus eſt ſenſibilis, probata eſt. Per dici autem de nullo, regulantur omnes ſyllogiſmi vniuerſales negatiui in prima figura directè concludentes: vt facto ſyllogiſmo, nullum animal eſt inanimatum, et omnis homo eſt animal; ergo nullus homo eſt inanimatus, ſic nanque regulatur. Per dici de nullo intelligitur iſta maxima, quicquid negatur de ſubiecto diſtributo, negatur etiā de quolibet ſuppoſito ſumpto ſub ipſo: in dato autem ſyllogiſmo, inanimatum, in maiori, negatur de animali diſtributo; ergo negatur de quolibet ſuppoſito animalis, et homo ſumitur in minori ſub animali; igitur inanimatum negatur de homine ſumpto ſub animali: atque idcirco concluſio, nullus homo eſt inanimatus, probata eſt. D

Obiectio. 1. Omnis homo eſt albus, in data enunciatione eſt dici de omni, cui tamen, eius definitio non conuenit, ergo non conuenit omni contento ſub definito. Secunda pars antecedentis probatur. Prædicatū enim, albus, non dicitur de Socrate, & Platone, qui non ſunt; ergo aliquid eſt ſumere ſub ſubiecto, homo, de quo non dicitur prædicatum, albus.

Reſpondetur, negando ſecundam partem antecedentis, ad cuius probationem dicitur, quod (vt dictum eſt in tomo de reſtrictione) ſubiectū, homo, in data enunciatione, quę eſt in materia contingenti, ratione copulæ, quę eſt verbi præſentis temporis, ad homines præſentes reſtringitur; & ſolummodo pro hominibus exiſtentibus, in ordine ad prædicatum diſtribuitur; ideo mirum non eſt, ſi de Socrate, & Platone, non dicitur, qui modo non ſunt.

Secūda. Nullus homo eſt albus, in data enunciatione eſt dici de nullo, cui tamen non conuenit eius definitio; ergo non competit omni contento ſub definito. Secunda pars antecedētis probatur. Nempe ſub ſubiecto, homo, ſumi poſſunt dentes, vel alia hominis pars, à qua, vel à quibus, prædicatum, albus, verè remoueri non poteſt.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis, ad cuius probationem dicitur, ꝙ duplex eſt pars hominis: aut integralis, quales ſunt dentes, quę ad propoſitum non eſt: aut ſubiectiua, tanquàm eius ſuppoſitum, quale eſt inferiꝰ in ordine ad ſuum ſuperius, & de hac dicitur, quòd nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, à quo non remoueatur prædicatum.

Tertia. Nulla regula eſt de compoſitione regulati, ſed dici de omni, & dici de nullo, ingrediuntur compoſitionem ſyllogiſmi; ergo non ſunt principia ſyllogiſmorum regulatiua. Maior eſt euidens, aliter idem eſſet regulans, & regulatum. Minor probatur. In omni enim ꝓpoſitione vniuerſali affirmatiua eſt dici de omni, & in vniuerſali negatiua, dici de nullo, quę ſunt de conſtitutione ſyllogiſmi; ergo dici de omni, & dici de nullo ingrediuntur compoſitionem ſyllogiſmi.

Reſpondetur ad maiorem. Nulla regula formaliter eſt de cōpoſitione regulati, ne idem ſit regulans, & regulatum: attamen virtualiter eſt de compoſitione regulati, alioquin non eſſet eius regula; & hoc modo dici de omni, & dici de nullo, compoſitionem ſyllogiſmi, tanquàm diſpoſitiones materię illius, ingrediuntur.

Tex 4. *Syllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, aliud quiddam ab ijs, quæ poſita ſunt, de neceſſitate accidit, eò quòd hæc ſunt.*

Dilucidatio. Quoniam in via reſolutiua ad ipſum totū primò, ſtatimq; per partes ꝓpinquas deuenitur, & mediatè per remotas, ideo determinatis in primis, partibus ſyllogiſmi propinquis, deinde remotis: nunc aggreditur litera ipſum totum ſyllogiſmū, eum ſic definiens. Syllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, aliud quiddā ab ijs, quæ poſita ſunt, de neceſſitate accidit, eò ꝙ hæc ſunt. Cuius ſenſus eſt. Syllogiſmus eſt oratio, ſcilicet, coniunctione vna, quæ loco generis collocatur, ſupple hypothetica ad diſcrimē categoricæ, rationalis adhuc ſubintellige, quo à diſiunctiua, & copulatiua diſcrepat; in qua quibuſdā, ſcilicet, duabus p̄miſſis, ad differētiā enthymematis, in quo formaliter vna eſt tantū p̄miſſa, poſitis, ideſt, diſpoſitis, bene, ac debitè ordinatis in modo, & in figura, gratia cuius ab inductione, & exēplo, diſcriminat; aliud quiddā, ſupple à p̄miſſis, quod eſt concluſio; quoniā in concluſione variatur terminorum cōpoſitio, quo ſit, vt aliud ſit à p̄miſſis, cuius cauſa à petitione principij diſcrepat, in qua cōcluſio nō eſt aliud à p̄miſſis; vt oīs homo eſt hō, ſed oīs homo eſt homo, ergo oīs hō eſt homo; quę ob petitionē principij, ſtatim ridicula, et prorſus inepta apparet argumentatio, de neceſſitate accidit. i. ſequitur, ad differentiam parallogiſmorum fallacię accidētis, in qui-

bus de neceſſitate nulla ſequitur concluſio, eò quòd hęc ſunt, hoc eſt, quia hæc, ſcilicet, tam maior extremitas, & minor, quàm medium, perinde poſita ſiue diſpoſita, & ordinata ſunt, quo differt à parallogiſmus ſecundum nõ cauſam, vt cauſam, in quibus propter diſpoſitionem pręmiſſarum, ſeu terminorũ nõ ſequitur concluſio. Diuus autẽ Seuerinus Boethius, huic deſinitioni, q̃m in topicis de ſyllogiſmo probabili agebat, conceſsis, appoſuit. Verum enimuero in omni ſyllogiſmo ſimpliciter, neceſſe eſt, neceſſitate conſequentiæ, & ſi non conſequentis, aliud euenire. Nẽpe neceſſitas conſequentiæ eſt neceſsitas illationis, quę prouenit ex neceſſaria connexione talis cõcluſionis ad tale medium, ſiue conſequentis ad antecedens prout conſequens in antecedente includitur. Neceſſitas vero conſequentis in neceſſaria terminorum, ſiue extremorum connexione conſiſtit, ſicut quum in materia neceſſaria, conſequens efficitur, vt homo eſt riſibilis.

Nullus diſcurſus intellectus eſt oratio, ſed ſyllogiſmus eſt diſcurſus intellectus; ergo nullus ſyllogiſmus eſt oratio. Maior probatur. Omnis namq; oratio eſt vox, ſed nullus diſcurſus intellectus eſt vox; ergo nullus diſcurſus intellectus eſt oratio.

Obiectio. 1.

Reſpondetur ad minorem, ꝙ ſyllogiſmus in propoſito ſumitur pro voce complexa: quæ, interiorem diſcurſum, qui fit in intellectu, ſignificat; atq; idcirco dictum eſt ꝙ eſt oratio. Sed non eſt formaliter ille diſcurſus interior, quamuis interdum, quoniam talem diſcurſum ſignificat, pro eo ſumatur.

Secũda.

Concluſio tam in forma, quàm in materia, cũ pręmiſſis conuenit; ergo non eſt aliud à præmiſſis. Antecedens probatur. Quippè concluſio, ambas extremitates, & copulam verbalem, ex quibus conficiuntur præmiſſæ, includit.

Reſpondetur abſolutè negando antecedens, ad cuius probationẽ dicitur, ꝙ extremitates, ꝑ copulam verbalem in præmiſsis cum medio, in concluſione verò inter ſe cõponuntur. Propterea licet cõcluſio ſecundum partem conueniat materialiter cũ præmiſſis, tamen differt ab illis formaliter: q̃m alia eſt extremorum compoſitio, quæ eſt forma totius, per copulam verbalem, quæ eſt forma partis, in præmiſſis, & in concluſione. Nec obſtat, ꝙ copula verbalis ſecundum ſe, eadem maneat: quoniam cõpoſitio, quam efficit, propter extremorum variationem & illa quoque variatur.

Tertia.

Quod accidit, de neceſſitate non ſequitur, ſed cõcluſio, ex præmiſſis de neceſſitate ſequitur; ergo concluſio, ex præmiſſis non accidit. Maior probatur. Quod enim accidit, adeſſe, & abeſſe poteſt. ergo ſequi, & non ſequi poteſt.

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius probationem dicitur, quod accidit, ideſt, contingenter euenit, adeſſe, & abeſſe poteſt. Sed quod accidit, quia de neceſſitate ſequitur, adeſſe, & abeſſe nõ põt.

Tex. 5.

Ex data definitione perſpicuum patet, omnem ſyllogiſmum ex duabus conſtitui propoſitionibus, maiore, & minore, inſuper & ex concluſione.

Maior ſyllogiſmi eſt prima ſyllogiſmi propoſitio, coniunctionem copulatiuam præcedens.

Maior, maior propoſitio, maior præmiſſa, maior aſſumptio, idem.

E *Minor ſyllogiſmi eſt ſecunda ſyllogiſmi propoſitio, coniunctionem copulatiuam ſequens.*

Minor, minor propoſitio, minor præmiſſa, minor aſſumptio, idem.

Dilucidatio.

Definito ſyllogiſmo, conſequenter de principijs ad eius conſtitutionem requiſitis, determinat, quæ, cum ſint in duplici differentia, materialia, et formalia: & materialia formalibus ſecundum generationis ordinem, quamuis non, ſecundum ordinem perfectionis, priora exiſtunt, prior rationabiliter de materialibus, quàm formalibus, ſuſcipitur determinatio. Nam hic agitur de generatione ſyllogiſmi, cuius cauſa efficiens eſt anima rationalis, formans illum, in cuius ſignum, ſyllogiſmus, actus rationis vocatur: finis vero eius, eſt, cõcluſionem inferre. Materia autem eius, duplex eſſe conſtat, propinqua, &
F remota: ſicut duplex eſt eius forma; hæc remota, vt modus; illa, proxima, vt figura. Sanè materia ſyllogiſmi propinqua, ſunt duę propoſitiones, inſuper & alia, ſcilicet, concluſio ex eis concluſa. Nam in omni ſyllogiſmo oſtenditur vnio, vel extremitatum inter ſe in concluſione ſeparatio, ideo autem extremitates vniuntur, vel ſeparantur inter ſe in cõcluſione, eò ꝙ coniunguntur in medio, vel quia vna medio connectitur, a quo altera ſeparatur: quod fieri nequit, niſi proculdubio adminus ſint duæ pręmiſſæ, quæ etiam per ſe ad hoc ſufficiunt; ergo in omni ſyllogiſmo duæ adminus neceſſariò concurrunt præmiſſę, & duæ duntaxat, in quibus fit vnio extremitatum cum medio; inſuper & concluſio, in qua extremitates inter ſe coniunguntur, aut ſe-
G parantur. Harum autẽ propoſitionum prima, maior nuncupatur, ſecunda, minor; quoniam ſecunda ſe habet ſicut contrahens, & determinans primam: contrahens verò, & determinans, minus eſt, quaſiq; pars illius, quod contrahitur; igitur ſecunda eſt minor, quàm prima, quaſiq; pars eius exiſtens; atque idcirco ſecunda minor, & prima maior, appellatur.

Tex. 6.

Totum ſyllogiſmi antecedens eſt propoſitio copulatiua, ex maiore, & minore, compoſita. prima partium principalium ſyllogiſmi, notam illationis præcedens, antecedens, aſſumptum idem.

Concluſio ſyllogiſmi eſt, ex præmiſſis ſyllogiſmi concluſa enunciatio: ſecunda eius principalis pars, notam illationis ſequens, quæ alio nomine, conſequens ſyllogiſmi appellatur.

Dilucidatio.

Ambę præmiſſæ per coniunctionem copulatiuam coniunctę, ſunt totius ſyllogiſmi antecedens, & concluſio conſequens. Nam ſyllogiſmus eſt conſequentia formalis, cum ſit oratio hypothetica ra-
H tionalis: & in omni conſequentia eſſentialiter eſt antecedens, & cõſequens; ergo in omni ſyllogiſmo eſt eſſentialiter antecedẽs, duę, ſcilicet, ꝓmiſſę, notã illationis præcedentes, & conſequens, ſcilicet, concluſio, notam illationis ſequens. Quare concluſio erit de eſſentia, ac ſyllogiſmi ſubſtantia, neq; ſine ea, perfectus erit ſyllogiſmus.

Obiectio.

Illud non eſt de eſſentia alterius, quo remoto, alterum remanet perfectum, ac in ſua ſpecie completum, ſed concluſione remota, ſyllogiſmus remanet in ſpecie perfectus; ergo concluſio non eſt de eſſentia ſyllogiſmi, neque ex ea conſtituitur.

tur. Minor probatur. Syllogiſmus enim, remota cõcluſione, in determinato modo, ac determinata figura remanet; ergo ſyllogiſmus, remota concluſione, remanet perfectus, ac in ſpecie completus. Antecedens probatur. Quippè remota concluſione, in ſyllogiſmo eſt diſpoſitio trium terminorum in figura, & duarum præmiſſarum in modo.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem negatur aſſumptum. Nam, vt planiſsimè cõſtat tam ex definitione figuræ, quàm modi, aſſumptum eſt falſum: quod clarè quoq; liquet diſcurrendo per ſingulos modos omnium figurarũ, qui apertiſsimè, tam concluſionem, quàm præmiſſas cõprehendunt. Propterea quum ſubiungitur, remota concluſione, in ſyllogiſmo eſt diſpoſitio trium terminorum in figura, & duarum præmiſſarum in modo, dicitur, ꝙ nõ eſt diſpoſitio completa: in cuius ſignũ, ſi ponatur medium in concluſione, non erit talis ſyllogiſmus in debito modo, neque figura. Hæc aũt diſpoſitio medij in concluſione ſemper neceſſariò ſubintelligitur: ſicut quoq; in omni ſyllogiſmo, & ea ipſa concluſio, quæ & ſi virtualiter ſit in præmiſsis, eſt tamen aliud à præmiſsis, ſed non à toto ſyllogiſmo.

Tex. 7 *Omnis ſyllogiſmus, ut ex tribus propoſitionibus, ita quoque ex tribus terminis conſtat: quorum unus uocatur medium, aliorum autem, alter, maior extremitas, alter, minor extremitas.*

Medium eſt terminus, concluſionem non ingrediens, bis ante eam ſumptus.

Maior extremitas eſt terminus, in maiore propoſitione cum medio ſumptus.

Minor extremitas eſt terminus, in minore propoſitione cum medio ſumptus.

Dilucidatio. Ex dictis conſtat materiam ſyllogiſmi remotam eſſe tantum tres terminos, medium, maiorem, & minorem extremitatẽ. Nam duæ in omni ſyllogiſmo exiguntur præmiſſæ duntaxat, in quarum vna, medium ſeparatur aut connectitur cum maiore extremitate, & in altera cum minore extremitate: ergo omnem ſyllogiſmum neceſſariò tres ingrediuntur termini; maior extremitas, mediũ & minor extremitas materiã ſyllogiſmi ꝓpinquam conſtituentes. At cũ hi ſufficiant, tantũ tres erunt; quorũ primus, mediũ vocaẜ. Mediat. n. quatenus extremitatũ inter ſe in cõcluſione, adminus ſecundũ vocẽ, velut in cõcluſione negatiua, vnitiuũ eſt. Hinc medium, coniunctione, congruè appellatur: quod de neceſsitate ante concluſionem bis ſumitur, alioquin huiuſcemodi coniunctionem facere non poſſet. Secundus, maior extremitas vocatur: ponitur enim in maiore propoſitione cũm medio, & concluſinnis directè prædicatum ſemper eſt. Tertius verò, minor extremitas nuncupatur: quoniam in minori propoſitione cum medio collocatur, & ſubiectum concluſionis directæ ſemper eſt.

Obiectio. 1. In omni propoſitione ſunt duo termini, ſed in omni ſyllogiſmo ſunt tres propoſitiones; ergo in omni ſyllogiſmo ſunt ſex termini.

Reſpondetur, ꝙ argumentum cõcludit in omni ſyllogiſmo eſſe ſex termini ſecundum numerũ, qui tamen ſecundum rem, ſeu ſignificatum ſunt tantum tres. Nã medius terminus, in pręmiſsis bis ſumitur, extremitates verò, ſemel in præmiſſis, & ſemel in A concluſione: qui (vt ſuo dicetur loco) nullo modo variari debent; ideo ſecundum rem ſignificatã ſunt tñ tres. Sed qm̃ terminus ſemel dictus, non eſt numero idem terminus, quum reſumitur; idcirco ſecundum numerum ſunt ſex. Sed contra. In ſyllogiſmo ex oppoſitis ſunt tñ duo termini ſecundum ſignificatum, & tñ ſyllogiſmus ex oppoſitis, ſpecies eſt ſyllogiſmi; ergo falſum eſt in omni ſyllogiſmo eſſe tres termini ſecundum rem ſignificatam. Antecedens in tomo ſequenti de poteſtate ſyllogiſmi eſt manifeſtum. Reſpondetur, quod quum dicitur in omni ſyllogiſmo ſunt tres termini ſecundum rem ſignificatam, intelligitur formaliter. In ſyllogiſmo vero ex oppoſitis ſunt duo ſecundum rem ſignificatã materialiter, ſed tres formaliter, quorũ vnus differt formaliter à ſeipſo, quatenus habet rationẽ maioris B extremitatis in maiore p̃miſſi, et minoris extremitatis in minore p̃miſſi; vt oĩs homo diſputat, et nullus homo diſputat; ergo nullus homo eſt homo. Inſtatur

Omnis terminus eſt propoſitionis extremũ, ergo nullus terminus eſt medium. Antecedens ex definitione termini paulo ante poſita habetur. Conſequentia probatur. Quippe eſſe medium, extremo repugnat. Secũda.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, ꝙ medium habet rationẽ extremi reſpectu præmiſſarum, quas terminat: ſed reſpectu extremitatum, quas cõiungit, vel inter quas ponitur, conuenienter medium vocatur. Propterea reſpectu diuerſorũ, & terminus, & mediũ appellaẜ.

In vna, & eadem oratione, terminus cum alio ter C mino bis ſumi non poteſt, ſed ſyllogiſmus eſt vna oratio; ergo in ſyllogiſmo medium non bis ſumitur ante concluſionem. Tertia.

Reſpondetur diſtinguendo maiorem. Nam in vna & eadem oratione categorica, medium cum alio termino bis ſumi vtiliter, non poteſt: tamen in vna & eadem oratione hypothetica, qualis eſt ſyllogiſmus, proculdubio medium vtiliter ante concluſionem bis ſumi poteſt.

Nempe ad ſyllogiſmum, & modus, & figura, exigitur. Tex. 8.

Figura eſt, trium terminorum ſecundum debitam ſubiectionem, prædicamentationemue, ordinata diſpoſitio.

Eſt autem ordinata diſpoſitio, ſi medium in maiore, cum maiore extremitate, in minore uerò, cum minore extremitate ſumitur, à concluſioneq; ſecluditur.

Dilucidatio. Oſtenſis principijs ſyllogiſmi materialibus, ſu D pereſt declarare principia eius formalia: quę etiam numero duo exiſtunt, figura, & modus. Nempe figura eſt forma communis, & remota: modus verò, forma ſpecialis, atque propinqua. Quamobrem rectè prius, de figura, quàm de modo, determinetur. In cuius definitione, ordinata diſpoſitio, hoc eſt, ordinatio, tãquam genus collocatur. Nã ordinatio, tã modo, q̃ figuræ conuenit. Trium terminorũ ad differentiã modi, qui eſt ordinatio trium ꝓpoſitionũ, ſubinfertur. Sanè figura non propriè, ſed metaphoricè, per ſimilitudinẽ ad trianguli figurã, hoc in loco ſumitur. Quemadmodum. n. in triangulo ſunt tres lineę, q̃ tribus angulis cõiunguẜ: ita quoq; in ſyllogiſmo tres ꝓpoſitiones, tribus terminis cõiunguẜ.

Totum verò reſiduum, quod ſequitur, ad declarandum, qualiter huiuſmodi trium terminorum ordinatio fieri habet, rectè adiectum eſt. Quocirca ſecundum literam fieri habet ſecundum debitam ſubiectionem, & prædicationem, trium terminorum, ſcilicet, medij, duarumq; extremitatum, ſed præcipuè medij. Quamobrem, aut tale medium in maiore ſubijcitur maiori extremitati, & in minore de minore extremitate prędicatur, quo pacto efficitur prima figura: aut in maiore, & minore, de vtraque extremitate prædicatur, & ſic reſultat ſecunda figura: aut in maiore, & minore vtrique extremitati ſubijcitur, & ſic eſt tertia figura. Et cum non poſsint dati termini alio modo vtiliter variari, vel diſponi, tantum tres erunt figuræ. Nec apud Ariſtotelem, ſicut apud Galenum, quarta datur figura, cuius medium prædicatur in maiore, & ſubijcitur in minore: vt omnis homo eſt animal, & omne animal eſt ſubſtantia; ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Hæc enim forma, per ſolam tranſpoſitionem præmiſſarum fit ex prima figura: at ſola pręmiſſarum tranſpoſitio non variat figuram, quare hęc forma, quartam figuram non facit.

Obiectio. Homo eſt animal rationale, in data propoſitione eſt ordinata diſpoſitio trium terminorum ſecundũ debitam ſubiectionem, et prædicationem, & tamen ibi nulla eſt figura; ergo eius definitio competit alteri à definito. Antecedens quo ad primam partẽ probatur. In data enim propoſitione, homo ſubijcitur, & animal rationale prędicatur: & huiuſmodi diſpoſitio eſt debita. Nam definitio ſemper conuenienter prędicatur de definito, ſed homo eſt definitum, & animal rationale eſt definitio; ergo ibi eſt debita, ſeu conueniens diſpoſitio.

Reſpondetur negando primam partem antecedentis, ad cuius probationem in litera dicitur, quòd eſt ordinata diſpoſitio, ſi medium in maiore, cum maiore extremitate, in minore vero, cum minore extremitate ſumitur, â concluſioneq; ſecluditur. Propterea illa diſpoſitio ſecundum ſubiectionem, & prędicationem, quę eſt in aſsignata propoſitione, ad propoſitum non eſt, neq; vllam figuram cõſtituit. Verum quoniam definitio, vnam tantum naturam, ſcilicet definiti, & conſequenter, vnum ſimpliciter conceptum formaliter ſignificat: ideo animal rationale re uera eſt tantum vnus terminus. In omni autem figura ſemper ſunt tres termini formaliter diſtincti, ſecundum debitam (vt dictum eſt) ſubiectionem, & prædicationem; iccirco ibi nulla figura eſt.

Tex. 9. *Modus eſt, duarum præmiſſarum, ac unius concluſionis, ſecundum debitam qualitatem, & quantitatem, conueniens ordinatio.*

Debita qualitas eſt, quòd utraque præmiſſarum, uel altera, ſit affirmatiua.

Ex *puris enim negatiuis nihil ſequitur.*

Et *ſi aliqua præmiſſarum fuerit negatiua, concluſio quoque erit negatiua.*

Dilucidatio. In definitione modi, conueniens ordinatio, tanquàm genus definitionis, cum definito ſit vniuerſalior, collocatur. Duarum præmiſſarum, vniusq; concluſionis, ſubinfertur, ad differentiam figuræ, quæ trium terminorum ordinatio eſt Sed vnius cõ- E cluſionis, dicitur, quoniam ſyllogiſmus vnam debet habere concluſionem: ſicut & vnum medium, à quo, & à qua, vnus ſyllogiſmus appellatur. Deinde additur, ſecundum debitam qualitatem, & quantitatem, ad excluſionem combinationum inutilium: in quibus non eſt debita qualitas, nec quantitas, velut ſi vtraque præmiſſarum eſt negatiua. Ex puris enim negatiuis nihil ſequitur, hoc eſt, non fit validus ſyllogiſmus. Nam ꝓpter ſeparationem aliquorum extremorum ab aliquo tertio, non ſequitur vnio, vel ſeparatio eorum inter ſe: ſicut propter ſeparationem hominis, & riſibilis à lapide, non ſequitur vnio, vel ſeparatio hominis, & riſibilis adinuicẽ. Ambabus autem exiſtentibus negatiuis, denotatur ſeparatio duarum extremitatum à medio, ideo ex puris negatiuis non neceſſariò formaliter vlla ſequi- F tur concluſio. Qua de cauſa ex pręmiſsis negatiuis veris concludi falſum contingit, quod profectò vitium eſt: vt nullus hõ eſt lapis, & nullus iaſpis eſt homo; ergo nullus iaſpis eſt lapis? Ad debitam quoq; qualitatẽ requiritur, vt ſi aliqua pręmiſſarũ fuerit negatiua, concluſio ſit negatiua. Nanque coniunctio, vel ſeparatio extremitatum in concluſione, earum connexionem cum medio, vel ſeparationem à medio in præmiſsis certiſsimè ſequitur. At quando vna præmiſſarum eſt affirmatiua, altera exiſtente negatiua, vna extremitatum coniungitur medio, à quo alia ſeparatur, illas igitur extremitates in concluſione abinuicem ſeparari oportet, atq; idcirco concluſionem eſſe negatiuam.

Obiectio. 2. Dum ambæ pręmiſſæ in ſecunda figura ſunt vniuerſales affirmatiuæ, eſt conueniens ordinatio duarum propoſitionum, ac vnius concluſionis in debi- G ta qualitate, & quantitate, & tamen non eſt modus; ergo eius definitio conuenit alteri à definito. Antecedens quo ad primam partem probatur. Quippe, debita qualitas, & quantitas (vt in litera habetur) eſt, ꝙ vtraque, vel altera pręmiſſarum, ſit vniuerſalis, & affirmatiua.

Reſpondetur abſolutè negando primam partem antecedentis, ad cuius probationem dicitur, ꝙ debita qualitas in ſecunda figura eſt, vt altera præmiſſarum ſit negatiua; ideo licet ad debitam qualitatem in communi ſumptam ſatis ſit, ꝙ aut vtraque, vel altera præmiſſarum ſit affirmatiua; tamen in ſecunda figura determinatè requiritur, vt altera ſit affirmatiua, & altera negatiua, iccirco non eſt mirum, ſi ibi nullus modus eſt.

Secũda. H Optimè ſequitur, ſi non eſt homo, non eſt riſibile, ſed non eſt homo, ergo non eſt riſibile; igitur ex puris negatiuis aliquid ſequitur.

Reſpondetur, ꝙ hę regulę directè de ſyllogiſmo categorico intelligendę ſunt. In data verò argumentatione non arguitur per ſyllogyſmum categoricũ, ſed hypotheticum, à tota, ſcilicet, conditionali affirmatiua cum poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis, ideo nec ex puris negatiuis arguitur.

Tertia. Non ſequitur ſeparatio extremitatum in concluſione, niſi ſeparentur in præmiſsis; ſed quum vna præmiſſarum eſt affirmatiua, vel altera negatiua, extremitates abinuicem in præmiſsis non ſeparantur;

tur; ergo non ſequitur ſeparatio earum in concluſione, & conſequenter non oportet, exiſtente altera præmiſſarum negatiua, concluſionem eſſe negatiuam.

Reſpondetur ad minorem. Nam exiſtente aliqua præmiſſarum negatiua, extremitates non per ſe primò abinuicem ſeparantur, ſed ex conſequenti ſeparantur: quoniam vna cum medio coniungitur, à quo alia ſeparatur.

Tex. 10. *Debita quantitas eſt, quòd utraque præmiſſarum, uel altera ſit uniuerſalis.*

Ex puris nanque particularibus, indefinitis, ſingularibus, nihil ſequitur.

Et ſi aliqua præmiſſarum fuerit particularis, concluſio quoque erit particularis.

Dilucidatio. Debita quantitas eſt, quod vtraque præmiſſarum, vel altera, ſit vniuerſalis. Nam ex puris particularibus, in definitis, ſingularibus, non fit validus ſyllogiſmus. Omnis enim bonus ſyllogiſmus, ſtatim, aut mediatè, & per reductionem, per dici de omni, vel de nullo, regulatur: quando autem vtraque præmiſſarum eſt particularis, ibi non eſt dici de omni, nec de nullo; ergo ſi vtraque præmiſſarum eſt particularis, validus ſyllogiſmus non eſt. Nanq; in præmiſsis particularibus, extremitates, aut medio pro diuerſis ſuis inferioribus connectuntur, ſicut dum ambæ præmiſſæ ſunt affirmatiuæ: aut nec altera ab eodem medio ſeparatur vniuerſaliter pro omnibus ſuis ſup poſitis, ſed tantum particulariter pro diuerſis partibus, ſeu inferioribus medij; ideo in puris particularibus, non eſt dici de omni, neque de nullo. Propterea ex puris particularibus nihil ſequitur: vt quoddam animal eſt equus, & quidam homo eſt animal; ergo quidam homo eſt equus? Nempe extremitates, homo, & equus, medio, animal, pro diuerſis eius partibus, coniunguntur; iccirco non ſequitur extremitatum cõnexio inter ſe, niſi in materia neceſſaria, in qua ſi prædicatum, ſubiecto pro aliquo ſuo ſuppoſito ineſt, pro omnibus quoque eidem ineſt, & in remota, in qua, ſi pro vno, etiam pro omnibus prędicatum, à ſubiecto remouetur, quod ſanè in materia contingenti, niſi accidens ſit inſeparabile, non euenit. Quocirca non erit ſyllogiſmus bonus de forma, qui ſimili forma arguendi retenta, in omni valeat materia. Ad debitam quoque quantitatem attinet, vt ſi aliqua præmiſſarum fuerit particularis, concluſio ſit particularis. Nã talis eſt vnio maioris, & minoris extremitatis in concluſione, qualis eſt in medio: ſed cum altera pręmiſſarum eſt particularis, vnio cum medio eſt particularis, adminus ex parte vnius extremitatis; ergo ſi aliqua pręmiſſarum fuerit particularis, concluſio erit particularis.

Obiectio. 1. Verè ſequitur, Plato eſt animal, & Plato eſt riſibilis, ergo quoddam riſibile eſt animal, igitur ex puris ſingularibus aliquid ſequitur, atq; idcirco eadem ratione ex puris particularibus. Vltima ſequela patet, quoniam de ſingularibus, & particularibus idem eſt iudicium.

Reſpondetur ad aſſumptum, quòd hę regulæ directè de ſyllogiſmo categorico communi intelligũtur. In data autem argumentatione verè aliquid ſequitur per ſyllogiſmum expoſitorium, quod vtiq; contra aſſignatam regulam non eſt.

Secũda. Quantò aliqua cauſa, maioris virtutis eſt, tanto magis poteſt ſibi aſſimilare effectum, ſed præmiſſa vniuerſalis eſt maioris virtutis quàm particularis, ergo dum aliqua præmiſſarum eſt vniuerſalis, & altera particularis, potius ſequi debet concluſio vniuerſalis, q̃ particularis. Minor probatur. Cauſa enim vniuerſalis, qualis eſt pręmiſſa vniuerſalis, eſt maioris virtutis, quàm cauſa particularis, qualis eſt præmiſſa particularis.

Reſpondetur ad maiorem, quod effectus magis aſſimilatur cauſę particulari, quàm vniuerſali, ſicut homo genitus magis aſſimilatur homini generanti, quam ſoli; qui, omnium generabilium, & corruptibilium, vniuerſalis cauſa eſt. Cauſa enim particularis eſt cauſa magis proxima, & propria, cui magis aſsimilatur effectus: cauſa vero vniuerſalis eſt cauſa remota, à qua magis diſtat effectus diſtantia formali; ideo licet cauſa vniuerſalis, maioris ſit virtutis in cauſando, quàm particularis, tamen propter maximam diſtantiam inter eam, & effectum, ſecundum eandem rationem vniuocam, nunquàm ei aſsimilabitur ipſe effectus, qui, à cauſa particulari non ita diſtat, ſed cum ea conuenit in forma, ſecundum quam agit; iccirco ſecundum eandem rationẽ vniuocam ei aſsimilari poteſt. Propterea & ſi propoſitio vniuerſalis, maioris ſit virtutis in inferendo cõcluſionem, quàm particularis: tamen ob rationem aſsignatam, concluſio, magis propoſitioni particulari, quàm vniuerſali aſſimilatur.

Tex. 11. *Medium, concluſionem, non ingredietur unquam.*

Dilucidatio. Lex generalis medij eſt, quòd nunquàm concluſionem ingreditur. In ſyllogiſmo enim, ex vnione extremitatum, vel alterius ſeparatione, in pręmiſsis à medio, connexio, vel ſegregatio extremitatum inter in concluſione ſequitur. Quamobrem ſi ponitur medium in concluſione, coniunctio, vel ſegregatio medij ab vlla extremitate, & non extremitatum inter ſe, deſignatur: quod profectò eſt contra intentum ſyllogiſmi, igitur non ab re, medium, à concluſione ſecluditur. Vnde verſus pro memoria iuuanda.

Partibus ex puris ſequitur nil, ſiue negatis.
Si qua pręit partis, ſequitur concluſio partis.
Si qua negata præit, concluſio ſitq; negata.
Lex generalis erit, medium concludere neſcit.

Obiectio. Medium quandoq;, ſicut ſuperius in ſuo inferiori, in minore extremitate includitur, ergo mediũ quandoq; concluſionem ingreditur. Antecedens probatur exemplo. Omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Medium, animal, ſicut ſuperiꝰ in ſuo inferiori, in minore extremitate, homo, continetur. Conſequentia probatur. Minor enim extremitas ſemper in concluſione ponitur.

Reſpondetur ad antecedens, quòd medium, animal, in minore extremitate, homo, realiter includitur: non tamen formaliter, vt habet rationẽ medij, & ſecundum vocem, quo pacto non ingreditur concluſionem, eo, ſcilicet, modo, quo in præmiſsis poſitum eſt.

Syllo-

Tex. 12 1. Diuiſio.

Syllogiſmorum, alius categoricus, alius hypotheticus.

Categoricus eſt ſyllogiſmus, cuius utraque præmiſſarum aſſumptarum, pariter & concluſio, categorica eſt.

Hypotheticus eſt ſyllogiſmus, cuius altera præmiſſarum aſſumptarum, uel utraque, atque concluſio, hypothetica eſt.

Dilucidatio.

Syllogiſmus non dicitur categoricus, quod totus ſit propoſitio categorica, cum ſyllogiſmus omnis propoſitio ſit hypothetica, ſed quod vtraq; præmiſſarum, & concluſio eſt categorica propoſitio: vt omne animal habet tactum, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo habet tactũ. Dati enim ſyllogiſmi maior eſt categorica, & minor itidem, pariter & concluſio, iccirco ſyllogiſmus categoricus eſt. Hypotheticus autem ſyllogiſmus, ſed impropriè, eſt, cuius concluſio fuerit hypothetica; vt omne ſenſitiuum eſt viuum, & omne animal eſt ſenſitiuum; ergo omne animal eſt viuum, vel aliquod animal non eſt viuum: quæ vltima concluſionis pars ſequitur F non virtute medij, ſed per regulas contradictoriarum, quarum ſi vna eſt vera, altera eſt falſa, & contra, ſi vna eſt falſa, altera eſt vera. Hypotheticus verò propriè ſumptus, eſt ſyllogiſmus, cuius: vel maior eſt propoſitio hypothetica, vt ſi omnis homo eſt animal, omnis homo eſt ſenſibilis, at omnis homo eſt animal, ergò omnis homo eſt ſenſibilis: at cuius minor eſt propoſitio hypothetica, vt omnis planta nutritur, at ſi omnis planta nutritur, omnis planta ſuſcipit incrementum; ergo omnis planta ſuſcipit incrementum. Et in vtroque exemplo arguitur à poſitione antecedentis, ad poſitionem, hoc eſt affirmationem conſequentis. Quod ſanè valet conſequentia in conditionali affirmatiua: ſed non contra, niſi gratia materiæ. In conditionali G (inquam) affirmatiua, quia in negatiua non licet, vt non ſi tu es homo, tu es equus, ſed tu es homo, ergo tu es equus? Cuius ratio diſparitatis eſt, quoniam in affirmatiua, ad eius veritatem requiritur, vt antecedens, ſine conſequente verum eſſe nõ poſſit; ideoq; ſi affirmatur antecedens, affirmatur & conſequens: quod eſt arguere, à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis. In negatiua autem, excluditur conſequens ab antecedente, vt tu es homo, non ſi tu legis, ſignificat te eſſe hominem, hoc pacto, ſi tu non legis: quia ſua affirmatiua contradictoria ſignificat, te eſſe hominem, hac conditione, ſi tu legis, atque idcirco non licet in negatiua arguere à poſitione antecedentis ad poſitionem cõſequentis. Neque tam in affirmatiua, quam negatiua, valet contra, à poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis; vt ſi tu curris, tu moueris, ſed H tu moueris, ergo tu curris? Nam conſequens, antecedente exiſtente falſo, verum eſſe poteſt. Nec in negatiua valet, vt tu es homo, non ſi tu es leo, ſed tu es homo, ergo tu es leo? Significat enim, quod tu es homo, dummodo non ſis leo: gratia tamen materię, in terminis, ſcilicet, conuertibilibus in affirmatiua licet; vt ſi tu es homo, tu es rationalis, ſed tu es rationalis, ergo tu es homo. Similiter eſt ſyllogiſmus hypotheticus, quum arguitur, à deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis, quod vtiq; ſemper licet: ſed non contra niſi gratia materiæ, vt lapis eſt viuus, ſi lapis eſt animatus, ſed lapis non eſt viuus, ergo lapis non eſt animatus. Sanè anteceděs E non poteſt eſſe vetum conſequente exiſtente falſo. Non valet autẽ contra à deſtructione antecedentis, ad deſtructionẽ conſequentis, vt ſi lignũ eſt ignitũ, lignũ eſt calidum, ſed lignũ non eſt ignitũ, ergo nõ eſt calidum? Conſequens enim poteſt eſſe verũ ſine antecedente, niſi in terminis conuertibilibus, vt ſi tu es homo, tu es riſibilis, ſed tu non es homo, ergo tu non es riſibilis: & in correlatiuis de ſecundo adiacente, vt ſi pater eſt, filius eſt, ſed pater non eſt, ergo filius non eſt. Maximè autem ſyllogiſmus hypotheticus eſt, cuius maior, & minor, pariter & concluſio, eſt hypothetica: vt ſi brutum eſt, animal eſt, at ſi animal eſt, ſubſtantia eſt; ergo ſi brutum eſt ſubſtãtia eſt. Præterea quum à tota diſiunctiua cum deſtructione unius partis, ad poſitionem alterius arguitur, itidem ſyllogiſmus erit hypotheticus: vt cœlum F eſt animatum, vel cœlum à ſeipſo non mouetur, ſed cœlum non eſt animatum, ergo cœlum à ſeipſo non mouetur, ſed ab intelligentia. Aut quum à veritate vnius partis ad veritatem totius, bona eſt conſequẽtia, erit quoque ſyllogiſmus hypotheticus: vt homo legit, & hæc eſt vera, ergo homo legit, vel non legit. quod equidem valet, quia ad veritatem diſiunctiuæ oportet vnam partem indifferenter eſſe veram. Hanc autem, & cæteras ſyllogiſmotum formas tradit Diuus Seuerinus Boethius in libro de ſyllogiſmis hypotheticis, quàm traduxit, ex Eudemio, & Teophraſto, diſcipulis Ariſtotelis: in quo, hic poſitam ſyllogiſmi definitionem ponit, tam ſyllogiſmo categorico, quàm hypothetico, conuenientem. Nam in ſyllogiſmo hypothetico quibuſdam poſitis propo- G ſitionibus hypotheticis, aut ſaltem aliqua, neceſſe eſt, aliud ab ijs, quæ poſita ſunt, nunc categoricum, nunc hypotheticum, accidere, ſicut ſuo modo in ſyllogiſmis categoricis contingit. Sed quare diuus Seuerinus Boethius, cum de ſyllogiſmis ex hypotheticis propoſitionibus, copioſiſſime tractet, nullos perſcribit modos, iuxta quos, ſyllogiſmi ex copulatiuis ita fierent, eſt: quoniam quæ hypotheticæ propriè dicuntur, huiuſmodi ſunt, vt in ijs conditio aliqua, vel exprimatur, vt in eis, quæ peculiari nomine conditionales appellantur, vel ſubintelligitur, vt in diſiunctiuis. Nam quum dicitur, dies eſt, aut nox eſt, hoc modo pronuntiari poteſt, ſi dies eſt, nõ eſt nox, vel ſi non eſt dies, nox eſt. Quocirca per has neque eſſe aliquid, neque non eſſe, ſimpliciter ſignificatur: ſed aut illud eſſe, ſi hoc fuerit, aut quoties vnum fuerit, non poſſe ſimul, & aliud eſſe. Vnde & in ijs con- H ſequentiæ vis, ſeu ſyllogiſmi virtus eſſe perſpicitur, quod in copulatiuis non deprædenditur, gratia cuius non verę hypotheticæ ſunt: quod nimirum vtrunq; facit potiſſimum, vt ex propoſitionibus hypotheticis, ſyllogiſmi ſtruantur hypothetici. Verum in conſequentiarum tomo ſermo erit de cõſequentijs, quas vulgo ex copulatiuis eliciunt.

Obiectio. 1.

Ariſtoteles in libro priorum ſufficienter determinat de ſyllogiſmo, & tamen nullam mentionem facit de ſyllogiſmo hypothetico, ergo de eo ſuperflué hic determinatur.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nam (vt dictum eſt) ſyllogiſmus dicitur hypotheticus, quia

ex

ex aliqua conficitur hypothetica, quę, abſolutam veritatem non cõtinet cuius cognitio in ſyllogiſmo demonſtratiuo, de quo in libro Poſteriorum tractatur, ad quem Priorum liber principaliter ordinatur abſq; vllo ſcrupulo requiritur: ſed verum aliquid (vt dilucidatum eſt) ex ſuppoſitione ſignificat, quod equidem, nec in ſyllogiſmo demonſtratiuo, nec in ſcientijs demonſtratiuis ſufficit, niſi per abſolutam ſimplicis propoſitionis veritatem confirmetur; iccirco Ariſtoteles in libro Priorum merito de ſyllogiſmo hypothetico, nullam memoriam fecit. At quoniam hoc in loco, de ſyllogiſmo ſimpliciter ſecundum vim, ſeu virtutem ſuæ conſequentiæ agitur, quæ planiſſimè in ſyllogiſmo hypothetico deprehenditur, quemadmodum & in categorico; ideò eo ipſo iure hic de eo ſuſcipitur determinatio. Sed

Inſtatur. contra. Quippè in ſyllogiſmo hypothetico veritas ex ſuppoſitione, per abſolutam ſimplicis propoſitionis veritatem confirmatur; ergo de eo in libro Priorum determinandum erat. Aſſumptum perſpicuum patet in ſyllogiſmo hypothetico, cuius altera propoſitionum aſſumptarum eſt hypothetica. Conſequentia ex reſponſione data eſt manifeſta. Nam iuxta reſponſionem datam veritas ex ſuppoſitione per ſe in ſyllogiſmo demonſtratiuo, gratia cuius in libro Priorum agitur de ſyllogiſmo ſimpliciter, nõ ſufficit, niſi per abſolutam veritatem confirmetur, hoc autem per antecedens, in ſyllogiſmo hypothetico fit, ergo de eo in dato libro determinãdum erat.

Reſpondetur abſolutè negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd (vt dilucidatum eſt) maximè ſyllogiſmus vocatur hypotheticus, cuius vtraq; pręmiſſarum, pariter & concluſio, eſt hypothetica, in quo clarè liquet, quòd veritas ex ſuppoſitione per abſolutam veritatem propoſitionis ſimplicis, nec confirmatur, nec ideo abſolutè ſyllogiſmo hypothetico conuenit; atq; iccirco in dato libro de eo nullus ſpecialis tractatus conficiendus erat.

Secũda. Omnis ſyllogiſmus eſt oratio hypothetica, ergo omnis ſyllogiſmus eſt hypotheticus. Antecedẽs ex eius definitione habetur. Conſequentia probatur. Nempe ſyllogiſmus eſt hypotheticus, quia conficitur ex hypotheticis, ſed per antecedens omnis ſyllogiſmus eſt oratio hypothetica; ergo omnis ſyllogiſmus eſt hypotheticus.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd (vt dilucidatum eſt) ſyllogiſmus non vocatur categoricus, quòd totus ſit propoſitio categorica, cum ſyllogiſmus omnis propoſitio ſit hypothetica; ſed quia vtraq; præmiſſarum, & concluſio eſt categorica. Propterea in probatione conſequentiæ non benè ſubſumitur in minore, quæ reuera erat iſta, omnis ſyllogiſmus conficitur ex hypotheticis, quod ſtatim falſum apparet.

Tex.13. 2. Diuiſio. *Syllogiſmorum categoricorum, alius perfectus, alius imperfectus.*

Perfectus eſt ſyllogiſmus categoricus, qui nullius alterius indiget, ut appareat neceſſarius, præter ea, quæ poſita ſunt.

Imperfectus eſt ſyllogiſmus categoricus, qui unius indiget, aut plurium, præter ea, quæ poſita ſunt, ut appareat neceſſarius.

Dilucidatio. Categoricus perfectus eſt ſyllogiſmus, qui non indiget conuerſione, præmiſſarum tranſpoſitione aut reductione per impoſſibile, atq. idcirco ſine iſtis eſt euidens; vt omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal; ergo omnis homo eſt ſubſtantia: & perinde, nullius alterius indiget, vt appareat neceſſarius, ideſt, vt demonſtretur eſſe conſequentia euidenter neceſſaria. Non enim indiget, vt oſtendatur ſyllogiſmus eſſe eiuſdẽ manifeſtus, & indubitatus, conuerſione, tranſpoſitione pręmiſſarum, aut reductione per impoſſibile (quanuis ad ſuam demõſtrationem principio de omni egeat, per quod ſtatim regulatur) quod profectò ſyllogiſmo imperfecto minime conuenit, vt nullus lapis eſt animal, & omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt lapis. Nempe indiget, aut vnius trium inſtrumentorum, quibus ſyllogiſmi perficiuntur, aut plurium, vt neceſſarius appareat, cum conuerſione indigeat. Sanè aliquis ſyllogiſmus imperfectus, ſolum vnius indiget, vt perficiatur velut primus modus ſecundæ figurę, ſola conuerſione, & quartus modus eiuſdem figuræ reductione per impoſſibile. Aliquis verò, plurium, indiget, inſtrumentorum, perficiendi ſyllogiſmos: vt ſecundus modus ſecundæ figurę, conuerſione, & pręmiſſarum mutatione. Quatuor quoq; modi primę figurę ſyllogiſmi perfecti ſunt, cęteri verò omnes de medio communi, imperfecti ſunt. Quod poſtremum adiectũ eſt propter ſyllogiſmos tertiæ figuræ expoſitorios, qui perfecti ſunt, & immediatè principijs comprobãtur: per quos quidem ſyllogiſmos, modi tertiæ figuræ de medio communi quòd ſolum particulariter concludant, præter cæteros modos, perficiuntur. Demonſtrationes verò ſyllogiſmorum perfectorum immediatę ſunt, quòd ſolum ex principijs pendeant; iccirco & faciliores, & perfectiores exiſtunt. Demonſtrationes autem ſyllogiſmorum imperfectorum mediatæ, quia pẽdent non ſtatim ex principijs, ſed ex cognitis ex principio, conuerſione, ſcilicet, pręmiſſarum tranſpoſitione, & reductione per impoſſibile: atq. idcirco, & difficiliores ſunt, & minus perfectę, vt ſuo loco luce clarius apparebit.

Obiectio. Perfectum eſt quod conſequitur finem ſuum, ſed omnis ſyllogiſmus conſequitur finem ſuum, ergo omnis ſyllogiſmus eſt perfectus. Minor probatur. Quippè finis quem conſequitur omnis ſyllogiſmus eſt neceſſariò ſuam concluſionem inferre, aliquin non eſt bonus de forma.

Reſpondetur, quòd duplex eſt perfectio, intrinſeca, & extrinſeca. Omnis autem ſyllogiſmus, bonus de forma, eſt perfectus perfectione intrinſeca, vt potè quia omnia eſſentialia ad conſtitutionem ſyllogiſmi requiſita habet, & ſic (vt argumentum in oppoſitum concludit) poteſt conſequi finem ſuum: ſed non omnis ſyllogiſmus eſt perfectus perfectione extrinſeca; quoniam licet omnis ſyllogiſmus bonus de forma neceſſario ſuam concluſionẽ inferat, tamen non omnis, euidentiam neceſſitatis ſuæ conſequentiæ habet. Propterea quia tali perfectione caret, ſyllogiſmus imperfectus vocatur.

Tex.14. *Rurſus categoricorum ſyllogiſmorum, alius cõmunis, alius, qui expoſitorius dicitur.*

Cate-

Categoricus communis eſt ſyllogiſmus, cuius medium eſt terminus communis.

Categoricus expoſitorius eſt ſyllogiſmus, cuius medium eſt terminus ſingularis.

Dilucidatio. Syllogiſmus, à medio, termino communi, denominatur communis, quoniã medium in ſyllogiſmo tenet primatum: vt omne animal ſentit, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo ſentit. Dati enim ſyllogiſmi medium eſt animal, cum ſit terminus bis ante concluſionem poſitus: ſemel quidem in ſubiecto maioris, & ſemel in prædicato minoris, ipſam concluſionem non intrãs, & animal (vt notum eſt) terminus communis eſt. Sed categoricus expoſitorius eſt ſyllogiſmus, cuius medium eſt terminus ſingularis: vt Sortes eſt ſubſtantia, & Sortes eſt animal; ergo quoddam animal eſt ſubſtantia. Sane eius medium eſt Sortes, cum ſit terminus bis ante concluſionem ſumptus: ſemel quidem in ſubiecto maioris, & ſemel in ſubiecto minoris, ipſam concluſionẽ nõ intrãs, Sorteſq; terminus ſingularis eſt.

Obiectio. Ariſtoteles in libro Priorum de ſyllogiſmo ſimpliciter, ſufficienter agens, nullam memoriam de ſyllogiſmo expoſitorio habuit; ergo hic, vbi de ſyllogiſmo ſimpliciter agitur, ſuperfluè de ſyllogiſmo expoſitorio determinatur.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nam ſyllogiſmus expoſitorius, cuius vtraq; præmiſſarũ eſt ſingularis, nunquàm poteſt eſſe ſyllogiſmus demõſtratiuus, cuius præmiſſæ ſunt de omni, & per ſe, ad quem ordinatur ſyllogiſmus ſimpliciter: Propterea hac de cauſa Ariſtoteles in libro Priorum de eo nõ determinauit. Hic autem agitur de forma ſyllogiſtica, quantum ad virtutem neceſſariam inferendi concluſionem, quam conſtat eſſe in ſyllogiſmo expoſitorio, ideo hoc in loco de eo rectè determinatur.

Tex. 15. 4. Diuiſio. *Communium ſyllogiſmorum categoricorum, alius ſimplex, alius compoſitus.*

Simplex eſt ſyllogiſmus categoricus communis, cuius extrema ſuarum propoſitionum, ac copulæ, nec non concluſionis ſimplicia ſunt.

Compoſitus eſt ſyllogiſmus categoricus communis, cuius copula, vel extremum ſuarum propoſitionum, concluſioniſ-ue, compoſitum eſt.

Dilucidatio. De ſyllogiſmo communi ſimplici exemplariter dicatur, omne animal eſt corpus, & omnis equus eſt animal, ergo omnis equus eſt corpus. Nam extrema maioris, animal, & corpus, & cuius copula, ſimplicia ſunt. Similiter extrema minoris, equus, & animal, itidem & copula, ſimplicia ſunt deniq; extrema concluſionis, equus, & corpus, eiuſq; copula, incomplexa ſunt. Syllogiſmus vero compoſitus eſt, quando maior extremitas, complexa eſt aut minor, aut medium. Exemplum primi, vt omne animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, & omnis homo eſt animal; ergo omnis homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Exemplum ſecundi, vt omne animal eſt viuens, & omne animal rationale eſt animal; ergo omne animal rationale eſt viuens. Exemplum tertij; vt omne corpus animatum ſenſibile eſt ſubſtantia, & omne animal eſt corpus animatum ſenſibile; ergo omne animal eſt ſubſtantia. Quando uſuper copula propoſitionum ſyllogiſmi, & concluſionis, eſt compoſita, ſyllogiſmus eſt compoſitus, vt omne corpus eſt, vel fuit coloratus, ſed omne elementum eſt, vel fuit corpus; ergo omne elementum eſt, vel fuit coloratum. Sed quia rarò copula compoſita doctores vtuntur, ſecundum eam rarus quoque fit ſyllogiſmus compoſitus.

Obiectio. Tota definitio eſt vnus terminus ſimplex, ergo ſyllogiſmus, cuius extremũ eſt tota definitio, ob id compoſitus non eſt; atque idcirco perperam in dilucidatione de eo ponitur exemplum primi. Antecedẽs probatur. Quippè tota definitio, vnam ſimplicem naturam ſignificat.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, ꝙ & ſi tota definitio, & definitũ, vnam, & eandem naturam ſimplicem ſignificent; non tamen eodem modo, definiti nomen, & tota definitio, nec non quælibet definitionis pars, illam naturam ſimplicem ſignificaut, ſed alio, & alio modo (vt in attem definitiuam dictum eſt) eam important; ideo tota definitio non eſt vnus ſimplex terminus, quemadmodum & definiti nomen, & quælibet definitionis pars. Nam intellectus, de eadẽ re, plures poteſt formare conceptus; ideo tota definitio, quatenus vnum ſimplicẽ ſignificat conceptum, qui, indiuiſibilem naturam repræſentat, terminus eſt incomplexus ex parte ſignificati; quamuis ſecundum vocem, terminus complexus videatur Verum quia tota definitio, conceptum generis, & conceptum differentiæ, compræhendit, quos ſi ſeorſum, & diuiſim ſumantur, diuerſos eſſe conſtat, & conſequenter vnum conceptum complexum conſtituere poſſunt: iccirco dum termini totius definitionis ſic ſumpti, maior extremitas, ſunt, tunc ſyllogiſmus ex parte maioris extremitatis, compoſitus eſt. Nempe ſic ſumpti, vnus, vt puta, ſubſtantia, generis conceptum ſignificat: & alius, vt puta, animata, aut ſenſibilis, differentiæ conceptum importat.

Tex. 16 De. 1. figura. *Syllogiſmus categoricus primæ figuræ eſt ſyllogiſmus, cuius medium ſubijcitur in maiore, & prædicatur in minore.*

Dilucidatio. Verè medium, vtriuſque extremi ſapit naturam, ſicut tepiditas, & caliditatem & frigiditatem participat. Extrema autem ſyllogiſmi ſunt maior extremitas, & minor extremitas: & medium in prima figura ſubijcitur maiori extremitati, & in minore prædicatur de minore extremitate, ideo huiuſmodi medium, vtriuſque extremitatis ſyllogiſmi ſapit naturam. Quamobrem medium primæ figuræ eſt verè medium perfectum, atque idcirco tenet hæc, primatum in figuris, vt omne animal carens ſanguine, non reſpirat, & omnis piſcis eſt animal carens ſanguine; ergo omnis piſcis non reſpirat: in quo, animal carens ſanguine eſt medium, cum ſit terminus bis ſumptus ante concluſionem, ſemel in ſubiecto maioris, & ſemel in prædicato minoris, ipſam concluſionem non intrans.

Obiectio. Omne rationale, vel irrationale eſt homo, ſed omnis equus eſt rationalis, vel irrationalis; ergo oĩs equus eſt homo? Concluſio eſt falſa, præmiſſis exiſtentibus veris, ergo ſyllogiſmus non eſt bonus de forma ſed talis forma eſt diſpoſitio primæ figuræ, igitur prima figura non eſt bona forma ſyllogiſtica, neque ad ſyllogizandum vtilis.

Reſpondetur,

Reſpondetur, ꝙ vtraque præmiſſarum eſt propoſitio hypothetica, quoniam vtraque reſoluitur in vnam diſiunctiuam veram: propterea ſyllogiſmus eſt hypotheticus, in quo non ſeruatur forma ſyllogiſmi hypothetici, ſed categorici; ideo mirū non eſt ſi cõcluſio, præmiſſis exiſtentibus veris, falſa eſt. Nã forma ſyllogiſtica trium figurarum traditur directè de ſyllogiſmo categorico, & non de hypothetico; circirco nulla pręmiſſarum debet eſſe hypothetica, alioquin ſyllogiſmus non erit categoricus, ſed hypotheticus, de cuius forma pauló ante dictum eſt.

Tex.17. *Prima figura, nouem habet modos, quatuor primos, barbara, celarent, darij, ferio, directè concludentes: reliqui uerò quinque, baralipton, celantes, dabitis, fapeſmo, friſeſomorum, indirectè ſunt concludentes.*

Directè concludere, eſt, maiorem extremitatem, de minore in concluſione prædicari.

Indirectè concludere, eſt, minorem extremitatem, de maiore in concluſione prædicari.

Dilucidatio. Prima figura, nouem habet modos, quatuor primos, barbara, celarent, darij, ferio, directè concludẽtes: reliqui verò quinque, baralipton, celantes, dabitis, fapeſmo, friſeſomorum, indirectè ſunt cõcludentes. Directè concludere, eſt, maiorem, extremitatẽ, de minore in concluſione prædicari. Nam quando maior extremitas, de minore in concluſione prędicatur, ibi rectus ordo rationis, qui incipit à maiore extremitate, & tendit per medium ad minorem extremitatem, deſignatur: & perinde minor extremitas in cõcluſione cum maiore extremitate ſine vllo regreſſu ad maiorem extremitatem, cõpatatur, ſed ſtatim accepta minore extremitate, quę in ſyllogizando præ manibus habetur, concluſionem, intellectus facillimè concludit. Sed quando minor extremitas in concluſione de maiore prędicatur, ordo rationis, indirectus deſignatur. Poſtquàm enim intellectus, à maiore extremitate ad minorem extremitatem per medium deuenit: iterum ad maiorem extremitatem, antequàm eam coniungat cum minore extremitate, reuertitur. Quocirca concludere indirectè, rationabiliter eſt minorem extremitatem, in concluſione de maiore extremitate prædicari.

Obiectio.1. Idem eſt modus, & cõbinatio vtilis, ſed in prima figura ſunt tãtum quatuor combinationes vtiles ad concludendum directè, & duæ ad concludendũ indirectè; ergo ſunt tantum ſex modi primæ figuræ. Maior infra ex definitione combinationis vtilis habetur. Minor videtur eſſe Ariſtotelis in primo Priorum, vbi hos modos, baralipton, celantes, & dabitis, à tribus primis non diſtinguit.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ baralipton, celantes, & dabitis, à tribus primis modis, quantum ad diſpoſitionẽ duarum præmiſſarum in debita qualitate, & quãtitate, nõ diſtinguntur. Nam eadem eſt ordinatio præmiſſarum in barbara, & baralipton, ſimiliter & in alijs, Quod equidem cõſiderans Ariſtoteles, meritò illos modos à tribus primis non diſtinxit. Verum quantum ad modos concludendi directè, & indirectè, ab ipſis diſtinguntur: & hac de cauſa pręſens litera, eos à tribus primis diſtinguit. Nempe combinationes, quę ſunt in tribus primis modis, primò, & per ſe,

A ad concludẽdum directè valent: ſed ex conſequenti per conuerſionem ſuarum concluſionum ad concludendum indirectè, vtiles ſunt. Omnis.n. ſyllogiſmus, cuius concluſio conuerti poteſt, directè, & indirectè concludere valet. Reliqui verò duo modi, fapeſmo, & friſeſomorũ, primò, & per ſe, indirectè cõcludere poſſunt: qui, à tribus primis etiam quantũ ad diſpoſitionẽ præmiſſarum diſtinguntur. Quinimo ſeruata debita diſpoſitione ſecundũ ſubiectionẽ, & prædicationẽ mediorũ figurarũ, in omni, valẽt, figura, particularem negatiuam indirectè cõcludere: non autem directè, alioquin in eis darẽtur ſimul termini in quibus omni, & in quibus nulli. Propterea Ariſtoteles, poſtquàm ſyllogiſmorum formã in tribus figuris docuit, de eis determinat. Verum quia prius in prima reperiuntur figura, quàm in alijs, meritò primæ figuræ appropriantur, gratia cuius in B modis eiuſdem figurę connumerantur.

Omnis homo eſt animal, ſubſtantia eſt homo, ergo ſubſtantia eſt animal. In dato ſyllogiſmo, maior extremitas, de minore prędicatur, & tamen ibi eſt indirecta concluſio; ergo perperà definitur, cõcludere directè. Aſſumptũ quo ad ſecundã partẽ ꝓbatur. Quippè huiuſmodi cõcluſio eſt p̄dicatio indirecta. Secũda.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis, ad cuius probationem dicitur, ꝙ non dicitur concluſio directa, eó ꝙ ſit prædicatio directa: ſed quia (vt dilucidatum eſt) directus rationis proceſſus denotatur, ideoq; ad probationem negatur cõſequentia, qua infertur, eſt prędicatio indirecta, ergo eſt concluſio indirecta.

Minor extremitas, ſe habet, vt pars reſpectu maC ioris extremitatis, ſed nulla pars, in recto verè de ſuo toto prædicatur; ergo indirectè concludere, nõ eſt, quum minor extremitas, de maiori prædicatur. Minor probatur. Nulla enim pars dicit eſſe totius, ergo non verè de toto in recto prędicatur. Tertia.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ nulla pars integralis, quia non dicit eſſe totius, verè in recto de toto prædicatur: ſed pars ſubiectiua, qđ eſt inferius ipſius verè põt indirectè p̄dicari in recto de ſuo toto, qđ ſuperius eiꝰ eſt. Vnde minor extremitas, quãuis nõ ſemp dicat ſecũdum rẽ, totũ eſſe maioris extremitatis: attamẽ ſecũdum modũ enuntiãdi, inquantũ. ſ. de ea enunciatur, proculdubio totũ eſſe illius dicit. Quod equidẽ ſufficit, vt de maiori p̄dicetur extremitate, qm̃ quãtũ ad formã ſyllogiſticã, de qua hic eſt primaria intentio, D indifferẽs eſt, & nihil refert, an verè, vel falſè p̄diceť.

Maiore particulari, non fit ſyllogiſmus primæ figuræ, directè concludens. Tex.1 1.regula.

Minore negatiua, non fit ſyllogiſmus primæ figuræ, directè concludens. 2.regula.

Dilucidatio. Huius ſecundę regulæ primæ figurę in promptu ratio aſſignatur, quoniam ꝓpoſitionis affirmatiuæ p̄dicatum, nunquã diſtribuitur pro oĩbus ſuis ſuppoſitis: negatiuę verò gratia negationis, ſemp diſtribuitur, vt homo non eſt leo, & hi ſunt oẽs leones; ergo homo nõ eſt iſte, nec iſte leo, et ſic de ſingulis, nullus leo, de hoĩe verificari põt. Quod ſanè in affirmatiua nõ euenit, vt homo eſt aĩal, & hæc ſunt oĩa aĩalia; ergo homo eſt hoc, & iſtud animal: & ſic de reliquis;

quod ſtatim, falſum apparet, quia non eſt animal, quod, leo eſt. Si autem minor in prima figura eſſet negatiua, oportet per regulam, qua dicitur, ex puris negatiuis nihil ſequitur, maiorem eſſe affirmatiuã, & per illam regulam, ſi aliqua pręmiſſarum fuerit negatiua, concluſio erit negatiua, concluſionem quoque eſſe negatiuam: quo fit, vt maior extremitas, prædicatum maioris affirmatiuæ, non diſtribuatur, quę, demum in concluſione, cum ſit prædicatũ concluſionis negatiuæ, diſtribuitur. Quamobrem in prima figura, ſi concluditur directè, minore exiſtente negatiua, arguitur à non diſtributo ad diſtributum: quod eſt omnino vitium, atque idcirco oportet, minorem eſſe affirmatiuam. Cuius prædicatum, quod eſt mediũ, in hac figura non diſtribuitur, ſicut neque in maiore, ſi eſſet propoſitio particularis: & cum, neq; in maiore, neq; in minore medium diſtribueretur, extremitatibus particulariter pro diuerſis eius partibus, vniretur, ex qua vnione, nulla ſequitur concluſio, ideoq; maiore particulari, non fit, ſyllogiſmus primæ figurę, directè concludens, quod certè erat prima regula primæ figuræ.

Obiectio. 1. Quoddã rationale diſcurrit, & omnis homo eſt rationalis, ergo quidã hõ diſcurrit. Data cõſequentia huius ſyllogiſmi eſt optima, igitur maiore exiſtẽte particulari, aliquid ſequitur directè in prima figura. Aſſumptum probatur. Siquidem ex oppoſito conſequentis infertur oppoſitum antecedentis.

Reſpondetur formaliter negando conſequentiã. In dato enim ſyllogiſmo ob conuertibilitatem terminorum, maioris, ſcilicet, extremitatis, rationale, & minoris extremitatis, homo, ſequitur concluſio gratia materię, ſed non gratia formę. Nẽpe nõ tenet in omnibus terminis conſimili forma arguẽdi retenta: vt non ſequitur, quoddã animal eſt leo, & oĩs equus eſt animal, ergo quidam equus eſt leo? cum antecedens ſit verum, conſequente exiſtente falſo.

Secũda. Omne non homo eſt riſibile, & iaſpis non eſt homo, ergo iaſpis non eſt riſibilis. Conſequentia huius ſyllogiſmi eſt bona, igitur minore exiſtente negatiua in prima figura directè aliquid ſequitur.

Reſpondetur negando formam dati ſyllogiſmi. Nam ſubiectum maioris, non homo, non prædicatur in minore, ſed, homo, ibi prędicatur, ideo non rectè ſyllogizatur in prima figura. Si autem ſubſumatur, iaſpis eſt nõ homo, tunc minor eſt affirmatiua, & datus ſyllogiſmus eſt in Darij.

Tex. 19. *Barbara, primus modus primæ figuræ eſt ſyllogiſmus uniuerſalis affirmatiuus, cuius maior eſt uniuerſalis affirmatiua, et minor uniuerſalis affirmatiua, concluſionem uniuerſalem affirmatiuam directè concludens.*

H

Dilucidatio. Primus modus primæ figuræ, eſt, barbara, quia eſt modus uniuerſalis affirmatiuus: vt omne animal reſpirans habet pulmonem, & omnis homo eſt animal reſpirans; ergo omnis homo habet pulmonẽ. Nam inquantum vniuerſalis, eſt omnibus particularibus perfectior, & quatenus affirmatiuus, omnibus negatiuis: quare cæteris cuiuſcunq; figurę ſimpliciter perfectior eſt. Nam regulatur ſtatim per dici de omni, quoniam quicquid prædicatur de ſubiecto diſtributo, prædicatur quoque de quolibet ſuppoſito ſumpto ſub ipſo: ſed in dato ſyllogiſmo, habere pulmonem, dicitur de animali reſpirante, E diſtributo in maiore; ergo habere pulmonem, dicitur in concluſione de homine diſtributo, ſub animali reſpirante cum diſtributione, ſubſumpto in minore.

Obiectio. Non ſequitur, cuiuslibet hominis equus currit, & omne hinnibile eſt equus, ergo omne hinnibile currit? & tamen arguitur in barbara primo modo primæ figurę, igitur eius conſequentia non eſt formalis. Aſſumptum quo ad primam partem probatur. Poſito enim per hypotheſin, ꝙ omnis homo habeat vnum equum currentem, & alium quieſcentem, antecedens poteſt eſſe verum, conſequente exiſtente falſo. Vltima ſequela patet, quoniam conſequentia formalis tenet in omnibus terminis conſimili forma arguendi retenta.

Reſpondetur, negando ſecundam partem antecedentis. Nam malè ſubſumitur ſub equo, qui non F diſtribuitur in maiore, & non ſubſumitur ſub homine, qui eſt ſubiectum diſtributionis maioris, ideo ſic ſyllogizandum erat. Cuiuslibet hominis equus currit, & omne hinnibile eſt homo, ergo cuiuslibet hinnibilis equus currit.

Tex. 20. *Celarent, ſecundus modus primæ figuræ, eſt ſyllogiſmus uniuerſalis negatiuus, cuius maior eſt uniuerſalis negatiua, & minor, uniuerſalis affirmatiua, concluſionem uniuerſalem negatiuam directè concludens.*

Dilucidatio. Secundus modus primæ figuræ, eſt, celarẽt, quia eſt vniuerſalis, ſed negatiuus; vt nullum corpus animatum eſt lapis, & omne animal eſt corpus animatum, ergo nullum animal eſt lapis. Protinus nanq; regulatur per dici de nullo, quia, quicquid negatur de ſubiecto diſtributo, negatur quoque de quolibet ſuppoſito ſumpto ſub ipſo: ſed lapis negatur de corpore animato in maiore diſtributo, ergo rectè negatur in concluſione de animali diſtributo, ſub corpore G animato, cũ diſtributione ſubſumpto in minore.

Obiectio. Non ſequitur, nullum viuens generabitur, & omnis homo eſt viuẽs, ergo nullus homo generabitur? & tamen arguitur in celarent, igitur eius cõſequentia non eſt formalis. Aſſumptum quo ad primam partem probatur. Antecedens enim eſt verum, conſequente exiſtente falſo.

Reſpondetur negãdo ſecundã partẽ antecedẽtis. Nã arguit̃ contra ſeptimã regulã in ſequentibus poſitã, a minus amplo ad magis amplum cũ diſtributione magis ampli, ex parte minoris extremitatis, homo: qui in minore ſolũ diſtribuitur ꝓ hominibꝰ pſ̃entibus, ad quos reſtringitur p verbũ pſ̃entis temporis, & in cõcluſione diſtribuitur ꝓ pſ̃entibus, & futuris, ad quos per illud verbũ futuri tẽporis, generabitur, ampliat̃. In maiore autẽ, ſi verificari debet, maior extremitas, viuens, ꝓ viuere actuali ſumitur,

Tex. 21. *Darij, tertius modus primæ figuræ, eſt ſyllogiſmus particularis affirmatiuus, cuius maior eſt uniuerſalis affirmatiua, & minor particularis affirmatiua, concluſionem particularem affirmatiuam directè concludens.*

Dilucidatio. Tertius modus primę figuræ, eſt, Darij, cum ſit particularis, ſed affirmatiuus: vt omnis virtus eſt amplexanda, & liberalitas eſt virtus, ergo liberalitas eſt amplexanda. Nempe regulatur immediatè per dici de omni, quoniam quicquid dicitur de ſubiecto diſtributo, dicitur quoque de quolibet

bet ſuppoſito ſumpto ſub ipſo: ſed amplexandum dicitur in maiore de oĩ virtute; ergo in concluſione A rectè dicit de liberalitate ĩ minore ſumpta ſub ipſa.

Obiectio.

Noo ſequitur, omne riſibile eſt animal, et tantum homo eſt riſibilis, ergo tantum homo eſt animal? & tamen arguitur in Darij, igitur eius conſequentia non eſt formalis.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis. Nempè committitur fallacia conſequentis, quia in minore dictio incluſiua, tantum, excludit reſpectu riſibilis, dum negat ipſum ab omnibus alijs ab homine, & in concluſione excludit reſpectu animalis, quum negat animal, ab omnibus alijs ab homine: & perinde arguitur à negatione inferioris ad negationem ſuperioris; ideo dictione excluſiua relicta, concludendum erat, ergo homo eſt animal.

Tex.22.

Ferio, quartus modus primæ figuræ, eſt ſyllogiſmus particularis negatiuus, cuius maior eſt uniuerſalis negatiua, & minor particularis affirmatiua, concluſionem particularem negatiuam directè concludens. B

Dilucidatio.

Poſtremum inter modos perfectos, quartus, connumeratur, ferio, quoniam particularis eſt negatiuus: vt nullum Regnum ſcelere partum eſt diuturnum, & Philippi Macedonis Regnum fuit ſcelere partum, ergo diuturnum eſſe oon potuit. Vocantur vero (vt dictum eſt) modi perfecti, qui ſtatim regulari poſſunt, et immediatè, per dici de omni, velut barbara, & Darij: aut per dici de oullo, vt celarent, & ferio, iccirco cæteri, ad hos quatuor reducuntur. Eſt autem ſyllogiſmus voiuerſalis, cuius vtraque præmiſſarum eſt vniuerſalis, ſiue cooclusio ſit vniuerſalis, ſiue non, particularis, cuius altera præmiſſarum eſt particularis: affirmatiuus verò, cuius concluſio eſt affirmatiua, inſuper oegatiuus, cuius concluſio eſt negatiua, quæ omnia in tomo ſequenti luce clarius in litera apparebunt. Protinus autem, ferio, per dici de nullo regulatur, quoniam quicquid remouetur à ſubiecto diſtributo, remouetur quoque à quolibet ſuppoſito ſumpto ſub ipſo: ſed eſſe diuturnũ, in maiore remouetur à Regno ſcelere parto diſtributo, ergo in concluſione rectè remouetur à Regno ſcelere parto Philippi Macedonis, in minore ſumpto ſub ipſo. C

Obiectio.

Non ſequitur, nullum aoimal eſt ſpecies, & homo eſt animal, ergo homo noo eſt ſpecies? & tamen arguitur in ſerio, ergo eius conſequentia non eſt formalis.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis. Argumentum nanque eſt ex quatuor terminis, contra vndecimam regulam inferius poſitam: eò quòd homo, in minore pro ſuppoſitis humanis ſupponit, & in concluſione pro humana natura in communi ſumpta. D

Tex.23.

Baralipton, quintus modus primæ figuræ eſt ſyllogiſmus uniuerſalis affirmatiuus, cuius maior eſt uniuerſalis affirmatiua, & minor uniuerſalis affirmatiua, concluſionem particularem affirmatiuam indirectè concludens.

Baralipton, ad barbara reducitur, ſyllogiſmum perfectum, per conuerſionem concluſionis actiuam per accidens.

Reducere unum modum ad alium, eſt, euidentiam conſequentiæ unius modi per alium oſtendere.

Literæ uerò ſignificatiuæ ſunt, a, e, i, o, b, c, d, ſ, c, m, p, ſ. A, *uniuerſalem affirmatiuam, e uniuerſalem negatiuam, i, particularẽ affirmatiuam, o, particularem negatiuam, deſignãt.* A

Prima quidem ſyllaba uocabulorum artis prius nominatorum, qualitatem, & quantitatem, maioris, ſecunda minoris, tertia concluſionis, importat.

Capitalia, b, reduci ab barbara, c, ad celarent, d, ad Darij, f, ad ferio, deſignant.

C, quod non eſt dictionis principium, non conuerſiuè, ſed per impoſſibile reduci ſignificat.

M, mutationem præmiſſarum, ut maior fiat minor, & contra, minor fiat maior.

P, per conuerſionem per accidens, & ſ, ſimplicem denotat conuerſionem.

Reducere unum modum ad alium per impoſſibile, eſt, ex oppoſito contradictorio concluſionis cum altera præmiſſarum, inferre oppoſitum contradictorium alterius præmiſſæ, per quod dati ſyllogiſmi neceſſaria conſequentia declaratur.

B Nunc agere incipit litera de modis indirectè concludentibus, in primiſq; de baralipton: vt omne animatum eſt ſubſtantia, & omne animal eſt animatum, ergo quędam ſubſtantia eſt animal. Et cum ſit ſyllogiſmus imperſectus, reducitur ad barbara, ſyllogiſmum perfectum, per conuerſionem concluſionis actiuam per accidens, vt, ergo omne animal eſt ſubſtantia. Sed actiuam dico, quoniam particularis, ſicut eſt concluſio de baralipton, non poteſt conuerti in vniuerſalem, qualis eſt cooclusio de barbara: ſed magis contra, vniuerſalis conuertitur in particularem, atque iccirco concluſio de baralipton erit conuertens, illaq; de barbara conuerſa, quia conuertitur in particularem, in concluſionem, ſcilicet, de baralipton, & ſic oſtenditur per, C barbara, modum perfectum, eius euidentia concludendi. Nam quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens, ſed ad conſequens, ſiue concluſiooem de barbara, quæ eſt vniuerſalis affirmatiua, ſequitur particularis affirmatiua eius conuertens; ergo hęc particularis affirmatiua ſequitur ad antecedens, ſiue præmiſſas de barbara: & cum iſtæ ſint etiam pręmiſſæ in baralipton, ideoq; debitè infertur in baralipton indirectè particularis affirmatiua. Cætera in litera patent, nec noſtra indigent dilucidatione.

Dilucidatio.

Conſequentia formalis, eſt, cuius forma valet in omni materia, ſed baralipton non eſt huiuſmodi; ergo in baralipton, nulla eſt conſequentia formalis. Minor probatur exemplo. Non ſequitur ſyllogizando in baralipton, omne album eſt accidens, D & omnis homo eſt albus, ergo quoddam accidens eſt homo.

Reſpondetur oegando minorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ album in maiore ſumitur, vt differt à ſuo ſubiecto: & in minore, vt denominat ipſum ſubiectum, ideo committitur fallacia accidentis; Nam variatur medium io pręmiſſis ab accidente ſecundum ſe ſumpto ad ipſum accidens ſumptum ſecundum eſſe, quod habet in ſubiecto: & ita proceditur ab accidente ad ipſum ſubiectum, quæ (vt in tomo fallaciarum dictum eſt) oon ſunt vnum per ſe, ſed per accidens.

Tex.24.

Celantes, ſextus modus primæ figuræ, eſt ſyllogiſmus uniuerſalis negatiuus, cuius maior eſt uniuerſalis negatiuus.

gatiua, & minor uniuerſalis affirmatiua, concluſionem uniuerſalem negatiuam indirectè concludens.

Dilucidatio. Celantes, reducitur ad celarent modum perfectum, vt nullum quantum eſt incorporeum, & omne cœlum eſt quantum, ergo nullum incorporeum eſt cœlum. Reducitur (inquam) ad celarent per cõuerſionem concluſionis ſimpliciter, vt nullum cœlum eſt incorporeum. Nam à conuerſa ad ſuam conuertentem, bona eſt conſequentia, at vniuerſalis negatiua conuertitur ſimpliciter in vniuerſalem negatiuam; ergo concluſio de celarent, quæ eſt vniuerſalis negatiua, conuertitur ſimpliciter in concluſionem de celantes, quæ eſt etiam vniuerſalis negatiua: atq; idcirco concluſio de celantes ſequitur per conuerſionem ſimplicem ad concluſionem de celarent, cuius præmiſſæ ſunt quoque præmiſſę in celantes, quare concluſio eadem indirectè ſequitur ad præmiſſas de celantes.

Obiectio. Ea conſequentia, cuius antecedens eſt verum, cõſequente exiſtente falſo, non eſt bona, ſed celantes eſt huiuſmodi, ergo eius conſequentia non eſt bona. Minor probatur exemplariter, ſyllogizando in celantes. Nempe non ſequitur, nullum currens eſt homo, ſuppoſito per hypotheſin, quòd nullus homo exiſtat, & omne animal eſt currens, ergo nullus homo eſt animal?

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ maior extremitas, homo, in prædicato maioris, pro hominibus tantum exiſtentibus ſupponit, ſicut ob illud participium, currens, clarè liquet, & clarius per hypotheſin factam: & deinde in concluſione, eò quòd non ſubijcitur cum aliquo accidente contrahente ipſum ad ſuppoſita exiſtentia, ſicut ſtat in maiore, tam pro non exiſtentibus, quàm exiſtentibus, atq; idcirco arguitur contra ſeptimam regulam inferius poſitam, à maiore extremitate reſtricta in maiore, ad eandem ampliatam in concluſione.

Tex. 25. *Dabitis, ſeptimus modus primæ figuræ eſt ſyllogiſmus particularis affirmatiuus, cuius maior eſt uniuerſalis affirmatiua, & minor particularis affirmatiua, concluſionem particularem affirmatiuam indirectè concludens.*

Dilucidatio. Dabitis, reducitur ad Darij, vt omne albũ eſt coloratum, & quoddã lignum eſt album, ergo quoddam coloratum eſt lignũ: ſed ſi dicatur, ergo quoddam lignum eſt coloratũ, ſyllogiſmus erit in Darij, per conuerſionem cõcluſionis ſimplicem de Darij, ad quam concluſionem ſequitur particularis affirmatiua eius conuertens; iccirco illa concluſio ſequitur ad pręmiſſas de Darij, quæ ſunt præmiſſæ & H in dabitis; ergo per eaſdem præmiſſas rectè infertur in dabitis, particularis affirmatiua, quæ eſt conuertens concluſionis de Darij.

Obiectio. Omne animal eſt indiuiduum, & aliquod genus eſt animal, ergo aliquod indiuiduum eſt genus? Datus ſyllogiſmus eſt in dabitis, cuius concluſio, præmiſſis exiſtentibus veris, eſt falſa, igitur eius conſequentia non eſt bona.

Reſpondetur negando primam partem antecedentis, datum, ſcilicet, ſyllogiſmum eſſe in dabitis, nec in aliquo alio modo. Nam medium, animal, in ſubiecto maioris pro eius ſuppoſitis accipitur: & demum in prædicato minoris, pro natura cõmuni ſupponit; ideoq; contra vndecimam regulam, argumentum ex quatuor terminis eſt.

Tex. 26. *Fapeſmo, octauus modus primæ figuræ, eſt ſyllogiſmus uniuerſalis negatiuus, cuius maior eſt uniuerſalis affirmatiua, & minor, uniuerſalis negatiua, concluſionem particularem negatiuam indirectè concludens.*

Dilucidatio. Fapeſmo, ad ferio reducitur, vt omnis virtus eſt bona, & nullum vitium eſt virtus; ergo quoddam bonum non eſt vitium. Nanque maiore conuerſa per accidens, & minore ſimpliciter, facta tranſpoſitione pręmiſſarum, vt dicatur, nulla virtus eſt vitiũ, ſyllogiſmus eſt in ferio. Nam quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens, ſed ad pręmiſſas de fapeſmo, facta tranſpoſitione præmiſſarum, atque earum conuerſione, ſequuntur præmiſſæ de ferio, ad quas ſequitur particularis negatiua; ergo hæc concluſio particularis negatiua ſequitur ad præmiſſas de fapeſmo.

Obiectio. In omni ſyllogiſmo, concluſio, alicui pręmiſſarũ debet eſſe ſimilis, ſed particularis negatiua non eſt ſimilis alicui præmiſſarum de fapeſmo, ergo perperam in eo concluditur particularis negatiua. Maior probatur. Effectus nanque ſemp debet eſſe ſimilis ſuæ cauſę, ſed pmiſſæ ſunt cauſa concluſionis, ergo concluſio ſemper debet eſſe ſimilis alicui premiſſarum. Minor probatur. Quippe præmiſſę de fapeſmo ſunt vniuerſales, & concluſio particularis.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ (vt in tomo prædicamentorum dictum eſt) ſimilitudo propriè attẽditur penes qualitatem, & æqualitas iuxta quantitatem: ideo concluſio in ſyllogiſmo debet eſſe ſimilis alicui pręmiſſarum in qualitate, & non in quantitate, ſicut in Darapti perſpicuum patet.

Tex. 27. *Friſeſomorum, nonus modus primæ figuræ eſt ſyllogiſmus particularis negatiuus, cuius maior eſt particularis affirmatiua, & minor uniuerſalis negatiua, concluſionem particularem negatiuam indirectè concludens.*

Dilucidatio. Friſeſomorum, eodem quoque fundamento, quo & fapeſmo, reducitur ad ferio: vt quoddam pomũ eſt rubeũ, & nullus ſaphyrus eſt pomũ; ergo quoddam rubeum non eſt ſaphyrus. Nam maiore, & minore, conuerſis ſimpliciter, facta tranſpoſitione pręmiſſarum, ſyllogiſmus eſt in ferio: vt nullum pomũ eſt ſaphyrus, & quoddam rubeum eſt pomum, ergo quoddã rubeum nõ eſt ſaphyrus. Quicquid.n. ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens: ſed ad præmiſſas de friſeſomorum ſequuntur per conuerſionẽ cum tranſpoſitione pręmiſſarum, præmiſſę de ferio, ad quas ſequitur concluſio particularis negatiua; igitur eadem ſequitur ad pręmiſſas de friſeſomorum. Quocirca ex ijs conſtat, ꝙ cum ſint tres modi indirectè concludentes, correſpondentes tribus primis directè concludentibus, compoſiti etiam ex eiſdem pręmiſſis, ſicut & ipſi directè concludentes: nullus tamen eſt modus correſpondens quarto modo, ſcilicet, ferio, qui ex eiſdem præmiſſis cum eo fiet. Cuius ratio eſt. Omnis (inquit Diuus Seuerinus) ſyllogiſmus inferens concluſionem, quę poteſt conuerti, indirectè eius conuertentem inferre poteſt; & cõtra, ſyllogiſmus

inferens

inferens concluſionem, quę non poteſt conuerti, nec aliquam indirectè cõcluſionem inferre poteſt: A concluſiones autem in tribus primis modis poſſunt benè conuerti, ſed concluſio de ferio, cum ſit particularis negatiua conuerti non poteſt; ideo tres primi modi indirectè concludere poſſunt, ferio verò minimè, atque idcirco nullus eſt modus indirectè concludens, conueniens cum ferio in pręmiſſis.

Obiectio. In omni ſyllogiſmo debet fieri ſubſumptio, ſed in friſeſomorum nulla fit ſubſumptio, ergo non eſt cõgruus modus, vt in eo rectè ſyllogizetur. Minor probatur. Maior nanque eſt particularis, ſub qua nihil eſt ſubſumere: Inſuper ſubſumptio fit affirmando ſubiectum prius diſtributum de aliquo eius inferiori, quod, cũ minor ſit negatiua, proculdubio nõ fit.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationẽ dicitur, quod quanuis in friſeſomorum formaliter non fiat ſubſumptio, ſicut argumentum in B oppoſitum probat: attamen in eo vtique fit virtualiter, quatenus in eius pręmiſſis virtualiter includuntur pręmiſſę de ferio, quę ſequuntur ad ipſas, in quibus debita ſit ſubſumptio.

Tex. 28. *Syllogiſmus categoricus ſecundæ figuræ, eſt ſyllogiſmus, cuius medium prædicatur in utraque præmiſſarum.*

De 2. figura. Dilucidatio. Cum prædicatum habeat rationem formæ, & ſubiectum rationem materiæ, formaq́; ſit nobilior materia, ideo prędicatum eſt ſubiecto nobilius. In ſecunda verò figura, medium ſemper prædicatur, & in tertia ſemper ſubijcitur, quo fit, vt ſecunda figura, nõ incõgruè, tertiã p̃cedat, atq; iccirco ſecũda figura, particulariter, & vniuerſaliter, cõcludere poteſt, quanuis negatiuè duntaxat. Eius enim medium eſt ſolum medium cõiunctione, ſed nõ poſitione, quale C eſt medium primæ figuræ, quę ſanè valet concludere, particulariter, & vniuerſaliter, tam affirmatiuè, quàm negatiuè. Quod facere non poteſt ſecunda figura, cuius medium, quia ſemper prædicatur, habet rationem vnius extremi, ſicut & tertiæ figurę; quia ſemper ſubijcitur, habet rationem alterius extremi, ideo neutrum eſt medium poſitione.

Obiectio. Medium, quod de vtroque extremorum prædicatur, perfectius eſt, quàm illud, quod ſubijcitur vni, & de alio prædicatur; ergo hæc figura ſecundum rectum ordinẽ eſt prima. Aſſumptum probatur. Prædicatum enim, perfectius eſt ſubiecto.

Reſpondetur negando aſſumptum, ad cuius probationem dicitur, ꝙ licet illud, quod vtrobique prędicatur, ſecundum ſe ſit perfectius eo, quod ſubijcitur, & prædicatur; attamen in ratione medij per- D fectius non eſt, ideoq́; primę figuræ mediũ eſt perfectius, quàm medium ſecundæ figuræ.

Tex. 29. 1. regula. *Maiore particulari, in ſecunda figura non fit ualidus ſyllogiſmus, directè concludens.*

2. regula. *Ex puris affirmatiuis, niſi in terminis conuertibilibus, & expoſitoriè, nullus fit ſecundæ figuræ ſyllogiſmus, directè concludens.*

3. regula. *Secunda figura ſemper negatiuè concludit.*

Dilucidatio. In ſecunda figura, maiore exiſtente particulari, nõ fit validus ſyllogiſmus, directè concludens, alioquin argueretur à non diſtributo ad diſtributum, ex parte maioris extremitatis. Quæ non diſtribueretur in maiore propoſitione, cum eſſet ſubiectũ propoſitionis particularis: attamen diſtribueretur in A concluſione, quia eſſet prędicatum propoſitionis negatiuæ. Quamobrem inde eueniret, ꝙ conſequens eſſet falſum, antecedente exiſtẽte vero: quod proculdubio eſt vitium, vt quidã homo eſt animal, & omnis equus eſt animal, ergo quidam equus eſt homo? Præterea in hac figura, ex puris affirmatiuis non fit validus ſyllogiſmus, directè concludens. Nã propter connexionem extremitatum in aliquo ſuperiori, in quo poſſunt pro diuerſis partibus cõiungi, non ſequitur connexio extremitatum inter ſe: ſed arguendo ex puris affirmatiuis in ſecunda figura denotatur huiuſmodi coniunctio extremorum in ſuo ſuperiori pro diuerſis partibus, ideo ex ea nulla ſequitur concluſio. Quare oportet alteram præmiſſarum in ſecunda figura eſſe negatiuam. Sed quia medium ęqualiter reſpicit extrema, tanquàm ſub ſe B poſita ideo quantum ad ſyllogiſmum non refert, de quo affirmetur, vel negetur, atq; idcirco, an maior, vel minor, negatiua ſit. Item in ſecunda figura ſemper concluditur negatiuè. Si enim aliqua pręmiſſarum fuerit negatiua, concluſio ſemper erit negatiua: ſed per ſecundã regulam, in ſecunda figura altera pręmiſſarum ſemper eſt negatiua, ergo in hac figura & concluſio itidem erit negatiua.

Obiectio. 1. Friſeſomorum, in òmni valet figura, & tamen maior eſt particularis; ergo in ſecunda figura maiore exiſtente particulari aliquid ſequitur. Aſſumptum quo ad primam partem ex dictis paulò ante eſt manifeſtum.

Reſpondetur diſtinguendo antecedens. Nam friſeſomorum valet in qualibet figura concludere, in- C directè, quo pacto in ſecunda figura maiore exiſtente particulari, indirectè aliquid ſequitur, non tamen directè, inquit hęc regula ſanè intellecta.

Quæcunque vni tertio ſunt eadem, illa inter ſe ſunt eadem, atq; inter ſe conueniunt, ſed ſyllogizando ex puris affirmatiuis in ſecũda figura, denotatur extrema eſſe eadem vni tertio, ſcilicet, medio; ergo in ſecunda figura ex hoc ſequitur, extrema inter ſe ex puris affirmatiuis in concluſione conuenire. Maior eſt Ariſtotelis in 4. Metaphyſicæ. Secũda.

Reſpondetur ad minorem, ꝙ ſyllogizando in ſecunda figura ex puris affirmatiuis, extrema nõ ſunt eadem vni tertio, ſcilicet, medio, eo modo, quo in eo debent eſſe vnum, vt paulò infra dicetur, dilucidando maiorem, quod eſt principium omnium ſyllogiſmorum affirmatiuè concludentium; ideo in ſecun- D da figura ex puris affirmatiuis nihil ſequitur.

Aliquod animal eſt Plato, & aliquis homo eſt Plato, ergo aliquis homo eſt animal. Datus ſyllogiſmus eſt affirmatiuus in ſecunda figura, igitur ſecunda figura non ſemper negatiuè concludit. Tertia.

Reſpondetur, ꝙ ſecunda figura ſolum per ſyllogiſmum expoſitorium affirmatiuè concludere valet, ideo non eſt conſequentia formalis: quoniam non tenet in omnibus terminis conſimili forma arguendi retenta, ſed duntaxat in terminis, cuius medium eſt vnum ſingulare, ſingulariter tentum, vt in ſyllogiſmo expoſitorio euenit.

Secundæ figuræ quatuor ſunt modi directè concludentes, ceſare, cameſtres, feſtino, barocho. Tex. 30.

Ceſare,

Ceſare, primus modus ſecundæ figuræ, eſt ſyllogiſmus vniuerſalis negatiuus, cuius maior eſt vniuerſalis negatiua, & minor vniuerſalis affirmatiua, concluſionem vniuerſalem negatiuam directè concludens.

Dilucidatio. Secundæ figuræ quatuor ſunt modi directè concludentes, Ceſare, Cameſtres, feſtino, barocho. Primus autem modus, Ceſare, reducitur ad celarent: vt nullum malum eſt proſequendum, vt omnis virtus eſt proſequenda, ergo nulla virtus eſt mala. Conuerſa enim maiore ſimpliciter, vt dicatur nullum proſequendum eſt malum, datus ſyllogiſmus eſt in celarent. Et probatur eo fundamento, quod dicit quicquid ſequitur ad cõſequens bonę cõſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens, ſed præmiſſæ de celarent ſequuntur per conuerſionem ſimplicem ad præmiſſas de Ceſare: & ad præmiſſas de celarent, ſequitur concluſio vniuerſalis negatiua, ergo eadem concluſio ſequitur ad præmiſſas de Ceſare. Idem dicimus de reliquis duobus modis, Cameſtres, & feſtino mutatis terminis mutandis, poſitisq; ponẽdis. Item in ijs modis, vniuerſalis affirmatiua nunquàm mutatur, ſed tantum vniuerſalis negatiua, quæ in aliam vniuerſalem negatiuam conuerti poteſt: ideo rectè dictum eſt, quòd pręmiſſę de celarent, ſequuntur per conuerſionem ſimplicem ad præmiſſas de Ceſare.

Obiectio. Non ſequitur, nullum dextrum eſt ſiniſtrum, & cuiuſlibet hominis oculus eſt ſiniſter, ergo nullius hominis oculus eſt dexter? & tamẽ arguitur in Ceſare, igitur eius conſequentia non eſt bona.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis. Nam oculus (per illam regulam, diſtributio affirmatiua in obliquo facta, terminum in recto G ſequentem, non diſtribuit: quod equidem efficit gratia ipſius negationis, diſtributio negatiua) non diſtribuitur in maiore, & tamen in concluſione diſtribuitur: atque idcirco ſyllogizatur contra octauam regulam inferius poſitam, à non diſtributo ad diſtributum, ſed ſic concludendum erat; ergo cuiuslibet hominis oculus non eſt dexter, quia ibi oculus non diſtribuitur.

Tex. 31. *Cameſtres, ſecundus modus ſecundæ figuræ, eſt ſyllogiſmus vniuerſalis negatiuus, cuius maior eſt vniuerſalis affirmatiua; & minor vniuerſalis negatiua, concluſionem vniuerſalem negatiuam, directè concludens.*

Dilucidatio. Cameſtres, ad celarent, reducitur, vt omnis homo debet appetere bonum, ſed nullum peccatum eſt bonum, ergo nullum peccatum debet appeti ab homine. Sanè minore, & cõcluſione conuerſis ſimpliciter, facta tranſpoſitione præmiſſarum, ſyllogiſmus erit in celarent, vt nullum bonum eſt peccatũ, H & omnis homo debet appetere bonum, ergo nullus homo debet appetere peccatum.

Obiectio. In Cameſtres, medium non diſtribuitur in maiore, & tamen diſtribuitur in minore; ergo in eo arguitur à non diſtributo ad diſtributum, quod eſt vitium Aſſumptum quo ad primam partem probatur. Medium enim in maiore eſt prędicatum propoſitionis affirmatiuæ. Secunda quoque probatur. Quippè medium in minore eſt prædicatum propoſitionis negatiuæ.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nempe quia medium, concluſionem non ingreditur, non E arguitur in cameſtres ex medio ad medium inferendo ipſum de aliquo, vel aliquid de ipſo: ſed tantum ex medio ad extremitates, ideo quamuis diſtribuatur in minore, & non in maiore, ob id nõ arguitur à nõ diſtributo ad diſtributum. Quod vtiq; ſi medium in concluſione diſtribueretur, nec in præmiſſis eſſet diſtributum, eueniret.

Tex. 32 *Feſtino, tertius modus ſecundæ figuræ, eſt ſyllogiſmus particularis negatiuus, cuius maior eſt vniuerſalis negatiua, & minor particularis affirmatiua, concluſionem particularem negatiuam, directè concludens.*

Dilucidatio. Tertius modus ſecundæ figuræ, feſtino, ad ferio, reducitur, vt nullum malum ex ſe eſt cognitio veritatis, & cognoſcere malum, eſt cognitio veritatis; ergo cognoſcere malum, non eſt malum. Maiore enim conuerſa ſimpliciter vt dicatur, nulla cogni- F tio veritatis eſt mala. ſyllogiſmus erit in ferio.

Obiectio. Non ſequitur, nullum animal, dum dormit, vigilat, & quidam homo vigilat, ergo quidam homo non eſt animal? & tamen arguitur in feſtino, igitur eius conſequentia non eſt bona. Conſequentia probatur. Nam in dato ſyllogiſmo, cõcluſio eſt impoſſibilis, & antecedens poſſibile.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis. Nam in dato ſyllogiſmo, maior cõtra tertiam decimam regulam inferius poſitam, non eſt categorica, ſed hypothetica, ſcilicet, temporalis, quæ, in vnam conditionalem reſoluitur; vt nullum animal, dum dormit, vigilat, hoc eſt, ſi animal dormit, non vigilat; atq; idcirco ex ea non conficitur ſyllogiſmus categoricus, qualis eſt hic modus, feſtino.

Tex. 33 *Barocho, quartus modus ſecundæ figuræ, eſt ſyllogiſmus particularis negatiuus, cuius maior eſt vniuerſalis affirmatiua, & minor, particularis negatiua, concluſionem particularem negatiuam, directè concludens.*

Dilucidatio. Barocho, non reducitur ad vllum primæ figurę per conuerſionem, quoniam, aut conuerſionem maioris, quę, in particularem ſolum conuertitur per accidens, & perinde ambę præmiſſę eſſent particulares, quod eſt vitium: aut per conuerſionem minoris, vel concluſionis, quod profectò fieri nequit, cũ ſint particulares negatiuæ, quę, in terminis conuerti non poſſunt, niſi per contrapoſitionẽ; quę vtiq; conuerſio, cum in ea non maneant ijdem termini, ſed de finitis mutantur in terminos infinitos, nulla ad reductionem ſyllogiſmorum eſt. Quocirca barocho, non per conuerſionem, ſed per impoſſibile probatur, ſumendo oppoſitum contradictoriũ concluſionis pro minore, cum maiore, & inferẽdo oppoſitum contradictorium minoris: vt omnis homo eſt rationalis, & quoddam brutum non eſt rationale, ergo quoddam brutum non eſt homo. Sanè hoc pacto reducitur, omnis homo eſt rationalis, & omne brutum eſt homo, ergo omne brutum eſt rationale: quę reductio, euidens, & neceſſaria eſt, quoniã oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti, quod in omni bona conſequentia exigitur, atq; idcirco bona quoque erit conſequentia.

Obiectio. Illa conſequentia, cuius conſequens eſt impoſſibile, & antecedens poſſibile, non eſt bona, ſed barocho eſt huiuſmodi, ergo eius conſequentia non eſt bona.

bona. Minor ſyllogizando in barocho, probatur exemplo. Vt omnis homo loquitur, & Adam non loquitur, ergo Adam non eſt homo?

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationē dicitur, quod in dato ſyllogiſmo, maior extremitas, homo, ob illud verbum, loquitur, ſolummodo pro pręſentibus diſtribuitur, ad quos reſtringitur: deinde in concluſione tam pro præſentibus, quàm non pręſentibus diſtribuitur; iccirco arguitur contra ſeptimam regulam inferius poſitam, a maiore extremitate in præmiſsis reſtricta ad eandē in concluſione ampliatam.

Tex. 34. De 3. figura. *Syllogiſmus categoricus tertiæ figuræ, eſt ſyllogiſmus, cuius medium ſubijcitur in utraque præmiſſarum.*

1. regula. *In tertia figura, nullus ſyllogiſmus uniuerſaliter concludit.*

2. regula. *Minore negatiua, non ſit ualidus tertiæ figuræ ſyllogiſmus, directè concludens.*

3. regula. Dilucidatio. Medium in tertia figura, ſemper (vt dictum eſt) ſubijcitur, ideo in ſyllogiſmorum figuris, vltimum locum tenet. Propterea nec valet concludere, niſi particulariter, quemadmodum nec eius minor vllo modo poteſt eſſe negatiua. Nam ſi minor (cum ex puris negatiuis nihil ſequatur) eſſet negatiua, opus eſſet, & maiorem eſſe affirmatiuam, & concluſionē eſſe negatiuam; quia ſi aliqua pręmiſſarum fuerit negatiua, & concluſio erit negatiua. Hinc argueretur à non diſtributo ad diſtributum ex parte maioris extremitatis, quæ non diſtribueretur in maiore, cū eſſet pręḍicatum propoſitionis affirmatiuæ: attamen diſtribueretur in concluſione, cum eſſet pręḍicatum propoſitionis negatiuę. Quamobrem interdum antecedens eſſet verum, conſequente exiſtente falſo, quod eſt maximum vitium, vt omnis homo eſt animal, & nullus homo eſt equus, ergo equus nō eſt animal: quocirca in tertia figura, nullus eſt ſyllogiſmus, cuius minor eſt negatiua. Nec concluſio, vniuerſalis, alioquin argueretur à non diſtributo ad diſtributum ex parte minoris extremitatis: quæ in minore affirmatiua, cuius eſt prædicatum, non diſtribueretur, & tamen in concluſione per hypotheſin vniuerſali, cuius eſt ſubiectū, diſtribueretur, quare tertia figura vniuerſaliter concludere neſcit.

Obiectio. 1. Fruſtra fit per plura, quod per pauciora fieri poteſt, ſed concluſio quęlibet ſufficienter per primam, & ſecundam figuram, concludi poteſt, ergo tertia ſuperfluit figura. Maior eſt Ariſtotelis in ſecundo Phyſicorum.

Reſpondetur ad maiorem, in qua ſubintelligitur ęquè benè, vt fruſtra dicatur, quod fit per plura, ſi æquè benè per pauciora fieri poteſt, & ſic negatur minor. Nam & ſi quælibet concluſio, in prima, & ſecunda figura ſufficienter concludi poſsit, non tamen omnibus modis, quibus quælibet concluſio cōcludi poteſt. ideoq; illæ duæ figurę quantum ad numerum concluſionum ſufficiunt, ſed non quātum ad numerum modorum concludendi.

Secūda. Omne medium alicuius ſyllogiſmi, eſt vnitiuum extremitatum eius, ſed quod ſubijcitur vtrique extremorum, non eſt vnitiuum reſpectu ipſorum; ergo quod ſubiicitur vtrique extremorum, non eſt medium in aliqua figura. Minor probatur. Nempe quod ſubijcitur vtrique extremorum, ſe habet per modum materiæ, quę, vnitiua non eſt, quia vnire A eſt formæ.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationē dicitur, quod inferius, inquantum ſubiicitur extremis, modum quidē materię habet, ſed modum totius habet, inquantum vnit, & ſua ſuperiora in ſe actualiter continet, & conſequenter modum formę habet, & ſic vtique ſuarum extremitatum eſt vnitiuum (licet tantū particulariter) quæ ipſius ſuperiora ſunt.

Omne rationale diſputat, & omne rationale eſt homo, ergo omnis homo diſputat. Datus ſyllogiſmus, bonus eſt de forma, igitur tertia figura vniuerſaliter concludere poteſt. Aſſumptum probatur. Quippè ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis. Tertia.

Reſpondetur negādo aſſumptum, ad cuius pro- B bationem dicitur, quòd in tertia figura ſequitur cōcluſio vniuerſalis gratia materiæ, vt puta in terminis conuertibilibus, ſed non formaliter, quia non tenet in omnibus terminis, conſimili forma arguendi retenta.

Pręmiſſę de felapton tranſpoſitę inferre poſſunt particularem negatiuam; ergo minore exiſtente negatiua in tertia figura aliquid ſequitur. Aſſumptum probatur. Omnes præmiſſę (vt dicetur infra) inferentes aliquam concluſionē, tranſpoſitę adhuc eandem inferunt concluſionem. Quarta

Reſpondetur ad aſſumptum cum ſua probatione, quòd pręmiſſæ de felapton tranſpoſitæ, inferūt particularem negatiuam concluſionem indirectè: C quo pacto intelligitur, quòd omnes præmiſſæ, aliquam inferentes concluſionem, quum tranſponuntur, eandem indirectè concluſionem inferunt.

Tertiæ figuræ ſex ſunt modi, directè concludentes. Tex. 35.

Darapti, felapton, diſamis, datiſi, brocardo, feriſon.

Darapti, primus modus tertiæ figuræ, eſt ſyllogiſmus uniuerſalis affirmatiuus, cuius maior eſt uniuerſalis affirmatiua, & minor, uniuerſalis affirmatiua, concluſionem particularem affirmatiuam, directè concludens.

Tertiæ figurę ſex ſunt modi, directè concludentes, darapti, felapton, diſamis, datiſi, brocardo, feriſon. Primus autem modus, darapti, ex eodem fundamento ſæpius aſſumpto, cum cęteris præter quintum, reducitur ad darii: vt omne ſenſibile eſt animatum, & omne ſenſibile eſt ſubſtantia, ergo quędam ſubſtantia eſt animata. Minore nanque cōuerſa per D accidens, vt dicatur, quædam ſubſtantia eſt ſenſibilis, ſyllogiſmus eſt in darii. Quicquid enim ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedēs: ſed ad pręmiſſas de darapti ꝑ conuerſionem per accidens ſuæ minoris, ſequuntur pręmiſſę de darii, ad quas ſequitur concluſio particularis affirmatiua, ergo eadem cōcluſio ſequitur ad pręmiſſas de darapti. Dilucidatio.

Obiectio. 1. Tertia figura eſt imperfectior ſecunda, ergo non habet plures modos quatuor. Conſequentia probatur. Quippè in ſecunda figura ſunt tantum quatuor modi.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd vna figura non eſt altera perfectior ob maiorem modorum pluralitatem: ſed

ſed quia perfectiorem, ac euidentiorem habet modum concludendi, qualis eſt (vt dictum eſt) ſecundã figura in ordine ad tertiam. E

Secũda. Non ſequitur in darapti, omnis homo eſt albus, & omnis homo, inquãtum homo, eſt riſibilis; ergo quoddam riſibile, inquantum homo, eſt album? igitur in darapti non eſt bona conſequentia.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis, quòd ſcilicet, ſyllogizetur in darapti. Nam malè concluditur, quia illa reduplicatio, in concluſione non debet poni, ſic quòd ad prædicatum, vel copulam feratur, eò quòd in præmiſſis ad maiorem extremitatem non ferebatur: ſed relinquenda eſt, aut cum reduplicatione ad concluſionis ſubiectum ponenda eſt, vt dicatur, ergo aliquod, quod eſt riſibile, inquantum eſt homo, eſt album.

Tertia. Modi perfectiores non reducuntur ad modos imperfectiores, ſed omnes modi vniuerſales ſunt F perfectiores particularibus; ergo modi vniuerſales non debent reduci ad modos particulares, atque icirco, darapti, non reducitur ad darij. Sequela probatur. Quippè, darapti, eſt modus vniuerſalis, & darij, particularis.

Reſpondetur diſtinguendo minorem. Nam modi vniuerſales ſunt perfectiores particularibus in eadem figura, & inter directè concludentes: ſed non ſemper in diuerſis figuris, ideo darapti, qui eſt modus tertiæ figurę, non eſt perfectior darij, qui eſt modus primæ figurę, quæ (vt dictum eſt) quantum ad modum concludendi, cęteris perfectior eſt.

Tex. 36 *Felapton, ſecundus modus tertiæ figuræ, eſt ſyllogiſmus uniuerſalis negatiuus, cuius maior eſt uniuerſalis negatiua, & minor uniuerſalis affirmatiua, concluſionem particularem negatiuam directè concludens.* G

Dilucidatio. Felapton ſecũdus modus tertię figuræ reducitur ad ſerio, vt nulla virtus eſt fugienda, & omnis virtus labore paratur, ergo quidam labor non eſt fugiendus. Nempe minore conuerſa per accidens, vt dicatur, quoddam, quod labore paratur, eſt virtus, ſyllogiſmus eſt in ſerio, Quicquid nanque ſequitur ad conſequens bonæ cõſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens: ſed ad pręmiſſas de felapton per conuerſionem minoris per accidens, ſequuntur pręmiſſę de ferio, ad quas ſequitur concluſio particularis negatiua, ergo eadem concluſio ſequitur ad præmiſſas de felapton.

Obiectio. Ea conſequentia, cuius conſequens eſt falſum, & antecedens verum, nõ eſt bona, ſed felapton eſt huiuſmodi, ergo in eo non eſt bona conſequentia. Minor ſyllogizando in felapton probatur exemplo, H vt nullus homo eſt genus, & omnis homo eſt animal, ergo animal non eſt genus?

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ minor extremitas, animal, in minore ſupponit pro ſuppoſitis, & in concluſione pro natura communi: & perinde fit, contra duodecimam regulam, inferius poſitam, variatio terminorum ſupponentium à ſuppoſitione ad ſuppoſitionem ſibi repugnantem, ex parte minoris extremitatis.

Tex. 37 *Diſamis, tertius modus tertiæ figuræ, eſt ſyllogiſmus particularis affirmatiuus, cuius maior eſt particularis affirmatiua, & minor, uniuerſalis affirmatiua, concluſionem particularem affirmatiuam, directè concludens.*

Dilucidatio. Diſamis, tertius modus tertiæ figurę reducitur ad darij, vt quoddam corpus eſt diaphanum, & omne corpus eſt ſubſtantia, ergo quædam ſubſtantia eſt diaphana. Sanè maiore, & concluſione, conuerſis ſimpliciter, facta tranſpoſitione pręmiſſarum, ſyllogiſmus eſt in Darij: vt omne corpus eſt ſubſtantia, & diaphanum eſt corpus, ergo diaphanum eſt ſubſtantia. Nam quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens: ſed ad pręmiſſas de diſamis, per conuerſionem maioris, & cõcluſionis ſimpliciter, facta tranſpoſitione præmiſſarum, ſequuntur præmiſſæ de darij, ad quas ſequitur concluſio particularis affirmatiua, ergo eadẽ concluſio ſequitur ad pręmiſſas de diſamis.

Obiectio. Non ſequitur, alicui homini ineſt ſanitas, & omni homini ineſt albedo, ergo cuidam albedini ineſt ſanitas? et tamen arguitur in diſamis, igitur in eo nõ eſt bona conſequentia. Aſſumptum quo ad primã partem probatur. Siquidem, præmiſſis ſaltem per hypotheſin, exiſtentibus veris, concluſio eſt falſa.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis. Sanè malè concluditur, quoniam ſic concludendũ erat, ergo alicui, cui ineſt albedo, ineſt ſanitas, & ſic datus ſyllogiſmus eſt in Diſamis.

Tex. 38 *Datiſi, quartus modus tertiæ figuræ eſt ſyllogiſmus particularis affirmatiuus, cuius maior eſt uniuerſalis affirmatiua, & minor particularis affirmatiua, concluſionem particularem affirmatiuam, directè concludens.*

Dilucidatio. Datiſi, quartus modus, tertię figuræ ad darij reduci debet; vt omnis cognitio virtutum, neceſſaria eſt oratori, & cognitio virtutum, eſt philoſophia, ergo philoſophia eſt neceſſaria oratori. Nanque minore conuerſa ſimpliciter, vt dicatur, philoſophia eſt cognitio virtutum, ſyllogiſmus eſt in darij. Nempe, quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens: ſed ad pręmiſſas de datiſi, per conuerſionẽ minoris ſimpliciter, ſequuntur pręmiſſæ de darij, ad quas ſequitur cõcluſio particularis affirmatiua, ergo eadem concluſio ſequitur ad præmiſſas de datiſi.

Obiectio. Illa conſequentia, cuius antecedens eſt poſſibile, & conſequens impoſſibile, non eſt bona, ſed datiſi, eſt huiuſmodi, ergo in eo non eſt bona conſequentia. Minor ſyllogizando in datiſi, exemplariter probatur. Vt omnis homo eſt natus, & aliquis homo eſt naſcendus, ergo quoddam naſcendum eſt natũ?

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ medium, homo, in maiore, pro præſentibus, & præteritis tãtum ſupponit, ad quos per illud præteritum, natus, reſtringitur: & in minore, pro præſentibus, & futuris ſolum ſupponit, ad quos per illud futurum, naſcendus, reſtringitur, & perinde ſyllogiſmus eſt, contra vndecimam regulam inferius poſitam, ex quatuor terminis.

Tex. 39 *Brocardo, quintus modus tertiæ figuræ, eſt ſyllogiſmus particularis negatiuus, cuius maior eſt particularis negatiua, & minor, uniuerſalis affirmatiua, concluſionem particularem negatiuam, directè concludens.*

Dilucidatio. Brocardo, eſt quintus modus tertiæ figuræ, cuius maior, & concluſio, eſt particularis negatiua, quæ

conuerti

conuerti non poteſt, conuerſione vtili ad ſyllogiſmorum reductionem, quæ eſt conuerſio per contrapoſitionem: & minor vniuerſalis affirmatiua; quę ſolummodo in particularem affirmatiuam conuertitur, & ita pręmiſſę eſſent ambæ particulares, ex quibus regulariter nihil ſequitur, Quamobrem brocardo, per conuerſionem minimè reducitur, ſed per impoſsibile: vt quædā aqua non eſt calida, & omnis aqua eſt elementum, ergo quoddam elementum non eſt calidum. Sanè per impoſsibile ad barbara hoc pacto reducitur, ſumendo oppoſitum contradictorium concluſionis pro maiore cum minore, & inferendo oppoſitum contradictorium maioris; vt: omne elementum eſt calidum, & omnis aqua eſt elementum, ergo omnis aqua eſt calida. Hęc reductio proculdubio eſt neceſſaria, cum oppoſitum conſequentis repugnet antecedenti.

Obiectio. Non ſequitur, Sortes non eſt minor Sorte, & totus Sortes eſt minor Sorte, ergo aliquid minus Sorte, non eſt minus Sorte? & tamen arguitur in brocardo, igitur in eo non eſt bona conſequentia. Aſſumptum quo ad primam partem probatur. Quippè concluſio eſt falſa, & pręmiſſæ veræ.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis. Nempe medium, Sottes, in maiore pro ipſo Sorte ſupponit perfecto, in minore verò, pro partibus eius integralibus ſupponit, ad quas ꝑ illud diſtributiuum, totus, reſtringitur: et ſic datus ſyllogiſmus conſtat, contra vndecimam regulam, ex quatuor terminis.

Tex.40 *Feriſon, ſextus modus tertiæ figuræ, eſt ſyllogiſmus particularis negatiuus, cuius maior eſt vniuerſalis negatiua, & minor particularis affirmatiua, concluſionem particularem negatiuam, directè concludens.*

Dilucidatio. Poſtremum, feriſon, ſextus modus reducitur ad ferio, vt nulla ſtella ſcintillans eſt propè, & quędam ſtella ſcintillans eſt ſtella fixa in firmamento; ergo ſtella fixa in firmamento non eſt propè Nam minore conuerſa ſimpliciter, vt dicatur, ſtella fixa in firmamēto eſt ſtella ſcintillans, ſyllogiſmus eſt in ferio. Nam quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens: ſed ad pręmiſſas de feriſon, ſequuntur per conuerſionem minoris ſimpliciter, præmiſſæ de ferio, ad quas ſequitur concluſio particolaris negatiua; ergo eadem concluſio ſequitur ad præmiſſas de feriſon. Poſſunt quoq; modi tertiæ figuræ regulari per ſyllogiſmum expoſitorium, qui etſi verus ſyllogiſmus nequaquàm appareat; eſt tamen quędam ſenſibilis demonſtratio, ſeu quædam reſolutio ad ſenſum facta ad hoc, vt conſequentia, quæ, vera erat ſecundum intellectualem cognitionē, declaretur pariter in ſenſibili, homini valde familiari. Si igitur pręmiſſæ, vtputa de darapti, ſunt veræ, omnis homo eſt animal, & omnis homo eſt riſibilis, de aliquo ſingulari homine verificabuntur animal, & riſibile. Itaque ſignetur illud ſingulare, & ſit Socrates, tunc expoſitoriè ſic arguitur. Socrates eſt animal, et Socrates eſt riſibilis, ergo quoddam riſibile eſt animal. Iſtę igitur pręmiſſæ ſingulares ſequuntur ad præmiſſas de Darapti, & ad has præmiſſas ſingulares ſequitur concluſio particularis affirmatiua; ergo eadē concluſio ſequitur in Darapti, ex illo fundamento, quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur ad eius antecedens. Idem ſecundum analogiam de reliquis dicatur. Verum enimuero, fapeſmo, & friſeſomorum, ſunt ſyllogiſmi indifferentes, primæ, ſecundæ, & tertiæ figuræ, homonymè tamen, aut ſub diuerſa ratione capti. Nam cum medium in illis ſubijcitur in maiore, & prędicatur in minore, ſunt modi primæ figuræ, vt paulò ante oſtendunt exēpla. Si verò in vtraque prędicatur, ſunt ſecundæ figuræ. Fapeſmo, vt omnis homo eſt animal, & nullus lapis eſt animal, ergo quidam homo non eſt lapis. Friſeſomorum, vt aliquis homo eſt mortalis, & nullum ęternum eſt mortale, ergo aliquis homo non eſt ęternus. Si autē in vtraque medium ſubijcitur ſunt modi tertię figuræ Fapeſmo, vt omne rōnale eſt ſenſibile, & nullum rōnale eſt equus, ergo quoddā ſenſibile nō eſt equus. Friſeſomorū, vt aliquis hō eſt riſibilis, & nullus hō eſt leo, ergo quoddā riſibile nō eſt leo. Sed ad abundantiorē doctrinā in reductione ſyllogiſmorū, ſcire decet, ꝙ ad quaſcunq; p̄miſſas, ſequuntur ipſæ eędē tranſpoſitæ, vt omne aīal eſt ſubſtantia, et oīs homo eſt animal; ergo oīs homo eſt aīal, & omne animal eſt ſubſtantia. Ex hac regula ſequitur alia, ad quaſcūque p̄miſſas ſequitur aliqua cōcluſio, ad eaſdē tranſpoſitas, eadē ſequitur concluſio: vt omne animal eſt ſubſtātia, & oīs homo eſt aīal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Sic bene ſequitur, oīs homo eſt animal, et omne aīal eſt ſubſtantia, ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Præterea, ad præmiſſas conuerſæ, ſequuntur præmiſſę conuertentis. Præmiſſę aūt ipſius cōuerſę ſunt, in quibus vna, vel plures conuerſę continētur: Similiter pręmiſſæ conuertētis, ſunt in quibus vna, vel plures conuertentes ſunt contentæ: vt omne animal eſt ſubſtantia, et oīs homo eſt aīal, ſunt p̄miſſę conuerſæ, & omne animal eſt ſubſtātia, & quoddā animal eſt homo, ſunt præmiſſæ conuertētis; ꝙ hic minor conuertens ſit, illic verò, minor conuerſa eſt, iccirco ad primas conuerſæ ſequuntur ſecundę conuertentis. Ex contradictorio quoq; cōcluſionis cuiuſlibet ſyllogiſmi, cū altera p̄miſſarū, de neceſſitate ſequitur oppoſitū alterius p̄miſſę. Inſuper ad quaſcunque pręmiſſas, aliqua ſequitur concluſio, ad eaſdem ſequitur ſubalterna, & conuertēs, omneſq; cōcluſionis ęquipollentes: vt omne aīal eſt ſubſtantia, et oīs homo eſt animal; ergo oīs homo eſt ſubſtātia; tunc vltra, omnis homo eſt ſubſtantia; ergo quidā homo eſt ſubſtantia, ergo quædam ſubſtantia eſt homo; ergo nullus homo non eſt ſubſtantia.

Obiectio. Illa conſequentia, cuius antecedens eſt verū, conſequente exiſtente falſo, non eſt bona, ſed feriſon eſt huiuſmodi, ergo in eo non eſt bona conſequentia: Minor ſyllogizando in feriſon exemplariter probatur. Vt nullus homo eſt proprium, & quidā homo eſt riſibilis, ergo riſibile non eſt proprium?

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ minor extremitas, riſibile, in prędicato minoris ſtat pro hominis paſſione, quæ, riſibilitas vocatur, prout concernit, ac denominat ſubiectum, in quo eſt, & de quo dicitur, & verificatur: & in concluſione tenetur quaſi abſtractiuè, nō cōcernendo ſubiectū, ſed vt ſtat ſub intentione ſecūda, à

qua denominatur proprium. Nam taliter ſupponūt ſubiecta (vt in tomo ſuppoſitionū dictum eſt) qualiter permittunt prædicata. Proprium autem, quod eſt concluſionis prædicatum, terminus eſt ſecundæ intentionis, ideo trahit ſubiectum, riſibile, ad ſupponendum pro natura riſibilitatis, vt ſtat ſub intentione ſecunda, atque iccirco ſyllogiſmus eſt; contra vndecimam regulam, ex quatuor terminis. Quinimo fit variatio, contra duodecimam regulam, à ſuppoſitione ad ſuppoſitionem ſibi repugnantem ex parte minoris extremitatis.

Tex. 4. 1 De ſyllogiſmis expoſitoriis.

Prima forma ſyllogiſmi expoſitorij, eſt affirmatiua, qua duabus præmiſſis ſingularibus affirmatiuis, infertur concluſio particularis affirmatiua.

Principiū probatiuū.

Quæcunque, de eodem tertio uerificantur, illa, de ſe inuicem uerificantur.

Secunda forma ſyllogiſmi expoſitorij, eſt negatiua, qua ex maiore ſingulari negatiua, & minore ſingulari affirmatiua, aut contra, infertur concluſio particularis negatiua.

Principiū probatiuū.

Quandocunque duorum, alterum conuenit cum uno ſingulari, cui alterum non conuenit, illa abinuicem ſegregantur.

Dilucidatio.

Cum ſyllogiſmus categoricus, duplex ſit, cōmunis, & expoſitorius, iccirco determinata forma ſyllogiſmi cōmunis, modò docet formā ſyllogiſmi expoſitorij: cuius medium, ſiue tertium, eſt ſingulare, vt Socrates, extremum, quod, de tertio verificatur, ſcilicet, Socrate, eſt (ſi exēplariter dicatur) animal, vt Socrates eſt aīal, alterum extremum, quod adhuc verificatur de Socrate, exempli gratia, homo, vt Socrates eſt homo, ergo de ſe inuicē in cōcluſione, inferendo, homo eſt aīal, verificātur. Hęc aūt forma eſt affirmatiua, quia ex duabus p̄miſſis affirmatiuis ſingularibus infertur cōcluſio particularis affirmatiua. Itidē quoq; in forma negatiua, ſingulare eſt, vt Plato, cui cōuenit alterum extremum, vtputa homo, vt ita dicat̃, Plato eſt homo, cui non conuenit aliud extremum, velut lapis, vt Plato non eſt lapis, ergo extrema, lapis, & Plato, in concluſione ſegregant̃, atq; iccirco lapis non eſt homo. Similiter idem euenit, ſi maior fiat minor, perinde ſyllogizando, Plato non eſt lapis, & Plato eſt homo, ergo homo nō eſt lapis. Verum exēpla de ſyllogiſmo expoſitorio potius in tertia figura allata ſunt q̃ in cæteris, qm̄ ſemp in ea expoſitoriè ſyllogizari pōt: cū in tertia figura, medium quod in ſyllogiſmo expoſitorio eſt ſingulare, ſemp ſubijciatur, ac p hoc p̄miſſas de prædicatione directa, ſiue ꝓpria, conſtituit, quod neq; in ſecunda figura, neq; in prima fieri poteſt. Nā in ſecūda figura, mediū in eo ipſo ſyllogiſmo expoſitorio p̄dicat̃, atq; iccirco præmiſſæ erunt ſæpenumero de prædicatione impropria, vt affirmatiuè ſyllogizādo dicatur, quoddā aīatum eſt Callipus, et quoddā ſenſibile eſt Callipus, ergo quoddā ſenſibile eſt aīatum. Negatiuè vero nunquā fieri pōt. Sanè ex præmiſſis veris quandoq; euenit concluſio falſa, & quādoq; vera. Falſa, vt quoddā corpus non eſt hic hō, & quoddā ſenſibile eſt hic hō, ergo quoddā ſenſibile nō eſt corpus? Niſi indirectè concludat̃, vt quoddā corpus nō eſt ſenſibile. Vera, vt quoddā ſenſibile eſt hic homo, & quoddā corpus non eſt hic homo, ergo quoddā corpus non eſt ſenſibile: aut ſic, quoddā corpus nō eſt hic hō, & quędā ſubſtātia eſt hic hō, ergo quędā ſubſtantia non eſt corpus. Nēpe manifeſtum eſt, ꝙ ſubſtantia, quæ de hoc homine p̄dicatur, ea eſſe non poſſe, quæ non eſt corpus, vt ſunt intelligētię. Quo fit, vt hic modus ſyllogizandi, quia, principiū ꝓbatiuum formæ negatiuę ſyllogiſmi expoſitorij nō ſeruat, ſtatim inualidus appareat. Sed in terminis conuertibilibus ſingularibus vtique in oī figura expoſitoriè ſyllogizatur, vt in prima perinde arguat̃, Tullius eſt hoc rōnale, & hic homo eſt Tullius, ergo hic homo eſt hoc rationale. Idē in cæteris figuris ſecundum analogiam dicatur. In alijs autem terminis in prima figura, in qua medium ſubijcitur in maiore, et prędicatur in minore, ſemper erit minor de prędicatione indirecta, vt exemplariter dicatur, affirmatiuè ſyllogizando, Sortes eſt quędam ſubſtātia, & quoddam animal eſt Sortes, ergo quoddam animal eſt ſubſtantia. Negatiuè vt Cęſar non eſt lapis, & quoddam animal rationale eſt Cæſar, ergo quoddam animal rationale non eſt lapis. Principium autem probatiuum ſecundum formam affirmatiuam, quod eſt Ariſtotelis 4. Metaphy. in ea vtique venit intelligētia, quæcunq; ſunt vnum alicui tertio, ita ꝙ vtrunq; per ſe, & formaliter includitur in ratione illius tertij, nec non vnum eorum includitur per ſe in alio, ſunt quoque idem inter ſe. Nam quia homo, & animal ſunt vnum in Socrate, & vtrunque eſt de ratione Socratis (ſi enim Socrates definiretur, eius definitionem, vtrunque ingrederetur) & animal includitur per ſe in homine, ideoq; homo, & animal, et ſi ratione differant, ſunt tamen idem realiter inter ſe. Sed quia clara luce conſtat, ꝙ huiuſmodi principiū, ſicut quoque alterum ſecundum formam negatiuā, commune eſt, & ſyllogiſmo expoſitorio, & cæteris ſyllogiſmis categoricis: iccirco vniuerſaliter dicitur, ꝙ eadem medio, ſunt eadem inter ſe, quo ad id, ſecundum quòd identificantur medio, ſeu quo ad rationem identificationis in medio. Secundum id enim, eadem medio, ſunt eadem inter ſe. Propterea non oportet, eadem medio, identificari inter ſe, ſecundum id, in quo non identificantur medio, ideſt, quod non eſt ratio identificationis ipſi medio. Qua de cauſa multa ſophiſmata, in ijs, quę aliquo modo vniuntur, & aliquo modo non, proculdubio accidunt. Similiter de principio ſecundum formam negatiuam dicatur (ſed ſecundum analogiam) quoniā eo modo, ſeu ſecundum id, in quo alterum duorum cum medio conuenit, vel eſt idem medio, cui alterū non conuenit, adminus eo modo, vel ſecundum id, in quo alterū medio identificat̃, non eſt idē ipſi medio, illa eodē modo, & ſecundū id, in quo alterū medio identificat̃, in cōcluſione ab inuicē ſeparantur.

Obiectio.

Tam ſecundū formā affirmatiuā, q̄ negatiuā, ex duabus premiſſis particularibus infertur expoſitoriè concluſio particularis, ſicut quoq; ex duabus ſingularibus; ergo in datis definitionibus dicendum erat, ex duabus ſingularibus, aut particularibus.

Reſpondetur negando conſequentiam, quoniā in ſyllogiſmis, de ſingularibus, particularibus, & indefinitis, idem eſt iudicium. Verum aliter in dilucidatione, & verè reſpondetur, diſtinguendo antecedens. Nam ex particularibus ſequitur, aut concluſio indirecta, aut falſa, aut premiſſæ ſunt de

prædicatione

prędicatione indirecta, adminus altera earũ. Quod equidem, præmiſsis exiſtentibus ſingularibus, nequaquàm euenit: ideo meritò dictum eſt, ex duabus ſingularibus, ex quibus abſque vllo defectu ſemper ſequitur concluſio particularis.

Tex. 42. De regulis ſyllogiſmorum defenſiuis

Combinatio eſt diſpoſitio trium terminorum, maioris, minoris, & medij, duarumq; præmiſſarum, ad concluſionem inferendam.

Hæc autem, utilis, aut inutilis eſt.

Vtilis eſt, quum eadem forma arguendi retenta, ex duabus præmiſsis ueris, ex tribus terminis conſtitutis, ſemper ſequitur concluſio uera, quòd ſi falſa, aut utraque, aut altera præmiſſarum erit falſa.

Inutilis combinatio eſt, cuius conſimili forma arguendi retenta, ex duabus præmiſsis ueris, ex tribus terminis compoſitis, quandoq; concluditur uerum, quandoq; falſum.

Dilucidatio.

In omnibus modis trium figurarum ex veris nunquàm concluditur falſum, ſed ex veris verum, & ex falſis falſum, aut verum, ſeruatis tamen ſeruandis, ideoq; ſunt dati modi, combinationes vtiles. Nam ſi concluditur concluſio falſa, aliqua pręmiſſarum erit falſa: vt arguendo in darij, omnis homo eſt lapis, & Sortes eſt homo, ergo Sortes eſt lapis. Combinatio quidem vtilis eſt, quo ad formam, ſed peccat in materia: quia maior eſt falſa; iccirco non eſt mirum, ſi ex maiore falſa concluditur concluſio falſa. Ex veris nanque (inquit Ariſtoteles in libro Priorum) nil niſi verum, ſed ex falſis verum, & falſum ſyllogizari poteſt. Propterea ſi ex pręmiſsis veris concluditur concluſio, interdum vera, & interdum falſa, combinatio profectò erit inutilis: ſicut in prima figura, minore exiſtente negatiua, euenire conſtat, hoc pacto ſyllogizando, omnis homo eſt animal, & nullum lignum eſt homo, ergo nullum lignũ eſt animal, aut ſic, omnis homo eſt animal, & nullus leo eſt homo, ergo nullus leo eſt animal? In quorum primo exemplo concluſio eſt vera ex præmiſſis veris, & in ſecundo eſt falſa, ex pręmiſsis tamen veris.

Obiectio. 1

In omni conſequentia conſequens includitur in antecedente, ſed verum nõ includitur in falſo; ergo ex falſis nunquàm poteſt concludi verum.

Reſpondetur diſtinguendo antecedens. Nam cõſequens in omni bona conſequentia tam materiali, quàm formali includitur in antecedente, aut formaliter, aut materialiter. Verum autem non includitur in falſo ratione formæ falſitatis: ſed ratione materię, ſeu terminorum, vel propoſitionum, quibus ineſt falſitas, profectò in falſo verum includi poteſt.

Tex. 43 1. regula.

Inutilis combinatio præcipuè agnoſcitur, quum in ea dantur termini, in quibus omni, & ſimul in quibus nulli.

Dantur termini in quibus omni, quando cum duabus præmiſsis, ſtat ſimul una uniuerſalis affirmatiua in ueritate, ex earum extremitatibus compoſita.

Dantur termini in quibus nulli, quando cum duabus præmiſsis ſtat ſimul una uniuerſalis negatiua in ueritate, ex earum extremitatibus compoſita.

Dilucidatio.

Stare cum præmiſsis, eſt ſimul non repugnare in veritate cum præmiſsis, vt cum ijs præmiſsis, quoddam riſibile eſt animal, & quidam homo eſt riſibilis, ſtat hæc vniuerſalis affirmatiua in veritate; omnis homo eſt animal, ex extremitatibus dictarum pręmiſſarum conſtituta: & perinde dantur termini in quibus omni, ideſt, vbi primus, omni poſtremo ineſt, ſicut & in ijs ſimilis formę cum datis præmiſsis, in quibus nulli, hoc eſt, vbi primus, nulli ineſt poſtremò; vt quoddam corpus eſt animal, & quidam lapis eſt corpus. Nempe maior maiori eſt ſimilis, & minor minori, cum quibus ſtat ſimul hæc vniuerſalis negatiua in veritate, nullus lapis eſt animal, ex earum extremitatibus conſtituta. Quo circa in omnibus ſyllogiſmis dãtur termini in quibus omni, ſed nõ in quibus nulli, vt in barbara: aut termini in quibus nulli, ſed non in quibus omni, vt in celarent; alioquin eſſent cõbinationes terminorum inutiles, in quibus non ſequitur concluſio. In ijs enim inuenitur inſtantia, & eſt inuenire inſtantiam, accipere B tres terminos, ex quibus poteſt fieri combinatio, cuius præmiſſæ ſint veræ, & concluſio falſa, manente eadem qualitate, & propoſitionum quãtitate, ſeruata eadem figura. Puta, hæc eſt combinatio inutilis, nullus equus eſt homo, & nullum rationale eſt equus, ergo nullum rationale eſt homo? & iſti ſunt termini in quibus omni, quoniam cum ijs præmiſſis ſtat ſimul in veritate, hęc vniuerſalis affirmatiua, omne rationale eſt homo, ex earum extremitatibus compoſita, quia eis in veritate non repugnat. Cõtra hanc cõbinationem inutilẽ accipiuntur termini in quibus nulli, vt homo, riſibile, equus, & arguitur ſic, nullus equus eſt homo, & nullum riſibile eſt equus, ergo nullum riſibile eſt homo? cum quibus præmiſſis ſtat ſimul in veritate hęc vniuerſalis negatiua, nul C lum riſibile eſt homo, ex earũ extremitatibus cõpoſita; quia, quanuis de facto ſit falſa, eius tamen falſitas eis, vel earum veritati non repugnat, & ſic intelligitur ſtare in veritate cum pręmiſsis; quia earũ veritati non repugnat etiam ſi per hypotheſin eſſet vera. Ecce itaq; pręmiſſæ ſunt verę, & cõcluſio falſa; iccirco manifeſtatur virtus argumenti, quoniam oſtenditur ſupra quam concluſionem poteſt, & ſupra quã nõ poteſt, ſeruata ſemper in vtraq. cõbinatione inutili, eadẽ qualitate, & propoſitionũ quantitate, atque eadẽ figura. Si aũt data cõbinatio, in qua reperiuntur ſimul termini in quibus omni, & in quibus nulli, eſſet vtilis ad ſyllogizandum, contraria, aut cõtradictoria poſſe eſſe ſimul vera, cõcedere oportet; vt quoddam animal eſt leo, & quidam homo eſt animal; ergo hæc eſt vera, quidã homo eſt leo. Nanque D ex veris, nil niſi verum, & præmiſſę ſunt verę, cum quibus præmiſsis ſtat quoque hęc vniuerſalis negatiua; nullus homo eſt leo, in veritate, ex extremitatibus dictarum pręmiſſarum cõpoſita; vtpotè quia non ſimul repugnant in veritate: & per hypotheſin combinatio eſt vtilis, ideſt, in qua ex pręmiſsis veris ſemper ſequitur concluſio vera, eiusq; præmiſſę ſunt veræ; iccirco hæc cõtradictoria, quidam homo eſt leo, & nullus homo eſt leo, ſunt pariter veræ; quod eſt omni prorſus impoſſibile. Similiter, ſi hæc cõbinatio eſt vtilis, nullus equus eſt homo, & nullũ rationale eſt equus, ergo nullum rationale eſt homo? ſtatim ſequitur, quod duo contraria poſsint eſſe ſimul vera. Nam ex veris, nil niſi verum, & pręmiſſæ ſunt veræ, ergo concluſio, nullum rationa-

le eſt homo, eſt vera. Sed cum datis pręmiſſis ſtat ſimul in veritate hæc vniuerſalis affirmatiua, omne rationale eſt homo, ex earum extremitatibus compoſita, quia eis non repugnat in veritate; igitur hæ duę contrariæ, nullum rationale eſt homo, & omne rationale eſt homo, poſſunt eſſe ſimul veræ; quod eſt omnino impoſſibile. Sed pro reperiendis terminis in quibus omni, & ſimul in quibus nulli, efficientibus combinationem inutilem, accipiẽdi ſunt duo termini diſparati, cum ſuo ſuperiori; velut duæ ſpecies cum ſuo genere, vt homo, leo, animal: aut accipiendi ſunt duo termini de ſe inuicem verificabiles, ſiue conuertibiliter, ſiue non, cum extraneo ad vtrunque, vt homo, riſibile, lapis, aut homo, animal, lapis: vel accipiendi ſunt duo termini de ſe inuicẽ verificabiles, ſiue conuertibiliter, ſiue non, cum ſuperiore ad vtrunque; vt homo, riſibile, ſubſtantia, aut homo, animal, ſubſtantia.

Obiectio. In omni modo omnium figurarum poteſt eſſe vniuerſalis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua, compoſitę ex extremitatibus pręmiſſarũ; ergo in omni modo omnium figurarum poſſunt reperiri ſimul termini in quibus omni, & in quibus nulli, atque icirco ſunt combinationes inutiles.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nam in quolibet modo trium figurarum, ex extremis ſyllogiſmi dati poteſt fieri vniuerſalis affirmatiua, et vniuerſalis negatiua; quæ tamen non ſtabunt ſimul in veritate cum præmiſſis compoſitis ex eiſdem extremis. Quod equidẽ exigitur (vt dilucidatũ eſt) ad terminos in quibus omni, & ſimul in quibus nulli: vt clarè liquet in barbara, ſic ſyllogizando; omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal; ergo omnis homo eſt ſubſtantia: quę, concluſio ſtat ſimul in veritate cum datis præmiſſis, ſed vniuerſalis negatiua, nullus homo eſt ſubſtantia, ex eiſdem extremis compoſita, apertè earum veritati repugnat. Propterea in barbara, termini in quibus nulli reperiri non poſſunt,

Tex.44. 2. regula. *Quæcunque diuiſim ſecundum accidens de aliquo ſubiecto prædicantur, aut alterum de altero, hæc ſimul atque coniunctim, de eodem minimè prædicantur.*

Dilucidatio. Secundæ regulę, hanc reddit rationem, Ariſtoteles, quia vnum per ſe non faciunt, ſed per accidens. Nempe coniunguntur in ſubiecto tali per accidens: quatenus accidit ipſum ſubiectum habere huiuſmodi accidentia, vt puta, hominem eſſe, ſimul muſicum, & album. Quamobrem non rectè ſequitur, homo eſt albus, & homo eſt muſicus, ergo homo eſt albus muſicus? verum dictum eſt, ſecundum accidens, aut alterum de altero; quoniam ſciens, & grammaticus, licet ſecundum accidens de ſubiecto aliquo dicantur, tamen alterum de altero, non ſecundum accidens, ſed per ſe dicitur, & ita, vt diuiſim, ita & coniunctim, de eodem prædicari poſſunt: vt homo eſt ſciens, & homo eſt grammaticus, igitur homo eſt ſciens grammaticus.

Tex.45. 3.regula. *Quæcunque diuiſim de aliquo prædicantur, ut de ſubiecto, ſi id, quod ſequitur, in præcedenti includitur, ipſa de eodem, ſimul, & coniunctim, non prædicantur.*

Dilucidatio. Tertiæ regulæ, hæc ab Ariſtotele aſſignatur ratio, quia vitium nugationis, quæ eſt inutilis repetitio, committeretur. Hinc non rectè ſequitur; homo eſt animal, & homo eſt corpus animatum, igitur homo eſt animal, corpus animatum? Nam animal, & corpus animatum, prędicantur diuiſim de homine, vt de ſubiecto, ideſt, ſicut ſuperius de ſuo inferiori, & corpus animatum, in animali includitur; ideo animal, & corpus animatum, coniunctim de homine non prędicantur. Nec ob id ipſum ſequitur, homo eſt grammaticus, & homo eſt ſciens, igitur homo eſt grammaticus ſciens?

Tex.46. 4. regula. *In omni ſyllogiſmo, medium, in utraque præmiſſarum, uel in altera, uniuerſaliter teneri debet.*

Dilucidatio. Quarta regula docet, medium ſyllogiſmi, aut in maiore tantum debere diſtribui, vt in barbara; aut in minore ſolum, vt in diſamis; aut pariter in maiore, & in minore, vt in darapti; ſed in vtraque, nequaquàm particulariter ſumi poteſt. Quamobrem hic non eſt ſyllogiſmus, omne rationale eſt non omne animal, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo non eſt rationalis? Nam antecedens eſt verum, intelligendo in maiore medium particulariter ſumi propter negationem, quę, ſupra ſignum vniuerſale cadit, & facit ipſum ſigno particulari equipollere; atq; icirco maior æquipollet huic, omne rationale eſt quoddam animal: ſimiliter & in minore, quoniam eſt prædicatum propoſitionis affirmatiuæ, Conſequens autem eſt falſum; igitur nec eſt ſyllogiſmus.

Tex.47. 5.regula. *Quod in una præmiſſarum eſt diſtributum, duntaxat debet eſſe medium in altera.*

Dilucidatio. Quinta regula oſtendit id, quod eſt diſtributum in vna præmiſſarum, tantummodo ſubſumi debere pro medio in altera: vt cuiuſlibet animalis anima eſt ſenſitiua, & omnis homo eſt animal, ergo cuiuslibet hominis anima eſt ſenſitiua. Solum genitiuus, animalis, ſumitur vniuerſaliter in maiore, atque idcirco tantum pro medio in minore reſumitur. Nominatiuus autem, anima, pars eſt maioris extremitatis. Quòd ſi plus ponatur pro medio in vna, quàm fuerit vniuerſaliter ſumptum in altera, eſt paralogiſmus fallacię accidentis; vt in prima figura non ſequitur, cuiuslibet hominis manus eſt dextra, & manus ſiniſtra eſt manus hominis, ergo manus ſiniſtra eſt manus dextra? Nam antecedens eſt poſſibile, & conſequens impoſſibile: cuius defectus cauſa eſt, quia ſolum genitiuus, hominis, ſumitur vniuerſaliter in maiore, & id totum, hominis manus, reſumitur pro medio in minore. Propterea ſic formandus erat ſyllogiſmus, cuiuslibet hominis manus eſt dextra, & omne riſibile eſt homo, ergo, cuiuslibet riſibilis manus eſt dextra.

Tex.48. 6. regula. *Medium ampliatum in maiore, & reſtrictum in minore, non efficit ſyllogiſmum inualidum: ſed reſtrictum in maiore, & ampliatum in minore, impedit ſyllogiſmum ualere.*

Dilucidatio. Sexta regula, in prima eius parte docet, medium ampliatum in maiore, & reſtrictum in minore non impedire ſyllogiſmum: vt clarè liquet ſyllogizando in barbara, omne animal currit, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo currit. Medium enim, animal, ampliatur in maiore, quoniã pro omnibus animalibus ratione ſigni vniuerſalis diſtribuitur: & in minore, cum ſit prædicatum propoſitionis affirmatiuę

matiuæ non diſtribuitur,atque idcirco reſtringitur. Sed ex oppoſito,ſecunda pars oſtendit,medium reſtrictum in maiore,& ampliatum in minore impedire ſyllogiſmum valere:vt nullus homo eſt mulier, & Iulia eſt homo, ergo Iulia non eſt mulier? Nam medium,homo,ex vi ſigni ad ſubiectum appoſiti ad mares reſtringitur, & in minore ad mares, fæminasq;,ampliatur.

Tex.48. 7. regula.

A maiore, ſiue minore extremitate, in præmiſsis, reſtricta, ad eandem,in cõcluſione,ampliatam,ſyllogiſmus eſt inualidus.

Dilucidatio.

Septima regula, duas habet partes, quarum prima docet, ne ſyllogiſmus ſit ex quatuor terminis, maiorem extremitatem, in maiore,reſtrictam,nunquam in concluſione rectè ampliari: vt omnis homo legit, & Adam non legit, ergo Adam non eſt homo? Maior enim extremitas,homo,ob illud verbum, legit, ad præſentes reſtringitur: & deinde in concluſione, tam ad non præſentes, quàm præſentes,ampliatur. Quamobrem, dum concluſio eſt falſa, præmiſsis exiſtentibus veris, eſt potius parallogiſmus,quàm ſyllogiſmus. Secunda autem pars, nos quoque admonet, minorem extremitatem, in minore,reſtrictam,in concluſionem non rectè ampliari:vt omne corruptum eſt non ens, nam corruptio eſt progreſſus ab eſſe ad nõ eſſe, & nullus homo eſt non ens, ergo nullus homo eſt corruptus? Minor enim extremitas,homo, in minore non ampliatur, ſed demum in concluſione ratione prædicati, corruptus,ad eos, qui ſunt, vel fuerunt homines,ampliatur:& ſic concluſio eſt falſa, præmiſsis exiſtentibus veris,igitur nullus eſt ſyllogiſmus.

Tex.49. 8. regula.

A termino,in præmiſsis particulariter ſumpto, ad eundem, in concluſione vniuerſaliter ſumptum, argumentatio non fiat vnquam.

Dilucidatio.

Octaua regula docet, non debere vnquàm fieri ſyllogiſmum, à termino particulariter ſumpto in præmiſsis, ad eundẽ ſumptum vniuerſaliter in concluſione:cum hic modus arguendi impediat neceſſariam,formalemq; conſequentiam, qualis eſt conſequentia ſyllogiſmi. Hinc non ſequitur,aliquis homo eſt animal, & nullus equ' eſt homo, ergo equus non eſt animal? Nam maior extremitas,animal,ſumitur particulariter in antecedente, & vniuerſaliter in cõcluſione. Quamobrem nõ eſt ſyllogiſmus, vt potè,quia (vt dictum eſt in dilucidatione ſecundę regulę primæ figuræ) minore in prima figura exiſtente negatiua, neceſſariò arguitur ex parte maioris extremitatis,à non diſtributo ad diſtributum: quod eſt arguere à termino in præmiſsis particulariter ſumpto, ad eundem in concluſione vniuerſaliter ſumptum.

Tex.50. 9. regula.

Termini æquiuoci, & analogia plurium rationum analogi, non admittunt ſyllogiſmum validum.

Dilucidatio.

Nona regula oſtendit, ſyllogiſmus non capere terminos æquiuocos, vt omnis canis latrat,& ſtella eſt canis, ergo ſtella latrat? nec analogia plurium rationum analogos, vt omne ſanum eſt animal, & vrina eſt ſana,ergo vrina eſt animal? In vtroq; excẽplo, conſequens eſt falſum, antecedente exiſtente vero:quoniam canis in maiore ſignificat canem latrabilem,& in minore canem cæleſtẽ, quemadmodum in altero exemplo,ſanum in maiore, adæquationem humorum,& in minore,ſignum ſanitatis ſignificat,atque idcirco ſunt ſyllogiſmi vitioſi. Dictũ eſt autem,analogi analogia plurium rationũ, quoniam ſi analogum, tantum vnam rationem (vt in terminorum tomo dilucidauimus) ſecundum prius, & poſterius dicit, quale eſt ens, non impedit ſyllogiſmum valere:vt cuilibet enti debetur eſſe, & ſubſtantia eſt ens, ergo ſubſtantiæ debetur eſſe. Quippè eſſe, prius ſubſtantiæ, & poſterius accidenti debetur.

Tex.51. 10. regula.

Maior extremitas,neque ſecundum totum,neque ſecundum partem, in minore ſubſumi debet.

Dilucidatio.

Decima regula docet, extremitates teneri debere impermixtè, ſcilicet,maior extremitas, neque ſecundum partem, neque ſecundum totum, in minore replicetur. Propterea non ſequitur, omne ſecundum ſtatim ſequitur primum,& omne tertium ſtatim ſequitur ſecundum, ergo omne tertium ſtatim ſequitur primum? Sanè maior extremitas,videlicet, id totum, ſtatim ſequitur primum, in minore ſecũdum partem replicatur. Quocirca minor erat iſta,omne tertium eſt ſecundum, & tunc argumentum eſt in barbara:ſed minor eſt falſa,ideo non eſt mirum,ſi concluſio eſt falſa.

Tex. 52 11. regula.

Syllogiſmus ex quatuor terminis, aut explicitè, aut implicitè,in doctrinis rectè non admittitur.

Dilucidatio.

Syllogiſmus ex tribus tantum terminis (vt in ſuperioribus planiſsimè probatum eſt) proculdubio cõſtat,rationabiliter igitur per vndecimã regulam, à diſciplinis, ſyllogiſmus quoquo modo ex quatuor terminis, excluditur:vt quicunque dicit, Sortem eſſe animal,dicit verũ,& quicunque dicit, Sortem eſſe brutum, dicit Sortem eſſe animal; ergo quicunque dicit,Sortem eſſe brutum, dicit verum? Nã datus ſyllogiſmus, ex quatuor terminis virtualiter,& implicitè conſtat:quia animal, in maiore pro rationali tantum, & in minore pro irrationali ſolummodo ſumitur, quare eſt parallogiſmus.

Tex. 53. 12. regula.

Variatio terminorum à ſuppoſitione ad ſuppoſitionem ſibi repugnantem, nequaquam in diſciplinis permittitur.

Dilucidatio.

Duodecima regula, ex vndecima ſequitur, nam quum ſit tranſitus terminorum ſupponentium ab vna ſuppoſitione ad alteram ſibi repugnantẽ, ſyllogiſmus ſic ex quatuor terminis ad minus virtualiter ſemper conſtat:vt nullus homo eſt genus,& omnis homo eſt animal,ergo animal non eſt genus? Nempe animal, in minore ſupponit naturaliter ſimpliciter, & in concluſione,ob illud prædicatum, genus, accidentaliter ſimpliciter:iccirco fit tranſitus,à ſuppoſitione naturali ſimplici: ad ſuppoſitionem accidentalem ſimplicem.

Tex. 54 13. regula.

Vtraque præmiſſarum,categorica ſit, & neutra hypothetica,neque & concluſio,in ſyllogiſmo categorico.

Dilucidatio.

Iuxta hanc regulam vtraque pręmiſſarum, in ſyllogiſmo categorico, eſſe debet categorica, & neutra hypothetica, neque & concluſio. Hinc non ſequitur, omne animal, ſi eſt hinnibile, & equus, & omnis homo eſt animal,ſi eſt hinnibilis,ergo omnis homo eſt equus? Particula enim, ſi eſt hinnibile,eſt pars medij, quod neque ſecundum totum,neque ſecundum partem,ingreditur concluſionem,& conſequenter concluſio non poteſt eſſe hypothetica.

Qua

Qua de cauſa data concluſio falſa concluditur ex premiſſis veris, atque iccirco non eſt verus ſyllo- E giſmus categoricus. De forma autem ſyllogiſmi hypothetici paulo ante dictum eſt. Quamuis enim ſyllogiſmi definitio in ſuperioribus data, tam hypothetico, quàm categorico conueniat: dati tamen modi, & figuræ, de ſyllogiſmo categorico, & non hypothetico, ab Ariſtotele directè aſſignantur.

Tex. 55 1. regula de inuentione medij. *Ad ſyllogizandam uniuerſalem affirmatiuam, ſumendum eſt pro medio id, quod ſequitur ſubiectum, & antecedit prædicatum.*

Dilucidatio. Quoniam principium ſyllogizandi vnāquanq; propoſitionem, eſt medius terminus; ideo vt poſſimus habere modum ſyllogizandi vnanquanque propoſitionem, de inuentione medij quoque determinandum eſt. Cum igitur propoſitionum, alia ſit vniuerſalis, alia particularis: & vniuerſalium, alia ſit negatiua, alia affirmatiua, quæ ceteris perfe- F ctior eſt; iccirco de inuentione medij ad ſyllogizandam vniuerſalem affirmatiuam, prior ſuſcipitur determinatio; deinde ad vniuerſalem negatiuam; demum ad particularem affirmatiuam; denique ad particularem negatiuam. In quibus regulis, id, quod ſequitur ſubiectum propoſitionis ſyllogizandę, eſt, quod ſequitur ſemper ſecundum conſequentiam ipſum ſubiectum: & id antecedit ſubiectum, quod poteſt eſſe in conſequentia neceſſaria, eius antecedens. Idem quoque dicimus de eo, quod ſequitur, vel antecedit prædicatum. Vniuerſalis verò affirmatiua non ſyllogizatur, niſi in primo primæ, & in hoc oportet medium antecedere prædicatum propoſitionis ſyllogizandæ, cum vniuerſaliter ſubijciatur ei: & ſequi ſubiectum eiuſ- G dem, cum vniuerſaliter de ipſo prędicetur. Quocirca ad ſyllogizandam vniuerſalem affirmatiuam, ſumendum eſt pro medio id, quod ſequitur ſubiectum: & antecedit prædicatum. Puta ſi hæc propoſitio eſt ſyllogizanda, omnis homo eſt animal, conueniens eius medium eſt riſibile: vt omne riſibile eſt animal, & omnis homo eſt riſibilis, ergo omnis homo eſt animal.

Tex. 56 2. regula. *Ad ſyllogizandam uniuerſalem negatiuam, ſumendum eſt pro medio id, quod ſequitur ſubiectum, & repugnat prædicato, aut quod repugnat ſubiecto, & ſequitur prædicatum.*

Dilucidatio. Ad ſyllogizandam vniuerſalem negatiuam in celarent, & Ceſare, ſumendum eſt pro medio, id quod ſequitur ſubiectum, & repugnat prędicato. Repugnat autem ſubiecto, vel prædicato, quia de eo in aliqua propoſitione affirmatiua vera prædicari non poteſt. In cameſtres verò, id, quod repugnat H ſubiecto, & ſequitur prædicatum: nec in alio modo ſyllogizatur vniuerſalis negatiua, igitur ad ſyllogizandam vniuerſalem negatiuam, ſumendum eſt pro medio id, quod ſequitur ſubiectum, & repugnat prædicato, aut quod repugnat ſubiecto, & ſequitur prędicatum. Puta ſi hęc propoſitio, nullus homo eſt lapis, in celarent, aut Ceſare, eſt ſyllogizanda, opportunum eius medium eſt riſibile, & in cameſtres, inſenſibile.

Tex. 57 3. regula. *Ad ſyllogizandam particularem affirmatiuam, ſumendum eſt pro medio, conſequens ad ſubiectum, & antecedens ad prædicatum, aut antecedens ad ſubiectum, & prædicatum.*

Dilucidatio. Particularis affirmatiua non ſyllogizatur, niſi in prima, & tertia figura, ſed vt ſyllogizetur in prima, oportet, vt medium antecedat prædicatum, cum ſubijcietur ei, & ſequatur ſubiectum, cum prędicetur de eo: & in tertia oportet medium antecedere ſubiectum, & prædicatum, cum ſubijciatur vtrique. Propterea ad ſyllogizandam particularem affirmatiuam, ſumendum eſt pro medio, conſequens ad ſubiectum, & antecedens ad prædicatum, aut antecedens ad vtrunque. Puta ſi hæc propoſitio, quoddam animal eſt ſubſtantia, eſt ſyllogizanda, congruum eius medium in prima figura, eſt ſenſibile, in tertia verò homo.

Tex. 58 4. regula. *Ad ſyllogizandam particularem negatiuam, ſumendum eſt pro medio id, quod ſequitur, uel antecedit ſubiectum, & repugnat prædicato, aut quod repugnat ſubiecto, & ſequitur prædicatum.*

Dilucidatio. Particularis negatiua concluditur in omni figura, ſed vt concludatur in prima, oportet medium ſequi ſubiectum, cum prędicetur de eo, & repugnare prædicato, cum ab eo remoueatur. In ſecunda quoque figura oportet medium ſequi ſubiectum, & repugnare prędicato, quo ad tertium modum, vel repugnare ſubiecto, & ſequi prędicatum, quo ad quartum modum: in tertia verò figura, oportet medium antecedere ſubiectum, cum ſubiiciatur ei, & repugnare prædicato, cum prędicatum ab eo remoueatur. Quamobrem ad ſyllogizandam particularem negatiuam, ſumendum eſt pro medio id, quod ſequitur, vel antecedit ſubiectum, & repugnat prædicato, aut quod repugnat ſubiecto, & ſequitur prędicatum. Puta ſi hæc propoſitio, quidam homo non eſt equus, eſt ſyllogizanda, conueniens eius medium in prima figura, & in tertio modo ſecundæ, eſt riſibile, in quarto autem, hinnibile: in tertia verò figura eſt riſibile, quod antecedit ſubiectum, & repugnat prædicato. Nempe termini conuertibiles antecedunt, & ſequuntur ſemutuò: iccirco riſibile antecedit, & ſequitur hominem, & hinnibile equum. Verum hæc de ſyllogiſmis formalibus hucusq; dicebam.

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM

SEXTVS TOMVS.

de poteſtate ſyllogiſmi ad ſecundum Priorum.

Tex. 1 *Syllogiſmus poteſtatis eſt, qui ad priorem propoſitionem, aut ſyllogiſmum, aut qui ex falſis uerum, aut ex oppoſitis, ſyllogizat.*

Dilucidatio. Definitur poteſtas ſyllogiſmi, aut ſyllogiſmus poteſtatis, cuius definitio quatuor particulas ſub diſiunctione continet, ad omnes eius ſpecies innuendas. Prima ſyllogiſmus poteſtatis eſt qui ſyllogizat ad priorem propoſitionem, id eſt, qui fit aliqua propoſitione præſuppoſita: &

ſita : & per hanc innuitur ſyllogiſmus ad impoſsibile. Secũda, aut qui ſyllogizat ad priorem ſyllogiſmũ, A hoc eſt, qui fit præſuppoſito altero ſyllogiſmo: & per hanc tangitur ſyllogiſmus plura concludens, ſyllogiſmus circularis, & ſyllogiſmus conuerſiuus. Tertia particula eſt, aut qui ex falſis uerum ſyllogizat: per quam denotatur ſyllogiſmus ex falſis uerum cõcludens. Quarta, aut qui ex oppoſitis ſyllogizat: per quam deſignatur ſyllogiſmus ex oppoſitis.

Tex. 2. *Syllogiſmus plura cõcludens eſt, qui, cum ex eiſdem præmiſſis conſequens concludat, illud concludit, quod ſequitur ad conſequens, aut qui ſub medio, aut minore extremitate ſumendo augetur.*

Dilucidatio. Definitio ſyllogiſmi plura concludentis, tres diſiunctim particulas complectitur. Prima, ſyllogiſmus plura concludens, eſt ſyllogiſmus, qui, cum cõcluſionem concludat, ex eiſdem premiſſis concludit & alterum conſequens, quod ad illam ſequitur B concluſionem: & per hanc innuitur ſyllogiſmus per conuerſionem plura concludens. Secunda particula, aut qui ſub medio ſumendo augetur, per quam innuitur ſyllogiſmus plura cõcludens ſumendo ſub medio tertia, aut qui ſub minore extremitate ſumendo augetur, & per illam denotatur ſyllogiſmus plura concludens ſumendo ſub minore extremitate.

Tex. 3. *Syllogiſmus per conuerſionem plura concludens eſt ſyllogiſmus, qui, cum ex ſuis præmiſſis conuerſam concludat, ex iiſdem concludit & conuertentem.*

Dilucidatio. Syllogiſmus per conuerſionem plura cõcludens eſt ſyllogiſmus, qui, cum ex ſuis præmiſſis concludat, ex iiſdem concludit & conuertentem: & per hanc ſpeciem omnis ſyllogiſmus cuius concluſio, aut ſimpliciter, aut per accidens cõuerti poteſt, dicitur C plura concludens per conuerſionem, & tot ad ipſum fiunt ſyllogiſmi, quot conuertentes habet ſua concluſio. Quo fit, vt ſyllogiſmus uniuerſalis affirmatiuus vno modo ſolùm plura concludat per conuerſionem, cum ſolùm vno modo, vtpotè per accidens, ſua concluſio poſſit conuerti: vt omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia; & vltra ſequitur, omnis homo eſt ſubſtantia, ergo quędam ſubſtantia eſt homo, per cõuerſionem uniuerſalis affirmatiuæ, in ſuam particularem; ergo de primo ad vltimum benè ſequitur, omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal; ergo quędam ſubſtãtia eſt homo per regulam paulò ante in proximo tomo aſſignatam, videlicet ad quaſcunque præmiſſas aliqua ſequitur concluſio, ad eiuſdem ſequitur eius conuer- D tens. Datus itaque ſyllogiſmus ex ſuis præmiſſis cõcludit conuerſam, omnis homo eſt ſubſtantia, deinde ex eiſdem præmiſſis concludit eiuſdem concluſionis conuertentem, quædam ſubſtantia eſt homo. Syllogiſmus autem vniuerſalis negatiuus duobus ſic quoque modis concludit plura; primò per conuerſionem cõcluſionis vniuerſalis negatiuæ in ſeipſam; ſecundò per conuerſionem eiuſdem in particularẽ negatiuã: ſed ſyllogiſmus particularis affirmatiuus ſolùm vno modo, vtpotè per ſuæ concluſionis conuerſionem ſimplicem, plura concludit per conuerſionem. Syllogiſmus inſuper particularis negatiuus, cum particularis negatiua non poſſit conuerti, conuerſione vtili (vt dictum eſt ſupra) ad reductionem A ſyllogiſmorum, nequaquam per conuerſionem plura concludit.

Tex. 4. *Syllogiſmus plura concludens ſumendo ſub medio eſt ſyllogiſmus, cuius retenta maiore, unam, aut plures, ſub medio, minores extremitates ſumendo ſyllogizamus.*

Dilucidatio. Omnes duntaxat ſyllogiſmi, quorum in maiore vniuerſaliter ſumitur medium, & in minore verificatur de minore extremitate, ſumendo ſub medio plura cõcludunt, vt qui fiunt in quatuor primis modis primæ figuræ, & in primo, & tertio ſecundæ: vt ſit datus ſyllogiſmus in barbara, omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal; ergo omnis homo eſt ſubſtantia, cuius retenta maiore propoſitione, omne animal eſt ſubſtantia, loco maioris alterius ſyllogiſmi, ſub medio, animal, aliam ſumendo minorem extremitatem, quàm prius ſumpta fuerit, ſcilicet equus, ſic ſyllogizamus, omne animal eſt ſubſtantia, & omnis equus eſt animal, ergo omnis equus eſt ſubſtantia: altera itidem ſub eodem medio ſumpta, minore extremitate, ſcilicet leo, ſic alter conſtituitur ſyllogiſmus, omne animal eſt ſubſtantia, & omnis leo eſt animal, ergo omnis leo eſt ſubſtantia, & ita quot ſumẽtur diuerſę minores extremitates ſub eodem medio, retenta eadem maiore propoſitione, totidem fient ſyllogiſmi, ad quos comparatus ſyllogiſmus primo loco datus dicitur ſyllogiſmus plura concludens ſumendo ſub medio, qui alio nomine ſyllogiſmus ad latus ſumendo auctus appellatur.

Tex. 5. *Syllogiſmus plura concludens ſumendo ſub minore extremitate eſt ſyllogiſmus, cuius concluſione facta maiore, ſub eius ſubiecto prioris quidem ſyllogiſmi minore extremitate, alia ex-* C *tremitate ſumpta fit ſyllogiſmus.*

Dilucidatio. Vt fiat ſyllogiſmus plura cõcludens ſumendo ſub minore extremitate, qui alio nomine ſyllogiſmus in poſt aſſumendo auctus vocatur, debet primi ſyllogiſmi concluſio eſſe vniuerſalis. Nam ſub ſubiecto particulariter ſumpto, non fit apta ſubſumptio, & poſteriorum ſyllogiſmorum minor propoſitio debet eſſe affirmatiua: cum in ea medium debeat verificari de minore extremitate ſubſumpta, quales ſunt barbara, celarent, & ceſare. Quòd ſi alterum horum defuerit, nõ poteſt huiuſmodi fieri ſyllogiſmus, vt in cæteris modis, ſicut dato ſyllogiſmo in barbara, omne corpus eſt ſubſtantia, & omne animal eſt corpus, ergo omne animal eſt ſubſtantia, ſumatur prædicta concluſio pro maiore alterius ſyllogiſmi: & ſub eius ſubiecto animal, quod prioris quidem ſyl- D logiſmi eſt minor extremitas, & poſterioris mediũ, ſumatur altera minor extremitas, vt brutũ, ſicq; nonus conſtituatur ſyllogiſmus, omne animal eſt ſubſtantia, & omne brutum eſt animal, ergo omne brutum eſt ſubſtantia, primus ſyllogiſmus ad ſecundum comparatus eſt ſyllogiſmus plura concludens ſumẽdo ſub minore extremitate. Rurſum concluſione poſtrema facta maiore ſub eius ſubiecto, brutum, ſumendo alteram minorem extremitatem, vt quadrupes, alter fiet ſyllogiſmus: & hoc pacto deſcendendo ſub minore extremitate quouſq; deueniatur ad ſpeciem ſpecialiſsimã, ſub qua ſit ſtatus. Syllogiſmi autem plura concludentis ſumẽdo ſub minore extremitate duplex eſt forma, prima expreſſa, cum

priotis

prioris ſyllogiſmi concluſio exprimitur, & iterum pro poſterioris ſyllogiſmi maiore reſumitur, vt omne corpus eſt ſubſtantia, et omne animal eſt corpus, ergo omne animal eſt ſubſtantia; tunc vltra omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia, propoſitio omne animal eſt ſubſtantia, primò expreſſe in priori ſyllogiſmo ponitur pro concluſione, & deindè repetitur pro alterius maiore. Alia eſt forma implicita, cum prioris ſyllogiſmi concluſio nō repetitur loco maioris ſecundi ſyllogiſmi: ſed vel ſemel tantum ponitur; vt omne corpus eſt ſubſtantia, & omne animal eſt corpus, ergo omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia, vbi primi ſyllogiſmi concluſio, omne animal eſt ſubſtantia, ſolum vno ponitur loco: aut nec ſemel quidem expreſſe ponitur, ſed & ipſa, & inter mediorum ſyllogiſmorum concluſio ſupprimitur, ut omne corpus eſt ſubſtantia, & omne animal eſt corpus, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Et huiuſmodi ſyllogiſmus in poſt aſſumendo auctus, in tot reſoluitur ſyllogiſmos ſimplices, quot inter primi ſyllogiſmi maiorem propoſitionem, & vltimi concluſionem, propoſitiones intercipiuntur mediæ; quarum quælibet ſingulorum ſimplicium ſyllogiſmorum, erit minor propoſitio, vt datus ſyllogiſmus reſoluitur in duos ſimplices, quorum primus eſt, omne corpus eſt ſubſtantia, & omne animal eſt corpus, ergo omne animal eſt ſubſtantia. Secundus eſt, omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal; ergo omnis homo eſt ſubſtantia, & hęc forma eſt neceſſaria. Poſito enim antecedente vero, neceſſe eſt conſequens eſſe verum, & ea apud doctores eſt vſitatior: ſed forma omnino expreſſa addiſcentibus pro eorum rudi intelligentia eſt aptior.

Tex. 6 *Syllogiſmus ex falſis uerum ſyllogizans eſt ſyllogiſmus, cuius utraq; præmiſſarum, aut altera tantum falſa uerum concludit.*

Dilucidatio. Syllogiſmus ex falſis verum concludens eſt, qui ex antecedente falſo, veram infert concluſionem. Antecedens autem ſyllogiſmi eſt propoſitio copulatiua, quę vt bifariam falſa eſſe poteſt; primo, vtraque eius exiſtente falſa, aut altera tantum, ſi pariter duobus modis fit ſyllogiſmus ex falſis verum concludens. Primò, ex vtraq; præmiſſarum falſa, vt omnis lapis eſt animal, & omnis homo eſt lapis, ergo omnis homo eſt animal. Secundò ex altera præmiſſarum falſa, vt omne animal eſt album, & omnis cygnus eſt animal, ergo omnis cygnus eſt albus, aut ſola minore falſa, vt omnis equus eſt animal, & omnis homo eſt equus, ergo omnis homo eſt animal.

Tex. 7 *Propoſitio in toto falſa eſt propoſitio uniuerſalis falſa, cuius contraria eſt uera.*

Propoſitio in parte falſa eſt propoſitio uniuerſalis falſa, cuius contraria eſt quoque falſa.

Dilucidatio. Propoſitio falſa, quæ in ſyllogiſmo aſſumitur, aut eſt vniuerſalis, aut particularis; quæ non dicitur particularis in toto falſa, neque in parte falſa, ſed ſimpliciter, & ſine addito falſa nuncupatur. Vniuerſalis verò falſa diuiditur in vniuerſalem in toto falſam, vt omne animal eſt lapis. Eſt enim ea vniuerſalis in toto falſa, cuius contraria, nullum animal eſt lapis, eſt

E vera: aut in parte falſa, vt omne animal eſt album. Eſt enim ea vniuerſalis in parte falſa, cuius contraria, nullum animal eſt album, eſt falſa.

Tex. 8 *Syllogiſmus uniuerſalis eſt, cuius ambæ præmiſſæ ſunt uniuerſales, ſiue concluſio ſit uniuerſalis, ſiue non.*

Particularis eſt ſyllogiſmus, cuius altera præmiſſarum eſt particularis.

Dilucidatio. Quia alius ſumitur ordo ſyllogizandi verum ex falſis in ſyllogiſmis vniuerſalibus, & particularibus, ideo quid vniuerſalis, quidve ſyllogiſmus particularis ſit, in litera definitum eſt. In vniuerſalibus quidē ſyllogiſmis, octo modis ex falſis verum ſyllogizare contingit, qui hoc pacto per ordinē diſponuntur.

Primo ambabus præmiſsis in toto falſis: vt omnis lapis eſt animal, & omnis homo eſt lapis, ergo omnis homo eſt animal.

F Secundo, ambabus in parte falſis, vt omne albū eſt animal, & omnis homo eſt albus, ergo omnis homo eſt animal.

Tertio, maiore in toto falſa, & minore in parte falſa, non quidem in prima figura, ſed in cæteris: vt omnis lapis eſt animal, & omnis lapis eſt albus, ergo aliquod album eſt animal.

Quarto, maiore in parte falſa, & minore in toto falſa: vt omne album eſt animal, & omnis coruus eſt albus, ergo omnis coruus eſt animal.

Quinto, maiore in toto falſa, & minore vera, in modis tamen vniuerſalibus in ſecunda duntaxat, & tertia figura: vt omnis equus eſt homo, & omnis equus eſt animal, ergo aliquod animal eſt homo.

Sexto, maiore vera, & minore in toto falſa: vt omnis equus eſt animal, & omnis homo eſt equus, ergo omnis homo eſt animal.

G Septimo, maiore in parte falſa, & minore vera: vt omne album eſt animal, & omnis cygnus eſt albus, ergo omnis cygnus eſt animal.

Octauo, maiore vera, & minore in parte falſa: vt omne ambulans eſt animal, & omnis homo eſt ambulans, ergo omnis homo eſt animal.

In ſyllogiſmis autem particularibus contingit quinque modis ex falſis ſyllogizare verum, qui hac ſerie diſpoſiti ſunt.

Primo, vniuerſali in toto falſa, & particulari falſa: vt omnis lapis eſt animal, & homo eſt lapis, ergo homo eſt animal.

Secundo, vniuerſali in parte falſa, & particulari falſa: vt omne albū eſt animal, & coruus eſt albus,

H ergo coruus eſt animal.

Tertio, vniuerſali in toto falſa, & particulari vera: vt omnis homo eſt equus, & quoddam animal eſt homo, ergo quoddam animal eſt equus,

Quartò, vniuerſali in parte falſa, & particulari vera, vt omne album eſt animal, & cygnus eſt albus, ergo cygnus eſt animal.

Quinto, vniuerſali vera, & particulari falſa, in ſyllogiſmis tamen (vt dictum eſt) particularibus, vt omnis equus eſt animal, & quidam homo eſt equus, ergo quidam homo eſt animal. Et quamuis ex falſis contingat modis prædictis ſyllogizare verum, non tamen propter quid, quod profecto eueniret, ſi antecedentis falſitas neceſſario inferret veritatem cōſequentis,

ſequentis, & non eſſet poſſibile antecedens eſſe falſum, quin conſequens eſſet verum. Quod ſanè eſt maximum inconueniens, alioquin ex falſis nunquã poſſet ſequi niſi verum: quod conſtat eſſe falſum in ſecunda ſyllogizatione, qua ſyllogizabatur verum ex falſis, vt omne riſibile, eſt hinnibile, & omnis equus eſt riſibilis, ergo omnis equus eſt hinnibilis. Maior ſic ſyllogizanda venit, omne animal rationale eſt hinnibile, & omne riſibile eſt animal rationale, ergo omne riſibile eſt hinnibile: concluſio falſa in hac ſecunda ſyllogizatione ſequitur ex maiori, omne animal rationale eſt hinnibile, falſa.

Tex. 9

Syllogiſmus circularis eſt, qui ex facti ſyllogiſmi concluſione, cum altera præmiſſarum de prædicatione conuerſa, alteram concludit præmiſſam.

Dilucidatio.

Ad conſtituendum ſyllogiſmum circularem, requiritur ſyllogiſmus prius datus, ex cuius concluſione ſumpta pro vna ſyllogiſmi poſterioris præmiſſa, & vna præmiſſarum prioris ſyllogiſmi de prędicatione conuerſa, ſiue de terminis tranſpoſitis, ſumpta pro altera præmiſſa poſterioris ſyllogiſmi, nouus cõſtituatur ſyllogiſmus, concludens alterã præmiſſam prioris ſyllogiſmi: is poſterior ſyllogiſmus ad priorem cõparatũ, dicitur circularis. Debet inſuper cõcluſio prioris ſyllogiſmi ſemper pro illa ſumi prẹmiſſa poſterioris, qualis prẹmiſſa prioris concludenda eſt circulariter in poſteriori: vt ſi circulariter ſyllogizanda eſt maior primi ſyllogiſmi, eius concluſio erit maior in ſecundo, & ſi circulariter eſt ſyllogizãda minor primi, eius concluſio erit minor in ſecundo. Præmiſſa autem de prędicatione conuerſa eundem retinet locum prẹmiſſę in ſyllogiſmo circulari, quam habet ſua directa in primo ſyllogiſmo: vt ſi directa fuerit maior, ſua de prędicatione conuerſa erit maior, & ſi minor, minor.

Tex. 10

Propoſitionem circulariter ſyllogizare, eſt, eam in ſyllogiſmo circulari concludere.

Dilucidatio.

Definitur nunc, ea, propoſitio circulariter ſyllogizari, quæ in ſyllogiſmo circulariter concluditur. Id autem fit duobus modis, primò ex concluſione dati ſyllogiſmi cum minore de prædicatione cõuerſa, circulariter ſyllogizando maiorem, pro quo hæc regula datur. Ad circulariter ſyllogizandam maiorẽ dati ſyllogiſmi, capienda eſt eius concluſio ꝓ maiore, & minor de prędicatione conuerſa pro minore: vt dato ſyllogiſmo, omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia: ſic ſyllogizatur circulariter maior, cõcluſione, omnis homo eſt ſubſtantia, ſumpta pro maiore, D & minore de prædicatione conuerſa, omne animal eſt homo, ſumpta pro minore, ſic deducitur & concluſio; ergo omne animal eſt ſubſtãtia, quæ erat maior prioris ſyllogiſmi, is igitur poſterior ſyllogiſmus ad priorem comparatus, dicitur circularis. Secundo modo propoſitio circulariter ſyllogizatur ex concluſione dati ſyllogiſmi, cum maiore de prędicatione conuerſa, circulariter concludendo minorem, ꝓ quo notetur hęc regula. Ad circulariter ſyllogizandam minorem dati ſyllogiſmi, ſumenda eſt eius maior de prędicatione conuerſa pro maiore, & concluſio prioris ſyllogiſmi ꝓ minore: vt dato ſyllogiſmo priori, eius minor hoc modo circulariter ſyllogizatur, ſumpta pro minore eiuſdem cõcluſione, omnis A homo eſt ſubſtantia, & maiore de prædicatione cõuerſa, omnis ſubſtantia eſt animal, pro maiore, ſic deducitur & concluſio, omnis ſubſtantia eſt animal, & omnis homo eſt ſubſtantia; ergo omnis homo eſt animal, quæ cõcluſio erat prioris ſyllogiſmi minor; ad quem comparatus hic poſterior dicitur circularis ſyllogiſmus. Ad cognoſcendum autem quorum ſyllogiſmorum præmiſſæ poſſint circulariter ſyllogizari, duæ dantur regulę. Prima, ſyllogiſmi, cuius concluſio eſt particularis, non poteſt prẹmiſſa vniuerſalis circulariter ſyllogizari: cum vniuerſalis cõcluſio ſequi nequeat, niſi ex ambabus prẹmiſſis vniuerſalibus. Secũda, ſyllogiſmi negatiui nõ põt ꝑmiſſa affirmatiua circulariter ſyllogizari: cũ affirmatiua cõcluſio nõ ſequatur, niſi ex ambabus affirmatiuis.

Propoſitio de prædicatione conuerſa eſt, in qua de alterius B *ſubiecto factum eſt prædicatum, & de prædicato ſubiectum, eadem qualitate, & quantitate retenta.* Tex. 11.

Dilucidatio.

Propoſitio de ꝑdicatione conuerſa, quæ in litera, definitur dicitur ꝓpoſitio cõparata ad alteram eiuſdem qualitatis, & quantitatis, tranſpoſitis tantum terminis: vt omne animal eſt homo, ad iſtam comparatam, omnis homo eſt animal, dicitur ꝓpoſitio de prædicatione conuerſa. Nam de vnius ſubiecto factum eſt prędicatum, & de prędicato ſubiectũ, eadem qualitate, & quantitate retenta. Eſt enim vtraque vniuerſalis affirmatiua, quoniam tam de mala quàm bona conuerſione hoc in loco præſens loquitur litera.

Syllogiſmus demonſtratiuus, ſiue oſtenſiuus eſt ſyllogiſmus ex duobus manifeſtè ueris, atq; iccirco neceſſarijs ſyllogizatus. Tex. 12

Dilucidatio.

C Tunc demonſtramus, hoc eſt, oſtenſiuè ſyllogizamus, ſiue demonſtrationem facimus oſtenſiuam, cum ex duobus in veritate manifeſtis, atque iccirco neceſſarijs, hoc eſt, in materia neceſſaria, maiore, & minore propoſitione, veram quidem propoſitionem, ſed incognitam oſtendimus, vt ex libris poſteriorum manifeſtius euadet.

Propoſitio demonſtrata eſt propoſitio demonſtratione cognita. Tex. 13

Propoſitio indemonſtrata eſt propoſitio, nondum demonſtratione cognita, nata tamen perinde cognoſci.

Propoſitionem oſtenſiuè ſyllogizare, eſt, propoſitionem in ſyllogiſmo oſtenſiuo concludere.

Dilucidatio.

Quęcunq;, detur ꝓpoſitio diſciplinæ, ipſa poſt demonſtrationẽ factã, eſt demonſtrata. ante demonſtrationẽ verò, eſt ſolũ demonſtrabilis. Nã cũ ꝓpoſitio ex principijs oſtẽſa fuerit, & manifeſta, demonſtrata vocat̃, veluti cũ color lumine ſupfuſo conſpicuus eſt, & oculo obiectus, dicit̃ viſus. Cũ verò nata ſit ꝓpoſitio ex principijs oſtẽdi, nondũ tñ manifeſta eſt, dicit̃ demonſtrabilis, haud ſecus ac color natus lumine colluſtrari, & nondũ illuſtratus dicit̃ viſibilis, & ſpectabilis: vt ſic data ꝓpoſitio, oẽ aïal rationale mortale eſt riſibile, manifeſtè vera, ac ꝑ hoc neceſſaria, itidẽ & iſta, oïs homo eſt aïal rõnale mortale, et ſit hęc dubia, oïs hõ eſt riſibilis, tunc iſte ſyllogiſm⁹, omne aïal rationale mortale eſt riſibile, et oïs homo eſt aïal rationale mortale, ergo oïs hõ eſt riſibilis, & oſtẽſiuus, ſiue demonſtratiuus, qa ex duobus manifeſtè veris, ac neceſſarijs, ꝓpoſitũ. i. cõcluſionẽ

etiam neceſſariam ſyllogizat: & propoſitio omnis homo eſt riſibilis ſyllogizatur oſtenſiuè, quia in ſyllogiſmo oſtenſiuo concluditur:

Tex.14. *Syllogiſmus conuerſiuus eſt, qui ex facti ſyllogiſmi oppoſito contradictorio concluſionis cum altera præmiſſarum, contrarium, aut contradictorium alterius præmiſſæ, ſyllogizat.*

Propoſitionem conuerſiuè ſyllogizare, eſt, eam in ſyllogiſmo conuerſiuo concludere:

Dilucidatio. Syllogiſmus conuerſiuus, alterum præſupponit ſyllogiſmum prius factum, ex cuius contradictorio concluſionis cum altera pręmiſſarum, contrarium, aut contradictorium alterius præmiſſæ, ſyllogizat: vt ſit datus ſyllogiſmus omne aīal eſt ſubſtātia, & oīs homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia, ex contradictorio concluſionis cum minore, ſyllogizamus contradictoriū maioris hoc modo, aliquis homo non eſt ſubſtātia, & omnis homo eſt animal, ergo aliquod animal non eſt ſubſtantia. Similiter ex contradictorio concluſionis cum maiore, ſyllogizamus contradictorium minoris hoc modo: omne animal eſt ſubſtantia, & aliquis homo non eſt ſubſtātia, ergo aliquis homo nō eſt animal. Et quamuis aliquando ex contrario concluſionis cum alterutra præmiſſarum contingat contrarium, aut contradictorium alterius pręmiſſę ſyllogizare, vt in modis vniuerſalibus primæ, & ſecundæ figuræ: hoc tamē ſolum accidit, neque vocatur ſyllogiſmus conuerſiuus. Nam in ſyllogiſmo conuerſiuo, ſi ex oppoſito cōcluſionis dati ſyllogiſmi cum alterutra præmiſſarum, inferatur alterius pręmiſſæ contrarium, aut cōtradictorium, neceſſe eſt ſyllogiſmum datum eſſe bonum, & contra, ſi ſyllogiſmus datus eſt bonus, & cōuerſiuus eſt bonus: & quia id non ſemp oportet ex contrario concluſionis dati ſyllogiſmi procedēdo, qm̄ data hac argumentatione omnis homo eſt animal, & omnis homo eſt rationalis, ergo omne rationale eſt animal, ex contrario concluſionis, nullū rationale eſt animal, cum minore, omnis homo eſt rationalis, ſequitur contrarium maioris, omnis homo non eſt animal, in ſecundo modo primæ figurę, et tamen datus ſyllogiſmus non eſt bonus, cum vniuerſaliter concludat in tertia figura; ex contrario igitur concluſionis procedendo, non fit ſemper ſyllogiſmus conuerſiuus, ſed aliquando id ſolum accidit, quare neque in arte ponendum eſt.

Tex.15. *Syllogiſmus per impoßibile eſt, qui ex contradictorio propoſitionis datæ cum uno manifeſtè uero, manifeſtè falſum concludit, ob cuius falſitatem præmißam falſam interimus, & propoſiti ueritatem concludimus.*

Dilucidatio. Syllogiſmus per impoſſibile, præſupponit vnam propoſitionem veram datā, quæ ſit negata, aut dubitata, & eſt probāda ſyllogiſmo per impoſſibile, hoc modo: ſumenda eſt in primis datę propoſitionis verę contradictoria falſa pro vna præmiſſa, & vna ꝓpoſitio manifeſtè vera pro altera præmiſſa, ex quibus inferenda eſt concluſio manifeſtè falſa, deinde ex falſitate concluſionis, procedendum eſt ad veritatem propoſiti, ſiue propoſitionis datæ per principium cōtradictorium, vt ſit data propoſitio, omnis homo eſt ſubſtātia, vera quidem, ſed aut negata, aut dubitata, & ſit iſta, omnis homo eſt animal, manifeſtè vera, & iſta, quoddam animal non eſt ſubſtātia, manifeſtè falſa; benè ſequitur in quinto tertiæ, quidam homo non eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal, ergo quoddam animal non eſt ſubſtantia; concluſio eſt apertè falſa ex hypotheſi, ergo altera præmiſſarum, at non minor, cum ipſa poſita ſit eſſe manifeſtè vera; ergo maior eſt falſa, quare ſua contradictoria omnis homo eſt ſubſtātia, eſt vera, quod eſt propoſitum. Quocirca ſyllogiſmus ad impoſſibile non fit ſumendo contrarium propoſitionis datæ, quia ex falſitate vnius contrariarum, non poſſumus concludere veritatem alterius, cum duæ contrariæ benè poſſint ſimul eſſe falſæ: neq; ſumendo ſubcontrarium, quia propoſitionis datæ ſanè ſumēdum eſt tale oppoſitum, ꝙ ſi propoſitio data eſt vera, ſit falſum, & repugnet propoſitioni datæ in veritate, vt ex eo cum vno manifeſtè vero inferatur maniſtè falſum, ſed ſi vna ſubcontrariarum eſt vera non oportet alteram eſſe falſam, poſſunt enim ſimul eſſe verę, atque iccirco ex ſubcontrario nō fit ſyllogiſmus ad impoſſibile, ſed ſolum ex contradictorio propoſitionis datę. Attamen id non habet locum in contrarijs immediatis, quorum vnum ſemper ineſt ſubiecto, de quo & verificatur, vt ſanum, & ægrum de animali.

Propoſitionem per impoßibile ſyllogizare, eſt eius contradictorium ſyllogiſmi per impoßibile præmiſſam aſſumere. Tex. 16

Dilucidatio. Syllogizare per impoſſibile, non eſt datam propoſitionem in ſyllogiſmo per impoſſibile concludere, ſed eſt eius cōtradictorium facere pręmiſſam ſyllogiſmi ad impoſſibile, & tandem ex eiuſdem præmiſſę interemptione, propoſitionem datam veram oſtendere: quo fit, vt propoſitio, quę ſyllogizatur ꝑ impoſſibile, vltimatè vtique cōcludatur, & tanquā concluſio principaliter intenta in ſyllogiſmo ad impoſſibile, non tn̄, vt concluſio minus principalis, & imediatè ſequēs ex ꝑmiſſis ſyllogiſmi ꝑ impoſſibile.

Ad ſyllogizandum per impoßibile, notentur quatuor regulæ, ſecundum quatuor genera propoſitionum notatæ. Tex.17. 1. ſegula.

Vniuerſalis affirmatiua per impoßibile in omni, niſi in prima ſyllogizatur figura.

Dilucidatio. Ad ſyllogizandum per impoſſibile, quatuor dantur regulę ſecundū quatuor genera propoſitionum notatæ, quarum prima eſt. Vniuerſalis affirmatiua in prima figura per impoſſibile ſyllogizari non poteſt, quoniam particularis negatiua eius contradictoria, non poteſt eſſe præmiſſa in prima figura. Non enim poteſt eſſe maior, quia maiore exiſtente particulari in prima figura nihil rectè ſequitur: nec poteſt eſſe minor, quia minore negatiua in prima figura ſimiliter nihil ſequitur. In ſecunda verò, & tertia figura tenet hęc regula, vt ſit data uniuerſalis affirmatiua, omnis homo eſt animal, negata, aut dubitata, & ſit ꝓpoſitio, omnis homo eſt rationalis, manifeſtè vera, & aliquod rationale non eſt animal, manifeſtè falſa: benè ſequitur in quinto tertiæ; quidam homo non eſt animal, & oīs homo eſt rationalis, ergo quoddam rationale non eſt animal, concluſio eſt manifeſtè falſa per hypotheſim; ergo aliqua præmiſſarum, non autem minor, cum poſita ſit eſſe vera, ergo maior, quare ſua contradictoria, omnis homo eſt animal, eſt vera, quod eſt propoſitum.

Tex. 18 2. regula.

Vniuerſalis negatiua per impoßibile in omni ſyllogizatur figura.

Dilucidatio. Quòd ſecunda regula in omni figura fieri poſſit, ex eo patet, quia particularis affirmatiua vniuerſalis negatiua cōtradictoria, poteſt in qualibet figura eſſe pręmiſſa; ergo vniuerſalis negatiua in qualibet figura ſyllogizatur ad impoſſibile: vt ſit data ꝓpoſitio, nullus hō eſt lapis, negata ſiue dubitata, & ꝓpoſitio, oīs lapis eſt inanimatus ſit manifeſtè vera, et aliquis homo eſt inanimatus manifeſtè falſa; benè ſequitur in tertio primæ, omnis lapis eſt inanimatus, & quidam homo eſt lapis, ergo quidam homo eſt inanimatus, concluſio eſt manifeſtè falſa; ergo aliqua præmiſſarum, non maior, cum poſita ſit eſſe vera; ergo minor, quare ſua contradictoria, nullus homo eſt lapis, eſt vera, quod eſt propoſitum.

Tex. 19 3. regula.

Particularis affirmatiua per impoßibile, in qualibet ſyllogizatur figura:

Dilucidatio. Quòd tertia regula, in omni figura fieri valeat, ex eo conſtat, quoniam eius contradictoria vniuerſalis negatiua in omni figura poteſt eſſe pręmiſſa: vt ſit data ꝓpoſitio vera, aliquid animal eſt rationale, negata ſiue dubitata, ſit præterea propoſitio, omnis hō eſt animal, manifeſtè vera, & nullus homo eſt rationalis, manifeſtè falſa; benè ſequitur in ſecundo primę, nullum aīal eſt rationale, & omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt rationalis; concluſio eſt manifeſtè falſa; ergo aliqua p̄miſſarū, non minor, cū poſita ſit eſſe vera; ergo maior, quare ſua cōtradictoria aliquod aīal eſt rōnale, eſt vera, quod eſt ꝓpoſitū.

Tex. 20 4. regula.

Particularis negatiua per impoßibile, in omni ſyllogizatur figura.

Dilucidatio. Quarta regula in omni valet figura, qm̄ vniuerſalis affirmatiua particularis negatiuæ contradictoria in omni figura poteſt eſſe præmiſſa, vt ſit data ꝓpoſitio vera, aliquod animal non eſt rationale, negata aut dubitata, & omnis equus eſt animal ſit manifeſtè vera, omnis autem equus eſt rationalis, manifeſtè falſa: benè ſequitur in primo primę, omne animal eſt rationale, & omnis equus eſt animal, ergo omnis equus eſt rationalis, concluſio eſt manifeſtè falſa, ergo aliqua pręmiſſarum, non minor, cum poſita ſit eſſe uera, ergo maior, quare ſua contradictoria, aliquod animal non eſt rationale, eſt vera, quod eſt ꝓpoſitum. Quocirca quæcunque propoſitio ſyllogizatur per impoſſibile, etiam ſyllogizatur oſtenſiuè, ſcilicet, in ſyllogiſmo conuerſiuo ad datum ſyllogiſmum per impoſſibile, concludente contradictoriū præmiſſæ falſæ, ſcilicet, propoſitionem datam: vt ſit datus ſyllogiſmus per impoſſibile in quinto tertiæ, quidam homo non eſt animal, & omnis homo eſt rationalis, ergo quoddam rationale non eſt animal: per quem oſtenditur per impoſſibile iſta, omnis homo eſt animal, eadem oſtenditur oſtenſiuè ex eiſdē terminis in primo primæ figuræ ſic, omne rationale eſt animal, & omnis homo eſt rationalis, ergo omnis homo eſt animal. Maior enim eſt vera, cum eius contradictoria, quæ eſt cōcluſio ſyllogiſmi per impoſſibile, ſit manifeſtè falſa, & minor ex hypotheſi manifeſtè vera, ex quibus ſyllogizatur propoſitio vera prius incognita, omnis homo eſt animal: & ē diuerſo, quicquid ſyllogizatur oſtenſiuè per eoſdem terminos ſyllogizatur per impoſſibile, facto ad ſyllogiſmum oſtenſiuum ſyllogiſmo conuerſiuo, vt in exemplo modò dato manifeſtum euaſit.

Tex. 21.

Syllogiſmus ex oppoſitis eſt, qui ex præmiſsis adinuicem oppoſitis, extremitatum concluſionem concludit.

Dilucidatio. Syllogiſmus ex oppoſitis, dicitur, qui ꝓcedit ex propoſitionibus oppoſitis ſecundum veritatē, quæ non poſſunt ſimul eſſe veræ: quare neque ex ſubcontrarijs, neque ex ſubalternis fit, ſed ſolum ex cōtrarijs, & contradictorijs. Siquidē hę ſimul veræ eſſe non poſſunt, illæ vero poſſunt, et cum ꝓpoſitiones oppoſitę debeant eſſe eiuſdem ſubiecti, & prædicati, in p̄miſſis ſyllogiſmi ex oppoſitis, quod ſubijcitur in vna, ſubijcitur & in altera, & quod prędicatur in vna, p̄dicatur & in altera: quocirca in ſyllogiſmo oppoſitis ſolū duo ſunt termini re ipſa diſtincti, ratione tñ̄ tres. Nā terminus, qui bis in pręmiſſis poſitus, concluſionē non intrat, eſt mediū ſyllogiſmi ex oppoſitis: ꝙ ſi bis prędicatur, eſt ſyllogiſmus ſecundæ figurę: & ſi bis ſubijcitur, eſt ſyllogiſmus tertiæ figuræ. Terminus verò, qui ponitur in maiore cum medio, & qui eſt prædicatū concluſionis, ea rōne eſt maior extremitas, & idem terminus vt ponitur in minore cū medio, & eſt ſubiectum concluſionis, eſt minor extremitas: quare idem terminus re ipſa in quolibet ſyllogiſmo ex oppoſitis eſt maior extremitas, et minor extremitas, ꝓpter diuerſas tñ̄ rationes. Is autē, vt maior extremitas negatur de ſeipſo, quatenus minor extremitas: quocirca omnis cōcluſio ſyllogiſmi ex oppoſitis eſt negatiua, in qua idē negatur de ſeipſo, atq; iccirco cōſtat, ꝙ ſyllogiſmus oīs ex oppoſitis extremitatū concluſionem concludit, hoc eſt, cōcluſionem ex extremitatibus conſtitutā.

Tex. 22 1. regula.

In prima figura non fit ſyllogiſmus ex oppoſitis.

Dilucidatio. Prima regula docet, ꝙ non fit ſyllogiſmus ex oppoſitis in prima figura. Nā ſyllogiſmi ex oppoſitis, pręmiſſæ ſunt oppoſitæ per definitionem, & in oppoſitis ꝓpoſitionibus, idem ſubijcitur, & prędicatur per oppoſitarum definitionem: ſed in prima figura non idē ſubijcitur, & prędicatur, immo quod ſubijcitur in vna prædicatur in altera, vtpotè mediū; igitur in prima figura nō fit ſyllogiſmus ex oppoſitis.

Tex. 23 2. regula.

In ſecunda figura fit ſyllogiſmus ex oppoſitis, tum uniuerſalis, tum particularis.

Dilucidatio. Secunda regula oſtendit, ꝙ in ſecunda figura fit ſyllogiſmus ex oppoſitis, tam vniuerſalis, q̄ particularis. Vniuerſalis quidem, cum eius pręmiſſę ſunt cōtrariæ: vt nullus homo eſt animal, & omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt homo. Particularis verò, qn̄ præmiſſæ ſunt contradictorię, vt nullus homo eſt animal, & aliquis homo eſt animal, ergo aliquis homo non eſt homo.

Tex. 24. 3. regula.

In tertia figura fit ſyllogiſmus ex oppoſitis, & uniuerſalis, & particularis.

Dilucidatio. Tertia regula nos admonet, ꝙ in tertia figura fit ſyllogiſmus ex oppoſitis, tā vniuerſalis, q̄ particularis. Vniuerſalis, vt nullus hō eſt aial, & oīs homo eſt aial, ergo aliquod aial non eſt aial. Particularis verò vt nullus homo eſt aial, & aliquis homo eſt animal, ergo aliquod aial nō eſt aial: & vtriuſq. poſtremarū regularū ſyllogiſmi, eaſdē quidē habēt pręmiſſas, ſed diuerſam concluſionem. Nā ijdem re ipſa termini

ni in ſyllogiſmo ex oppoſitis ſecundæ, & tertiæ figurę, diuerſis funguntur officijs, quare ex concluſione cognoſcitur ſyllogiſmus ex oppoſitis eſſe ſecundæ aut tertiæ figuræ. Et quia hoc ſyllogiſmi genus eſt aliud à ſyllogiſmis de forma ab Ariſtotele prius tradita, icc irco non oportet ex contradictorio concluſionis cum altera præmiſſarum, inferre contradictorium alterius præmiſſæ. Nam concluſio in ſyllogiſmo conuerſiuo eſſet eadem alteri præmiſſarũ, quod rationi ſyllogiſmi repugnat: ut dato ſyllogiſmo ex oppoſitis in quinto tertiæ, aliquis homo non eſt animal, et omnis homo eſt animal, ergo aliquod animal non eſt animal, ſic conuerſiuè ſyllogizaretur contradictorium maioris in primo primę, omne animal eſt animal, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt animal, vbi concluſio eſt eadem minori propoſitioni, ergo non eſt ſyllogiſmus, atque icc irco neque conuerſiuus.

Tex. 25. *Peccatum contra ſyllogiſmos, eſt, ex ſyllogiſmo aut in ſyllogiſmo, uitium prouenients.*

Dilucidatio. Poſt determinationem ſyllogiſmi ex oppoſitis ſubiungitur definitio peccati contra ſyllogiſmos, quæ duas complectitur particulas. Prima, peccatũ contra ſyllogiſmos, eſt uitium prouenients in ſyllogiſmo: per quam innuitur petitio principij, & nõ propter hoc accidere falſum, quæ quidem duo vitia in ſyllogiſmo contingunt. Secunda autem eſt vitium prouenients ex ſyllogiſmo: per quam denotatur fallacia contrariæ opinionis, quæ ex ſyllogiſmo enaſcitur.

Tex. 26. *Petere principium contra ſyllogiſmum demonſtratiuum, eſt, argumentationis uitium, non demonſtrans propoſitum, cum tamen demonſtrare uideatur.*

Dilucidatio. Nunc definitur petitio principij, nõ quęcunque, ſed quæ eſt vitium contra ſyllogiſmum demonſtratiuum. Eſt enim ea argumentationis ſpecies ſyllogiſmi demonſtratiui vitium, non demonſtrans propoſitum, cum tamen videatur demonſtrare.

Tex. 27. *Petitio principij ſtatim, eſt, quando idem in propria forma, ad ſeipſum probandum, eſt ſumptum.*

Dilucidatio. Petitio principij ſtatim fit, cum toti antecedenti, aut eius parti concluſio eſt eadem, vt omnis homo eſt animal, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt animal: ſimiliter quidã homo eſt animal, & omnis homo eſt homo, ergo quidam homo eſt animal, & quanuis vtraque conſequentia ſit formalis, non tamen eſt ſyllogiſmus, quia concluſio non eſt alia ab vtraque præmiſſarum, quod ad ſyllogiſmum requiritur.

Tex. 28. *Petitio principij non ſtatim, eſt, quando alio modo quàm idem in propria forma, ad ſeipſum probandum ſumendo, petitur principium.*

Quod quidem quatuor euenit modis, quatuor ijs uocabulis deſignatis, non ſyllogizat, ignotius, æquè notum, poſterius.

Dilucidatio. Petitio principij non ſtatim, eſt, quando alio modo, quàm idem in propria forma, ad ſeipſum ꝓbandum ſumendo, petitur principium: & hæc quatuor fit modis per hęc quatuor vocabula in litera annotatis. Primus modus eſt, quando videtur eſſe ſyllogiſmus, & re vera non eſt: vt cum ſit argumentatio ex puris particularibus, aut ex puris negatiuis. Secundus modus eſt, quando aſſumitur pręmiſſa maior ignota, quam conſequens, ut ſi quis, aliquem hominem vigilare, hoc modo probare contendat: omne animal vigilat, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo vigilat, maior hic eſt ignotior, quàm concluſio. Tertius modus eſt, quando aſſumitur præmiſſa ęquè ignota, vt concluſio, ſicut ſi non minus dubia ſit hęc, animal rationale currit, quàm iſta, homo currit, in hoc ſyllogiſmo: animal rationale currit, & omne animal rationale eſt homo, ergo homo currit, eſt hoc modo petitio principij. Quartus modus eſt, quando poſterius aſſumitur ad probandum prius. Prius quidem hoc in loco, eſt propoſitio, per quam altera nata eſt cognoſci demonſtratione. Poſterius verò eſt propoſitio, quę per alterã demonſtrari nata eſt, velut principia ſunt priora ſuis concluſionibus: vt ſi duę contrarię nõ poſſunt ſimul eſſe verę, neque duę contradictorię, ſed duæ contrarię non poſſunt ſimul eſſe verę, igitur neque duę contradictorię poſſunt ſimul eſſe verę. Hic aſſumitur concluſio ad probandum principium, quod quandoq; quidem licet, vtpotè quando arguitur ad hominem: vt facit Philoſophus in primo Metaphyſicę contra antiquos; primus tamen modus peccat contra illationem, cæteri cõtra probationem; quartus autem vocatur circulus in demonſtrationibus.

Tex. 29. *Non propter hoc accidere falſum eſt argumentationis uitium, ex propoſitione in ſyllogiſmo, falſum, aut impoßibile, concludente, prouenients, qua appoſita, aut remota, nihil minus ſequitur falſum, aut impoßibile.*

Quod equidem quatuor contingit modis, quatuor & ijs dictionibus notatis, non communicans, maior, minor, medium.

Dilucidatio. Non propter hoc accidere falſum, eſt, præmiſſa addita ſyllogiſmo per impoſſibile, illum tamen non integrans, neque conſtituens, qua vtique remota maneat ſyllogiſmus integer: quæ quidem propoſitio ex falſitate concluſionis interimitur, & falſa eſſe concluſio concluditur, ac ſi eſſet cauſa falſitatis eius, cum tamen non ſit. Nam ea remota, & nulla alia eius loco poſita, nihilominus ſequitur falſum, aut impoſſibile: ut ſol lucet, & omne animal eſt rationale, & omnis equus eſt animal, ergo omnis equus eſt rationalis; cõcluſio eſt falſa, ergo aliqua pręmiſſarũ, non iſta oĩs equus eſt aĩal, ergo iſta ſol lucet: ꝓpoſitio ſol lucet, eſt non ꝓpter hoc accidere falſum, cũ accidat falſum, & ſequatur cõcluſio falſa; nõ tamen propter hoc, ideſt non propter præmiſſam ſuperfluam additam. Eius autem quatuor ſunt modi quatuor vocabulis in litera poſitis ſignati. Primus, quãdo pręmiſſa addita non communicat cum ſyllogiſmo, cui additur in aliquo termino, vt in exemplo antedicto. Secundus modus eſt, quando pręmiſſa addita communicat cum ſyllogiſmo in maiore extremitate: vt omnis equus eſt hinnibilis, & omne animal eſt equus, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt equus: ibi, equus, maior extremitas ſyllogiſmi eſt terminus præmiſſæ additæ, omnis equus eſt hinnibilis. Tertius modus eſt, quando præmiſſa addita conuenit cum ſyllogiſmo in minore extremitate: vt omnis homo eſt riſibilis, & omne animal eſt equus, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt equus: ibi, homo, minor extremitas eſt ſubiectum præmiſſę additę, omnis homo eſt riſibilis.

riſibilis. Quartus modus eſt, quando præmiſſa addita communicat cum ſyllogiſmo in medio: vt omne animal eſt ſubſtantia, & omne animal eſt equus, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt equus, vbi animal, medium ſyllogiſmi eſt ſubiectum præmiſſæ additæ, omne animal eſt ſubſtantia.

Tex. 30. *Fallacia contrariæ opinionis eſt uitium, quo conceſſa hypotheſi, cogimur ui ſyllogiſmorum concedere contraria eſſe uera, aut contradictoria.*

Dilucidatio. Fallacia contrariæ opinionis, contingit quando conceſſa hypotheſi, cogimur vi ſyllogiſmorum concedere contraria eſſe vera, aut contradictoria, & fit quando duo prædicata ponuntur vniuerſaliter verificari de eodem ſubiecto, & vnum tertium prædicatum ponitur vniuerſaliter verificari de vno duorum datorum prædicatorum, & vniuerſaliter, vereq; negari de altero: vt ſint duo prędicata animal, & rationale, quę vniuerſaliter verificentur de homine, vt ſit hęc vera, omnis homo eſt animal, & hæc, omnis homo eſt rationalis, pręterea, ſenſibile, prædicatum verificetur vniuerſaliter de animali, vt ſit hæc vera, omne animal eſt ſenſibile, negetur tamen vniuerſaliter de rationali, vt ſit hæc vera, omne rationale non eſt ſenſibile, illa hypotheſi admiſſa, coguntur concedere duo contraria eſſe ſimul vera. Nam facto ſyllogiſmo in primo primę, omne animal eſt ſenſibile, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſenſibilis, maior conceſſa eſt vera, & etiam minor, quare concluſio, omnis homo eſt ſenſibilis, eſt vera: deinde facto altero ſyllogiſmo in ſecundo modo primę figuræ, nullum rationale eſt ſenſibile, & omnis homo eſt rationalis, ergo nullus homo eſt ſenſibilis? maior conceſſa eſt vera, & etiam C minor, ergo & concluſio eſt vera, & eius contraria etiam oſtenſa eſt vera in altero ſyllogiſmo, quocirca duæ contrarię ſunt ſimul verę. Similiter & contradictorię, vt facto ſyllogiſmo in tertio primę, nullum rationale eſt ſenſibile, & quidam homo eſt rationalis, ergo quidam homo non eſt ſenſibilis?

Tex. 31. *Inductio eſt, a ſingularibus ſufficienter enumeratis ad ſuum uniuerſale progreſſio.*

Dilucidatio. Inductio definitur eſſe argumentatio procedens à ſingularibus in antecedente poſitis, ad ſuum vniuerſale in conſequente, reſpectu eiuſdem prædicati ſumptum. Per ſingularia autem, non tam terminos ſingulares, quorum à diſciplinis cõſideratio reiecta eſt, quàm terminos communes inferiores comparatos ad ſuũ ſuperius intelligere debemus, vt ſpecies, ad ſuum genus, ſumptę, hic ſingularia vocãtur: D quę quidem ſunt ſufficienter enumerata, quando vel omnia ſumuntur, vt homo habet ſenſum, & brutum habet ſenſum, ergo omne animal habet ſenſum. Neque doctores apponunt particulam, & ſic de alijs. Nam in inductione demonſtratiua, (quanuis à poſteriori, vtpotè quia procedit ab effectu concluſionis) ſophiſtica eſt, quia cum ſit in materia neceſſaria inductio demonſtratiua, ſupponitur in ea eſſe ſimile de enumeratis ſingularibus, & non enumeratis. Qui enim hanc ſingularium ſimilitudinem ignorat (dicit Ariſtoteles) non benè inducet. In topica verò inductione quanuis ſit in materia contingenti, tamen militat pręſens ratio: nam vtrobique ſupponitur omnia ſingularia fuiſſe accepta, aliter non A ſequeretur neceſſario intentum, atque iccirco in ea non ponitur particula, & ſic de ſingulis, niſi cauſſa emphaſis, vt videatur inductio completa, ſi non omnia ſingularia ſumuntur; quæ ſi omnia ſunt accepta, eodem quoque iure ponitur particula, & non ſunt plura, vel iſta, ſunt omnia. Et fit inductio ponendo ſingularia in ſubiecto antecedentis, & vniuerſale in ſubiecto conſequentis reſpectu eiuſdem prędicati tam affirmatiuè, vt homo eſt ſenſibilis, & brutum eſt ſenſibile, igitur omne animal eſt ſenſibile, quàm negatiuè, vt homo non eſt inſenſibilis, & brutum non eſt inſenſibile, igitur nullum animal eſt inſenſibile. Verum in hac definitione, progreſſio methaphoricè ſumpta, velut genus collocatur, per ſimilitudinem ad motum animalis progreſſiuum. Nam ſicut pręponendo pedem pedi, animal moue B tur: ita quoque intellectus capiendo vnum ſingulare poſt aliud, progreditur ad vniuerſale. Quocirca metaphoricè dicitur diſcurſus rationis, ſiue intellectus. Deinde additur à ſingularibus ad differentiã ſyllogiſmi ſimpliciter, & enthymematis, in quibus proceditur ab vniuerſalibus. Demum adiectum eſt, ad vniuerſale, ad differentiam exempli: quod procedit ab vno ſingulari ad aliud, & non ad vniuerſale.

Tex. 32. *Syllogiſmus inductiuus eſt, qui, ex inductione facta conſtituitur ſyllogiſmus, cuius minor extremitas eſt concluſionis inductionis ſubiectum, prædicatum verò maior extremitas, & ſingularia adinuicem coniunctione diſiunctiua cõiuncta, mediũ.*

Affirmatiuus fit in primo primæ, negatiuus in ſecundo primæ, neque ullo modo fit in tertia figura, quæ uniuerſaliter concludere neſcit.

Dilucidatio. C Reducitur quoq; inductio ad ſyllogiſmum, quoniam in concluſione inductionis ſunt duo termini ſubiectum, & prædicatum, quorum vnus ſcilicet ſubiectum in ſyllogiſmo inductiuo fit minor extremitas, & prędicatum maior extremitas, ſingularia verò, quæ non ponuntur in concluſione, adinuicẽ coniunctione diſiunctiua cõiuncta, medium, vt homo, vel leo, vel equus, habet tactũ, & omne animal eſt homo, vel leo, vel equus; ergo omne animal habet tactum: & quoniam concluſio ſyllogiſmi inductiui eſt vniuerſalis, ideo nullo modo poteſt fieri in tertia figura, ſed affirmatiuus in primo primę, negatiuus verò in ſecundo primæ.

Tex. 33. *Exemplum eſt progreſſio, ab uno particulari, ſiue minus communi ad aliud particulare, ſiue minus commune, per aliquid ſimile repertum in ipſis.*

Dilucidatio. D Exemplum eſt argumentatio, qua vnum particulare, ſiue minus commune, quod eſt ignotius, per alterum particulare, & quidẽ notius, ſyllogizamus, propter aliquod ſimile, in quo particularia conueniunt. Et aliquod eſt affirmatiuum, vt homo eſt ſenſitiuus, ergo equus eſt ſenſitiuus, cum vtrunque ſit animal: aliquod verò negatiuum, vt homo non inſenſibilis, ergo equus non eſt inſenſibilis, cum vtrunque ſit animal.

Tex. 34. *Syllogiſmus exemplaris eſt, quando, quoniam primum medio, perſimile tertio ineſt, primum de tertio, per medium, ſyllogizamus.*

Dilucidatio. In quolibet exemplo ſunt quatuor termini, ſcilicet primum, ſimile tertio, tertium, & medium.

Primum

Primum eſt prędicatum, tam antecedentis, quàm conſequentis exempli, vt in ſuperiore exemplo, ſenſitiuum: & ipſum propriè prædicatur, tam de ſingularibus, quàm de medio. Simile tertio eſt, primũ ſingulare, & quod eſt ſubiectum antecedentis exẽpli, vt homo. Tertium eſt, ſecundum ſingulare, & quod eſt ſubiectum cõſequentis exempli, vt equus. Mediũ eſt terminus, ſingularium ſimilitudinem exprimens, interdum quidem expreſſus: nonnũquàm verò ſubauditus, vt in dato exemplo, animal. Ad reducendum autem exemplum ad ſyllogiſmum, primò ſumatur antecedens exempli pro antecedente inductionis, inferaturq́; propoſitio vniuerſalis a rationibus æquè pugnantibus, in qua primum dicatur de medio, deinde ſumatur conſequens inductionis, pro maiore ſyllogiſmi, eiq́; ſubiungatur minor propoſitio, in qua medium, de tertio prædicatur, & deniq́; inferatur conſequens exempli, in quo primum de tertio prędicetur, vt prius datum exemplũ affirmatiuum hoc modo ad ſyllogiſmum reducitur: nam benè ſequitur, homo eſt ſenſitiuus, ergo omne animal eſt ſenſitiuum, cum tale ſit prædicatũ, quòd ſi vni ſingularium alicuius vniuerſalis ineſt, pari ratione omnibus ineſt, quare & ipſi vniuerſali vniuerſaliter ineſt, & hic primum medio perſimile tertio ineſt: vlterius ſequitur omne animal eſt ſenſitiuum, & omnis equus eſt animal, ergo omnis equus eſt ſenſitiuus, quæ eſt concluſio exempli, nunc ſyllogiſmo concluſa, in quo primum de tertio per medium ſyllogizamus.

Tex. 35 *Deductio eſt ſyllogiſmus, contra probationem aliquid vitij in ſe habens, eò quòd præmiſſam aſſumit dubiam, ſed propter probationem ſtatim ſubiunctam, admiſſus.*

Dilucidatio. Definitur nunc deductio, quæ eſt ſyllogiſmus habens in ſe aliquid vitii contra probationem, quia aſſumit pręmiſſam dubiam, & ex hac parte incurrit petitionem principii: verum quia id vitiũ ſtatim diluitur per probationem ſequẽtem, ideo admittitur, & tum potiſſimum cũ præmiſſa dubia indiget longa probatione, quæ propter ſuam prolixitatem, nõ poteſt immediatè ſubnecti ſuæ præmiſſæ, quã probat, ideo opus eſt eam poſt ſyllogiſmum factum in altera argumentatione adducere. Probata autẽ pręmiſſa dubia, amplius non eſt deductio, ſed demonſtratio, vel dialectica argumentatio.

Tex. 36 *Deductio minoris eſt ſyllogiſmus, cuius maior nota eſt, minor vero dubia, æque aut minus concluſione credibilis.*

Dilucidatio. Deductio duplex eſt, ſcilicet, minoris quando maior eſt nota, & minor eſt dubia, ęque aut minus concluſione credibilis: vt ſit hęc nota, omne animal ſentit, et hæc dubia, concha eſt animal, ęque tamen, aut minus concluſione credibilis, concha ſentit, hic eſt deductio huiuſmodi, omne animal ſentit, & concha eſt animal, ergo concha ſentit.

Tex. 37 *Deductio maioris eſt ſyllogiſmus, cuius minor nota eſt, & maior dubia, æque aut minus concluſione credibilis.*

Dilucidatio. Alia eſt deductio maioris, ſcilicet, cum minor eſt nota, & maior dubia, æque, aut minus concluſione credibilis: vt ſit hæc nota, omnis homo eſt animal, & hęc dubia, omne animal ſentit, tunc hic eſt deductio maioris, omne animal ſentit, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo ſentit.

Tex. 38 *Inſtantiuus ſyllogiſmus eſt, qui, inſtantiam concludit.*

Inſtantia eſt uniuerſalis impugnandæ contraria, aut contradictoria.

Dilucidatio. Nunc de ſyllogiſmo inſtantiuo, & inſtantia fit determinatio: quæ fit ſolum contra propoſitionẽ vniuerſalem, aut per ſuam contrariam, aut cõtradictoriam. Nam ex veritate contrariæ, aut contradictoriæ ſequitur falſitas vniuerſalis impugnandę. Syllogiſmus vero concludens contrariam, vel contradictoriam vniuerſalis impugnandæ vocatur ſyllogiſmus inſtantiuus, vt ſit hæc impugnanda, omnis homo eſt lapis: primo ſic, nullum animal eſt lapis, & omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt lapis; maior eſt vera, itidem & minor, quare & concluſio vera eſt; igitur ſua contraria, quę eſt data vniuerſalis, eſt falſa. Secundo vero ſic, nullum animal eſt lapis, & aliquis homo eſt animal, ergo aliquis homo non eſt lapis; maior eſt vera, ſimiliter et minor, ergo & cõcluſio: quocirca ſua contradictoria, quę eſt vniuerſalis data, eſt falſa, vterque ſyllogiſmus eſt inſtantiuus. Similiter detur vniuerſalis negatiua, nullus homo eſt ſubſtantia, contra quam primo infertur inſtantia per ſuam contrariam ſic omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Secundo per ſuam contradictoriam ſic; omne animal eſt ſubſtantia, & quidam homo eſt animal, ergo quidam homo eſt ſubſtantia: vterque ſyllogiſmus eſt inſtantiuus. Quocirca cum propoſitio vniuerſalis impugnanda eſt in toto falſa, bifariam contra eam fit inſtantia, ſcilicet, per eius contrariam, quę per definitionem propoſitionis in toto falſæ, vera eſt, & per ſuam cõtradictoriam itidem vera, vt ſuperius adducta exempla declarant. At cum propoſitio vniuerſalis impugnãda eſt in parte falſa, duntaxat contra eam fit inſtantia in diſciplinis per ſuam contradictoriam veram, ſed non per ſuam cõtrariam, quia cum ſit falſa; nihil conducit ad interimendam vniuerſalem impugnandam, immo ſua contraria eſt propoſitio contra quã fertur inſtantia: vt ſit propoſitio data, & impugnanda, omnis voluptas eſt bona, ſic contra eam inſtatur, nulla delectatio cõſequens prauas operationes eſt bona, et delectatio conſequens prauas operationes eſt voluptas, ergo aliqua voluptas nõ eſt bona: & contra ſuam cõtradictoriam, nulla voluptas eſt bona, ſic fit inſtantia; omnis delectatio ex bonis proficiſcens operationibus eſt bona, & delectatio ex bonis proficiſcens operationibus eſt voluptas; igitur aliqua voluptas eſt bona, & contra neutram inſtatur per ſuam contrariam· quare in diſciplinis contra quancunque fit inſtantia per ſuam contrariam, contra eandem fit inſtantia per ſuam contradictoriam. Nam ſi vniuerſalis eſt vera, ſua, particularis eſt vera: at non contra quancunque fit inſtantia per ſuam contradictoriam, contra eandem fit inſtãtia per ſuam contrariam, vt dato exemplo manifeſtius euaſit. Debet quoque in diſciplinis propoſitio contra quam infertur inſtantia eſſe falſa, ſicque inſtantia vera interimet propoſitionem contra quam fit. Vnde quandocunque philoſophus refellit ſententias antiquorum vniuerſales, vt dicentium, omnia contingere ſcire, nihil contingere ſcire, omnia mo-

moueri, nihil moueri, omnem voluptatem eſſe bonam, nullam voluptatem eſſe bonum, facit inſtantiam: quare inſtantia doctrinalis in diſciplinis eſt frequentiſſima, & apprimè vtilis.

Tex. 39. *Enthymema eſt ſyllogiſmus imperfectus, ex icotibus, aut ſignis.*

Icos eſt probabilis propoſitio.

Probabilis propoſitio eſt quæ uidetur omnibus, aut pluribus, aut ſapientibus uera, non tamen neceſſariò.

Duplex eſt ſignum, ſignum ſimpliciter, & prodigium.

Signum ſimpliciter eſt propoſitio, ſiue neceſſaria, ſiue probabilis.

Prodigiũ eſt propoſitio neceſſaria, atq; iccirco ſemper uera.

Enthymema quoque duplex eſt, dialecticum, & demonſtratiuum.

Dialecticum eſt ex icotibus feſtinata argumentatio:

Demonſtratiuum eſt ex ſignis feſtinata argumentatio.

Dilucidatio. B Enthymema hic definitur non quodcunque, ſed probatiuum duntaxat, cum huiuſmodi ſolum diſciplinis ſit accommodandum. Eſt enim enthymema probatiuum, ſiue probans, enthymema cuius antecedens probat conſequens, hoc eſt, cuius antecedẽs eſt conſequente notius. Quare hæc argumentatio, omne animal eſt lapis, ergo omnis homo eſt lapis, non eſt enthymema, cum nõ procedat ex icotibus, neque ſignis, ſed ex propoſitionibus manifeſtè falſis: & eſt enthymema inferens tantum, & non probans. Et enthymema, vt hic definitur, eſt duplex, dialecticum, quod per primam definitionis particulam, icotibus, notatur. Eſt nanque dialecticum enthymema ex icotibus feſtinata argumentatio. Icos autem in propoſito, eſt probabilis propoſitio. Probabilis verò propoſitio eſt, quæ videtur omnibus, C aut pluribus, aut ſapientibus vera: eſt tamen contingens; immo in pluribus vera, atque iccirco non neceſſariò vera. Nam icos græcè, imago latinè, & transſumitur metaphoricè ad ſignificandam propoſitionem, vt in pluribus veram. Sicut enim in imagine non videtur res in propria natura, ita quoque propoſitio probabilis in ſe non apparet vera, id eſt non continet cauſam ſuę veritatis, prædicatum, ſcilicet, nõ poſſe abeſſe, vel ineſſe ſubiecto, præter ſubiecti corruptionem: immo, quoniam vt plurimum ſic accidit, dicitur vera, vt mater diligit filios, filij diligunt parentes, amici inter ſe diligunt, inuidentes ſe mutuò odiunt. Quocirca ſic formatur enthymema dialecticum, mater diligit filios, ergo mater non odit filios: oportet amicis benefacere, igitur non oportet illis malefacere. D Enthymema demonſtratiuum eſt ex ſignis feſtinata argumentatio. Signum autem hoc in loco, vtpotè prodigium, eſt propoſitio neceſſaria, quę, ſcilicet, eſt vera, & nunquam poteſt eſſe falſa: vt omnis enunciatio eſt oratio, igitur omnis enunciatio categorica eſt oratio, ſimiliter omne genus prędicatur propriè, ergo omne genus generaliſſimum prædicatur propriè. Vocatur autem demonſtratiuum, quia eo vtimur in demõſtrationibus: ſed dicitur feſtinata argumentatio, quando ex vna ſola pręmiſſa infertur concluſio, hoc eſt, quãdo deeſt vna præmiſſa ad hoc, vt ſit ſyllogiſmus, vt omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia, deeſt enim maior; ſimiliter omne animal eſt ſubſtantia, ergo omnis homo eſt ſubſtantia, deeſt A enim minor. Quare enthymema dicitur ſyllogiſmus imperfectus, & à Philoſopho, ac diuo Boethio vocatur truncatus ſyllogiſmus: & cũ dicitur ex icotibus, vel ſignis, præpoſitio, ex, denotat habitudinẽ antecedentis, & conſequentis. Nam ſi antecedens eſt icos, conſequens eſt icos; & ſi antecedens eſt ſignum, conſequens eſſe ſignum, neceſſe eſt. Neque dicit habitudinem antecedentis ſolum, ſed antecedentis ſimul, & alterius pręmiſſæ ſubintellectę, nam antecedens enthymematis eſt vna ſola propoſitio. Quamuis autem ad enthymema requiratur, quod ex vna tantum pręmiſſa inferatur concluſio: id tamen ad eius rationem non ſufficit, cum non omnis argumentatio (vt dictum eſt) in qua ex vna tantum præmiſſa infertur concluſio, ſic quòd addita pręmiſſa, quę deeſt, fiat ſyllogiſmus, eſt enthymema: vt omnis B homo eſt animal, ergo omnis homo eſt lapis; ſi addatur maior omne animal eſt lapis, perfectus eſt ſyllogiſmus primi modi primæ figurę; data tamen cõſequentia non eſt enthymema. Neq; probans quidem, quia neque ex icotibus procedit, neque ſignis: ſed inferens tantum, quia eſt bona conſequentia, quare non eſt bona argumentatio, quę (vt hic ſumitur) ſemper eſt bona conſequentia, cuius antecedens probat conſequens.

Syllogiſmus enthymematicus eſt, qui ex enthymemate facto, aſſumpta præmiſſa, perfectus fit ſyllogiſmus. Tex. 40.

Enthymema ſigni eſt, cuius ſigni nomen eſt medium.

Signum eſt, paſſionis rei à natura in corpore relictum ueſtigium.

Medium eſt terminus in enthymematis antecedente, non in C *conſequente poſitus.*

Enthymema ſigni, & enthymema phyſionomicum idem: & eius ſyllogiſmus, phyſionomicus ſyllogiſmus, idem.

Syllogiſmus enthymematicus eſt, qui, ex enthymemate dato, addita præmiſſa, quæ defuit, conſtituitur, & concludit concluſionem enthymematis ex eiſdem terminis antecedente enthymematis in nullo penitus mutato, niſi adiuncta præmiſſa, quæ in enthymemate fuit ſuppreſſa: vt dato enthymemate, omne animal habens pulmonem reſpirat, ergo homo reſpirat, ſic fit ſyllogiſmus enthymematicus; omne animal habens pulmonem reſpirat, & omnis homo eſt aĩal habens pulmonẽ, ergo oĩs homo reſpirat: ſimiliter dato enthymemate oĩs homo reſpirat, ergo oĩs hõ habet pulmonem, ſic fit ſyllogiſmus; oẽ reſpirans habet pulmonem, & omnis homo reſpi- Dilucidatio.

D rat, ergo omnis homo habet pulmonem. Hic enim addita eſt maior, in illo verò ſyllogiſmo addita eſt minor. Sed de enthymemate ſigni tale ſumatur exẽplum, lepus dormit oculis apertis, ergo lepus eſt timidus. Eſt enim hic dormire oculis apertis (quod eſt nomen ſigni, hoc eſt, terminus ſignificans ſignũ paſſionis naturalis, ſcilicet, timiditatis) medium; cum ſit terminus in antecedente enthymematis, & non in conſequente poſitus. Signum autem hic in alia acceptione, quàm prius capitur. Nam eſt indicium in corpore relictum alicuius paſſionis à natura, hoc eſt alicuius naturalis potentię, vel impotentię rei. Natura enim quaſdam paſſiones naturales rebus indidit; vt leoni fortitudinem, & communicabilitatem;

bilitatem; lepori timiditatem, & agilitatem; homini ingenioſitatem, aut obtuſitatem; & quia illę naturales potentiæ, vel impotentiæ in anima latent, B neque ſenſui peruię ſunt, reliquit natura aliquod ueſtigium ſenſibile in corpore per quod huiuſmodi naturalem paſſionem dignoſcere poſſemus: vt leoni dedit magnas ſummitates ad cognoſcendũ ejus fortitudinem corpoream, dedit & latam frontem ad dignoſcendum eius frugalitatem, & communicabilitatem; ſic habere pilos molles, & dormire oculis apertis, & ſignum timiditatis in lepore; & habere tibias exiles, ſignum agilitatis, habere itidem carnes molles ſignum ingenioſitatis, & duras obtuſitatis in homine. Medium enthymematis eſt, ad ſimilitudinẽ medij ſyllogiſmi, terminus, qui in antecedente ſolum ponitur: vt homo eſt rationalis, ergo animal eſt rationale, homo eſt medium. Vocatur autem enthymema ſigni, enthymema phyſionomicum, à phyſio- F nomia, quę eſt paſſionum naturalium per ſigna in corpore relicta cognitio: vt leo magnas habet ſummitates, ergo leo eſt fortis; & ſic formatur ſyllogiſmus phyſionomicus manente (vt ſemper oportet) eodem medio, quicquid habet magnas ſummitates eſt forte, at leo habet magnas ſummitates, igitur leo eſt fortis.

Tex. 41 *Enthymema affirmatiuum eſt primæ figuræ, quando medium ſubijcitur prædicato, & prædicatur de ſubiecto.*

Secundæ verò, quando medium de ſubiecto, & prædicato identidem prædicatur, & tale eſt diſciplinis ineptum.

Tertia, quando medium utrique ſubijcitur extremo.

Dilucidatio. Sicut ſyllogiſmus tres habet figuras, quæ ex diuerſa medij diſpoſitione cognoſcuntur: item per analogiam enthymema affirmatiuum, quod, ſcilicet, con- G cluſionem affirmatiuam concludit in tribus fit figuris. Quo fit, vt enthymema affirmatiuum ſit primæ figurę, quando medium natum eſt ſubijci prædicato, & prædicari de ſubiecto, hoc eſt, quando mediũ eſt antecedens ad prędicatum concluſionis enthymematis, & conſequens ſubiectũ: vt omne animal eſt ſubſtantia, ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Medium animal ſubijcitur prędicato, & prædicatur de ſubiecto, nõ quidem actu & in ipſo enthymemate, ſed ſuapte natura, & tale enthymema eſt aptum diſciplinis. Enthymema affirmatiuum ſecundę figurę eſt, quando medium de ſubiecto, & prędicato conſequẽtis enthymematis natum eſt vniuerſaliter prędicari, hoc eſt, quando medium eſt conſequens ad vtrunq; concluſionis extremum: vt omnis homo eſt ſubſtantia, ergo omnis homo eſt animal, & tale H eſt diſciplinis ineptum. Nam ex eo fit ſyllogiſmus affirmatiuus in ſecunda figura, vt omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt ſubſtantia, ergo omnis homo eſt animal. Enthymema affirmatiuum tertiæ, eſt cuius medium vtrique concluſionis enthymematis extremo ſubijci natum eſt, hoc eſt, quando medium eſt antecedens ad vtrunq; vt homo eſt ſubſtantia; igitur aliquod animal eſt ſubſtantia, & tale enthymema bonum eſt, diſciplinisq; conueniens. Verum de ijs tanta ſufficiant.

Finis ſexti Tomi.

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM

SEPTIMVS TOMVS.

In demonſtrationes ad primum Priorum.

Tex. 1 OMNIS *Doctrina, & Diſciplina intellectiua ex præexiſtente fit cognitione.*

Dilucidatio. Tractaturus de demonſtratione Ariſtoteles; quoniam demonſtratio, quatuor quæſtiones habet, ſicut & quodlibet ſcibile, ſcilicet, an eſt, quid eſt, quia eſt, & propter quid eſt: nec perfecta rei notitia, ſine ijs haberi poteſt; in primis demonſtrationem eſſe oſtendit. Verum cum idem ſit quærere, & determinare in ſcibilibus, an aliquid ſit, & an neceſſe ſit, illud eſſe: quoniam nihil tale, ſuperfluum, aut per accidens, eſſe contingit, ſed aut non eſſe, aut neceſſariò eſſe (nempe per accidens eſſe, in huiuſmodi non eſſe reputatur) ideo volens determinare demonſtrationem eſſe, ſyllogiſmi demonſtratiui neceſſitatem oſtendere intendit. Cuius neceſſitas, (quia inſtrumẽtum eſt) ex eius fine: qui nihil aliud eſt, quàm ſcientię generatio, ſumẽda vtique eſt. Vult autem demonſtrare ſcientiam in nobis omnino de nouo ex præexiſtente in nobis notitia generari: atque iccirco non eſſe nobis inditam, aut aliunde infuſam, ſicut Socrates, & Plato docuerunt, ſed potius demonſtratiuo diſcurſu ex noto ad ignotum acquiſitam. Quamobrem ad ſcientiæ generationem, neceſſarium nobis fore demonſtratiuum ſyllogiſmum, de quo agere promittit. Hinc ab ipſo fine initium ſumens, diſciplinam intellectualem ex pręexiſtente in nobis cognitione generari proponit. Omnis (inquit) doctrina, & diſciplina intellectiua, ex præexiſtente fit cognitione, id eſt, ex antecedente, & pręhabita cognitione. Quanquam autem doctrina, & diſciplina, re ipſa eadem ſit cognitio: attamen illa, vt eſt à doctore diſcipulum docente, doctrina, & vt in ipſo diſcipulo recipitur, diſciplina, nuncupatur. Itaque omnis doctrina, & diſciplina, intellectiua, non autem omnis cognitio, ex priori cognitione dependet, alioquin eſſet in infinitum ire: ſed omnis diſciplinæ acceptio, ſiue neceſſaria, qualis eſt ſcientia, ſiue ꝓbabilis, vt opinio (dummodo ſit intellectiua; nam ſenſitiuam non pręcedit altera cognitio, quo ad nos prior: procedere enim ex vno in aliud, rationis eſt proprium) fit ex præexiſtente, & pręhabita cognitione. Hoc autem planiſſimè inductione à poſteriori demonſtratiua probatur. Nam Mathematicæ ſciẽtię (vt liquet in principio Euclidis) præponunt quędam principia naturaliter cognita ex notitia terminorum per viam ſenſus, & lumine intellectus agentis, veluti punctũ eſt, cuius pars non eſt, totum eſt maius ſua parte, pars eſt minor ſuo toto, circulus eſt figura vna linea contenta, à cuius medio vſque ad circunferentiam omnes lineę protractę ſunt ęquales: ex quibus principijs

principiis,aliisq́; ſimilibus præcognitis Mathematicus,ſuas concluſiones deducit. Dialectica quoque, A quæ fidem, opinionemq́; facit per ſyllogiſmum ꝓbabilem, & inductionem,fit ex prius cognitis,præmiſſis,ſcilicet, notioribus cõcluſione.Similiter perſuaſiua,rhetorica doctrina vocata, quę ſuſpitionem facit ob incertitudinem materię, circa quam verſatur;circa, ſcilicet,actus hominum ſingulares, in quibus propoſitiones vniuerſales non verè aſſumi poſſunt,enthymemate vtitur,& exẽplo(in quibus non eſt opus vllam eſſe propoſitionem vniuerſalem) ex prius cognitis. Nam Orator per vnum exemplum prius cognitum,aut per plura iam experta, aliud cõcludit ſingulare pro futuro: vt Dionyſius Siracuſanus petens munitiones, tyrannizauit; ergo Cæſar petens munitiones tyrannizabit. Quare omnis doctrina,& diſciplina intellectiua, ex pręexiſtente fit cognitione.

Tex.2 *Præcognitio eſt, ante demonſtrationem requiſita cognitio.*

Ante demonſtrationem, quia eſt, & quid eſt, præcognoſcere oportet.

Præcognitio quid eſt, ea eſt, qua quid, unumquodq́; nomen ad demonſtrationem attinens, ſignificet: quidue ſit res per ipſum nomen ſignificata, cognoſcimus.

Præcognitio quia eſt, ea eſt, qua demonſtrationum principia, aut exiſtere, aut uera eſſe, cognoſcimus.

Dilucidatio. Pręcognitio eſt,ante demonſtrationem requiſita cognitio. Nempe antequàm fiat demonſtratio, non nulla ad demonſtrationem neceſſariò pertinentia, cognoſcenda ſunt; quibus ignoratis, ſtatim impoſſibile eſt,demonſtrationem haberi: quo fit,vt illorũ ante demonſtrationem cognitio,in propoſito pręcognitio vocetur.Præcognita autem duo ſunt,quid & quia. Pręcognitio quid eſt, ea eſt præcognitio, qua vnumquodq́; vocabulũ in demonſtratione poſitum ſignificat: vel quid ſit res per ipſum vocabulum ſignificata,cognoſcimus. Hæc autem eſt duntaxat incomplexorum in demõſtratione aſſumptorum: vt ad demonſtrandum quòd ſi vniuerſalis eſt vera,ſua particularis eſt vera, ſcire oportet, quid ſit ꝓpoſitio vniuerſalis,quid particularis, quid quoq; vera ſit.Similiter ad cognoſcendum hanc, quòd duę contrarię non poſſunt ſimul eſſe veræ, quid eſt propoſitio vera,cognoſcere oportet: & ad cognoſcendum hoc principium, neceſſe eſt, contradictoriarũ, vnam eſſe veram,& alteram falſam,opus eſt cognoſcere, quid ſit propoſitionum contradictio. Verum in ſcientia à priori,nõ tantum quid nominis,ſed & quid rei ſubiecti ipſius ſcientiæ certè pręcognoſcitur: ideoq́;, vel quid ſit res ſignificata per ipſum nomen in demonſtratione poſitum,adiectum eſt.Pręcognitio autem quid nominis, vſque adeo neceſſaria eſt,vt ſine ea nullæ, vel maximè notæ ꝓpoſitiones intelligi poſſint; neque fieri demonſtratio: & eſt, nominum (vt diximus)ſimplicium,ſiue eorum, quibus ſimplex circumloquimur, quæ,quid eſt,pręcognita vocantur. Hinc præcognitum quid eſt, nomen eſt ad demonſtrationem attinens, cuius ſignificatio, ante demonſtrationem, interdumq́; res ſignificata, quid ſit, cognoſcitur. Præcognitio verò quia eſt, ea eſt præcognitio, qua principia, aut ex principio cognita,in demonſtratione aſſumpta, vera eſſe, aut in rerum natura actualiter exiſtere, cognoſcimus. Quod quidem poſtremum, propter ſcientię ſubiectum, quod præcognoſcere oportet eſſe actualiter in rerum natura, ſaltem deductis impedimentis, temporibus ſuis,ſi ſubiectum, indiuidua non continua, ſed ſecundum ſucceſſionem habet. Et id ſanè in ſcientiis realibus, quia in rationalibus, ſubiectum eſſe per appræhenſionem intellectus,ſufficit. Itaque ad demonſtrandum duas contrarias non poſſe ſimul eſſe veras, aut falſas, per hoc principium, impoſſibile eſt,duas contradictorias eſſe ſimul veras,aut falſas; prius cognoſcimus ipſum principium eſſe verum, & tunc de ipſo cognoſcimus,quia eſt: ſimiliter ſi demonſtratur,quòd duæ ſubcontrarię non poſſunt eſſe ſimul falſę, per illud principium ex principio cognitum, duę, ſcilicet, contrariæ non poſſunt eſſe ſimul veræ, neque ſimul B falſæ, prius cognoſcimus ipſum eſſe verum, & tunc de eo, quia eſt, cognoſcimus. Quamobrem hęc, ſolum principiorum eſt, aut ex principio cognitorũ, in demonſtratione aſſumptorum, quę,præcognita, quia eſt, vocantur. Quare præcognitum quia eſt, vtique eſt principium, aut ex principio cognitum, in demonſtratione aſſumptum: quod ante demonſtrationem,verum eſſe,aut in rerum natura actu exiſtere,cognoſcitur. Non eſt autem concluſionum, quò ad primam partem, quoniam non oportet concluſiones ante demonſtrationem cognoſcere eſſe veras:cum dubitari poſſint, & interrogari,earumq́; veritas demonſtratione perquiratur. Hæc quoque pręcognitio, ad demonſtrationem etiam per quàm neceſſaria eſt,cum demonſtrator ꝓpoſitiones,quas C aſſumit,non interroget: ſed eas eſſe manifeſtè veras, aut eſſe ex manifeſtè veris, ſupponit; icc irco ſi non cognoſcũtur perinde ac veræ,non eſt demõſtratio.

Præcognita ſunt tria, principia, ſubiectum, & paſſio. Tex.3

Principia,quia ſunt; ſubiectum quia eſt, & quid eſt: paſſio, quid eſt,præcognoſcitur.

Dilucidatio. Ad demonſtrationis conſtitutionem tria neceſſariò veniunt,principium; ſcilicet, complexum verum, quod, in demonſtratione eſt propoſitio, ſiue præmiſſa: proprium pędicatum, quod eſt maior extremitas, & principium incomplexum, quę eſt propria paſſio, quę de ſubiecto demonſtratur: ideo requiritur tertium, ſubiectum, ſcilicet, de quo demonſtranda eſt propria paſſio, quod eſt minor extremitas itidem principium incomplexum. Puta in hac demonſtratione,omne animal rationale mor D tale eſt riſibile, eſt principium complexum, cuius prædicatum, riſibile, eſt propria paſſio, & maior extremitas, & omnis homo eſt animal rationale mortale, alterum principium complexum, cuius ſubiectum, homo,eſt de quo demonſtratur propria paſſio, & minor extremitas, ſed principium incomplexum, quemadmodum, riſibile, maior extremitas, principium itidem incomplexum, ergo omnis homo eſt riſibilis. Quocirca tria ſunt præcognita, principia complexa, ſubiectum, & paſſio, ſed principia incomplexa. Principia complexa, tantum quia ſunt, ideſt, quia vera ſunt, præcognoſcuntur. Nam complexorum (apud Ariſtotelem 7.Metaphy:) non eſt definitio, ideo ſolũ

Quia verum eſt, & non quid eſt (cum de vnoquoq; vera ſit affirmatio, vel negatio) principium comple-xum prçcognoſcitur. Paſſio verò, cum non ſit ens per accidēs, vt homo albus, ſecundum Ariſtotelem definibilis eſt: iccirco de ea præcognoſcitur, quid eſt, non quid rei, quia eſſe ipſius paſſionis queritur, ergo nō prçcognoſcitur, ſicut nec quia eſt, ſed quid nominis ſolum, ideſt, quid ſignificatur per ipſum nomen, prçcognoſcitur. Nam per demonſtrationem, paſſionem ineſſe ſubiecto demonſtratur, & demonſtratione concluditur, atque iccirco non ſic prçcognoſcitur. Similiter ſubiectum, definitionem habet, nec eius eſſe in demonſtratione concluditur, quin potius præintelligitur: quo ſit, vt de ſubiecto opus ſit præcognoſcere, & quid eſt, tam quid rei, q̃ quid nominis, cum de non ente non habeatur ſcientia, nec non quia eſt, hoc eſt, quia deductis impedimentis ſaltem tempore ſuo actualiter exiſtit.

Obiectio. 1. Idem non eſt inueſtigatum, & præcognitum, ſed quid eſt ſubiecti, in pluribus ſcientijs inueſtigatur, ergo in omni ſciētia nō prçcognoſcit̃, quid eſt ſubiecti. Minor ꝓbatur. In ſcientia.n. de aīa, cuius ſubiectū eſt anima, inueſtigat Ariſtoteles, quid eſt aīa, et in hoc libro Poſteriorū, cuius ſubiectū eſt demonſtratio, inquirit, quid eſt demōſtratio; quinimo hoc certè ſit in omni ſcientia, ergo nō ſolū in pluribus, ſed in omni ſcientia: quid eſt ſubiecti, inueſtigatur.

Reſpondetur diſtinguendo ſcientificum opus in duas partes, in partem, ſcilicet, prçambularem, & in partem ſcientificam, quæ propriè ſcientia vocatur. Nempe in parte præambulari iaciuntur fundamenta, & propria principia illius ſcientiæ: quoniam in qualibet ſcientia ſpeciali, vltra principia cōmunia complexa, & incōplexa, quæ, in Metaphyſica ſupponuntur, ſunt principia propria illius ſcientiæ, quç ſunt ante ipſam ſcientiam, & pars ſcientiæ non ſunt. In ſecunda verò, paſſiones virtute illorum principiorum inueſtigantur, & demonſtratione cōcluduntur. Hanc autem regulam, Ariſtotelés in libris ſuis obſeruauit, vt in prædicamentis, & in principio Periermenias, & primo Priorum, & Poſteriorum, nec non Phyſicorū, atq; primo de anima, perſpicuum patet. At cum vnum principiorū propriorum ſit quod quid eſt ſubiecti, ideo antequā ſcīa generet̃, qualitas ſubiecti cognita eſt. Quare quod qd eſt ſubiecti, in parte ſcientifica, quæ ꝓpriè eſt ſcīa, p̃cognoſcitur, & in parte præambulari inueſtigat̃.

Secūda. Multa de luna, & ſole, ac Deo ſummo demōſtratiuè ſcimus, quorum quod quid eſt ignoramus, ergo in omni ſcientia non ſemper quod quid eſt ſubiecti præcognoſcitur.

Reſpondetur negando conſequentiam in ſciētia à priori. Nam duplex eſt demonſtratio, à priori, & à poſteriori. In ſcientia à priori præcognoſcere oportet quid rei ipſius ſubiecti, qm̃ quod quid eſt ſubiecti, eſt cauſa paſſionis, ad quam opus eſt vltimò reſoluere demonſtrationem propter quid. In ſcientia verò à poſteriori quid nominis de ſubiecto ſufficit p̃cognoſcere. At quia de ſole, & luna, ac Deo optimo nō habemus ſcientiā à priori ſimpliciter, ideoq; quid rei ipſorum præcognoſcere non oportet.

Corruptis roſis, ille, qui, acquiſita ſcientia de roſis vtitur, ſi ſupponit roſam eſſe, falſum ſupponit, E ergo de ſubiecto, quia eſt, ideſt, quia actualiter exiſtit, non præcognoſcitur. Antecedēs probatur. Nempe, tunc re uera roſa non eſt.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nanque oportet prçcognoſcere, ſubiectū eſſe in rerum natura actualiter, tēporibus tm̄ ſuis, deductis quoq; omnibus impedimentis, ſi ſubiectū, indiuidua non continua, ſed ſecūdum ſucceſſionē habet. Nec falſum eſt, ſubiectū eſſe, pp hoc, ꝙ actualiter non eſt: qm̄ non ſupponitur ipſum eſſe nunc, vel tunc, ſed eſſe tēporibus ſuis. Et hoc in ſcientiis realibus, in rationalibus verò, ſimiliter & in nō entibus, ſufficit ſubiectū eſſe p apprçhenſionē animç. Oportet.n. ſubiecto vti in demōſtratione, ſuppoſito, ꝙ ſit, ſeu ac ſi eſſet. Cuius ſignū eſt, ꝙ ſi quis quçrat Centauri ſcientiā, quū inuenerit ipſum non eſſe, deſiſtet: & ſi vellet vltra ꝓ- F gredi ad inueſtigandas ꝓprietates ſignificati p Centauri nomen, vteretur Centauro, ac ſi eſſet, & ſic ad vlteriora procederet, ſupponeudo ſnbiectum eſſe.

Quarta. Medium oportet eſſe præcognitum, ſed mediū demōſtrationis eſt quod quid eſt paſſionis, ergo qđ quid eſt paſſionis oportet eſſe præcognitū, atq; iccirco quid rei ipſius paſſionis p̃cognoſcitur. Minor eſt Ariſtotelis 2. Poſteriorū, vltima conſequētia ꝓbatur. Quippè quod quid eſt paſſionis, eſt quid rei.

Reſpondetur negando vltimā conſequentiā, ad cuius ꝓbationem negatur aſſumptum. Nam definitio paſſionis, quam contingit eſſe medium in demōſtratione, quod oportet eſſe p̃cognitū, eſt definitio quid nominis formaliter, quæ tm̄ aliquo modo materialiter eſt quid rei. Nempe etſi quid rei, & quid no- G minis formaliter ſumpta, plurimū differāt, materialiter tm̄ coincidere poſſunt: ſicut quū ad quid nominis reſpondet̃ p eſſentialia ꝓpria, patet. Verum duplex eſt demonſtratio, quædā terminans quæſtionē quia eſt, per quā ſcitur paſſionē ineſſe ſubiecto, atq; iccirco non p̃cognoſcit̃ in ea quid rei ipſius paſſionis: qm̄ ante demōſtrationē ignorat̃ ipſam eſſe, qa paſſionis eſſe, eſt ſubiecto ineſſe, & perinde ignorat̃ eius quid rei, quod entis tm̄ eſt. Alia eſt terminans quæſtionē pp quid tm̄, in qua præcognoſcitur paſſionem ineſſe ſubiecto, & ſcitur per eam cauſa pp quam ineſt talis paſſio: ſicut in inueſtigatione cauſæ eclipſis, quam lunæ ineſſe videmus, clarè liquet, & ſic in iſta nihil prohibet præcognoſci quid rei ipſius paſſionis, quoniam ipſius eſſe præcognitum fuit. Similiter in demonſtratione terminante quia H de non proprio ſubiecto, ſed de parte ſubiecti, idem euenit: quoniam iam ipſam ineſſe præcognitū eſt, & quid eſt. Ad habendum enim quid rei ipſius paſſionis, qualitercunque cognoſcere ipſam eſſe non ſufficit, ſed paſſionem ineſſe primo ſubiecto cognoſcere oportet: quoniam ex principiis primi ſubiecti cauſatur, & definitur; Ideoque valet, non cognoſcitur ipſam ineſſe primo ſubiecto, ergo nec ipſam eſſe, ita ſufficienter ꝙ quid rei haberi poſſit, & ita de paſſione formaliter ſumpta, quæ non quodcunque, ſed proprium reſpicit ſubiectum, quid rei non prçcognoſcitur.

Principia uniuerſalis prius tempore, atque natura, concluſione cognoſcuntur. Tex. 4.

Principis

Principia ſingularia prius natura, ſed ſimul tempore, in ipſa ſubſumptione ſub uniuerſalibus cum concluſionibus eſſe cognoſcuntur.

Concluſio antequam ſyllogizetur, eſt cognita ſecundum quid, ignota uerò ſimpliciter.

Dilucidatio. Principia complexa duo ſunt, maior, & minor. Maior quidem vniuerſalis eſſe debet, quia cognita, nondum concluſionis cognitio habetur. Propterea maior propoſitio, concluſioni non ſolum natura, ſed & tempore præcognoſcitur. Minor vero, quę & vniuerſalis, & particularis eſſe poteſt: ſi eam demonſtratori contineri ſub maiore ab eo cognita, conſtat, ſimul tempore, ſed prius natura, concluſione agnoſcitur: Quòd nec ſi aduertat minorem, vtpotè de ea nihil conſiderans, ſub maiore contentam: tunc prius natura, & tempore, concluſione cognoſcitur. Ipſa autem concluſio, ante demonſtrationẽ B eſt cognita ſecũdum quid, ideſt, in virtute, vel in potentia: ſicut effectus cauſæ naturalis in ea ipſa cauſa virtualiter præexiſtit, vt pomum in ipſa arbore, ita quoque concluſio in ſuis pręmiſſis in virtute continetur. Facta vero, & demonſtratione peracta, actu, & ſimpliciter, demonſtratori nota eſt. Nec eſt incõueniens, vt addiſcens diſcat id, quod quodammodo, & in potentia pręſciuit, & ſimpliciter ignorabat. Nam prius erat notum in alio, in principijs, ſcilicet, præcognitis: ſed ſecundum propriam cognitionẽ ignotum, quo pacto ab eo per demonſtrationem de nouo addiſcitur.

Obiectio. Concluſio, quam quærimus, aut eſt nobis nota, aut non, ſi nota, ergo diſcimus ea, quę nouimus, ſi ignota, ergo quum inuenerimus eam, neſciemus nos ſcire illam, atque iccirco neſciemus, & ſi ſic eſt, vt C concludit argumentum, nihil diſcimus. Conſequentia patet exemplariter de quærente ſeruum fugitiuum. Si enim illum non nouit, quum inuenerit, neſciet ſe inueniſſe.

Reſpondetur litera, ꝙ concluſio eſt ignota ſimpliciter, & abſolutè, nota vero ſecũdum quid, ideſt, virtualiter, quoniam eſt cognita in ſuis principijs, in quibus virtualiter continetur. instatur Sed contra. Concluſio eſt cognita quoquo modo ante demonſtrationem, ergo pręcognita non ſunt tantum tria, vt litera docet, ſed quatuor. Conſequentia probatur. Quippè concluſio neque eſt principium, neq; ſubiectum, neque paſsio, & tamen eſt præcognita, ergo pręcognita ſunt quatuor. Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, ꝙ D quia præcognitum oportet eſſe cognitum, & aliquid eſt cognitum ſimpliciter, & abſolutè, quando, ſcilicet, terminat, vel conterminat actum cognoſcendi, ſicut ſpeculum eſt primum terminans actũ videndi, ſpecies autem in eo contenta, eſt cõterminans eandem viſionem: ideo concluſio in principijs cognita, quia actum pręcognitionis non conterminat, non eſt cognita ſimpliciter, ſed cum conditione diminuta, ſeu ſecundum quid. Tria verò præcognita ſunt præcognita abſolutè, iccirco in argumento fallacia à ſecundum quid ad ſimpliciter committitur.

Tex. 5 *Scire ſimpliciter arbitramur, rem per cauſam cognoſcere, propter quam res eſt, & quoniam illius eſt cauſa, & non eſt contingere hoc aliter ſe habere.*

A Dilucidatio. Intendens modò definire demonſtrationẽ, ipſius ſcire, quod eſt finis demonſtrationis, definitionem præmittit: vt ex ea, quid ſit demonſtratio, conijcere queat. Ratio.n. eorum, quæ ſunt ad finem, ex ipſo fine ſumitur, ideo enim ſecuris eſt ferrea, quia ſecarè eius finis, huiuſmodi materiam requirit: atq; iccirco demõſtrationis definitio, ex ſcire eius fine venatur, ex qua, alia data per cauſam materialem deniq; concluditur. Scire autem in propoſito, biſariam ſumi cõſueuit, per ſe, & per accidens. Per ſe quidem, & ſimpliciter, ſcire dicimur, quum ſcimus illud in ſe ipſo: tale autem ſcire, eſt per demonſtrationem intelligere. Per accidens verò ſcire eſt, quum ſcimus ipſum, in alio, in quo eſt, vel ſicut pars in toto, vt ſcientes domum, dicimur quoque ſcire parietem, vel ſicut accidens in ſubiecto, quo pacto, ſcientes Coriſcũ, qui veniens eſt, & venientẽ ſcire dicerentur. Vel ſicut effectus in cauſa (quemadmodum paulò ante dictum eſt) cõcluſionem in principijs cognoſcimus: & vniuerſaliter ſcire per accidẽs dicitur; quia ſcito aliquo per ſe, dicimur ſcire id, quod ei quoquo modo accidit. Quocirca relicto huiuſcemodi ſcire, vtpotè ſophiſtico, ſcire ſimpliciter litera aggredit̃. Nã ſimpliciter ſcire aliquid, eſt ipſum pfectè cognoſcere, hoc eſt, eius veritatẽ pfectè appręhendere: at cũ eadẽ ſint principia eſſe rei (autore Ariſtotele 2. Metaphyſi.) & veritatis ipſius, oportet ſcientem, ſi eſt perfectè cognoſcens, rei ſcitæ cauſam cognoſcere, igitur ſcire ſimpliciter arbitramur, rem p cauſam cognoſcere, pp quam res eſt. Si verò quis cognoſceret cauſam tm̃, & nõdũ cognoſceret effectũ in actu, nõ ſciret ſimpliciter, ſed virtute tm̃, & quaſi p accidens: ideo opus eſt ſcientẽ ſimpliciter, percipere applicationẽ cauſę ad effectũ, qđ eſt cognoſcere, qm̃ illius eſt cauſa. Itaq; cũ ſcientia ſit pfecta, & certa rei cognitio, & qđ cõtingit aliter ſe habere, non põt quis p certitudinẽ cognoſcere: iccirco quod ſcitur, neceſſe eſt, vt aliter ſe habere nõ poſſit, & perinde erit neceſſarium. Neceſſarium.n. (inquit Ariſtoteles 5. Metaphyſicæ) eſt, quod non poteſt aliter ſe habere.

Obiectio. Si ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere, propter quam res eſt, ſequitur, ꝙ de ijs, quæ, cauſam non habent, nõ poſſumus habere ſcientiam, ſed conſequẽs eſt falſum, ergo falſum eſt, ꝙ ſcire ſit rem per cauſam cognoſcere, propter quam res eſt. Conſequentis falſitas probatur. Nam de Deo ſummo, qui nullam habet cauſam, traditur ſcientia Metaphyſica, ergo falſum eſt, quòd de ijs, quæ non habent cauſam, non ſit ſcientia.

Reſpondetur negando ſequelã. Cauſa nanq; propter quã res eſt, ſeu in eſſendo biſariã dicitur. Quædam enim eſt verè, & realiter cauſans ſecundum aliquod genus cauſalitatis, id cuius cauſa vocatur: quę, & ab eo, cuius eſt cauſa, realiter diſtinguitur, ſicut rationalitas, riſibilitatis cauſa eſt. Quædam autem eſt, quæ non tam eſt cauſa eius, cuius cauſa dicitur, quàm ratio, quòd illi inſit, & non ſolum ratio, quòd cognoſcatur ineſſe: ſicut omnimoda immutabilitas in Deo maximo eſt cauſa ſuæ æternitatis, & immaterialitas propriè dicta inuenta in anima, cauſa ſuæ immortalitatis eſt. Propterea demonſtratio

ſimpliciter, ex cauſis in eſſendo formaliter, vel virtualiter procedit. Cauſa in eſſendo formaliter; eſt illa quæ verè cauſat, Cauſa verò in eſſendo virtualiter, eſt ipſa ratio eſſendi à priori, quę, ſi illud, cuius cauſa dicitur, cauſaretur, ſufficiens in ſuo ordine cauſa illius eſſet: ſicut in exemplis adductis, omnimoda immutabilitas, ęternitatis cauſa eſt virtualiter, non ꝙ æternitas, ab immutabilitate cauſetur, ſed quia, ſi cauſaretur, immutabilitas eſſet illius cauſa. Similiter immaterialitas propriè dicta eſt cauſa immortalitatis, non quòd illam propriè cauſet, ſed quia, ſi cauſaretur, immaterialitas propriè dicta, eſſet illius cauſa: & perinde in Deo optimo reperitur cauſa virtualiter, iccirco de eo eſt ſcientia Metaphyſica; quam nos habemus, quæ non eſt à priori ſimpliciter, ſed à priori quò ad nos.

Tex. 6.

Demonſtratio eſt ſyllogiſmus apotyticon, ideſt, faciens ſcire,

Dilucidatio.


F Inſtrumẽtũ, quo humanus intellectus hoc modo in ſuperiori litera aſsignato, ſcit, demonſtratio vtique eſt, igitur erit ſyllogiſmus apotyricon, demonſtratio, ideſt, ſcientialis ſyllogiſmus, ſeu faciens ſcire. Nam ſyllogiſmus dialecticus, ſcientiam in nobis non cauſat, ſed fidem, aut opinionem: ſophiſticus autem, nec ſcientiam, nec opinionem, ſed errorem, aut ſallaciam: quo fit, vt ſola demonſtratio generet in nobis ſcire, quod ſuperius definitum eſt.

Tex. 7.

Demonſtratiua ſcientia eſt ex ueris, primis, & immediatis, notioribus, & prioribus, & cauſis concluſionis.

Dilucidatio.

Omnis ſyllogiſmus faciens ſcire ſimpliciter, eſt ex veris, primis, & immediatis, notioribus, & prioribus, & cauſis concluſionis: & demonſtratio facit ſcire ſimpliciter, igitur demonſtratio eſt ex veris, primis, & immediatis, notioribus, & prioribus, & cauſis concluſionis. G Quod enim non eſt, non eſt ſcire, ideſt, quod non ineſt alicui, nõ poteſt ſciri, alioquin ſcire eſſet falſorum; veluti Diametrum eſſe ſymmetrum, ideſt, commenſurabilem lateri quadrati. Nempe quadrato, atque diametro, vna communis menſura non eſt. Quantitates autem, quarum vna communis menſura accipi non poteſt, incommenſurabiles vocantur, quod de diametro quadrati, & eius coſta, ſeu latere contingit, vt in hac figura perſpicuum patet.



Quod autem non eſt verum, non eſt. Nam eſſe, & eſſe verum conuertuntur, ſicut ens, & verum. Quare demonſtrationis concluſio, quæ ſcitur, neceſſariò eſt vera, & conſequenter eius pręmiſſę, veræ ſunt. Nanque falſitas, cum veritati opponatur, per ſe cauſa veritatis eſſe nõ poteſt. Amplius ſcire ſimpliciter, eſt per cauſam, & non quancunq;, ſed propriam, ſeu proximam: quo fit, vt demõſtratio ſit ex primis, ideſt ꝓximis propoſitionibus, ex quibus ꝓximè concluſio infertur. Nã principia remota, & cõmunia ſcire ſimpliciter non faciunt, ſed magis faciunt, (vt dicetur infra) ſcire quia, de quo in propoſito ſermo non eſt. Inſuper ex immediatis demonſtratio conſtat, qm̃ ſi demonſtrator, ex demõſtrabilibus, ſiue mediatis ſyllogizat, aut illorum demonſtrationem habet, aut non: quòd ſi non habet, pręmiſſas ſcibiles non ſit, atque iccirco nec concluſionem propter præmiſſas, & perinde demonſtratio ſcire non faciet. Si verò habet, cum in demonſtrationibus (vt inferius manifeſtum euadet) non ſit procedere in infinitum, tandem erit deuenire ad aliqua immediata, & indemonſtrabilia. Quamobrẽ demonſtratio ſtatim procedit ex immediatis, aut ꝑ aliqua mediata, quæ, ad immediata reduci habent. Sed quia tunc ſcimus, quum cauſas cognoſcimus: ideo demonſtrationis propoſitiones erunt cauſæ, aut concluſionis cauſam continebunt. Omnis autem cauſa, ſuo effectu naturaliter prior, & notior eſt. Notior (inquam) & quantum ad cognitionem quid eſt, & quia eſt. Non enim ſcire ſufficit ad demonſtrandum ſolis eclipſim eſſe, quód eſt lunæ interpoſitio: ſed vlterius ſcire oportet, quòd luna, inter ſolem, & terram interponitur, ideo demonſtratio, ex prioribus, & notioribus eſt. Verum prius, & notius, bifariam dicitur, aut quò ad nos, aut ſecundum naturam. Nempe quò ad nos priora, & notiora, ſunt proxima ſenſui, vt ſingularia: ſed ſecundum naturam, ſiue priora, & notiora ſimpliciter, ea ſunt, quæ, à ſenſu remota ſunt, vt vniuerſalia. Demonſtratio autem ex prioribus, & notioribus ſimpliciter, ſeu ſecundum naturã planiſsimè conſtat. Quocirca demonſtratiua ſcientia eſt, ex veris propoſitionibus, quæ ſunt propria, ſeu proxima principia, & immediata illius ſcientiæ, & cauſas rei ſcitæ, ſcilicet concluſionis, priores, & notiores ſimpliciter, ſiue ſecundum naturam, continent: atque per hoc cauſas in cognoſcendo pariter & in eſſendo, & non in cognoſcendo tantum, quo pacto effectus, cauſa ſuæ cauſę vocatur; quoniam nos, ſuam cauſam cognoſcere facit; quoniam ſcire, de quo loquimur, eſt rem per cauſam cognoſcere, propter quam res eſt.

Principium demonſtrationis eſt propoſitio immediata, Tex. 8

Propoſitio immediata eſt, qua non eſt altera prior.

Dilucidatio.

Quoniam demonſtrationis principium eſt propoſitio immediata, ideo protinus propoſitionem immediatam definit. Propoſitio (inquit) immediata eſt, qua non eſt altera prior. Propoſitio enim, ideò immediata dicitur, quia medio, quo poſsit demonſtrari, caret: ſicut mediata vocatur, eò quód medium habet, per quod à priori, ſeu demonſtratione propter quid, demonſtrare queit. Puta hæc eſt propoſitio mediata, homo eſt riſibilis, cum medium habeat, per quod à priori probatur. Nam homo eſt riſibilis, quia eſt animal rationale, igitur habet aliam priorem, propoſitio mediata, qua nata eſt demonſtrari. Sed contra immediata eſt, qua non eſt altera prior ſecundum naturam, per quam ſimpliciter demonſtrari poſsit: vt homo eſt animal rationale mortale, eſt propoſitio immediata, quoniam inter definitionem, & definitum, H nullum eſt medium prius ſecundum naturam, quod, principium demõſtrationis eſſe poſsit. Quare omnis propoſitio, in qua prędicatum eſt de ratione ſubiecti, eſt ꝓpoſitio immediata, ſic & illa, in qua prima paſsio de ſuo primo ſubiecto prædicatur, & in qua vnum generaliſsimũ ab alio negatur, eſt quoque propoſitio immediata, atque iccirco per ſe nota, quæ & multifariam inuenitur. Quędam enim eſt propoſitio per ſe nota ſecundum ſe tantum, & ea eſt, quæ ſecundum ſe medio caret, quę fit (vt dictum eſt) quoties prędicatũ in ratione ſubiecti cadit, & quum prima paſsio, de ſuo primo ſubiecto prædicatur, & quum vnum generaliſsimum

ner alisſimum ab alio negatur. Quędam quo ad nos tantum, & ea eſt, quæ nobis abſque medio certa eſt, licet illud ſecundum ſe habeat, vt nix eſt alba. Quędam ſecundum ſe, & quo ad nos, & ea eſt, quę, vtroque medio caret. Et ſi hoc ſit reſpectu omnium noſtrum, dignitas vocatur, quam neceſſe quēlibet docendum habere, vt de quolibet dicitur eſſe, vel non eſſe. Si autem quo ad aliquos, ſcilicet, ſapientes, eorum communis animi conceptio appellatur, vt incorporalia non eſſe in loco

Obiectio. Nulla propoſitio demonſtrabilis a priori eſt, qua non eſt altera prior, ſed multę propoſitiones immediatè ſunt demonſtrabiles a priori, ergo non omnis propoſitio immediata eſt, qua non eſt altera prior. Minor probatur. Omnis propoſitio, in qua definitio materialis prędicatur de definito, eſt demonſtrabilis a priori, ſed omnis propoſitio, in qua definitio materialis prædicatur de definito, eſt immediata; ergo multę propoſitiones immediatæ ſunt demonſtrabiles a priori. Maior probatur ex Ariſtotele docente definitionem materialem per finalem demonſtrari. Minor probatur. Nam inter definitionem, et definitum nihil eſt medium, ergo omnis propoſitio, in qua definitio de definito prædicatur, eſt propoſitio immediata.

Reſpondetur, quòd nulla propoſitio immediata ſecundum ſe, eſt demonſtrabilis ſecundum ſe a priori, licet aliqua immediata ſecundum ſe ſit demonſtrabilis ratione noſtri a priori: quia eſt ratione noſtri mediata, & ſimiliter alteram priorem ratione noſtri habet. Nam intellectus, ſimplex ſubiecti ſignificatum bifariam concipit, & vt ſtat ſub vno conceptu, facit ipſum, minorem extremitatem, vt autem ſtat ſub alio, facit ipſum, medium terminum, & ſic diuidendo terminum vnum ratione ſignificati ſecundum ſe, in duos apud nos, immediatam propoſitionem ſecundum ſe, facit mediatam nobis. Huiuſmodi ſunt omnes propoſitiones, in quibus definitio materialis, de definito prędicatur, ideoque tales propoſitiones, demonſtrabiles, & indemonſtrabiles ſunt. Demonſtrabiles quidem ratione noſtri, indemonſtrabiles vero ſecundum ſe: quemadmodum & ſunt mediatę ratione noſtri, & immediatæ merito ſui. Propterea inter definitionem, & definitum, inuenitur medium ratione noſtri, licet ſecundum ſe nullum omnino ſit medium. Quamobrem proceſſus a definitione ad definitum bifariam conſideratur, aut ſecundum ſe, & ſic in eo (inquit Ariſtoteles in octauo Topicorum) cap. 11. accidit peccatū fallacię petitionis principij, quia idem accipitur, vt diuerſum, cum definitum in ſe omnem ſuam definitionē claudat: aut ratione noſtri, apud quos differt definitio, & definitum, quinimmo quia definitio, notior eſt definito, explicat id, quod implicitè definitum dicit. Nam definiti nomen (vt primo Phyſicorum tex. co. 5. habetur) naturam definiti confusè ſignificat, definitio vero diſtincte, & ſic nullum vitium in tali proceſſu accidit: immo vnus locus topicorum eſt, & quòd plus eſt, demonſtratiuus proceſſus, illo ad materiam neceſſariam applicato vtitur.

Tex. 9. *Principia demonſtrationis oportet non ſolum præcognita eſſe, ſed magis cognita nobis, quam concluſio ſola demonſtratione nota.*

Propter quod enim unumquodq;, & illud magis.

A Principia demonſtrationis non ſolum debent eſſe præcognita demonſtratori, ſed & magis nota conclusione demonſtranda. (Dilucidatio.) Propter quod enim vnumquodque, & illud magis, quę maxima præcipuè eſt vera regulariter in cauſis efficiētibus principalibus. Efficientibus, inquam, vel formaliter, vt manus eſt calida propter ignem, ergo ignis eſt magis calidus, vel virtualiter, vt terra in eſtate fit calida, & ſicca propter Solem, ergo Sol virtualiter eſt magis calidus, & ſiccus ipſa terra. Sed cōcluſionem cognoſcimus propter prēmiſſas, ergo multo magis præmiſſas, quàm concluſionem cognoſcimus.

Obiectio. Non valet, Socrates eſt homo propter Platonē, ergo Plato eſt magis homo? Antecedens enim eſt verum, & conſequens falſum, cum ſubſtātia magis, & minus non ſuſcipiat.

B Reſpondetur, quòd formaliter, & vniuerſaliter non tenet iſta maxima, niſi quando eſt conuenientia inter vere cauſam, & effectum in nomine totius effectus cum cauſali reflexione eiuſdem ſupra cauſam, prēſuppoſita ſemper neceſſaria alietate, propter quod in dilucidatione dictum eſt in cauſis efficientibus, non abſolute, ſed regulatiter. Dicitur autem in nomine totius effectus, quia ob huius conditionis defectum non valet (vt in oppoſitū argumentatum eſt) Socrates eſt homo propter Platonem, ergo Plato eſt magis homo? Nam totus effectus, hic, non eſt li homo, ſed totum hoc, quod dico, eſt homo, quod in veritate ſupra cauſam non reflectitur. Illud enim antecedēs eſt falſum, Socrates eſt homo, quia Plato eſt homo.] Reflectitur autem ſuper cauſam, C quum nomen totius effectus reducitur per cōiunctionem cauſalem in id, ſupra quod cadit li propter, vt luna eſt lucida propter Solē, ſic fit reflexio. Luna eſt lucida, quia Sol eſt lucidus, ergo Sol eſt magis lucidus: ideo propter defectum huius conditionis, non ſequitur, color videtur propter ſpeciem, ergo ſpecies magis videtur? Hæc enim cauſalis eſt falſa, color videtur, quia ſpecies videtur. Dicitur quoq; inter vere cauſam, quod vtique eſt, quum res nomine effectus ſignificata, reducitur in id, quod accipitur, ut cauſa, & de eo ſecundum illud nomen prædicatur, & propriè ab illo cauſatur: propter quod nō valet, tempus eſt quantum propter motum, id eſt, quia motus (ut dicitur in quinto Metaphyſicæ) eſt (Tex. co. 18.) quantus, ergo motus eſt magis quantus? Motus enim nec quanti ſecundum rem prædicationem ſuſcipit, D ſed extrinſeca denominatione duntaxat, nec propriè quantitatem in tempore cauſat. Quod deniq; ſubditur, præſuppoſita ſemper neceſſaria alietate, nedum diuerſitatem cauſæ, & effectus, & illius in quo eſt, aut fit effectus: ſed oportet rem ſignificatam nomine effectus, eſſe diuerſam in cauſa, & in effectu, propter cuius defectum nō valet, homo eſt riſibilis propter animal rationale, ergo animal rationale eſt magis riſibile? Nempe non eſt diuerſa riſibilitas hominis, & animalis rationalis, nec eſt diuerſitas inter hominem, & animal rationale, quæ quoq; requiritur: quòd autem valeat hęc maxima in omni genere cauſarum, inductiuè proculdubio patet. In cauſa finali, vt magiſter amatur propter puerum, id eſt,

ideſt, quia puer amatur, ergo puer magis amatur. In efficiente, vt concluſio cognoſcitur propter præmiſſas, ideſt, quia præmiſſæ cognoſcuntur, ergo præmiſſæ magis cognoſcuntur. In cauſa formali, vt materia eſt ens propter formam, ideſt, quia forma eſt ens, ergo forma eſt magis ens. In cauſa materiali, vt quantitas eſt ſubiectum ſequentium accidentiũ propter compoſitum, ideſt, quia compoſitum eſt ſubiectum, ergo compoſitum eſt magis ſubiectum.

Tex. 10 *Syllogiſmus demonſtratiuus eſt ex neceſſarijs.*

Accipiendum eſt ergo ex quibus, & qualibus neceſſarijs, demonſtrationes fiunt.

Dilucidatio. Definita demonſtratione, volens oſtendere in ſequentibus ex quibus, & qualibus neceſſarijs eſt demonſtratio, omnem ſyllogiſmum demonſtratiuum eſſe ex neceſſarijs præmittit. Nempe neceſſarium eſt quod non poteſt aliter ſe habere: & quod ſcitur impoſsibile eſt aliter ſe habere, igitur quod ſcitur, eſt neceſſarium. At concluſio neceſſaria non poteſt ſciri, niſi ex medio, ſeu ex principijs neceſſarijs: & ſyllogiſmus demonſtratiuus ſcire facit concluſionẽ neceſſariam, ideo ſyllogiſmus demonſtratiuus ex neceſſarijs eſt. Nam ſcire eſt rem, ſcilicet, concluſionẽ, per cauſam profectò neceſſariam, quæ eſt demonſtrationis medium, cognoſcere. Remota enim cauſa remouetur effectus, iccirco ſi medium eſt contingens, concluſionem remoueri contingit, & conſequenter non erit neceſſaria. Itaque quia concluſio neceſſaria non poteſt ſciri, niſi ex principijs neceſſarijs, accipiendum eſt ergo ex quibus, & qualibus neceſſariis demonſtrationes fiunt: atque ideo primò determinandum eſt, quid de omni, quid per ſe, et quid vniuerſale dicimus.

Tex. 11. *De omni quidem dico, quod utique eſt, non in quoddam quidem ſic, & in quoddam non, neque aliquando ſic, & aliquando non.*

Dilucidatio. De omni quidem dicitur, quod vtique eſt, non in quoddam quidem ſic, in quoddã autem nõ, hoc eſt, nihil eſt ſub ſubiecto, cui non ineſt & prædicatum. Prædicatum enim, de ſubiecto pro quolibet ſuppoſito ſubiecti verificatur. Neque aliquando ſic, aliquando verò non, ideſt, prædicatum, ſubiecto ſemper ineſt: quo fit, vt nullo tempore etiam imaginario ei diſconuenire queat, vt omnis homo eſt animal. Prædicatum nanque animal, ſubiecto, homo, pro quolibet homine, nec non pro quolibet quoque tempore etiam imaginario, profectò conuenit.

Obiectio. 1. Iſta propoſitio, Deus eſt actus purus, eſt de omni, & tamen ſibi non conuenit definitio de omni, ergo interimẽda eſt definitio. Antecedens quò ad primam partem probatur. Illa enim propoſitio eſt per ſe, & non ſingularis, ergo eſt de omni. Similiter quò ad ſecundam partem probatur. Nam eius ſubiectum, nec actu, nec aptitudine, partes ſubiectiuas habet, nec eius ſignificatum tempore menſuratur, nec temporum differentiis menſurabile eſt, ergo ſibi non conuenit definitio de omni.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis, ad cuius probationem dicitur, quod vniuerſalitas ſubiectorum, & temporum in definitione de omni poſita, nõ ſemper eſt poſitiua, & actualis, ſed ſufficit, quòd ſit negatiua, & virtualis: ita quod nulla pars ſubiectiua ſit, cui tale prædicatum non conueniat, nec vlla ſit temporis differentia, in qua non conueniat. Virtualis quoque dicitur, quia ſi ſubiectum, partes ſub ſe ſubiectiuas haberet, & tempore menſuraretur, cuilibet, & ſemper, tale prædicatum adeſſet.

Secũda. Propoſitiones de ortu, & ſolis occaſu, & planetarum coniunctionibus, ſunt de omni, quibus tamẽ non conuenit definitio de omni, ergo eſt mala. Antecedens quò ad primam partem eſt manifeſtum, quoniam de ipſis eſt ſcientia Aſtrologia: quò verò ad ſecundam partem probatur. Quippè non ſemper ſunt, ergo definitio de omni eis non conuenit.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis, ad cuius probationem dicitur, quòd non oportet, vt vniuerſalitas temporum, pro omni tempore ſimpliciter, intelligatur: ſed pro omni tempore, quo tale prædicatum natum eſt tali ſubiecto ineſſe, quia illud, quod infallibiliter ſuo tempore innititur, ſempiternum quoque eſt. Sed contra. Multæ ſunt propoſitiones naturales, quæ ſunt de omni, & tamen prædicatum, neque ſemper ſubiecto, neque etiam tempore ſuo ineſt, ergo omnino definitio eſt mala. Antecedens quò ad primam partem patet, quoniam de ipſis eſt ſcientia naturalis: quò vero ad ſecundam partem probatur. Nam in diebus canicula ribus eſt magna ſiccitas, & tamen in ijs, & in ſimilibus, prædicatum, ſubiecto interdum etiam tempore ſuo non ineſt. Reſpondetur, quòd huiuſcemodi propoſitiones ſunt de omni, quia prædicatum neceſſariò ineſt ſubiecto frequenter, ſeu vt in pluribus, tam ſuppoſitis, quàm temporum differentiis, quanuis in aliquo, vel aliquando fallat per accidens: & hoc ad neceſsitatem, & ſempiternitatem poſterioriſticam ſufficit. *(Inſtatur)*

Tex. 12 *Primus modus per ſe eſt, quando prædicatum eſt ratio, aut de ratione ſubiecti.*

Secundus modus per ſe eſt, quum ſubiectum eſt de ratione prædicati.

Quæcunque neutraliter inſunt, accidentia ſunt.

Tertio modo per ſe ſunt, quæ non dicuntur de aliquo ſubiecto: quæ uerò, de ſubiecto dicuntur, accidentia ſunt.

Quarto modo per ſe ineſt, quod unicuique propter ipſum ineſt: quod uerò non propter ipſum, accidens eſt.

Demonſtrationis concluſio, ſecundum, & quartum modum per ſe, includit.

Dilucidatio. Per ſe quadrifariam dicitur. Primus modus eſt, quando prædicatum eſt ratio ſubiecti, vt homo eſt animal rationale mortale, aut pars rationis, ſiue in recto, vt homo eſt rationalis, ſiue in obliquo, vt punctum de linea finita. Nam linea finita eſt, cuius extrema ſunt duo puncta. Aut de linea, quæ vtpotè continua, eſt, cuius partes copulantur ad vnum cõmunem terminum, ſcilicet, punctum. Secundus modus per ſe eſt, quum ſubiectum eſt de ratione prædicati, vt homo eſt riſibilis. Sanè in definitione riſibilitatis, quæ eſt paſsio hominis propria, ponitur ſubiectum, homo. Eſt enim riſibilitas, hominis aptitudo ad ridendum. Quæcunque autem neutraliter inſunt, ideſt, neque primo, neque ſecundo modo per ſe prædicantur, accidentia ſunt, hoc eſt, per accidẽs, aut accidentaliter prædicantur, vt homo eſt albus.

Album

Album enim reſpectu hominis, accidens quintum prædicabile eſt. Tertius modus per ſe, qui potius eſt modus exiſtendi, quàm prædicandi, eſt, quando per ſe, aliquid ſolitarium, vtpote quia nõ eſt in alio, ſignificat: vt ſubſtantia, & quæcunque, hoc aliquid ſignificant, entia per ſe ſunt. Album vero, & ambulans, entia in alio ſunt, quia quum dico ambulans, vel album, aliquid aliud eſſe, ſcilicet, ſubiectum, in quo talia accidentia ſunt, quod ſit ambulans, vel album, intelligitur. In iis autem, quę hoc aliquid ſignificant, velut primæ ſubſtantiæ, vt Socrates, & Plato, aliquid aliud, quàm id, quod vere ipſa ſunt, quod ſit eorum ſubiectũ, non ſubintelligitur. Quare quę, de ſubiecto non prædicantur, per ſe ſunt, quę vero, de ſubiecto dicuntur, ſicut in ſubiecto exiſtentia, accidentia ſunt: ſed quæ, de ſubiecto, tanquam ſuperiora de inferioribus, dicuntur, non ſemper accidentia ſunt, vt ſecundę ſubſtantię. Quartus modus per ſe, qui eſt modus cauſalitatis, eſt, quando ſubiectum eſt per ſe cauſa prædicati, vt interfectus interiit. Interfectio enim eſt propria cauſa interitus, ideo interfectus interiit, propoſitio per ſe quarto modo eſt. Si vero ſubiectum non eſt per ſe cauſa prædicati, per accidens prædicatio eſt, vt homo ſanat. Nam homo, vt homo non ſanat, ſed inquantum medicus ſanare habet. Itaque quod vnicuique propter ipſum ineſt, per ſe ineſt, vt propter id, quòd interfectũ eſt, interiit: quod vero non propter ipſum, per accidẽs dicitur, vt Sorte ambulante corruſcauit, ſed caſu accidit, eo ambulante, corruſcare. Verum quoniam in concluſione demonſtrationis, propria paſſio, de ſubiecto demonſtratur, quod & definit, & ipſam cauſat: iccirco concluſio demonſtrationis, ſecundum, & quartum modum per ſe, includit.

Obiectio. 1

Subiectum ponitur in definitione ſui proprii accidentis, & tamen de eo per ſe non prædicatur, ſed per accidens, vt in hoc libro primi poſteriorũ habetur, ergo non quęcunque in definitione ponuntur, per ſe de definito prædicantur.

tex. co. 35. 36.

Reſpondetur, quòd quęlibet definitionis pars, eo modo, quo in definitione ponitur, in primo modo dicendi per ſe de definito prædicatur. Ita ꝙ ſi definitur in recto, & intrinſece, per ſe in recto, & intrinſecè prædicatur, & ſi in obliquo, & vt additum, per ſe in obliquo, & vt additum prędicatur. Et quia accidens definitur in concreto, & in abſtracto, & in concreto, ſubiectum ponitur in recto, & extrinſece, quoniam ſubiectum extra eſſentiam proprii accidentis eſt, vt ſimum eſt naſus curuus, & in abſtracto, in obliquo, etiam extrinſecè eadem ratione, vt ſimitas eſt curuitas naſi: ideo ſubiectum, in primo modo dicendi per ſe in obliquo de proprio accidente in abſtracto, in recto verò de eodem in concreto prædicatur. Vnde proprie de prædicatione loquendo, quę, prædicatum ineſſe ſubiecto importat, ſubiectum in obliquo per ſe in primo modo, de proprio accidente prędicatur: quoniam prædicatio in obliquo, paſſionis dependentiam a ſubiecto, quæ eſt ad ſuum principium per ſe, denotat. Sed quia prędicatio in recto, ſubiectum in eſſe paſſioni inſinuat, quod non niſi per accidens verum eſt: eo quòd accidens (vt loco allegato in argumento in oppoſitũ) non ſit ſuum ſubiectum, iccirco ſubiectum in recto per accidens de ſuo proprio accidente prædicatur. Quare propter diuerſam rationem, & per ſe, & per accidens prædicatur.

Secũda.

In propoſitionibus, in quibus ſpecies, de genere prędicatur, ſubiectum ponitur in definitione prædicati, & tamen non eſt prędicatio per ſe, ergo mala eſt definitio ſecundi modi dicendi per ſe. Secunda pars antecedentis probatur. Quippe hęc, animal eſt homo, eſt per accidens, cum non ſit de omni.

Reſpondetur, quòd prędicatum recipiens in ſua ratione ſubiectum, quoddam eſt, quod ſimpliciter illi neceſſario ineſt, vt riſibile homini, quoddam vero ſub diſiunctione neceſſario ineſt ſubiecto, vt rationale, vel irrationale animali: & eo modo, quo ſunt propoſitiones neceſſarię, ſunt & per ſe, & quia non ſunt neceſſarię, niſi prædicato ſub diſiunctione ſui oppoſiti ſumpto, ideo nec ſunt per ſe, niſi illo modo. Propterea iſta, animal eſt rationale, non eſt per ſe: ſed iſta, animal eſt rationale, vel irrationale. Idem eſt iudicium de ſpecie, quum de genere prædicatur. Hinc definitio ſic intelligenda eſt. Secundus modus per ſe eſt, quum ſubiectum eſt de ratione prędicati, quod, ſubiecto neceſſario ineſt.

Tertia.

Si quęcunque neutraliter inſunt, accidentia ſunt, ſequitur, ꝙ illa, quæ inſunt per ſe iuxta quartum modum per ſe, accidentaliter inſunt, quod eſt manifeſtè falſum, quoniam propoſitiones quarti modi, demonſtrationem ingrediuntur.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nã perſeitas ſecundi modi, formaliter eſt perſeitas prædicationis, quarti vero, cauſalitatis; ideo quælibet propoſitio quarti modi, inquantum perſeitatem prædicationis includit, primum, vel ſecundum modũ ingreditur, inquantum vero includit perſeitatem cauſalitatis, quartum modum ingreditur. Propterea omnis propoſitio per ſe ratione prædicationis, in primo, vel ſecundo modo neceſſario eſt. Sed quia quandoque contingit, quòd idem ſit per ſe cauſa alicuius, et per ſe ſubiectum eiuſdẽ, ſicut de ſubiecto proprię paſſionis liquet: iccirco quandoque ſecundus, & quartus modus, in vnam propoſitionem ſecundum diuerſas eius conditiones, coincidunt. Quod equidem (inquit litera) in concluſione demonſtrationis, vbi propria paſſio, de proprio ſubiecto demonſtratur, ſemper neceſſario euenit.

Tex. 13.

Vniuerſale quoque dico, quod cum de omni ſit, & per ſe, eſt ſecundum quòd ipſum.

Dilucidatio.

Vniuerſale in propoſito dicitur ſecundum quandam adaptationem, aut adęquationem prędicati ad ſubiectum: quia neque prædicatum excedit, quoniam extra ſubiectum non inuenitur, neque ſubiectum ſine prædicato. Quocirca vniuerſale, ſcilicet, prædicatum eſt de omni, ideſt, vniuerſaliter de ſubiecto prædicatur, & per ſe, aut primo, aut ſecũdo modo per ſe, ſubiecto ineſt, & ſecundum quòd ipſum, hoc eſt, ſubiecto inquantum tale eſt, proculdubio conuenit. Multo enim vniuerſaliter, & per ſe, de aliquibus prędicantur, quę, ei ſecundum quòd ipſum minime conueniunt, vt figura habet tres angulos: quoniam figura, non inquantum figura, ſed inquantũ hæc figura, puta triangulus, habet tres angulos.

Similiter Iſocheles habet tres angulos, quoniam Iſocheles, non in quantum Iſocheles, ſed in quantum triangulus habet tres angulos. Quamobrem quum definitio de definito, paſsio adæquata de ſubiecto, aut differentia de ſpecie cum qua conuertitur, prædicatur, eſt propoſitio ſecundum quòd ipſum. Semper enim in ea prędicatum cum reduplicatione de ſubiecto verificatur, velut exempla modò data præ ſe ferunt.

Obiectio 1. Definitio, in qua committitur nugatio non eſt bona, ſed definitio vniuerſalis eſt huiuſmodi, ergo non eſt bona. Minor probatur. Nam ſecundum quòd ipſum, idem eſt quod per ſe, ſicut in hoc primo libro Poſteriorū habetur, (Tex. co.27.) ergo ſuperfluè vtrunque in definitione ponitur, ſed ſufficiebat ponere ſecundū quòd ipſum. Inſuper cum per ſe ſit de omni, non opus erat ponere de omni.

F Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quòd quia in definitione oportet explicitè ponere omnia ſuperiora vſque ad vltimā differentiam, & tamen poſteriorem implicitè quodammodo claudere priorem: ſicut patet, quum dicitur, animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, ideo in definitione vniuerſalis, de omni, & per ſe explicauit. Nec ob id ſequitur nugatio, quia ad nugationem non ſufficit qualiſcunque incluſio vnius in altero: ſed exigitur, quòd vnum includatur formaliter, & extrinſecè in conceptu formali alterius, ideo dicere animal rationale, non eſt nugatio, quia animal, vt additum in conceptu rationalis cadit. Et quoniam per ſe non includit formaliter de omni, nec ſecundum quòd ipſum, includit formaliter per ſe, hoc G eſt, in ſuo conceptu formali proprio quiditatiuo ſpecifico, licet illa inſerant, quoniam ſunt idem eſſentialiter, ſicut rationale infert animal, iccirco nulla nugatio in propoſito accidit.

Secūda Definitio non explanans totam naturam definiti, eſt diminuta, ſed definitio vniuerſalis eſt huiuſmodi; ergo eſt diminuta. Minor probatur. Siquidem iſta propoſitio, Iſocheles habet tres, ſeu homo habet ſenſum tactus, eſt de omni, & per ſe, & ſecundum quòd ipſum, & tamen prędicatum nō eſt vniuerſale talis ſubiecti, vt de ſe patet, quia habere tres, eſt vniuerſale trianguli, & eſſe ſenſitiuum ſecundum tactum, eſt vniuerſale animalis, ergo definitio vniuerſalis eſt diminuta. Aſſumptum quò ad tertiam partem probatur. Illud conuenit alicui ſecundum quòd ipſum, quod conuenit ſibi cum reduplicatio- H ne ſui, ſed in qualibet iſtarum hoc inuenitur; ergo quælibet harum eſt ſecundum quòd ipſum. Maior patet, quia ſecundum quòd ipſum, & inquantum tale, idem ſunt. Minor probatur. Hæc enim eſt ſimpliciter vera, homo inquantum homo, habet ſenſum tactus, & ſimiliter iſta, Iſocheles inquantum Iſocheles habet tres:

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quòd ſecundum quòd ipſum, ſumi poteſt, aut pro omni eo, quod actualiter, & formaliter res eſt, aut pro eo tantum, quo formaliter à cæteris res differt. Item ſumi poteſt, aut vt notat reduplicatum eſſe rationem, quòd prędicatum inſit huic, aut vt notat reduplicatum eſſe rationem adæquatam, quòd prædicatum inſit ſimpliciter. E Si primo modo vtriuſque diſtinctionis accipiatur ſecundum quòd ipſum, reduplicat rem ratione cuiuſque, quod formaliter, & intrinſecè ſibi ineſt, denotans illud eſſe rationem, quare ipſum ſit tale: & ſic per ſe, & ſecundum quòd ipſum, ſunt termini conuertibiles, & omnis propoſitio per ſe eſt ſecundum quòd ipſum, & contra; quia tam in primo modo per ſe, quàm in ſecundo modo, prædicatum conuenit ſubiecto ratione eius, quod actualiter, & formaliter in ſubiecto clauditur. Quod equidem liquet in primo modo, in ſecūdo autem declaratur: quia paſsio ineſt ſubiecto ratione alicuius intrinſecę partis ſuę definitionis, quam claudi actualiter, & formaliter in definito conſtat. Nec ſic ſumitur hic ſecundum quòd ipſum, in quo ſenſu argumentum in oppoſitum procedit. Homo enim ha- F bet ſenſum tactus ſecundum id, quòd formaliter eſt, quia ſecundum quòd eſt animal: ſed non ſecundum id, quo ab animali, et cęteris ſpeciebus differt, in quo etiam ſenſu reduplicatiua admitti poteſt. Verum ſi intelligatur ſecundo modo vtriuſque diſtinctionis, ſecundum quòd ipſum reduplicat rem ratione proprii ſibi ſoli conceptus, quo formaliter eſt talis, & denotat illud eſſe adæquatam rationem talis prædicati, & ſic per ſe eſt ſuperius ad ſecundum quòd ipſum, nec omnis propoſitio per ſe, eſt ſecundum ꝙ ipſum: quoniam quandocunque genus dicitur de ſpecie, eſt per ſe in primo modo, & non eſt ſecundū quòd ipſum. Quamobrem, quod ineſt alicui ratione ſuæ definitionis quiditatiuæ, quæ ſoli definito G conuenit, & ipſum à cæteris diſtinguit, eſt ſecundum quòd ipſum. Quod autem conuenit alicui ratione alicuius partis definitionis, vtputa generis, non eſt ſecundum quòd ipſum, & ſic in propoſito ſumitur.

Id, cui primò ineſt aliquid, ſeu cuius aliquid eſt uniuerſale, non eſt id, quo remoto illud remanet, neque omne illud, quo remoto illud non remanet, ſed illud cui ineſt, et per ipſum aliquod quibuſq; ineſt. Tex. 14

Dilucidatio. Dat modò documentum, quo propriè poſſit accipi vniuerſale, quod exemplariter declaratur, ſicut remoto Iſochele, vel æneo triangulo, remanet quòd habeat tres angulos; ergo habere tres angulos, non eſt vniuerſale primum neque Iſochelis, neque ęnei trianguli. Remota autem figura non remanet habere tres angulos, & tamen non primò conuenit fi- H guræ, quia ei vniuerſaliter non conuenit. Cuius ergo erit primò? Manifeſtum eſt, ꝙ triangulo, quia ſecundum triangulum ineſt aliis, tam ſuperioribus, quàm inferioribus. Non enim competit figurę habere tres, niſi quia triangulus eſt, & ſimiliter Iſocheli, quia triāgulus eſt, & de triangulo habere tres demonſtratur, quare eſt ei vniuerſale primum.

Demonſtratiua ſcientia, ex neceſſariis eſt. Tex. 15

Dilucidatio. Superius oſtendit à priori, demonſtrationem eſſe neceſſariorum, quia quod ſcitur non poteſt aliter ſe habere, nunc quia neceſſarium eſt prius ſimpliciter per ſe, & etiam ideo eſt propoſitio per ſe, quia eſt neceſſaria, & non contra, ſic à poſteriori probatur. Quod eſt ex ijs, quę ſunt per ſe, eſt ex neceſſarijs, ſed demōſtratio eſt ex ijs, quę ſunt per ſe, ergo demon-

ſtratio, ex neceſſarijs eſt. Maior probatur. Quod ponitur in definitione alicuius, neceſſario de eo prædi- A catur, ſed quod in primo, aut ſecundo modo per ſe prędicatur, ponitur in definitione ſubiecti, aut contra, ſubiectũ ponitur in definitione prædicati; ergo quod eſt ex ijs, quæ ſunt per ſe, ex neceſſariis eſt. Minor quoq; probatur. Omne quod prædicatur, vtiq; prædicatur, aut per ſe, aut per accidens, quod neceſſarium nõ eſt, ſed demonſtratio eſt ex ijs, quæ ſunt p accidens; ergo demõſtratio eſt ex ijs, quę ſunt p ſe.

Obiectio. 1. Sortes eſt homo, eſt propoſitio per ſe in primo modo, & tamen neceſſaria non eſt, ergo non omne per ſe eſt neceſſarium. Aſſumptum quò ad primam partem patet, quum prædicatum (vt in 5. Metaphyſicæ habetur) in definitione ſubiecti, ſi definiretur, ponatur. (tex. co. 23.) Secunda probatur. Neceſſarium eſt æternum, ſed illa, æterna non ſunt; ergo neceſſaria non ſunt. Maior patet, quia neceſſarium non poteſt aliter ſe habere. Minor probatur. Nanq; (vt ex corruptione alterius extremi, ſcilicet, Sortis, liquet) tẽporalis & corruptibilis eſt. Neque enim fieri poteſt, vt coniunctio, per affirmatiuã propoſitionẽ, ſignificata, remaneat inter aliqua, altero eorũ corrupto.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis, ad cuius probationem dicitur, ꝙ enunciatio affirmatiua de tertio adiacente, non ſignificat ſubiectum, aut prædicatum eſſe, ſed coniunctionem prędicati cum ſubiecto. Cum autẽ in prędicatione quiditatiua prędicatum, in ſubiecto ita claudatur, quòd ſubiectum, nec eſſe, nec ſine illo intelligi poſſit: conſequens eſt, ꝙ veritas per talem propoſitionem importata, perpetua, & incorruptibilis ſit. Quia verò omnis propoſitio, in qua ſpecies, de proprio indi- C uiduo prędicatur, quiditatiua (vt ex definitione ſpeciei liquet) prædicatio eſt, oportet ꝙ quælibet talis, neceſſaria, & perpetua ſit. Propterea Sortes eſt homo, propter neceſſariam connexionem prædicati cum ſubiecto, propoſitio perpetuæ, & incorruptibilis veritatis eſt. Nec huic perpetuitati, extremorũ corruptio obeſt. Siue.n. Sortes ſit, ſiue non, ſemper verum eſt dicere, Sortes eſt homo, ſi vniuocè nomine Sortis vtamur. Vnde ſemper iſta eſt falſa, Sortes mortuus eſt homo, quia Sortes mortuus, cadauer humanum eſt. Propterea ſi Sortis nomine modò intelligas indiuiduum humanum, & poſtea indiuiduũ cadaueris, iam non vniuocè accipis Sortem. Et hac de cauſa dicitur quoq;, ꝙ licet tẽpore hyemali corruptę ſint omnes roſæ, res tñ ſcita corrupta non eſt, atq; iccirco nec ſcientia de roſis. Nam res ſcita pro- D priè loquendo, non eſt ſubiectum, vel prædicatum, ſed coniunctio prædicati cum ſubiecto, quam quia neceſſariam eſſe oportet, & per ſe, incorruptibilem eſſe conſtat, ideo ſcientia, incorruptibilis eſt.

Secũda. Omnis concluſio demonſtrationis eſt per ſe, ſed propoſitiones in quibus coniunctiones, aſpectus, & eclipſes luminarium prędicantur, demonſtratiuè concluduntur; ergo oportet eas eſſe per ſe, & tamẽ neceſſariæ non ſunt, igitur quęcunque ſunt per ſe, non ſunt neceſſaria. Vltimum aſſumptum probatur, quia corpora cæleſtia aliter, & aliter ſe habent ſecundum huiuſmodi accidentia, eò quòd non ſemper eis inſunt.

Reſpondetur negando vltimum aſſumptum, ad cuius probationem dicitur, quòd neceſſarium trifariam dicitur. In ſeparatis enim à materia, eſt neceſſarium ſimpliciter, quod nullo modo aliter ſe habere poteſt: in mobilibus autem, ſed incorruptibilibus, eſt neceſſarium regulariter, quod regulariter ſe aliter habere non poteſt, in mobilibus autem, & corruptibilibus, eſt neceſſariũ, vt in pluribus, quod vt in pluribus aliter ſe habere non poteſt. Vnde illę propoſitiones ſunt per ſe, & neceſſariæ eo modo, quo perpetuæ ſunt: ſempiternæ autem veritatis ſunt, non ſecundum omne tempus ſimpliciter, ſed ſecundum omne tempus, quo prædicata, ſubiectis ineſſe nata ſunt. Nunquam ſiquidem fallit, quando nata eſt eſſe coniunctio, vel oppoſitio luminarium: nec eorum ſignificata (licet aliquo tempore non ſint) aliter, tempore, quo nata ſunt eſſe, ſe habere B poſſunt.

Scientia demonſtratiue non eſt accidentium non per ſe. Tex. 16

Dilucidatio. Accidens, quod per ſe non ineſt, contingit non ineſſe, vt album, quia per ſe homini non ineſt, eidem non ineſſe poteſt. Nam accidens, quod ſemper, & ex neceſſitate ſubiecto ineſt, cauſam quoq; in ſubiecto habet, qua poſita, nequit eidem non ineſſe: vt rationale in homine eſt cauſa, quare ſit riſibilis, quo fit, vt ab homine, riſibile, inſeparabile exiſtat. Quamobrem ſi demonſtratio de accidente, quod non eſt per ſe, ſtrueretur, cum valeret, aliter ſe habere, nec ea ipſa demonſtratio, nec eius concluſio neceſſaria eſſet.

Obiectio. Omnis concluſio, in qua propria paſſio inferioris, de ſuperiori prędicatur, eſt per accidens, ſed multę tales demonſtratiuè concluduntur; ergo multæ demonſtrationis concluſiones ſunt per accidens. Maior patet, quia etiam ipſum inferius ſuperiori accidit. Minor in hoc libro primi Poſteriorum habetur. (Text. co. 11.) Vbi dicitur, ꝙ licet vniuerſale trianguli non demonſtretur primo, niſi de triangulo, per ipſum tamen triangulum, de figura demonſtrare contingit, quòd duos rectos habet.

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius probationem dicitur, quod aliud eſt concludere paſſionẽ inferioris de ſuperiori, et aliud eſt concludere eandẽ paſſionem de eodem ſuperiori particulariter ſumpto, ſiue hoc fiat cum ſigno particulari, ſiue non, ſed indefinitè fiat, nihil refert, dummodo ipſo ſuperiori vtatur, non vt ſuperius eſt, ſeu vniuerſaliter. Siquidẽ paſſio inferioris, quamuis ſuperiori accidat, non tñ ſecundum rem particulariter ſumpto, ei accidit. Vnde iſta eſt per accidens, figura, ſumpta, ſcilicet, in ſua vniuerſalitate, habet tres angulos ęquales duobus rectis: iſta autem eſt per ſe (licet reductiuè) aliqua figura habet tres angulos ęquales duobus rectis. Nã ex veris neceſſarijs, & per ſe ſyllogizatur, vt omnis triangulus habet tres angulos ęquales duob' rectis, ſed omnis triangulus eſt figura, ergo quędam figura habet tres angulos æquales duobus rectis, & hoc eſt, quod loco allegato Ariſtoteles docuit.

Demonſtratiuæ ſcientiæ ſunt de ijs, quæ ſunt per ſe, & ſecundum quòd vnumquodque eſt. Tex. 17

Dilucidatio. Demonſtratio potiſſima, ex duabus præmiſſis, vnaq; concluſione conſtat, quę ſunt propoſitiones

S per

per ſe, quoniam demonſtratio, ex neceſſariis, & de neceſſariis eſt, ea verò, quæ non ſunt per ſe, nõ ſunt neceſſaria, ſunt enim per accidens, & huiuſmodi nõ ſunt neceſſaria; igitur demõſtratio eſt ex ijs, & de ijs, quæ ſunt propoſitiones per ſe, quarum extrema, ad inuicem conuertibilia ſunt, atque per hoc ſecundũ quòd ipſum propoſitiones dicuntur: ideo ſcientiæ demonſtratiuæ ſunt de ijs, quę ſunt per ſe, & ſecundum quòd vnumquodq; eſt. In omni nanque ſcientia demonſtratiua, cęterę demonſtrationes ad potiſſimam reducuntur: hinc ſimpliciter dictum eſt, demonſtratiuas ſcientias eſſe de ijs, quæ ſunt per ſe, & ſecundum quòd vnumquodq; eſt.

Tex. 18. *Non contingit ex alio omnino genere deſcendentem demonſtrare.*

Dilucidatio. *Demonſtratio igitur, ex principijs extraneis non eſt.*

Demonſtrationem eſſe ex extraneis trifariã contingit, quando, ſcilicet, probatur paſſio à ſubiecto F extranea; vt ſi Geometra probare contenderet, lineam eſſe pulchram viſu. Pulchrum.n. & viſu deforme, non eſt geometricæ conſiderationis, ſed perſpectiui: rectum verò, aut obliquum, paſſio lineæ, ſub geometrica ſcientia cadit. Quamobrem geometra probans pulchrum viſu de linea, ad extranea tendit: & contra, de linea curuum, aut rectum demonſtrãs, in propriis ſiſtit. Similiter quum in aliqua ſcientia, aliquid de ſubiecto alterius probatur, per extranea graditur: vt ſi geometra, quid de numero, Arithmeticæ ſubiecto probaret. Itidem per extranea fit demonſtratio, quando concluſio ad aliquam ſcientiã attinens, per medium alterius ſcientiæ probatur: vt puta, ſi concluſio eſt mathematica, & probatur per G medium phyſicum. In omni quoq; demonſtratione tria ſunt, vt primum ſit, quod demonſtratur, & hoc eſt paſſio, in cõcluſione demonſtrata, & ex quibus demõſtratur, & hæ ſunt dignitates, ideſt, principia, ex quibus concluſio demonſtratur, et de quò paſſio demonſtratur, quod eſt genus ſubiectum, cuius per ſe paſſiones demonſtrantur. Principia autem, quæ hic dignitates appellãtur, vt omne totum eſt maius ſua parte, communia diuerſis ſcientiis eſſe poſſunt; quælibet tamen ſcientia, proprias paſſiones, propriumq; ſubiectum, penes quod diſcrimen habet à quacunq; altera, poſſidet. His poſitis planiſſimè ſic demonſtratur intentũ. Non conuenit demonſtrantem deſcendere de vno genere in aliud omnino genus. In aliud omnino dico, vt pręſeruẽ deſcẽſum ex ſcientia ſubalternante ad ſubalternatã. Hoc eſt, non H licet deſcendere de vna ſcientia in aliã genere diſtinctam, vt de Geometria in Arithmeticã: ſed in terminis, principiiſq; propriis ſiſtere oportet. Hinc non conuenit demonſtrationẽ ex extraneis fieri, ſed ex ꝓpriis neceſſariò conſtat. Nam ſi demonſtratio ex extraneis eſſe poteſt, ex terminis, principiiſq; diuerſarum ſcientiarũ procedere quoq; queit. In omni.n. demonſtratione, media & extrema, eiuſdem generis (adminus cauſaliter) eſſe oportet, vt alterũ extremũ ipſum genus ſit; alterũ verò, eius ꝑ ſe accidẽs; mediũ autem alterius illorum.ſ. per ſe accidentis principiũ, & cauſa: qm̃ de ſe inuicem per ſe in ipſa demonſtratione verificari debent. Tam.n. concluſio, quàm pręmiſſę per ſe ſunt, & extrema in concluſione continentur, vt maior extremitas, eſt concluſionis prædi- B catum, minor verò ſubiectum, mediũ ſolum in præmiſſis collocatur; ideo media, & extrema, vnius generis eſſe oportet: diuerſę verò penitus ſcientiæ, neceſſariò circa diuerſa genera ſubiecta ſunt. Quo fit, vt ex principiis vnius ſcientiæ, aliquid in alia omnino ſcientia, vtpotè non ſub ea poſita, demonſtrari nequeat.

Obiectio. Si non licet deſcendere de genere in genus, hoc ideo eſt (vt in hoc loco inquit Ariſtoteles) quia media, & extrema oportet eſſe eiuſdẽ generis, ſed hoc eſt falſum, ergo falſum quoq; eſt, ꝙ non licet deſcendere de genere in genus. Falſitas probatur. Cõtingit enim medium eſſe in genere ſubſtantię, & alterum extremorum in genere qualitatis.

Reſpondetur negando falſitatem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ genus, quod denominat ſubiectum ſcientię, in propoſito ſumitur, vt eſt vnum de quinq; vniuerſalibus, extenſo tñ generis nomine ad analogũ, & ſpeciẽ ſpecialiſſimã, nõ ſolum ea rõne, quia vt in pluribus, eſt ꝑdicabile de pluribus differẽtibus ſpecie: ſed ẽt, & potius, q̃a eſt vniuerſale, id, vnde generãtur eius paſſiones, accidẽtia ꝑ ſe, & partes ſubiectiuę, ſicut in phyſicis aliqua eſſe eiuſdem generis dicuntur, quia eiuſdẽ ſubiecti ſunt, quod generationis eorum principium eſt, in quò immediatè recipiuntur. Et ſic quum dicitur, ꝙ medium, & extrema oportet eiuſdem generis eſſe, non eſt intelligendum in recto, ſed in obliquo, ſeu (vt dilucidatũ eſt) non formaliter, ſed cauſaliter: quoniam alterũ extremum eſt ipſum genus, alterum verò, eſt per ſe accidens, & ſic eiuſdem generis cauſaliter, & in obliquo eſt. Medium autem eſt alterius illorum, vt ſic, per ſe principium, & conſequenter in obliquo eiuſdem generis eſt. Propterea ſic non licet demonſtrando deſcendere de vno genere in aliud omnino genus: quia alia omnino principia ſunt, & alię eorum paſſiones.

Tex. 19. *Neceſſe eſt concluſionem demonſtrationis ſimpliciter, eſſe perpetuam.*

Dilucidatio. Concluſio demonſtrationis ſimpliciter, cũ ſit de omni, eſt nõ in quoddã ſic, & in quoddam nõ neq; aliquando ſic, & aliquando non, ergo eſt perpetua.

Tex. 20. *Nec demonſtratio, nec ſcientia, eſt ſimpliciter corruptibilium.*

Sed ſcientia eſt corruptibilium ſecundum accidens.

Dilucidatio. Omne quod inuenitur nõ in quoddam ſic, & in H quoddam non, neq; aliquãdo ſic, & aliquando; nõ, corruptibile non eſt, cum nunquam deſinat eſſe: & demonſtratio, & ſcientia, tale quid eſt, igitur non eſt demonſtratio, nec ſcientia corruptibilium. At quia ſcientia eſt eorum vniuerſalium, quæ per accidens corruptibilia ſunt, ad corruptionem, ſcilicet, ſingulatium generabilium, & corruptibilium, ideo ſcientia, corruptibilium ſecundum accidẽs eſt. Nam ſcientia eſt quidem de vniuerſalibus, non tñ à ſingularibus, quæ corrũpuntur re ipſa ſeparatis (vt Plato dogmatizauit) ſed vniuerſalibꝰ habẽtibus eſſe in particularibus generabilibus, et corruptibilibus, atq; iccirco de ijs eſt ſcientia, quę corruptibilia, ſecũdũ accidẽs, hoc eſt, aliud.ſ. particulare, ſunt. Nẽpe in re corruptibili, puta Socrate, eſt natura humana, ſcilicet,

licet, humanitas, & conditiones eius indiuiduales, ſcilicet, hę carnes, hęc oſſa, hic locus. Conſideranda quoque eſt natura, non conſideratis conditionibus indiuiduantibus, ſicut & vnius pomi videtur color, non viſo eius odore. Et qm̃ natura cuiuſq; rei abſq; conditionibus indiuiduantibus cõſiderata, ſecundũ rem quidem, ſingulari coniuncta eſt, ſecũdum verò abſtractionem intellectus, ſeu ſecundum ſe, nullũ ſingularium includit: & corruptio oïs, & variabilitas ad ſingularia per ſe terminatur, ideo naturas rerũ ſecundum ſe ſumptas, incorruptibiles, & perpetuas, litera dixit, & de eis dari definitiones, & fieri demõſtrationes, minimè dubitat. Et de corruptibilibus, incorruptibiliter ſumptis, ſcientiã eſſe ponens, ipſa corruptibilia ſecundum accidens ſciri poſuit: non ſolum quia ſcimus (vt dictum eſt) vniuerſalia, quæ p accidens corruptibilia ſunt, ſed etiam quia per accidens ad corruptibilia.i. ſingularia, quę per ſe corruptibilia ſunt, terminatur. Scientia.n. per ſe, & primo, ad vniuerſalia terminatur, quæ incorruptibilia ſunt, nõ ſeparata ſecundũ eſſe à corruptibilibus, ſed in quibus ſingularia corruptibilia continentur: igitur ſcientia per accidens ad ſingularia corruptibilia terminatur, atq; iccirco iuxta hunc ſenſum actualiter per ſe ſcimus, & vniuerſalia incorruptibilia, & per accidens ſingularia eorum corruptibilia, & ſic ſcientia eſt vniuerſalium.i. rerum, quę habẽt vniuerſalitatem, tanquã conditionem ſine qua non ſciuntur, ſicut approximatio ignis ad cõbuſtibile, eſt conditio ſine qua non comburere poteſt Nam ſcientiæ obiectum eſt res ipſa, qm̃ ad ipſam ſciendi actus terminatur, alioquin ſciẽtię reales, de rebus non eſſent. Et quia res, intellectui obiici non poteſt, & ſciendi actum terminare, niſi abſq; cõditionibus indiuidualibus repræſentetur, quod eſt vniuerſaliter repręſentari, & rem vniuerſalitatis conditionẽ habere: ideo habentium vniuerſalitatem, vt conditionẽ ſine qua non, ſcientia profectò eſt.

Tex.21 *Eorum, quæ ſæpe fiunt, demonſtrationes, & ſcientiæ ſunt.*

Dilucidatio. Quoniam ea, quæ ſæpe fiunt, vt eclipſis lunæ, & hominis generatio cum duabus manibus, ſunt ſemper tempore ſuo, adminus deductis impedimentis: iccirco eorum, quę frequenter fiunt demonſtrationes ſunt, & ſcientiæ.

Obiectio. Demonſtratio eſt ſempiternorum, ſed quę ſunt ſępe, & non ſemper, ſempiterna non ſunt; ergo eorum, quæ ſępe fiunt, demonſtrationes, & ſcientiæ non ſunt. Minor probatur. Quippè ſempiternum eſt id, quod ſemper eſt.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ ſempiternum ſimpliciter, eſt, qđ nunq̃ deſinit, vt hominem eſſe animal, ſed ſempiternum regulare eſt, quod nunquam tempore ſuo deficit, vt ſolem oriri: ſempiternũ autem, vt in pluribus, eſt, quod nunquàm vt in pluribus deficit, vt ſub cane eſſe ſiccitatem. Verum in ijs, quæ ſunt ſimpliciter, ſufficit ſingulare ſubiectum, ſub vniuerſali ſubſumere, vt omnis dualitas eſt par, hęc eſt dualitas, ergo eſt par. In ijs autem, quę ſunt ſemper regulariter, vt in cęleſtibus, oportet ſubſumere tempus ſingularizatum, quoniam non omni tempore ſimpliciter inueniuntur, & dicere, ſed nunc terra inter ſolem, & lunam interponitur. In iis deniq; quæ A ſunt ſemper deductis impedimentis, oportet vltra hęc ſubſumere, & ſingularizare cauſas per excluſionem impedimentorum, & dicere, ſed hoc nunc ex talibus principijs non deficientibus, nec impeditis generatur, ergo & cætera.

Demonſtratio procedit ex principijs uniuſcuiuſque ſecundum quòd illud eſt. Tex.22

Intentio huius literæ eſt docere demonſtrationẽ fieri ex propriis, & non ex communibus: quod re vera eſt, demonſtrationem eſſe ex ijs, quę ſunt ſecundum quòd ipſum, oſtendere. Nulla enim principia communia ſimpliciter ſcire faciunt, ſed in confuſo tantum: at demonſtratio, non in confuſo, ſed ſimpliciter, & diſtinctè ſcire facit, non ergo ex principiis communibus, ſed propriis ſecundum quod illud eſt, erit demonſtratio. Nam ſcire rem per principia communia, eſt ſcire in genere, ſicut qui ſcit hominem, inquantum ſubſtantia, & non vltra: ſcire vero per principia propria, eſt ſcire in ſpecie, atq; p hoc ſecundum ꝙ ipſum, velut qui ſcit hominem per rationale, quod eſt diſtinctè, & ſimpliciter ſcire, itaq; vt demonſtratio ſimpliciter ſcire faciat, erit ex propriis, & ex cõmunibus nequaquam. Quocirca Briſſo circuli quadraturã minimè demonſtrauit, ſic ſyllogizans. Vbi eſt dare maius, & minus, ibi eſt dare ęquale, ſed eſt dare quadratum maius circulo, puta ſi figuratur circulus intra quadratum, & eſt dare minus quadratum circulo, puta ſi deſcribatur quadratum in circulo, ergo eſt dare quadratum circulo æquale. Nam vbi eſt dare maius, & minus, eſt dare æquale, principium diuerſis ſcientiis commune eſt.

Dilucidatio. (margin)

C *Principia in unoquoque genere, ea ſunt, quæ cum ſint uera, non contingit demonſtrare.* Tex.23

Principia in vnoquoque genere ſunt illa, quæ cũ ſint vera (quod ad differentiã falſorum dicitur, quę, in nulla ſcientia demonſtrant, nec demonſtrantur) in illa ſcientia, in qua principia ſunt, ea demonſtrare non conuenit: quod adiectum eſt, ne tibi ſuadeas omne principium in quacunque ſcientia eſſe omnino, & ſimpliciter indemonſtrabile, ſed ſufficit ipſum eſſe indemonſtrabile in ſcientia, cuius principium eſt. Vnde principium inferioris ſcientiæ, in ſuperiori ſcientia demonſtratur. Dilucidatio.

Principiorum, quibus utuntur demonſtratiuæ ſcientiæ, aliqua communia ſunt, aliqua uerò propria. Tex.24

Principia communia ſunt, quæ ſecundum analogiam quantum utile eſt, in eo quod eſt ſub ſcientia, genere, accipiuntur.

D *Sufficiens eſt acceptio communium principiorum applicatorum ad genus proprium ſubiectum.*

Principia, quibus vtimur in demonſtratiuis ſcientiis, inter ſe diſcrimen habent: quoniam illa communia, hęc verò propria vocantur. Nempe communia principia ſunt, quæ ſecundum analogiam, quantum vtile eſt, in eo, quod eſt ſub ſcientia, genere, accipiuntur, hoc eſt communia ſunt diuerſis ſcientiis accommodabilia: & ſatis accommodantur, & accipiuntur, quando ad genus ſubiectum illius ſcientię applicantur, vt omne totum eſt maius ſua parte, & ſi ab æqualibus ęqualia demas, quę remanent, ſunt ęqualia. Sic vtiliter à geometra applicantur, ſi ab æqualibus magnitudinibus, æquales auferas magnitudi- Dilucidatio.

 nes

nes, quę remanent ſunt ęquales, et quælibet tota magnitudo eſt maior eius parte.

Tex.25. *Propria principia ſunt, quę in ſcientijs ſupponuntur eſſe.*

Omnis enim demonſtratiua ſcientia eſt circa tria, quę ſupponuntur eſſe, genus ſubiectum, cuius per ſe paßiones ſcrutantur, & dignitates, ex quibus, ſicut ex primis demonſtrat, & paßiones quarum quid ſignificant, unaqueq; ſcientia accipit.

Dilucidatio. Propria principia ſunt, quæ in ſcientiis, quarum ſunt principia, ſupponuntur eſſe. Omnis. n. demõſtratiua ſcientia eſt circa tria, quorum vnum eſt genus ſubiectum, de quo præſupponitur quid eſt, & quia eſt: & cuius per ſe paſsiones ſcrutantur, vt magnitudo, puta linea in Geometria, cuius per ſe paſsiones, curuum, ſcilicet, & rectum, demonſtrantur. Aliud vero, dignitates, ex quibus, ſicut ex primis, demonſtrat. Nam licet prima principia, quę dignitates vocantur, in propria forma ſecundum ſe ipſa, in demonſtratione aſſumi non debeant, virtualiter tamen demonſtrationem ingrediuntur: quia eorum virtus in principiis propriis, ſeu præmiſsis ſeruatur, qua virtute ſuam concluſionem demonſtrant. Tertium vero, paſsiones de quibus vnaquæque accipit ſcientia, ſeu ſupponit, quid ſignificent. Quare propria principia ea ſunt, quæ in ſcientiis, quarum ſunt principia, ſupponuntur eſſe, ideſt, quia ſunt, et quid ſunt, ſi incomplexa ſunt, ſi vero complexa, quia vera ſunt, tantum ſupponuntur.

Tex.26. *Dignitates ſunt principia, quæ cognitis terminis, naturali lumine unuſquiſq; approbat uera.*

Dilucidatio. Dignitates non ſupponuntur eſſe, ſed ſunt principia per ſe nota ex euidentia terminorum. Quamobrem ſunt propoſitiones, quas vnuſquiſque veras eſſe aſſerit, nec poteſt quis ab eis diſſentire. Nempe apud omnes eſt eadem natura, ideo quamuis ore negentur, mente tamen, cum naturaliter cognoſcantur, negari nequeunt, vt de quolibet verum eſt eſſe, vel non eſſe, non contingit idē ſimul eſſe, & nõ eſſe.

Tex.27. *Poſitiones ſunt principia, quæ cum demonſtrari non poßint, per rationem tamen exteriorem confirmari queunt.*

Dilucidatio. Poſitiones ſunt principia, quæ demonſtrari non poſſunt, ſed per rationem exteriorem confirmari poſſunt, ideſt, non cognoſcuntur ſtatim cognitis terminis lumine naturali: ſed inductione, aut alia probatione dialectica, vt quilibet numerus totus eſt ab vnitate, ſic declaratur. Vnitas eſt ſecunda pars binarij, qui eſt ſecundus ab vnitate; vnitas item, tertia eſt pars ternarii, qui eſt tertius ab vnitate, & quarta, quaternarii, qui eſt quartus ab vnitate, igitur quilibet numerus totus eſt ab vnitate. Vnde dignitates, maiori, & clariſsimo lumine comparantur: quæ ſe habent in acquiſitione ſcientiarum, ſicut ianua in domo. Nam quemadmodū ianua domus omnibus patet, ita quoque iſta omni ratione vtenti: ſed poſitiones minori apparent lumine ſolum illis, qui acutiores oculos intellectus habent, & latent eos, qui, oculos obtuſiores habent. Et ſicut qui primò aliquid non vident, ſi diligentius attendant, tandē percipiunt, ita poſitiones primò debili intellectui non apparent, ſed adhibenti conatū diligētiorem, tandē apparent: quo fit, vt nemo eas intelligere poſſit, niſi credulum docenti ſe præbeat.

Tex.28. *Suppoſitiones ſunt principia, quæ cum demonſtrari poßint, ſine demonſtratione uera eſſe, accipiuntur.*

Dilucidatio. Suppoſitiones ſunt propoſitiones affirmatiuæ, vel negatiuæ, quę etſi interdum ſimpliciter demonſtrari poſſunt, tamen in illa ſcientia, in qua ſumuntur, indemonſtrabiles ſunt: quarum veritas ab addiſcente ſupponitur, etiam ſi ex euidentia terminorū ſibi non conſtarent, vt à puncto ad punctum lineam deducere contingit.

Tex.29. *Nulla demonſtratio utitur hoc principio, contingere ſimul affirmare, & negare, eſt impoßibile.*

Demonſtratio ducens ad impoßibile utitur hoc principio, omne affirmare, aut negare, uerum eſt: & non ſemper uniuerſaliter, ſed contracto ad genus, circa quod demonſtrationes ſunt.

Dilucidatio. Poſtquàm de principiis tam ꝓpriis, quàm communibus determinauit, quomodo ſcientię, communibus vtantur, nunc declarare intendit. Nulla (inquit) demonſtratio accipit hoc principiū, non contingit ſimul affirmare, & negare, quia ſi vteretur ex parte maioris extremitatis ſuperfluè fieret. Idem. n. ſignificat dicendo, homo eſt animal, & dicendo, homo eſt animal, & non eſt, non animal. Si ex parte medij, aut minoris extremitatis, nihil differt quò ad illationem concluſionis, & pręmiſſarum neceſsitatem. Non enim minus præmiſſę ſunt verę, & ſequitur concluſio vera, ſi de medio affirmato tantum verificetur maior extremitas, quàm ſi de eo affirmato, & negato verificetur: & ſimiliter eſt de minori extremitate tam reſpectu medij, quàm maioris extremitatis. Nam maior extremitas non ſolum de medio dicitur, ſed de alio, quoniam de pluribus dicitur, quàm medium. Puta, animal, ſit maior extremitas, homo, medium, & Callias, minor extremitas. Itaq; ſi quis vellet vti prędicto principio in demonſtratione, ſic arguere oporteret: Omnis homo eſt animal, & non eſt, non animal, & Callias eſt homo, ergo Callias eſt animal, & non eſt, non animal. Quippè dicendo, omnis homo eſt animal, nihil differt, an etiam hæc ſit vera, vel non ſit vera, non homo eſt animal: & ſimiliter in concluſione non differt ex quo Callias eſt animal, vtrum nõn Callias ſit animal, vel non animal. Quamobrem quia ſuperfluitatem, demonſtratio abhorret, principia prima, demonſtrationem oſtenſiuam non ingrediuntur. Verum eſt autem poſtquàm affirmauimus aliquid ab aliquo, remouere negationem contradictorii ab eadem: ſufficit enim affirmaſſe. Quippè nihil minus, vel magis efficax redditur demonſtratio, illius ſubtractione, vel additione. Verum quia demonſtratio ducens ad impoſsibile probat aliquid eſſe verum, quia eius oppoſitum eſt falſum, quod nequaquam contingeret, ſi vtrunque oppoſitorum, falſum eſſe poteſt: ideò vtitur demonſtratio ducens ad impoſsibile, hoc principio, de quolibet eſt affirmatio vera, vel negatio. Sed quia quandoque illud oppoſitum, quod falſum eſſe oſtenditur, non eſt negatio, ſed contrarium immediatum, vt ſi oſtenderetur ducendo ad impoſsibile, aliquem numerum eſſe parem, quia eius oppoſitum falſum eſſet, ipſum, ſcilicet, eſſe imparem: neque ſemper eo vtitur, neq; in ſua vniuerſalitate ſub ijs terminis, ens, & non ens, ſed inquantum ad genus ſubiectum illius

illius ſcientiæ contrahitur, vt quum in Geometria
oſtenditur ducendo ad impoſſibile, aliquam lineam
eſſe rectam, quia falſum eſt, eam eſſe non rectam.

Obiectio. Experimur hunc proceſſum eſſe demõſtratiuũ,
ſaltem naturaliter loquendo. Idem ſimul eſſe, & nõ
eſſe, eſt impoſſibile, materiam primam eſſe ſine for-
ma, eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe, ergo materiam
primam eſſe abſque forma, eſt impoſſibile: & tamẽ
maior demonſtrationis oſtenſiuæ eſt primum prin-
cipium in ſua communitate ſumptum, igitur prima
principia formaliter demonſtrationem oſtenſiuam
ingrediuntur.

Reſpondetur, ꝙ virtualiter ingredi demonſtra-
tionem, eſt, virtutem ſuam ad demonſtrationem co-
operari, vtpotè quia id, in quo ſeruatur principiorũ
virtus, illorum virtute cõcluſionem infert: ſed quo-
niam in omnibus præmiſſis, quę, demonſtrationem
integrant, ſeruatur principiorum virtus, qua con-
cluſionem inferunt, roborant, & confirmant, ſicuę
in omnibus cauſis ſecundis, virtus primæ operatur,
ideo non eſt dubium prima principia, virtualiter o-
mnes demonſtrationes ingredi. Formaliter autem
ingredi demonſtrationem, eſt ſecundum ſeipſum in
demonſtratione aſſumi, quod quadrifariam fieri po
teſt. Primò loquendo de principiis primis in ſua cõ
munitate ſumptis in actu ſignato, puta ꝙ hoc prin
cipium, non contingit ſimul eſſe, & nõ eſſe, vt pręe-
miſſa alicuius demõſtrationis aſſumitur. Hoc enim
quod dico, non contingit ſimul eſſe, & nõ eſſe, vel
affirmare, & negare, vel moueri, & non moueri, ſi-
gnificant illud principium, ſed affirmationem con-
tingentem, & negationẽ, non, vel contra, non exer
cent, ideo ipſum in actu ſignato ſignificant. Hoc au
tem modo non inconuenit prima principia demõ-
ſtrationem oſtenſiuam formaliter ingredi: ſicut ar-
gumentum in oppoſitum concludit, & etiam oſten
dunt demõſtrationes, in quibus principium ipſum
de inferiori concluditur. Quod equidem fit, quan-
do concluſio eſt principium contractum, vt idem
ſimul eſſe, & non eſſe, non contingit, moueri autẽ,
& non moueri, ſunt eſſe, & non eſſe, ergo idem ſi-
mul moueri, & non moueri, non contingit. Secun-
do loquendo de principiis primis, contractis tamẽ,
& in actu ſignato, puta corpus non poteſt ſimul
moueri, & non moueri; & hoc modo etiam demon
ſtrationem ingrediũtur, ſicut patet in exemplo ad-
ducto de materia prima, dicendo, idem eſſe in actu,
& non in actu, non contingit, materiam eſſe ſine
forma, eſt, materiam eſſe in actu, & non in actu, er-
go materiam eſſe ſine forma, non contingit. Tertio
poteſt intelligi de principiis primis in ſua communi
tate in actu exercito, puta, corpus eſt ens, & non eſt
non ens: & ſimiliter quarto intelligi poteſt de prin
cipiis primis contractis in actu exercito, puta, cor-
pus eſt mobile, & non eſt non mobile, & neutro
horum modorum prima principia, demonſtratio-
nem oſtenſiuam ingrediuntur, quia ſuperfluitatem
(vt dictum eſt) demonſtratio abhorret. Si enim de-
monſtrare intendimus, mundum non eſſe infinitũ,
ſed finitum, nõ oportet aſſumere, omne corpus eſt
finitum, & non eſt infinitum, ſed ſufficit dicere, om
ne corpus eſt finitum, & mundus eſt corpus, ergo
mundus eſt finitus. Et quia de principiorũ uſu, qui
penes exercitium rei attenditur, hic agitur: ideo in-
diſtinctè dictum eſt, prima principia demonſtratio-
nem oſtenſiuam non ingredi.

*Scire quia, & ſcire propter quid, biſariam in eadem ſcien-
tia differunt.* Tex. 30.

Vno modo quando fit ſyllogiſmus per cauſam remotam.

Alio modo quando fit per effectum, ſed notiorem.

Dilucidatio. Intendens modo demonſtrationem, quia, decla-
rare, ac de ea agere, differentias inter ipſam, & de-
monſtrationem, propter quid, aſſignare vult, eo
ꝙ in reliquis ei æquatur. Itaque demonſtratio, quia,
in eadem ſcientia dupliciter a demõſtratione, pro-
pter quid, differt. Nunquam enim demonſtratio,
propter quid, fit per cauſam remotam, & mediatã;
ſed proximam (vt in ſuperioribus dilucidatum eſt)
& immediatam. Demonſtratio vero, quia, per cau-
ſam remotam, & mediatam fieri poteſt, dummodo
illa, eius effectu nobis notior ſit: vt non eſſe animal,
eſt cauſa remota nõ reſpirandi, ſicut eſſe animal, eſt
cauſa remota reſpirandi, & habere pulmonem, cau-
ſa proxima reſpirandi, & non habere pulmonem,
cauſa proxima non reſpirandi. Dicatur ergo, omne
reſpirans eſt animal, at paries non eſt animal, igitur
non reſpirat. Multa enim animalia non reſpirant;
vt omne animal ſanguine carens: ideo non eſſe ani
mal, eſt cauſa remota non reſpirandi. Sed per cau-
ſam proximam erit, negatiuè arguendo, omne reſpi
rans habet pulmonem, & piſcis non habet pulmo-
nem, ergo piſcis non reſpirat. Affirmatiuè, vt omne
habẽs pulmonem, reſpirat, & homo habet pulmo-
nem, igitur homo reſpirat. Secundo differt, quoniã
demonſtratio, propter quid, nunquàm fit per effe-
ctum cum cauſa ſua ſiue conuertibilem, ſiue nõ con
uertibilem: ſed demonſtratio, quia, fieri poteſt per
effectum notiorem, ſiue conuertibilem, & affirma-
tiuè, vt omnis ſtella ſcintillans eſt diſtans; & ſtella
fixa eſt ſcintillans, ergo ſtella fixa eſt diſtans, & ne-
gatiuè, vt omnis ſtella ſcintillans non eſt propè, &
ſtellæ fixæ ſcintillant, ergo ſtellæ fixæ nõ ſunt pro-
pè, ſiue non conuertibilem, vt omne non ſcintillans
eſt propè, & Venus non ſcintillat, ergo Venus eſt
propè. Quòd ſi effectus conuertatur in ſuam cau-
ſam, vt denique per eam concludatur, demonſtra-
tio, propter quid, erit.

*Contingit, quando cauſa per effectum conuertibilem demon
ſtratur, alterum per alterum & contra demonſtrare, et erit de-
monſtratio, propter quid.* Tex. 31.

Demonſtratio tamen, ſimpliciter circularis eſſe non poteſt.

Dilucidatio. Docet hæc litera, quomodo demonſtratio, quia,
conuertatur in demõſtrationem, propter quid. Nã
demonſtrata cauſa per effectum, contingit & con-
tra effectum per cauſam demonſtrare, vt propter
hoc, ꝙ eſt eſſe propè, demonſtrare, ꝙ ſtellæ nõ ſcin-
tillant, & ſic erit demonſtratio, propter quid. Nec
eſt demonſtratio circularis ſimpliciter, quoniam
regreſſus iſte, non fit ad nobis manifeſtandum effe-
ctum per cauſam: ſed vt reducatur id, a quo incępi-
mus ad illud, ad quod peruenimus, ſicut effectus in
ſuam cauſam. Puta ſi oſtenderem primo Socratem
eſſe viuum, quia ex ſe mouetur; ſed demum habitudi
nem terminorũ intuens regrederer dicendo, ꝙ mo-
ueri

ueri ex ſe, non eſt cauſa, quòd Socrates viuat: ſed potius & contra. quia viuit, ideo ex ſe mouetur. Et ſic, quando effectus reducitur ad ſuam cauſam eſt demonſtratio circularis difformis, quæ, in doctrina peripatetica ſatis conceſſa eſt. Non enim formæ ſyllogiſticę, nec naturæ demonſtrationis repugnat, cũ in regreſſu. effectum reduci in ſuam cauſam, nobis proculdubio notificet. Circularis nanque demonſtratio vniformis, cum non ſit in regreſſu ex notioribus nobis, ſimpliciter impoſſibilis eſt. Nam circularis diſcurſus, licet inchoet à notioribus nobis, tamen à non notioribus nobis regreditur. Nempe ex concluſione ad eius principium, ex quo cognita eſt, redit: & conſequenter, cum nihil nobis de nouo, niſi ex notioribus nobis, manifeſtetur, circularis demonſtratio vniformis vitanda eſt.

Obiectio. Tex. co. 15.

Si demonſtratio circularis ſecundum ſe eſſet prohibita, nunquàm aliquis poſſet ea abſque repræhẽſione vti: ſed Ariſtoteles vſus eſt ea in 2. Cęli, vbi oſtendit dextrũ cæli eſſe partem orientalẽ, quia inde incipit motus cæleſtis, deinde oſtendit inde incipere motum cęli, quia ibi eſt dextrum. In eodem quoque libro oſtendit ſtellas eſſe immobiles ſecundum ſe, quia ſphæricę ſunt: deinde oſtendit eas eſſe ſphæricas, quia immobiles ſecundum ſe ſunt, ergo demõſtratio circularis non eſt ſimpliciter impoſſibilis.

Reſpondetur, quòd demonſtratio omnis ex parte intellectiui diſcurſus exigit, quòd ex notioribus nobis procedat, ſiue cum hoc illa, ex quibus procedit, fuerint etiam ſecundum ſe notiora, (vt in ſuperioribus dictum eſt) ſiue non. Circulus quoque in propoſito, nil aliud exigit, niſi quòd præmiſſa fiat concluſio, & concluſio fiat præmiſſa, ideo à notioribus nobis non regredimur: alioquin idem erit nobis notius, & ignotius. Quare demõſtratio circularis vniformis eſt ſimpliciter impoſſibilis, licet difformis, poſſibilis ſit. Duabus. n. de cauſis cõtingit circulari diſcurſu abſq; repręhẽſione vti. Primò qñ circulari diſcurſui ante regreſſum admiſcet aliquis alius diſcurſus, vel quodcunq; aliud adminiculũ, quo cognitio concluſionis augetur, à qua regrediendum eſt. Tunc enim à notioribus nobis fit regreſſus, & manifeſtantur nobis duo, illa, ſcilicet, propoſitio, quæ fuerat præmiſſa, non ſimpliciter, quia nota erat, ſed alio modo, & conuertibilitas concluſionum: & ſic circulo difformi vſus fuit Ariſtoteles in 2. Cæli, quando oſtendit ſtellas eſſe ſphæricas, quia immobiles, & cętera. Secundò quando circularis diſcurſus non ad hoc fit, vt ad principium manifeſtandum regrediatur, ſed vt reducatur (ſicut dilucidatum eſt) id, à quo incepimus ad illud, ad quod peruenimus, vt effectus in ſuam cauſam: & ſic in 2. Cæli vſus eſt Ariſtoteles circulo difformi, quando ex dextro cæli motum incipere dixit. Litera autem, de demonſtratione pura circulari intelligitur, quam conſtat non procedere ex notioribus nobis. & conſequenter veram demonſtrationem non eſſe.

Tex. co. 59. — tex. co. 34.

Tex. 32 *Alio quoque modo differt, propter quid, ab ipſo quia, quoniam ad diuerſas ſcientias attinent.*

Dilucidatio. Alio modo differt demonſtratio, quia à demonſtratione, propter quid, quoniam ad ſcientiam ſubalternatam, ipſum, quia attinet, propter quid, verò, ad ſubalternantem.

Obiectio. Tria ſunt genera demonſtrationis, ſcilicet, quia, propter quid, & ſimpliciter, ſicut ait Auerroes in prologo phyſicorum; ergo litera docens tantũ duo, diminuta eſt.

Text. co. 2. Reſpondetur, quòd diuiſio (vt ex 2. Cęli co. 35. liquet) quam fecit Auerroes, eſt ſubdiuiſio vnius membri ipſius literæ. Demonſtratio enim primò diuiditur in quia, & propter quid: deinde demonſtratio, propter quid, diuiditur in demonſtrationẽ, propter quid tantum, & ſimpliciter. Demonſtratio, quia, ſeu ſigni. vocatur illa, quæ, à poſteriori procedit: quam tunc fieri oportet, quum effectus, notior cauſa eſt. Puta ſi demonſtremus terram interponi inter ſolem, & lunam, quia videmus lunam eclipſari. Demonſtratio verò, propter quid, vocatur illa, quæ à priori quidem procedit, ſed non ad cõcludendum effectum eſſe, ſed ad oſtendendum propter quid talis effectus eſt: vt ſi demonſtremus eclipſim de luna propter interpoſitionem terræ inter ſolem, & lunam. Vnde in illo modo demonſtrandi, prædicatum eſſe, & ineſſe ſubiecto abſolutè, eſt prius, & magis notum, quam cauſa: prædicatum tamen ſub ratione certi effectus, ſeu in relatione ad cauſam propriam, ignotius eſt, & per demonſtrationem inueſtigatur. Non enim quęritur, an eclipſis ſit, aut lunæ inſit, ſed quare eſt. Quod nihil aliud eſt quęrere, quàm cuius cauſæ effectus ſit Et ijs duobus generibus demonſtrationum, quaſi ſemper philoſophia naturalis vtitur. Demonſtratio verò ſimpliciter vocatur illa, quę à priori ſic procedit, quòd ſimul oſtendit, & prædicatum ineſſe ſubiecto, & quare ineſt, ideoque demonſtratio cauſæ, & eſſe vocatur: vt quamuis audierim, neſciam tamen triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, & demonſtretur, quia figura recti linea habens angulum extrinſecum ęqualem duobus intrinſecis, habet tres angulos æquales duobus rectis; ſed triangulus eſt huiuſmodi; ergo triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, & ſic ſimul acquiram ſcientiam, quòd triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, & cauſam eius. Et tali modo demonſtrandi maximè vtuntur Mathematici, propter quod in primo gradu certitudinis ſunt. Quare litera nequaquam diminuta eſt.

Huiuſmodi ſcientiæ, diuerſæ ſunt, quæcunque ſic habent adinuicem, quòd altera, ſub altera eſt. Tex. 33

Scire utique, quia, eſt ſubalternatæ, ſed propter quid, ſubalternantis.

Scientiam alteri ſcientiæ ſubalternari, trifariam contingit. Vno modo ſimpliciter, & ſecundum ſe totam, quod certè eſt, quum ſubiectum ſubalternantis adæquatum, ſecundum ſe totum ſubiecto ſubalternatæ ſubſternitur: nec ab illo diſcrepat, niſi quia ſupra eum differentiam accidentalem, ſeu extraneã addit, hoc eſt, alterius generis ab eo, cui additur eſt; ideoq; ſcientia de ſpeciebus, & differentijs diuiſiuis ſuperioris, ſcientiæ de illo ſuperiori non ſubalternatur. Neque illud additum à ſubalternata, fluit à natura, & ſubſtantia illius, cui additur, alioquin ſcientia de paſſionibus, ſcientiæ de ſubiecto ſubalternaretur: quod eſt falſum, quia eiuſdem ſcientię eſt, Dilucidatio.

paſſionem,

paſsionem,& ſubiectum conſiderare. Hoc autem pacto perſpectiua ſecundum ſe totam Geometriæ A ſubalternatur. Nam vtriuſque ſubiectum, eſt linea, vel magnitudo, ſed perſpectiuæ ſubiectum, ſuper lineam, aut magnitudinem, niſi viſuale, quod eſt differentia accidentalis lineæ,& extranea, addit. Ea autem, quæ, in ſcientiis ſubalternatis, vt principia ſupponuntur, demonſtratione, propter quid, in ſubalternante demonſtrantur: ita vt principia ſcientiæ ſubalternatę, concluſiones a priori in ſubalternante demonſtratæ, ſint: Puta muſicus ſupponit, quia ſic eſt, quòd diapaſon eſt proportio ſexquialtera; ſed Arithmeticus, proportionem ſexquialteram definit,& a priori inter ſex,& quatuor, eſſe proportionem ſexquialteram probat. Quamobrem ſcientia ſubalternans dicit propter quid de principiis, concluſionibuſque ſubalternatę, quę, quia, dicit. Secundò, vnã ſcientiam ſubalternari alteri contingit, quãdo pars vnius ſcientiæ, & non tota ſcientia, alteri B ſubalternatur: ſecundum quem modum pars ſcientiæ naturalis, quæ eſt de iride, perſpectiuæ ſubalternantur. Perſpectiua nanque, de linea viſuali abſolutè ſumpta', eſt, ſcientia autem de iride, circa lineam viſualem conuerſam ad nubem roridam, ex qua cauſatur iris, verſatur: ideoq; perſpectiua dicit, propter quid de iride,& naturalis, quia dicit. Tertio modo, vnam ſcientiam ſubalternari alteri contingit, quoniam nec ſecundum totum, nec ſecundum partem, ſed in aliqua concluſione, alteri, vtpote dicenti cauſam, aut rationem talis concluſionis, ſubalternatur: quo pacto medicina, Geometrię; quantum ad hanc concluſionem, uulnus circulare tardius ſanatur, pro C fecto ſubalternaſ. Quare medici eſt ſcire, quia, Geometræ autem, propter quid. Nam vulnera circularia tardius ſanantur, quoniam partes non appropinquant, ſed ſunt ęque diſtantes, quod vtique a Geometra conſideratur. Itaque ſcire, quia eſt, ſubalternatę, propter quid vero, ſubalternantis.

Obiectio. Quod nõ poteſt habere vnam rationem formalem, non poteſt eſſe ſubiectum in aliqua ſcientia, ſed aggregatum ex ſubiecto ſuperioris ſcientiæ, & differentia extranea, ſeu alterius generis, non poteſt habere unam rationem formalem, ergo non poteſt eſſe ſubiectum in aliqua ſcientiã, atque iccirco nulla

text.co. 34. eſt ſcientia ſubalternata. Maior, ex hoc libro primi poſteriorum habetur, quia ſcientia eſt una, quæ eſt unius generis ſubiecti. Minor probatur. Nullũ ens per accidens (ut dicitur ſeptimo Metaphyſicæ) definiri poteſt, ſed huiuſmodi aggregatum eſt ens per accidens, ergo definiri non poteſt. Minor huius pro ſyllogiſmi probatur, Quippe ens per accidens eſt aggregatum ex rebus diuerſorum generum. Vltima ſequela patet, quia de ſubiecto ꝓſupponitur quid.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quòd inter illam differentiam additam,& id cui additur, eſt connexio per ſe in primo modo dicendi per ſe: ſicut inter definitum, & eius principium, ut inter lineam,& punctum. Siquidem in definitione illius differentiæ accidẽtalis, illud, cui additur (licet non contra) ponere oportet. In ratione enim viſualis cadit linea, & in ratione ſonori numerus. Nempe impoſsibile eſt intelligere uiſibilia, ut a perſpectiua conſiderantur, idelt, inquantum ſunt proportionalia ſecundum lineas,& ſimiliter ſonos, vt proportionales ſecundum numeros, non intellectis, linea, vt linea,& numero, vt numero. Differentia tamen accidentalis vocatur, quia genus ſubiectũ ſcientiæ ſubalternantis, non per ſe diuidit, aut contrahit: vt differentiæ diuiſiuę cuiuſque generis faciunt, quæ per ſe differentiæ illius dicuntur,& ſunt. Concurrunt autem hæc duo ad conſtitutionem ſub ierti ſcientię ſubalternatę, quoniam ſubiectum ſciẽtię vnum eſſe oportet, ideſt, habere vnam rationem formalem, ſecundum quam dicitur una, ipſa ſcientia,& ab aliis diſtinguitur: ideo totum aggregatum ſub vtriuſque ratione, ſubiectũ eſſe non poteſt, quia non eſſet vna ratio obiectiua formalis in vna ſcientia. Quo fit, ut nec aggregatum ex ſubiecto, & accidente, ut homo albus, nec ex ſubiecto,& proprio, ſcientiæ ſubiectum eſſe poſſit: & in iſto ſenſu concludit argumentum in oppoſitum, quoniam ens p accidens, unam rationem formalem habet. Sed totum aggregatum dicitur ſubiectum ſcientię ſubalter natæ, quia totum ſubiicitur, & vtraque pars per ſe attingitur, vt tamen una, rationem alterius ingreditur, vel ab alia per ſe dependet. Quod equidem in omni coniuncto ex rebus diuerſorum generum inueniri non poteſt: eò quòd ad hoc exigitur, quòd inter partes illius coniuncti ſit per ſe connexio ex parte alterius, non ſolum in eſſe naturę, ſed vt a tali ſcientia attingitur, alioquin vtrunque per ſe non attingeretur,& conſequenter opus eſt, quòd vnum, alterũ in ſui ratione ſuſcipiat, vel ab illo per ſe dependeat. Puta, vt exemplariter dicatur, ſubiectum muſicę eſt hoc coniunctum, numerus ſonorus, conſtat autem, quòd muſicus non conſiderat ſonum, in eo quòd ſonum, quoniam Phyſici eſt, neq; numerum, in eo, ꝙ numerum, eo ꝙ Arithmetici eſt: ſed numerum in ſonis, ideſt, vt facit ſonorum differentias, vel magis propriè loquendo, ſonum, vt proportionalem ſecũdum numerum conſiderat. Conſiderare autem ſonum, vt proportionalẽ, clarè liquet, quòd eſt attingere.& ſonum, & numerum per ſe, & ſonum, vt a numeralibus proportionibus dependet, & quòd vnica ratio formalis eſt. Attingitur autem per ſe vtrunque, eo quòd numerales propoſitiones ſunt media muſicalia,& ſonora ſunt concluſiones, ad quas, illa media applicantur. Nam numeralis proportio eſt ratio ſono, quòd a muſico attingatur, & ſonus eſt ratio numerali proportioni, quod ab eodem ac- D cipiatur, quamuis differenter, quia primũ, vt formale, ſecundum ut materiale, hoc facit, Et ſimile in perſpectiua reſpectu Geometriæ eſt. Vnica eſt autem ratio formalis, quoniam una, ab altera per ſe dependet: ita quòd ſunt partes ſibi inuicem coaptatę, quia vna, alterius rationem penetrat, et illius differentias facit. Quamobrem ad ſubalternationẽ propriè ſumptam quatuor requiruntur,& quòd ſubiectum (vt dictum eſt) ſub ſubiecto contineatur,& quòd differentia contrahens ſit extra naturam contracti, & quòd eius paſsio non ſit,& quòd ab eo per ſe dependeat. Ex hoc enim ſequitur, quòd principia iſtius, ab illo accipiantur, & quòd ille nouit eorum, propter quid, quoniam nouit id, a quo dependent.

Figurarum

Tex.34 *Figurarum magis faciens ſcire, maximè prima eſt.*

Diluci-datio. Quoniam ſyllogiſmus quidam, demonſtratio, E eſt, ideo litera, de forma ſyllogiſtica maximè demõſtrationi congrua, nunc pertractare intendit. Sylgiſmus (inquit) demonſtratiuus maximè fit in prima figura. Probatur à poſteriori. Figura maximè faciens ſcire eſt, in qua maximè fit ſyllogiſmus, propter quid, atque iccirco magis demonſtrationi accommoda, ſed in prima figura maximè fit ſyllogiſmus, pp quid; ergo prima figura eſt maximè faciẽs ſcire. Maior patet, quia demõſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire. Minor inductiuè probatur. Nam mathematicæ ſcientiæ, vt Arithmetica, & Geometria, & aliæ, vt plurimum prima figura vtuntur. Nempe quod quid eſt, potiſſimum locum habet in demõſtratiuis ſcientiis: quia definitio eſt principium demonſtrationis, aut concluſio, aut demonſtratio ſola poſitione differens. Ad inueſtigandam autem defi- F nitionem, ſola prima figura conueniens eſt: quia in ſola prima figura concluditur vniuerſalis affirmatiua, quę ſola cõpetit ad ſcientiam, quod quid eſt. quoniam definitio, vniuerſaliter, affirmatiuè de definito prædicatur. Quare figurarum magis faciens ſcire, maximè prima eſt.

Tex.35 *Ignorantia non ſecundum negationem, ſed ſecundum diſpoſitionem dicta, per ſyllogiſmum eſt facta deceptio.*

Diluci-datio. Quoniam oppoſitorum eadem eſt diſciplina, meritò de ignorantia demonſtrationi ſcientificę oppoſita determinare intendit. Ignorantia autem eſt multiplex, vna ſecundum prauam diſpoſitionem, alia ſecundum ſimplicem negationem. Ignorantia quidem ſecundum prauam diſpoſitionem, alio nomine, error vocatur; vtpotè, quis habens aliquam diſpoſitionem in cognoſcendo, ſed corruptam, dum G exiſtimat eſſe, quod non eſt, vel non eſſe, quod eſt, propter aliquam rationem, quam ſoluere neſcit. Puta ſic arguendo, omnes quantitates continuę, & finitæ ſunt adinuicem menſurabiles, ſed Diameter, & Coſta, ſunt quantitates continuæ; ergo ſunt adinuicem menſurabiles. Quod non ſequitur, ſed ex eo generatur ignorantia; quoniam maior eſt in parte falſa. Quare ignorantia prauę diſpoſitionis eſt deceptio, per ſyllogiſmum in nobis cauſata.

Tex.36 *Ignorantia ſecundum diſpoſitionem, interdum eſt in iis, quæ ſunt prima, & immediata, interdum circa mediata.*

Diluci-datio. Ignorantia ſecundum prauam diſpoſitionem, & circa prima principia immediata contingere queit. Puta dum opinatur quis oppoſita principiis, quæ etſi mente interius opinari non poſſit, cum ſub appræhenſione talia oppoſita non cadant: poteſt ta- H men primis principiis ore contradicere, & ſecundum quandam falſam imaginationem ab eis diſſentire, vt apud Ariſtotelem in quarto Metaphyſicę de quibuſdam ſcribitur, & circa quoque concluſiones huiuſmodi ignorantia euenire poteſt.

Tex.37 *Ignorantia ſecundum diſpoſitionem, ſiue in iis, quæ ſunt prima, ſiue mediata, bifariam euenit, aut ſimpliciter, aut per ſyllogiſmum.*

Diluci-datio. Ignorantia ſecundum prauam diſpoſitionem, ſiue ſit circa principia immediata, ſiue mediatã, puta concluſiones, bifariam quoque euenire contingit, aut ſimpliciter, quando, ſcilicet, abſque rationis ductu exiſtimat falſum, ſiue affirmando, vt ille, qui extra mundum eſſe vacuum credit, ſiue negando, vt ſi quoque cælum non eſſe corpus finitum credit. Sed quoniam nullus (apud Philoſophos) ſecundũ quancunque potentiam aſpiciens ad malum operatur, et ignorantia in aſtologia malorum eſt, ideo omnis ignorantia ſecundum prauam diſpoſitionem ex aliqua ratione adminus indirectè procedit. Nempe quandoq; ratio cauſans falſam opinionem, & errorem, non eſt ratio concludens illam concluſionem erroneam, ſed concludẽs aliud extraneum, ad quod tamen ſequitur aſſenſus iſtius ad falſum. Puta quum proteruus, ne ſuperatus videatur, etiam ſibi ipſi efficaciam rationũ verarum auertens, vel potius peruertens, falſæ aſſentire ſua libertate vult, quaſi verę, ſecundum ſuam craſſam, & falſam imaginationem: ſicut videns ſtellas, & nulla ratione motus, de earũ F quantitate loquens, eas eſſe minores ſtella magna picta, dicit; quaſi ex quantitate huius ſecundum hãc ſuam imaginationem illarum quantitatem concludat: cuius ſimile pręſertim pati videntur inerudıti, & inepti, de quibus in quarto Metaphyſicæ dicitur, quòd non perſuaſi, falſo, ſine aliqua ratione id directè concludente, aſſentiunt. Quocirca non abre dictum eſt, ignorantiam prauæ diſpoſitionis ſimpliciter, hoc eſt ſine aliqua ratione directè generari. Aut per ſyllogiſmum, & rationem aliquam generatur, vt de Zenone aiunt, qui (vt eſt apud Ariſtotelem in octauo Phyſicorum) hanc ſophiſticam rationem ſoluere neſciens, ſi aliquid mouetur, aut in pleno, aut in vacuo mouetur; non primò, quia duo corpora eſſe ſimul non poſſunt, non ſecundo, cum G vacuum non ſit; ergo non datur motus, perinde ac motum negabat.

Obiectio. Diuiſio, cuius membrum repugnat definitioni totius diuiſi, non eſt bona, ſed præſens diuiſio eſt huiuſmodi; ergo non eſt bona. Minor probatur. Nam definiens litera ignorantiam prauę diſpoſitionis ait, quòd eſt, per ſyllogiſmum facta deceptio; deinde diuidens eam, diſtinguit in eam, quæ fit ſimpliciter, & in eam, quæ fit per ſyllogiſmum, et ſic expreſſe alterum diuiſionis membrum, definitioni repugnat.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quòd tam proteruus, quàm quicunque ineptus, non nulla ratione (vt in dilucidatione probatur) aſſentire falſo ducitur: & quoniã hoc (vt dictum eſt) multifariam contingit, ideo litera ad hoc inſinuandum duo fecit. Ad inſinuandũ H nanque, quòd omnis error ex aliqua ratione quoquo modo oritur, ignorantiam ſecundum diſpoſitionem, quę nihil aliud eſt, quàm error per ſyllogiſmum, definiuit. Ad inſinuandum autem, quod aliquis verò directè fit per ſyllogiſmum, aliquis verò directè fit per proteruiam, vel ineruditionem, quod eſt fieri non directè per ſyllogiſmum, diuiſionem ſupradictam fecit. Quare non eodem modo, fieri per ſyllogiſmũ, in definitione, et diuiſione accipitur.

Ignorantia ſimplicis negationis eſt ſimplex negatio veræ notitiæ alicuius concluſionis, eo quòd intellectus principia ad illam non habet. Tex.38

Ignorantia ſimplicis negationis, quæ in non at- Diluci-datio.
tingendo

tingendo cõſiſtit, vtpotè quum homo nihil de re ſcit; vt ruſticus omnino nihil ſcit de triangulo, an A habeat tres angulos æquales duobus rectis, vtique talis ignorantia, ſimplex negatio, & veræ notitiæ alicuius concluſionis carentia eſt: eò ꝙ intellectus, nulla principia ad illam concluſionem habet; aut ex ętate, in quo ſenſu, infantem ignorare philoſophiam dicimus; aut ex ineruditione, vt plebeum ignorare Geometriam aſſerimus. Quare ex ijs, ignorantiã prauæ diſpoſitionis eſſe peſſimã cõſtat.

Tex. 39 *Neque in ſurſum, neque in deorſum, infinita eſſe prædicantia in demonſtratiuis ſcientijs contingit.*

Si ſtatur in medijs, neceſſarium eſt, demonſtrationum eſſe principia, & non omnium eſſe demonſtrationem.

Quare in demonſtrationibus in infinitum non proceditur.

Dilucidatio. Intendens determinare in demonſtrationibus, finitum eſſe proceſſum docet, ꝙ nec in ſurſum aſcendendo, B quando, ſcilicet, proceditur ad magis vniuerſale, de ratione cuius eſt, ꝙ prędicetur: nec in deorſum, quando, ſcilicet itur ad magis particulare, de ratione cuius eſt, quòd ſubijciatur, in demonſtrationibus eſſe infinita prædicantia contingit. Quippè demonſtrationem, non niſi ea, quæ per ſe inſunt ingrediuntur. Hæc autem dupliciter ſunt, aut per ſe primo modo, aut ſecundo modo dicendi per ſe. Iuxta ſecundum modum non proceditur in infinitum, quoniam ſecundus modus per ſe eſt, quum ſubiectum ponitur in definitione prędicati, vt numerus in definitione imparis. Eſt enim impar, numerus medio carens. Si enim procedatur vlterius, ꝙ aliquid aliud prædicetur per ſe iuxta iſtum ſecundum modum per ſe, de impari, ſequitur quòd impar ſit in definitione eius: & quum numerus, in defini- C tione imparis ponatur, ſequitur, quòd etiam numerus in definitione illius tertij, quod per ſe ineſt impari ponatur, & ſic deinceps procedendo. Sed in definitionibus abire in infinitum non cõtingit, vt infinita, ſcilicet, inſint in definitione alicuius: quoniã ſi prædicata, ex quibus conſtituitur definitio, dentur eſſe infinita, non erit definire aliquid, & ſi definiatur eius definitio, non erit nota, quoniam infinitum non eſt pertranſire. ſed non conuenit definiri, neque definitionem cognoſci, niſi deſcendendo perueniatur vſque ad vltimum, & aſcendendo perueniatur vſque ad primum; ergo in ijs, quę in quodquid eſt prædicantur, in infinitum non proceditur. Quare relinquitur, ꝙ in prędicationibus per ſe iuxta ſecundum modum, in infinitum in ſurſum, ſcilicet D ex parte prædicati non proceditur. Iuxta primum quoque modum dicendi per ſe, non proceditur in infinitum; quoniam definitio (vt probatum eſt) periret. Neceſſe eſt igitur, quòd prędicata in demonſtrationibus ſtent in ſurſum, & conſequenter in deorſum: quia ex quacunque parte ponatur infinitum, tollitur ſcientia, & definitio. Si autem eſt ſtatus in ſurſum, & deorſum, media eſſe infinita non contingit: quoniam extremis exiſtentibus determinatis, media eſſe infinita non poſſunt. Puta ſit ſupremum prædicatum, ſubſtantia, & infimum ſubiectum, Socrates; inter ſubſtantiam, & Socratem, media eſſe infinita non poſſunt; quoniam primum prędicatum, de medio inferiori prædicatur; vtpotè, de cuius ratione eſt (vt dictum eſt) A quod de inferiori prędicetur: & cum media ſint infinita, ſequitur quòd prędicatio in infinitum procedit deſcendendo, & ſic quia infinitum non eſt pertranſire, ſupremum prædicatum nunquàm poterit de infimo ſubiecto prędicari, quod eſt contra hypotheſin. Similiter ſi incipiamus ab infimo ſubiecto, Socrate, procedetur, aſcendendo, in infinitum, antequàm perueniatur ad ſupremum prędicatum, ſubſtantia, nunquàm de eo prędicabitur, quod eſt contra pręſuppoſitum. Quanquam autem ſint quatuor modi per ſe ſuperius enumerati, duo tamen vltimi, ad illos duos enumeratos reducuntur. Si autem eſt ſtatus in medijs, neceſſe eſt eſſe aliqua principia demonſtrationum immediata, & indemonſtrabilia: quia quum aliquid demonſtratur, terminum medium, qui ſit intra prędicatũ, & ſubie- B ctum, de quo per prius prędicetur prędicatum, quàm de ſubiecto, vel à quo per prius remoueatur, ſumere oportet. Quamobrem ſi demonſtrationes in infinitum procedere contingit, media inter duo extrema propoſitionis, infinita erunt, quod (vt probatum eſt) impoſſibile eſt; atque iccirco in demonſtrationibus in infinitum non proceditur. Sed qm̃ ſuperius de propoſitione immediata determinatum eſt, ideo breuitatis cauſa omitto ea, quę de reductione mediatarum ad prima immediata dicuntur. Verum in reductione mediatarum propoſitionum ad immediatas, neceſſe eſt ſumere medium, quod extra genus extremorum non cadit; quoniam media (vt in ſuperioribus probatum eſt) & extrema eiuſdem generis eſſe oportet.

C *Demonſtratio uniuerſalis eſt, quæ ex uniuerſalibus propoſitionibus conſtituitur.* Tex. 40

Propoſitiones uniuerſales ſunt, quæ de omni, & per ſe, & ſecundum quòd ipſum, ſunt.

Quoniam vnumquodque prius ſecundum ſeipſum, quàm comparatiuè ſumptum, conſiderandum venit, qua in re natura demonſtrationis oſtenſa, eiuſq; paſſionibus enucleatis, nunc de comparatione demonſtrationum agere operæprecium duxi. Demonſtratio (inquit) vniuerſalis eſt, cuius vtraque propoſitionum aſſumptarum eſt vniuerſalis; vt quicquid habet animam, nutritur, & omne corpus animatum habet animam; ergo omne corpus animatum nutritur. Maior enim, itidem & minor, vniuerſalis eſt. Nam vtraque eſt de omni, quoniam prędicatum vniuerſaliter, & ſemper, de D ſubiecto verificatur, & per ſe, cum prædicatum, in minore ſit de definitione ſubiecti, & contra in maiore, ſubiectum de ratione prædicati: nec non ſecundum quòd ipſum, cùm ex terminis conuertibilibus ambę conſtituantur. Quicquid enim eſt corpus animatum, habet animam, & contra. quicquid habet animam, eſt corpus animatum. Propoſitiones autem vniuerſales (non quidem ſecundum quantitatem, ſed ſecundum prędicationem, vtpote, quarum prædicatũ eſt vniuerſale) ſunt, quæ ſunt de omni, per ſe, & ſecundum ꝙ ipſum, vt homo eſt ſuſceptiuus diſciplinæ, homo eſt rõnalis. Nẽpe vniuerſale hoc in loco, non eſt, quod, vnũ in multis, & de multis dicitur: ſed adæquatum prædicatum propo-

ſitionis de omni, & per ſe, & ſecundum quòd ipſum, proculdubio eſt. Quare demonſtratio erit vni E uerſalis, quę paſsionem adæquatam de eius adæquato ſubiecto demonſtrat, vt habere tres angulos de triangulo.

Tex.41 *Demonſtratio particularis eſt, cuius altera propoſitionum aſſumptarum, particularis eſt.*

Propoſitio particularis eſt propoſitio demonſtrationis, quæ ſecundum quòd ipſum non eſt.

Dilucidatio. Demonſtratio particularis vocatur, quia paſsionem inadęquatam de eius inadæquato ſubiecto demonſtrat, vt habere tres angulos de Iſochele. Itaq; demonſtratio particularis eſt, cuius altera propoſitionum aſſumptarum eſt particularis, aut minor tãtum, vt omne animal ſentit, & omnis homo eſt animal; ergo omnis homo ſentit. Hęc nanq; propoſitio, omnis homo eſt animal, eſt particularis, quia nõ eſt ſecundum ꝙ ipſum. Vel maior, & minor, vt omne animal nutritur, & omnis homo eſt animal; ergo omnis homo nutritur. Ibi maior eſt particularis, nõ enim quicquid nutritur, eſt animal: & etiam minor cum non omne animal ſit homo. Propoſitio autem particularis (non ſecundum quantitatem, ſed ſecundum prædicationem) eſt, quæ ſecundum ꝙ ipſum non eſt, hoc eſt, quæ extremis conuertibilibus non componitur, quãuis ſit de omni, det per ſe, vt omnis homo eſt ſubſtantia, & quandocunq; magis cõmune, de minus communi prædicatur, dũmodo ſit pro poſitio per ſe, vt numerus par eſt numerus. F

Tex.42. *Demonſtratio uniuerſalis, potior eſt particulari.*

Vniuerſale enim, magis cauſa eſt.

Dilucidatio. Demonſtratio dicens magis cauſam, & propter quid, eſt potior, quoniam demonſtratio eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus cauſæ, & propter quid: & demõſtratio vniuerſalis dicit magis cauſam, quàm particularis, quoniam vniuerſale eſt magis cauſa. Quippè cui per ſe primò paſsio ineſt, cauſa potiſsima eſt, vt ſubiectum eſt cauſa paſsionis, quæ per ſe primo ei ineſt: vniuerſale uerò eſt primum, & per ſe ineſt; ergo vniuerſale magis cauſa eſt. Sanè ꝓ vniuerſale intelligitur primum, & adæquatum ſubiectum, cui per ſe primò paſsio ineſt, cuius quoque ipſum cauſa eſt. Quare demonſtratio vniuerſalis, particulari potior eſt. G

Obiectio. Demonſtratio per quam maximè ſcimus, potior eſt, ſed demonſtratio particularis eſt huiuſmodi; ergo demonſtratio particularis eſt potior. Maior patet, quia demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire; ergo quantò magis facit ſcire, tantò eſt potior. Minor probatur. Magis ſcimus, quum aliquid ſcimus ſecundũ ipſum, ꝙ ſecũdũ aliud, ſecundũ particularẽ ſcimus ſecundũ ipſum, & ſecũdũ vniuerſalẽ ſcimus ſecundũ aliud; ergo demonſtratio particularis magis ſcire facit. Maior patet, quia magis ſcimus Coriſcum eſſe muſicum, ſcientes ipſum eſſe muſicum, ꝙ ſcientes hominem eſſe muſicum: eò quòd ſemper (vt dicitur 8. Phyſicorum) id, quod eſt per ſe, prius eſt eo, quod eſt per aliud, & cauſa eius. Minor probatur. Secundum enim vniuerſalem ſcimus, quòd Iſocheles habet tres, non ſecundum ꝙ Iſocheles, ſed inquantum triangulus, ſecũdum vero particularem, quoniam ipſe Iſocheles eſt habens tres. H

Text. co.39.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quòd vtrobique tam in vniuerſali, quàm particulari inuenitur ſecundum ſe, & ſecundum aliud, vt habere tres conuenit figurę, non ſecundum quòd figura, ſed ſecundum quòd talis figura, ſcilicet, triangularis. Similiter habere tres non conuenit Iſocheli, ſecundum quòd Iſocheles, ſed ſecundum quòd triangulus, ideoque qui cognoſcit Iſochelem habere tres, minus habet cognitionem de eo, quod eſt per ſe, quàm ſi cognoſcat, quòd triangulus habeat tres: & vniuerſaliter dicendum eſt, quòd ſi ſcit aliquid, quod non inſit triangulo, ſecundum quòd triangulus, & demonſtretur de eo, quicquid ſit illud, vera demonſtratio non erit. Si autem inſit ei ſecundum quòd eſt triangulus, cognoſcens in vniuerſali de triangulo ſecundum quod huiuſmodi, perfectiorem cognitionem habet, iccirco ſciens vniuerſaliter de omni triangulo, quòd habeat tres, magis cognoſcit ſecundum ꝙ ipſum, quàm ſciens particulariter. quare demonſtratio vniuerſalis, particulari potior eſt.

Demonſtratio affirmatiua eſt, quæ concluſionem affirmatiuam concludit. Tex.43.

Negatiua uerò eſt, quæ negatiuam concluſionẽ concludit.

Demonſtratio affirmatiua, à concluſione, quam infert, affirmatiua denominatur, vt quicquid virtutis, & diſciplinæ eſt ſuſceptiuum, eſt ad felicitatem natum, at omnis homo, virtutis, & diſciplinæ eſt ſuſceptiuus; igitur eſt homo ad felicitatem natus. Negatiua itidem demonſtratio, à ſua concluſione negatiua denominatur, vt quicquid ratione caret, non eſt diſciplinę ſuſceptiuum, at omne brutum ratione caret, igitur nullum brutum eſt diſciplinæ ſuſceptiuum. Dilucidatio.

Demonſtratio affirmatiua, dignior eſt demonſtratione negatiua. Tex.44.

Ex puris nanque negatiuis non poteſt fieri ſyllogiſmus, ſed eſſe alteram affirmatiuam opus eſt.

Oſtenſum eſt in tomo de ſyllogiſmo formali, ꝙ ex puris negatiuis non fit validus ſyllogiſmus, ſed ad minus altera præmiſſarũ, affirmatiua exigitur, ideo propoſitiones affirmatiuę, maiorem efficaciam ad ſyllogizandum, quàm negatiuę, habent: et cum demonſtratio affirmatiua, ex ſolis ſit affirmatiuis, proculdubio potior eſt negatiua, quæ ex affirmatiua, et negatiua propoſitione ſtruitur. Dilucidatio.

Demonſtratio oſtenſiua eſt, quæ ex duobus manifeſtè ueris, propoſitum demonſtrat. Tex.45.

Demonſtratio ducens ad impoſsibile eſt, quæ ex contradictorio propoſitionis datæ, cum uno manifeſtè uero, manifeſtè falſum concludit, ob cuius falſitatem, præmiſſam falſam interimimus, & propoſiti ueritatem concludimus.

Demonſtratio oſtenſiua dicitur, quæ aliquid ex manifeſtè veris oſtendit, & verum demonſtrat, vt ſit iſta manifeſtè vera, quicquid habet animam ſenſitiuam, ſentit, & etiam iſta, omne animal habet animam ſenſitiuam, ergo omne animal ſentit, eſt demonſtratio hæc, oſtenſiua. Similiter demonſtratio ducens ad impoſsibile eodẽ quoq; modo definitur, quemadmodum ſyllogiſmus ad impoſsibile, quoniã idem ſunt, & eſt, quę contradictoriũ eius, quod vult oſtendere, aſſumit, cum altera præmiſſa manifeſtè Dilucidatio.

vera,

vera, & concludit, aut oppoſitum principij, aut alicuius ex principio cogniti, & manifeſtè veri, ex cuius concluſione manifeſtè falſa fit regreſſus ad interimendam pręmiſſam falſam, & veritatem propoſiti concludendam: vt poſita prædicta hypotheſi, ſit iſta negata, omne animal ſentit, benè ſequitur in quarto ſecundę, quicquid habet animam ſenſitiuam ſentit, & aliquod animal non ſentit, ergo aliquod animal non habet animam ſenſitiuam? Concluſio eſt manifeſtè falſa, cum eius contradictoria ſit poſita vera; ergo aliqua pręmiſſarum, non maior per hypotheſin; ergo minor, quare eius contradictoria, omne animal ſentit, eſt vera, quod erat propoſitũ.

Tex.46 *Demonſtratio oſtenſiua negatiua, potior ſimpliciter eſt ducente ad impoßibile.*

Quare ſi affirmatiua, dignior eſt negatiua, & ea, quæ eſt ad impoßibile potior erit.

Oſtenſiua enim negatiua eſt ex priori, ad impoßibile verò, ex poſteriori eſt.

Dilucidatio. Demonſtratio ex notioribus, ea dignior eſt, quæ eſt ex minus notis, & demonſtratio oſtenſiua negatiua ex notioribus, quàm demonſtratio ducens ad impoſſibile conficitur; igitur negatiua oſtenſiua demonſtratio, potior ſimpliciter eſt ducẽte ad impoſſibile. Nanque oſtenſiua negatiua ex priori eſt, ad impoſſibile verò, ex poſteriori conſtat. Nempe ex notitia præmiſſarum, generat in nobis demonſtratio omnis oſtenſiua, ſcientiam, alioquin ſcire non faceret: ſed ducens ad impoſſibile ex falſitate concluſionis magis nota, quàm ſit falſitas alicuius præmiſſæ, atque iccirco ex minus notis procedit. At quia oſtenſiua affirmatiua eſt dignior (vt modò dilucidatum eſt) negatiua, ideo quoque demonſtratio oſtenſiua affirmatiua, dignior, & potior ducente ad impoſſibile erit. Nam demonſtratio digniore valdè dignior, longè amplius eſt dignior indigniore, qualis eſt, quę ad impoſſibile ducit, in ordine ad negatiuam oſtenſiuam, quę demonſtratione ducente ad impoſſibile dignior eſt.

Tex 47 *Certior eſt ſcientis, & prior, quæ eſt ipſius, quis, & propter quid, quàm ea, quæ duntaxat eſt, quis: & quæ non eſt de ſubiecto, illa, quæ eſt de ſubiecto, & quæ eſt ex minoribus, ea, quæ, ex appoſitione eſt.*

Dilucidatio. Comparatis demonſtrationibus, modò ſciẽtias, effectus earum, comparare intendit, et in primis eas ſecundum certitudinem comparat. Vnam (inquit) ſcientiam altera eſſe certiorem trifariam contingit, quoniam aut vna de eadem concluſione dicit, propter quid, & quia, altera autem tantum, quia, quo pacto ſcientia ſubalternans eſt certior ſubalternata: vtputa de hac concluſione, vulnus circulare tardius ſanatur, Geometra eſt certior, quàm medicus. Nam medicus ſcit, & experitur ſolum, quia ſic eſt; ſed Geometra ſcit, quia ſic eſt, & propter quid; quoniam, ſcilicet, circulus angulis caret: ideo in vulnere circulari partes tardius appropinquãt, & clauduntur, cuius oppoſitum in vulnere triangulari, vel quadrangulari contingit. Aut quoniam vna eſt de ſubiecto abſtracto, altera eſt de ſubiecto materiæ ſenſibili applicato: & hoc modo ſcientię puræ mathematicę, quales ſunt Arithmetica, & Geometria, ſcientiis mediis, quales ſunt, Perſpectiua, Muſica, & Aſtrologia, certiores ſunt. Nã Arithmetica eſt de
A numero ſimpliciter, ab omni materia abſtracto, Muſica verò eſt de numero voci, vel ſono per conſonantiam applicato. Similiter Geometria eſt de linea ſimpliciter, ſed Perſpectiua de linea viſuali: Aſtrologia quoque eſt de figura, & magnitudine cæli, numeroq; motuum cæleſtium. Aut quoniam vna eſt de paucioribus, alia verò de pluribus, hoc eſt, vna addit ſupra ſubiectum alterius, vt & ita ſit de pluribus, quo pacto Arithmetica, certior, & prior, quàm Geometria eſt. Vnitas nanque, quæ eſt principium ab Arithmetico conſideratum, ſimplicior eſt, quàm punctum à Geometra cõſideratum. Vnitas enim eſt ens indiuiſibile, à poſitione abſtrahens, ſed punctum eſt ens indiuiſibile, determinatam poſitionem, ſiue determinatum ſitum in continuo habens, ideo Geometria, ſupra Arithmeticæ
B ſubiectum addit.

Scientia eſt una, quæ eſt unius generis, quæcunque ex primis componuntur, & partes, aut paßiones horum ſunt per ſe. Tex.48

Nunc ſecundum vnitatem, & diuerſitatem, ſcientias comparat adinuicem, docens, ſcientiam eſſe vnam, quæ vnius generis eſt, hoc eſt, cuius, vnum ſubiectum formale eſt. Eſt autem vnum ſubiectum formale, quando vnam quoque habet rationem formalem, ſecundum quòd eſt in ordine, & genere ſcibilium, ſed non vt in genere entium eſt. Scibile enim inquantum ſcibile, immobile, & immateriale eſt. Immobile quidem, eò quòd ſcire non eſt, niſi in ijs, quæ non poſſunt aliter ſe habere. Immateriale verò, quia in intellectu, qui, imma- Dilucidatio.
C terialis eſt, proculdubio recipitur. Quo fit, vt ſpecificæ, & formales differentię ſcibilis, vt ſcibile, quę ipſum ſecant, ac diuerſificant, ſint à materia, & motu, diuerſè, & difformiter abſtrahere: quod, variè habere immaterialitatem, & immobilitatem, eſt. Hinc ſcibile (apud Ariſtotelẽ 6. Metaphyſicæ) diuiditur in vniuerſale abſtractum à materia, & motu ſecundum eſſe, & rationem, & abſtractum ſecundum rationem, ſed non ſecundum eſſe, nec non abſtractum, neque ſecundum eſſe, neque ſecundum rationem, ſed duntaxat à materia indiuiduali abſtractum, tanquàm tria genera diſtinguentia tres partes Philoſophiæ, Metaphyſicam, ſcilicet, Mathematicam, & Naturalem. Quamobrem Metaphyſica eſt vna ſcientia, quoniam omnia in ea conſiderata, à materia, & motu, tam
D ſecundum eſſe, quàm ſecundum rationem abſtrahunt, & ita vnam rationem formalem, quæ re ipſa talis eſt modus cognoſcendi, habent. Itidem Mathematica eſt vna, quoniam omnia mathematicalia, à materia, & motu, ſecundum rationem, & non ſecundum eſſe, abſtracta ſunt: ſed naturalia ſicut in materia, & motu eſſe habent, ita quoque per materiam, & motum definiuntur, atque iccirco naturalis philoſophia, vna ſcientia eſt. Quanquam autem diuidi poſſet primum membrum, in abſtractum à materia, & motu ſecundum eſſe, & rationem totaliter, vt ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ iuxta propria ſibi, & abſtractum ſecundum eſſe, & rationem cum quadam analogia ad materialia,

& immaterialia, vt metaphyſicalia, quia tamen ſecundum veritatem de propriis ſubſtantiarum ſe- E paratarum prædicatis ſcientia, homini in hac vita poſſibilis non eſt, ideo primum membrum, & genere,& ſpecie diſtinguuntur: ſecundum autem, & tertium,genera ſunt ſubalterna, quæ, in diuerſas ſpecies diſtinguuntur. Siquidem diuiditur abſtractum à materia ſecundum ratiouem, in abſtractum à cõtinuo,quod materia quædã eſt, & nõ abſtractũ à continuo: & hęc, ſpecialisſima ſunt.& Arithmeticam, & Geometriam conſtituunt.Scibile autem abſtractum, nec ſecundum eſſe, nec ſecundum rationem, diuiditur (vt in libris Ariſtotelis liquet) ſecundũ plus,& minus materialitatis, & motus,inſra mobilium latitudinem. Nam diuiſit Ariſtoteles in philoſophia naturali, genus phyſicum, in mobile ſimpliciter,& in mobile ad vbi, & ad formam,quæ ſpecialisſima ſunt in genere ſcibilis phyſici. Verum F huiuſmodi entia, plures habent definitiones, rationesq́;, quatenus in genere rerum ſunt: vt in ſingulis ſcientiis cõſtat,de quibus ſanè rationibus, modò ſermo non eſt. Habent quoque prima, ex quibus componuntur, ideſt, principia,ex quibus,ipſa ſubiecta cognoſcuntur, quæ profectò per ſe,& intrinſeca ſunt, quia partes eſſentię eorum ſunt,vt in Phyſica, materia, & forma,& in Grammatica, literæ. Vel partes rationis, vt genus, & differentia. Et præter hęc habent etiam partes ſubiectiuas,quę ſub ſcientia illius generis cadunt, ſi ipſum genus extra illam ſcibilis differentiam (qua vnitatem formalem habet) non trahunt. Puta, in Metaphyſica,illę entis,& ſubſtantię differentię, & partes ſubiectiuæ cõſiderantur,quæ ens, & ſubſtantiam extra abſtractũ G à materia,& motu,ſecundum rationem,& eſſe,non ducunt; vt actus, & potentia, cauſa, & cauſatum, vnum,& multa: & in Mathematica,omnes ſpecies figuræ,vt triangulus,quadrangulus, & figura recta, aut circularis: in Phyſica verò, cęlum, & elementa, cæteraq́; elementa,vt equus,homo. Illę autem,quæ genus ſubiectum extra propriam ſcibilis differentiam trahunt, ſub eadem ſcientia non cadunt, quoniam ab eo ſunt,adminus vt ſcibile eſt,extraneæ,ex quibus ſcientia non eſt.

Obiectio.1. Prima ſunt principia intrinſeca, quę conſtat eſſe partes eſſentiales rei; ergo ſuperfluè additur in litera, & partes horum.

Reſpondetur,quòd per prima, & partes, intelligitur idem non conuertibiliter. Nam per prima intelligimus ea, ex quibus id, de quo habetur ſcientia, H componitur,non qualitercunque, ſed vt ex ĳs incipit tam res, quàm ſcientię proceſſus,ſiue illa ſint partes eſſentię rei, vt materia, & forma, ſiue partes rationis, vt genus, & differentia, ſiue alio quocunque modo intrinſeca, vt punctum reſpectu continui: et per partes intelligimus per ſe partes (vt nunc dictũ eſt) & vltra hęc partes etiam ſubiectiuas. Sed contra.

Instatur. Metaphyſica conſiderat de genere ſubſtantię, & tamen, omnes partes per ſe ſubiectiuas ſubſtantię, omnia, ſcilicet, genera, & ſpecies ſubſtantię nõ conſiderat; ergo eiuſdem ſcientiæ non eſt conſiderare aliquod vnum genus, & eius per ſe partes ſubiectiuas. Aſſumptum quò ad ſecundam partem habetur in prohœmio Metaphyſicæ, vbi dicitur, ſapientis eſt ſcire omnia, non ſecundum proprias ſpecies,ſed vt decet. Reſpondetur, ꝙ non omnes (vt dilucidatum eſt) partes ſubiectiuæ alicuius generis, ſub ſcientia illius generis cadunt, ſed illę tãtum,quę ipſum genus extra illam ſcibilis differentiam, qua vnitatem formalem habet, non trahunt. Illæ verò, quæ, genus ſubiectum extra propriam ſcibilis differentiam trahunt, ſub eadem ſcientia non cadunt, ideo meritò Metaphyſica, omnia genera & ſpecies ſubſtantię,non conſiderat.

Primum caret prioribus, ſed ſubiectũ Metaphyſicę eſt primum; ergo caret prioribus. Minor probatur. Quippè ſubiectũ Metaphyſicæ eſt ens, quod eſt primum, & communisſimum omnium, & partibus eſſentialibus caret, ſicut & in qualibet ſcientia, cuius ſubiectum eſt accidens, non inueniuntur partes eſſentiales, quia accidentia, ex talibus partibus non componuntur, ſicut nec anima,quę in libro de anima ſubiectum eſt. Secũda.

Reſpondetur, quòd hoc in loco genus ſubiectũ, principia per ſe, partes, & paſſiones, litera enumerauit, non vt requiſita neceſſariò ad ſcienriam, vel ſcientiæ vnitatem, ſed vt oſtenderet, vbi hæc reperiuntur, ſcientiæ vnitatem non impedire,ex hoc docens,cũ vnitate formali generis ſubiecti, & ſcientię, ſtare diuerſitatem principiorum, & partium,& paſſionum, dummodo illius per ſe ſint. Verum Metaphyſicæ ſubiectum, ſicut habet principia (vt in 4. eiuſdem habetur) ita habet, & principia, & partes intrinſecas. Videre autem hoc, altioris negocij eſt. Subiecta verò ſcientiarũ de accidentibus, & de anima,& cętera huiuſcemodi,partes rationum ſuarum habent, quod proculdubio ſufficit. Tex. co.1.

Altera ſcientia, ab altera eſt, quorumcunque principia, neque ex eiſdem, neque ex alterutris ſunt. Tex.49.

Dilucidatio. Quoniam vnumquodq́ue, per ſua propria principia ſcibile eſt, & ſcientiæ, vnitatem formalem ſecundum proprias ſcibilis differentias habent, ideo quantumcunque ſint aliqua diuerſa ſcibilia per naturam, dummodo per eadem principia ſciantur, ad vnam ſcientiam pertinent: quia iam diuerſa non erunt, inquantum ſcibilia ſunt, vt voces humanæ, multum à ſonis inanimatorum corporum ſecundum ſuam rationem differunt, ſed quia ſecundum eadem principia, conſonantia in vocibus humanis, & ſonis inanimatorum corporum attenditur, vna, & eadem eſt ſcientia muſica, quæ de vtriſque conſiderar. Si verò aliqua ſint eadem ſecundum naturam, ſed per diuerſa principia conſiderata, ad diuerſas ſcientias pertinent: ſicut corpus mathematicum, à corpore naturali ſubiecto ſeparatum non eſt, ſed quia per principia quantitatis cognoſcitur: corpus autem naturale per principia motus Geometria,& naturalis, eadem ſcientia non eſt. Quamobrem vna ſcientia eſt altera ab alia, quarum principia, diuerſa ſunt, ita vt nec vtriuſque ſcientiæ principia, ex aliquibus principiis prioribus procedant, vt principia trianguli, & quadranguli, ex principiis figuræ deriuantur: nec principia vnius ſcientię ex principiis alterius, ſicut principia Iſochelis,à principiis trianguli dependent.

Tex.50. *Fortuitorum non eſt ſcientia per demonſtrationem, neque cognoſcere per ſenſum eſt ſcire.*

Diluci-datio. Obiecti ipſius ſcientiæ naturam litera plenè declaratura, fortuitum, et ſenſibile, ab eo excludere intendit, docens, fortuitorum non eſſe ſcientiam per demonſtrationem: quoniam ſcibile eſt neceſſariū, aut eſt ſicut frequenter, fortuitorum autem extra hæc ſit, ergo deeo non eſt ſcientia per demonſtrationem. Maior probatur. Omnis enim ſyllogiſmus demonſtratiuus, aut eſt per neceſſarias, aut eas, quæ ſunt tanquàm frequenter propoſitiones: & ſi præmiſſæ ſunt neceſſarię, concluſio eſt neceſſaria, & ſi præmiſſæ ſunt, vt frequenter, concluſio eſt, vt frequenter. Similiter quoniam demonſtrationes, vniuerſalium ſunt, ſentire antem vniuerſalia non cõtingit; ideo cognoſcere per ſenſum, nõ eſt ſcire. Minor probatur. Quippè neceſſe eſt ſentire hoc aliquid, & vbi, & nunc, vniuerſale autem eſt ſemper, & vbiq;, quia ab omni determinato tempore, & loco abſtrahit: iccirco quantum de ſe eſt, ſicut in quolibet vno loco, vel tempore inuenitur, ſic in omnibus inueniri natum eſt. Quare vniuerſale ſub ſenſu non cadit.

Tex.51. *Scibile, & ſcientia, ab opinabili, & opinione, diuerſa ſunt. Intellectus, uerorum contingentium non eſt.*

Diluci-datio. Intendens diſtinguere ſcientiam ab aliis habitibus intellectus, ſolertiæ, et opinionis, & intellectus, tantum meminit, reliquorum verò habituum differentias aliis relinquit. Nempe intellectus, principiū eſt ſcientię, quæ, concluſionem reſpicit; opinio, & principiorum, & concluſionum eſt. Solertia verò medii coniectatrix eſt, a natura initium ſumens, & ab exercitio promptitudinem. Cæteri autem habitus, extranei à ſcientiæ propoſito ſunt. Itaq; in primis, ſcientiam, & eius obiectum, ab opinione, et ſuo obiecto, diſtinguit. Scibile, inquit, & ſcientia, ab opinabili, & opinione differunt. Nam ſcientia ipſius vniuerſalis eſt, & per neceſſarias propoſitiones cõparatur; neceſſarium autem aliter ſe habere non poteſt: at ſunt quædam vera, quę, & aliter ſe habere contingit; exploratum igitur eſt, circa huiuſmodi, ſcientiam non eſſe. Nempe ſi circa ea eſſet ſcientia, impoſſibile eſſet, illa aliter ſe habere, quę tamen dicta ſunt, aliter ſeſe habere poſſunt. At verò, neque intellectus, circa ea vera, quæ aliter ſeſe habere poſſunt, verſatur (nam dico intellectum, principium eſſe ſcientiæ) neque ſcientia, quæ propoſitionis eſt indemonſtrabilis, quę quidem eſt exiſtimatio immediatæ propoſitionis, hoc eſt, intellectus eſt quędam ſcientia indemonſtrabilis, quia eſt certa exiſtimatio immediatæ propoſitionis, ideſt, certiſſima cognitio abſque demonſtratione acquiſita. Atqui verus eſt intellectus, vera ſcientia, & vera opinio, & id circa quod hæc verſantur, quare reliquum eſt, ut opinio ſit circa verum, quod aliter ſeſe habere contingit, et conſequenter circa verum, aut falſum, quod aliter ſeſe habere poteſt: ſed intellectus, principium ſcientiæ, quæ eſt neceſſariorū, quæ niſi ex neceſſariis concluduntur, contingentium non eſt.

Obie-ctio. Experiuntur, quòd multarum opinionum obiecta ſunt uera neceſſaria, ergo ſcibile, ab opinabili nõ differt: Aſſumptum probatur in opinionibus oppoſitis de corporum cæleſtium materia, deque eorum motibus. Nam cum oporteat contradictionis A alteram partem eſſe veram, nec eſſe eſt alteram veri neceſſarii eſſe, quoniam ibi nihil contingens eſt. Conſequentia probatur. Quippè opinabile eſt contingens, & ſcibile, neceſſariorum eſt, ideo differre dicuntur.

Reſpondetur, quòd opinio, incertã ſonat cognitionem, non quod ita ambigua ſit, quòd ad neutram contradictionis partem declinet, ſed quia ita alterã partem contradictionis cognoſcit, vt de oppoſita veritate formidet. Tales enim nos eſſe experimur opinantes. Scientia autem, extenſo vocabulo, ad cognitionem principiorum immediatorum, certam vnius partis contradictionis cognitionem ſonat: adeo vt de oppoſiti poſſibilitate, nulla etiã ſuſpicio relinquatur. Certitudo autem in cognitione, ſtando infra limites intellectus, non niſi ex cogniti euiden- B tia eſt, ideo non repugnat certitudo fidei chriſtianę, quæ non eſt intellectus, vt ſic, ſed ut ſtat ſub imperio voluntatis, & non ex euidentia obiecti. Quamobrem ex euidentia cogniti certitudo intellectualis eſt, & conſequenter ex ineuidentia incertitudo. Et quoniam euidentia alicuius complexi biſariam cõtingit, vel ex propriis terminis, vt in primis principiis liquet, vel ex alicuius neceſſaria cõnexione viſa, ad prima principia, ideo omnis cognitio certa, vel eſt circa principia ex terminis nota, vel concluſiones in illa reſolubiles, vel reſolutas. Ineuidentia autem alicuius complexi, quoniam per priuationẽ eorum, quę, euidentiam faciunt, ſic etiam multifariã contingit: ſicut liquet de ſuſpicione, & exiſtimatione, & opinione, in qua vtiq; ſit, ex eo quòd vel ter- C mini ipſi propoſitionis, vel connexio concluſionis, ad propoſitiones alias, quæ certæ ſunt, præ ſe ferunt alteram contradictionis partem determinatam, alteram deiiciendo, ſed nõ neceſſariò. Hinc ſcientia, & opinio, penes euidentiam, & ineuidentiam differunt: ita quòd euidentia, ſcientiam, ineuidentia verò, aut opinionem, aut ſuſpicionem, aut exiſtimationem, facit. Nam omne manifeſtatiuum, luminis rationem habet, vt lumen concluſionis, ipſe medius terminus vocatur, quia eam manifeſtat, ideo lumen, quo clarent, quęcũque cognoſcuntur, latitudinem non paruam habet: & ſecundum diuerſam eius participationem, res intellectui diuersè pateſiunt. Propterea quædam ſunt, quæ tantum in ſe luminis, ſeu manifeſtatiui habent, quòd intellectui euidentia per ſe ſunt, vt principia. Quædam per reductionem ad D alia, ut eorum concluſiones. Quædam adeo parum luminis habent, vt ad euidentiam non ſufficiat, licet ſufficiat ad determinationem intellectus ad vnam partem, quod eſt ipſum relinquere cum formidine alterius, & hæc, opinabilia ſunt. Quædam adhuc minus habent, ita vt nec ad vnam partem determinẽt, licet magis ad hanc, quàm illam inclinent, vt ſuſpicabilia. Quædam denique adhuc minus, vt ęſtimabilia. Talis nanque ineuidentia oritur, quandoque ex natura ipſius rei cognitæ, quę complexum contingens eſt, cui nullo modo inuenitur aliquid, vnde ſuę copulationis euidentia oſtendi poſſit: quoniã nec termini eius, tale manifeſtatiuum eſſe poſſunt, nec aliquod medium, quoniam contingens eſt. Interdũ

autem

autem oritur talis ineuidentia, ex modica participatione luminis intellectus, dum vel propriis terminorum conceptibus, vel mediis neceſſariis carere contingit, vel malè ordinat media, vel intellectus acies, propter phantaſmatis motum non figitur. Hinc opinio poteſt eſſe de contingentibus, & de neceſſariis, licet differenter: quia de contingentibus eſt propter ipſius obiecti naturam, quæ sciri non patitur; de neceſſariis autem propter ipſius intellectus defectum, qui, complexum ſibi obiectum, quantumcunque ſit neceſſarium in ſe, contingeorer tamen cognoſcit, ideſt, apprȩhendit tali claritate, qua videtur hoc ſic eſſe, ſed non videtur, quòd aliter eſſe non poſſit. Quamobrem opinabile tali ineuidentia duplex eſt, quoddam, quod ex ſui natura, euidens eſſe non poteſt, vt complexum contingens: quoddam ex parte iotellectus, quia licet ex ſe euidens eſſe poſſit, huic tamen, & illi ineuidens, & incertum eſt, vt complexum neceſſarium: & ita ſcieotia differt ab opinione in hoc, quòd ſcientia eſt veri neceſſarii vtroque modo, ita quòd oon ſolum eſt neceſſarium, ſed etiam ſua neceſſitas viſa eſt. Opinio autem eſt cootingentis altero modo, ideſt, vel propoſitionis cootingentis, vel neceſſariæ contingeuter.

Tex.32 *Opinio eſt exiſtimatio non neceſſariæ propoſitionis, quæ medio uacat.*

Dilucidatio. Conſentaneum eſt, quod in litera dicitur, & in ijs, quæ apparent. Nam opinio inconſtans, incertaque eſt, & ea natura, de qua opinio eſt, incerta eſt, non igitur neceſſarium, ideſt, & ſuæ cognitionis habens medium certum, & neceſſarium, non eſt.

Tex.53 *Solertia eſt perſpicacitas quædam, bonaq; medij coniectatio, in tempore haud præmeditato.*

Dilucidatio. Solertia (inquit Ariſtoteles) eſt ſubtilitas quædam in non perſpecto tempore, medij, hoc eſt (vt ſub aliis verbis in litera dicitur) perſpicacitas quædam, bonaque medii coniectatio, in tempore haud prȩmeditato. Puta ſi quis videns lunam, ſemper eam partem, quȩ ſolem verſus deuergit, lucidam habere, & ſtatim intellexerit propterea id ipſum eſſe, quia luna, à ſole ſplendorem mutuat, hæc coniectatio, ſolertia eſt. Nam ſolers, omnes cauſas medias videns, cognouit & vltimas, io quas, vltima fit reſolutio, per quas, propter quid, cognoſcitur. Sed de ijs hactenus.

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM
OCTAVVS TOMVS.
de medio demonſtrationis ad ſecundum Poſteriorum.

Tex.1 *QVæſtiones ſunt æquales numero, ijs quæ uerè ſcimus.*

Dilucidatio. Demonſtrationis natura declarata, quoniam ipſam ex primorum principiorum, & medij, præexiſtente cognitione procedere dictũ fuit: intendens in hoc tomo de ijs determinare, à medio inchoans, intendit in primis omnia ſcibilia, & dubitabilia ad medij ſcientiam, & dubitationem reducere, ideoq; à quæſtionibus oon ab re ſermo exorſus eſt. Quæſtiones (inquit) ſunt ȩquales numero ijs, quæ verè ſcimus, hoc eſt, æqualis eſt numerus quæſtionum, & eorum, quæ ſciuntur. Nam ſcientia eſt cognitio per demonſtrationem acquiſita: eorum autem oportet per demonſtrationem cognitionem acquirere, quȩ ante fuerunt ignota, & de ijs quæſtiones facimus, quȩ ignoramus, quo fit, vt ea, quæ quæruotor, ȩqualia oumero ſint ijs, quȩ ſciuntur. Quatuor auteio ſunt, quȩ quæruntur, ſcilicet, quia, propter quid, ſi eſt, & quid eſt: ad quæ quatuor, quicquid eſt quæſibile, vel ſcibile, reduci poteſt. Nempe de quopiam quȩrimus, vtrum hoc ſit hoc, aut hoc, ad oumerum adiicientes, complectentesq; plura (vt vtrum ſol, deliquium patiatur, an ſecus) tunc quia eſt, quȩrimus. Indicium autem huius eſt, nam comperieotes quòd deliquium patitur, deſiſtimus: etſi à principio exploratum habemus, ꝙ deliquium patitur, haudquaquam ſciſcitamur, vtrum deliquium patitur ſol. At verò, quum ſcimus, quia eſt, ſciſcitamur, propter quid eſt, vt ſcientes, quià ſol delinquit, aut quia terra ſuccutitur, tremiſcitq; ſciſcitamur, propter quid ſol delinquit? & propter quid ſuccutitur terra? Et hȩc quidem hoc pacto ſe habeaot. Quȩdam autem alio modo quȩrimus, non plura, ſcilicet in quȩſtione complectentes, vt ſi Centaurus eſt, aut non eſt? ſi Deus eſt? Hoc autem, inquam ſi eſt, aut oon eſt, ſimpliciter & non plura complectens dico, & non periode, ac ſi percunctarer, ſi Centaurus, albus eſt, aut nõ eſt albus? At verò quum cognoſcimus, ſi quippiam eſt, ſciſcitamur, quid eſt, vt quum cognoſcimus, ſi eſt Deus, ſi eſt homo, quærimus, quid igitur eſt Deus? quid eſt homo? Hæc igitur quatuor ſunt, quȩ quȩrimus, & totidem ſunt, quæ inuenta ſcimus. Nimirum itaque ea, quȩ quȩruntur, ȩqualia profectò ſunt numero ijs, quȩ & nos ſcimus. Iis poſitis conſtat, quòd quæſtio, quia eſt, & etiam propter quid eſt, complectitur prædicatum, quod quærit de ſubiecto: quæſtio verò, ſi eſt, & quid eſt, ſolum ſubiectum tenent, quare ſuperiores ad oumerum adijciunt, duæ verò poſteriores nequaquam. Et quȩſtio propter quid eſt, ſequitur quȩſtionem, quia eſt, & quȩſtio, quid eſt, ſequitur quȩſtionem, ſi eſt, ſeq; mutuò reſpiciunt quȩſtio, quia eſt, & propter quid eſt, & quæſtio ſi eſt, & quid eſt.

Obiectio. Complexum in quo definitio prædicatur de definito, eſt enunciatio de tertio adiacente, ſed quȩſtio quid eſt, huiuſmodi eſt; ergo eſt enunciatio de tertio adiacente, atque iccirco in numerum ponit.

Reſpondetur, quòd quæſtio, an eſt, quȩrit an homo ſit, quid eſt verò, quȩrit quid eſt homo, ſed quia eſt, inquirit, qualis ſit homo, vt puta, an homo ſit riſibilis: denique propter quid, eius cauſam percunctatur, vt propter quid homo eſt riſibilis. Differunt autem, quooiam ſimplices quȩrunt eſſe ſimpliciter, compoſitȩ verò eſſe tale, & ſimplices altera quærit de re, an ſit, altera quid ſit: ſed compoſitȩ, altera quærit de re, an habeat talem diſpoſitionem,

nem, altera propter quid illam habeat. Nec mens humana, plures de quacũque re, quæſtiones formare poteſt. Conueniunt autem, quoniam omnes (vt dicitur in litera ſequenti) indiſtinctè à priori, vel à poſteriori medium quęrunt. Quippè nihil aliud eſt quærere, an Centaurus ſit, quàm an ſit aliqua cauſa, ex qua habeatur Centaurũ eſſe. Cauſam autem dico, in eſſendo, vel in cognoſcendo, alioquin de Deo non poſſet quæri, an ſit. Et ſimiliter eſt, de quid eſt, & quia eſt. A præcognitionibus quoque quæſtiones differunt, eo quòd ſub præcognitione quid, cõcluditur quid nominis, ſub quęſtione verò quid, minimè. Nam quid nominis, pars ſcientiæ non eſt, ſed variationi ſecundum humanum placitum ſubiacet: neceſſariò tamen præſupponi oportet, quoniam à vocibus doctrina, & diſciplina fit. Item ſub præcognitione, quia, concluditur principiorum veritas, et eſſe ſimpliciter ſubiecti, quorum neutrum, ſub quæſtione, quia, clauditur: ſed veritas principiorum extra quæſtionem omnino eſt, vtpotè ex ſe euidens, et eſſe ſimpliciter ſubiecti, ſub quæſtione an eſt, clauditur. Simplices autem, ſi ex parte rei quęſitæ ſimplicitatem ſumis, diſſimiliter ſunt. Quæſtio nanque quid eſt, ideo ſimplex eſt, quoniam purum, & immixtum, quid eſt, quęrit: quæſtio verò, an eſt, ideo ſimplex eſt, quoniam eſſe rei ſimpliciter, ideſt, abſq; aliqua additione quærit. Quęrendo enim, an Centaurus ſit, non quæritur, an Centaurus habeat eſſe tale, vel tantum, ſed abſq; additione, an eſſe habeat. Si autem ex parte modi quærendi, ſimplicitas ſumatur, diſſimiliter quoque ſimplices inueniuntur. Nã quęſtio, an eſt per modum enunciationis ſimplicis exercetur, & enunciationem ſimplicem (vt liquet quum quęritur, ſi Centaurus eſt) proponit. Quęſtio verò, quid eſt, per modum enunciationis ſimplicis exercetur, ſed eam non proponit. Cum enim quæritur, quid eſt homo, non proponitur diſcutienda ſimplex enunciatio, ſed incomplexum illud, puta homo: tamen talis quęſtio per modũ ſimplicis enũciationis, videlicet, abſque prædicato (vt perſpicuũ patet) formatur. Eodem quoque modo dicendum eſt ex parte quęſtionum compoſitarum, quia eſt, & propter quid eſt. Si enim ex parte rei compoſitio ſpectetur, quæſtio, quia eſt, ideo cõpoſita vocatur, quoniam ad duarum rerum compoſitionem inuenta fuiſſe videtur: & ſemper compoſitionem extremorum directè quærit, & realem compoſitionem eorum quærere permittitur. Quæſtio, propter quid eſt, ideo compoſita dicitur, non quoniam compoſitionem directè quærat, ſed quoniam compoſitionis cauſam poſtulat. Ex parte quoque modi quęrendi, quęſtio, quia eſt, ideo compoſita vocatur, quoniam per modum enunciationis de tertio adiacente (vt liquet quum quęritur, vtrum homo ſit perfectiſſimum animalium) exercetur, & illã proponit. Quęſtio verò, propter quid eſt, quoniam cauſam talis compoſitę enunciationis quærendo proponit, cõpoſita quoque vocatur. At quoniam ponere in numerum, nihil aliud eſt, quàm quęrere de duorum adunatione, ideo eodem quoque modo ponentes in numerum, & non ponentes in numerum dicuntur, quemadmodum & ſimplices, propter ſupradictas cauſas vocantur. Ad argumentum in oppoſitum

A negatur vltima ſequela, quoniam non dicitur, quòd quęſtio, quid enunciationem de ſecundo adiacente quęrat, ſed dicimus, quòd ſimplices quæſtiones, ad primum modũ enunciationis referuntur. Puta quęſtio, quid, ad modum (ut dictum eſt) ſimplicis enunciationis exercetur: & quoniam ſicut quęſtio, propter quid eſt, ſequitur quæſtionem, quia eſt, ac per hoc pertinet ad enunciationem de tertio adiacente, ita quoque quæſtio, quid eſt, ſequitur quæſtionẽ, an eſt, ac per hoc enunciationem de tertio adiacente reſpicit. Item ſicut quęſtio, propter quid, cauſam enunciationis de tertio adiacente quærit: ita quæſtio, quid, cauſam enunciationis de ſecundo adiacente poſtulat licet hoc (vt dictum eſt) ex modo quærendi non faciat.

Omnis quæſtio, medij quæſtio eſt. Tex.2.

B Declaratur modo omnem quæſtionem eſſe medii quæſtionem. Dilucidatio. Nam quum quęrimus, quia eſt, aut ſi eſt ſimpliciter, & non plura complectentes, quęrimus ſanè, vtrum eius, quod quęritur, medium aliquod ſit, quo id demonſtrari poſſit. Comperto autem, quia eſt, aut ſi eſt, ſeu partibiliter complectentesque, ſeu ſimpliciter & non complectentes, rurſum propter quid eſt, aut quid eſt, quærimus, et tũc quoque quærimus, quid nam ſit medium. Dico autem, quia eſt, aut ſi eſt, aut partibiliter, aut ſimpliciter. Partibiliter quidem, ut ſi ſciſcitamur, utrum luna deliquium patiatur? vtrum luna concreſcit? Nã in huiuſcemodi quæſtionibus quęrimus, ſi quippiã eſt aliquid, aut ſi ipſum non eſt aliquid. Simpliciter autem dico, vt ſi ſciſcitamur, utrum luna eſt? aut vtrum nox eſt

C In omnibus igitur quæſtionibus quęrere euenit, aut ſi eſt medium, aut quid eſt ipſum medium. Quare omnis quæſtio, medii quæſtio eſt. Nẽpe cauſa, medium eſt, in omnibus autem quęſtionibus cauſa ſciſcitatur: ut quum quæritur, utrum delinquit luna? ſciſcitari profectò intendimus, ſit ne huius aliqua cauſa, an non ſit: poſtea verò cognoſcentes aliquam cauſam eſſe, quę igitur ea ſit, quęrimus, ideo omnis quęſtio, medii eſt. Nam cauſa, tũ eius, quòd eſt quippiam eſſe, non hoc quidem, aut illud, ſed ſimpliciter, vt ſubſiſtat, tum eius, quòd eſt, quippiam eſſe, non ſimpliciter, ſed eſſe aliquid eorum, quę per ſe, aut ſecundum accidens inſunt, medium eſt Dico autem ipſum ſubiectum ſimpliciter eſſe, ut lunam, aut ſolem, triangulumve. aut terram. Non ſimpliciter autem, ſed aliquid eſſe prædicatũ,

D vt deliquium, ęqualitatem, inęqualitatem, an in medio ſit, an non, in iis omnibus cauſa petitur. Quippe manifeſtum in iis vniuerſis, idem eſſe, quid eſt, & propter quid eſt. Petitur autem, quid eſt cauſa, vt quid eſt deliquium lunę? hoc ipſum eſt ſubtractio luminis à luna, ob terræ interuentum: & idem propter quid eſt, vt propter quid eſt deliquium, ſeu propter quid delinquit luna? ſanè accommodè reſpõdeamus, propter ſubtractionem luminis à luna, interueniente, interceptaque terra; manifeſtũ eſt igitur omnem quæſtionem, medii quæſtionem eſſe. Quod quoque manifeſto deprehenditur indicio, quandocunque medium ſenſu perceptibile eſt. Nã tum ſciſcitamur, quum non ſentimus, vt de deliquio

lunæ

lunę quęrimus,ſi eſt, quum medium ipſum admini-
culo ſenſum non attingimus. Si vero in luna con-
ſiſteremus,vt videremus terram,ſoliq́;, & lunę è di-
recto interceptam, nequaquam profectò quęrere-
mus, neque ſi eſt deliquium lunæ, neque propter
quid eſt: ſed ſimul proculdubio vtrunque nobis in-
noteſceret, non quòd in ſenſu locanda ſit ſcientia,
ſed in vniuerſalis cognitione. Nam eo ipſo, quod
ſentimus, factum eſt, vt vniuerſale ſciamus. Senſus
quidem ſingularis eſt, ſenſus enim eſt, quòd nunc
intercipitur terra, & ſenſu manifeſtum eſt, ꝙ nunc
deliquium patitur luna,atque ex hoc ipſum vniuer-
ſale emerſit,aggenitumq́; eſt.Itaque iam omnia,quę
quęruntur, quæſtionem medij eſſe, perquàm per-
ſpicuum euaſit.

Tex.3 *Medium in demonſtratione, ex definitione ſubiecti,& paſ-
ſionis conſtat.*

*Paßio, per propriam definitionem, ſed definitio paßionis
per definitionem ſubiecti demonſtratur.*

Demonſtratio ſimpliciter duplex eſt, ratione,
Dilucidatio. ſcilicet,conclusionis ſcibilis in ſe, & ex propria na-
tura,aut ratione noſtri. Demonſtratio ſimpliciter
ex natura rei ſcibilis, illa eſt, cuius concluſio ex na-
tura ſua ſibi vendicat, quòd nobis non niſi demon-
ſtratiuo diſcurſu ſimpliciter nota ſit. Huiuſmodi
autem concluſio,illa ſola eſt, quæ ex natura ſua, me-
dium habet,atque iccirco coniunctio ſuorum termi
norum ex ſe habet, quòd non niſi per medium illud
ſimpliciter cognoſcatur. Demonſtratio autem ſim
pliciter ratione noſtri, illa eſt,cuius concluſio meri-
to ſui, ex terminis à nobis ſimpliciter, & perfectè
cognoſci poteſt: quamuis ratione noſtri offuſcati,et
impediti luminis, diſcurſum demonſtratiuum exi-
gat. Talis autem concluſio (vt in ſuperioribus di-
ctum eſt) omnis illa eſt,quę ex natura ſuorum termi
norum immediata eſt,ſed ratione noſtri à priori me
dium habet: quoniam nos non compręhendimus
terminos eius, ſecundum eorum conceptus comple
tos,ſed alterius eorum,duo conceptus nobis inſunt,
quorum altero,vt medio vtimur. Nam ex intelle-
ctu noſtro, qui adunata natus eſt diuidere, proue-
nit,quòd aliqua propoſitio ſecundum ſuam naturā
immediata,nobis mediata ſit: eò quò ſimplex ſubie
cti ſignificatum biſariam cōcipit, & vt ſtat ſub vno
conceptu, ipſum facit, minorem extremitatem; vt
autem ſtat ſub alio, ipſum facit medium terminum;
& ſic diuidendo terminum vnum ratione ſignifica-
ti ſecundum ſe, in duos apud nos, immediatam ſe-
cundum ſe, nobis mediatam facit. Proprium autem
medium demonſtrationis ex meritis concluſionis
ſcibilis eſt prima paſſio, quoniam illa taliter demon
ſtrari nequit, eò quòd ſubiecto ſecundum ſe imme-
diatè ineſt: ſed ſecūdam paſſionem de ſubiecto per
primam paſſionem concludit huiuſmodi demon-
ſtratio, & ita tertia, per ſecundam, & ſic deinceps
procedendo vſque ad vltimam paſſionem ſubiecti
demonſtrabitur. Nam propria, & proxima cauſa
ſecundę paſſionis, eſt prima; quoniam omnes paſ-
ſiones alicuius ſubiecti ordine quodam ab eodē ſub-
iecto fluunt. Quocirca vertitur in dubium, quid
nam ſit medium in demonſtratione ſimpliciter ra-
tione noſtri, & præcipuè potiſſima. Per demon-
ſtrationem nanque potiſſimam, demonſtrationem
E primam ordine naturę in ſcientia ſimpliciter intel-
ligo. Primam autem dico, ſiue reſpectu omnium
demonſtrationum de aliquo certo ſubiecto, puta
triangulo, vel homine, ſiue reſpectu omnium demō
ſtrationum illius ſcientiæ. Nihil enim refert vtro
modo accipiatur prima demonſtratio in propoſi-
to, modò ſit demonſtratio ſimpliciter, quamuis non
ex meritis ſuæ concluſionis ſcibilis. Nempe vtraq;
potiſſima vocatur; quoniam cęteris paribus eſt pri
ma ordine compoſitionis, & elementum, & funda-
mentum, & cauſa cęterarum: & eſt vltima ordine
reſolutionis, & ad eam reliquæ demonſtrationes re-
ſoluuntur. Cui dubitationi reſpondet litera, ſuppo
ſito, quòd duplex eſt paſſionis definitio, dicens, ſci-
licet quid tantum, & dicens quid, & propter quid.
Hoc itaque poſito dicitur, quòd paſſio poſterior,
F per ſuam definitionem dicentem, quid & propter
quid demonſtratur, ac per hoc per priorem paſſio-
nem, quæ in eius definitione vt cauſa cadit, demon-
ſtratur, ſicut eclipſis, per interpoſitionē terrę demō-
ſtratur: quum autem ad primam paſſionem deuen-
tum fuerit illa, per definitionem ſubiecti, & paſſio-
nis ſimul demonſtratur. Ex eis enim, definitio di-
cens quid, & propter quid, primę paſſionis integra-
tur. Nam quodquid eſt ſubiecti, proprium, propter
quid, reſpectu primæ paſſionis eſt. Sic autem demō
ſtrando primam paſſionem, principalem tenet lo-
cum, quodquid eſt ſubiecti: quoniam ratione ip-
ſius, medium illud, propter quid, continet, quod al-
tera paſſionis cauſa eſt. Nec ob idipſum dicimus de-
G finitionem ſubiecti ſolam non poſſe eſſe medium
demonſtrationis ſimpliciter, videlicet, ad demon-
ſtrandam primam paſſionem; huius enim oppoſi-
tum abſolutè fatemur. Nam omnis cauſa propria,
& neceſſaria, propter quam ſufficienter, & imme-
diatè res eſt, poteſt eſſe verum, & proprium mediū
ad demonſtratiuè ſciendum rem illam (vt ex defi-
nitione ipſius ſcire conſpicuum patet) & quodquid
eſt ſubiecti talis cauſa primæ ſuę paſſionis eſt. Quip
pè illud, cui conuenit aliqua paſſio ſecundum quòd
ipſum, ſeu primò, eſt propria ſufficiens, et immedia-
ta illius cauſa; quoniam (vt ex primo Poſteriorum
manifeſtum euaſit) eſt id, cui primò illa paſſio ineſt,
& per illud cęteris quibuſq; ineſt: ſubiectum autē
proprium eſt id, cui paſſio prima, ſecundum quòd
ipſum, ſeu primò conuenit, quo fit, vt ſubiectum,
H propria cauſa, & medium ſufficiens ad demonſtran
dam primam paſſionem ſit. Hinc quoque rectè di-
citur, ꝙ paſſio prima, de ſubiecto per definitionem
paſſionis dicentem, propter quid, demonſtratur:
illa autem definitio denique per definitionem ſubie
cti demonſtratur, & ita mediū reſpectu eiuſdē paſ-
ſionis, ex rationibus vtriuſque multiplicatum con-
ſtat. Nec inconueniens eſt, eandem paſſionem poſſe
demonſtrari duabus demonſtrationibus potiſſimis,
per quodquid eſt, ſcilicet ſubiecti ſolū, & per quod-
quid eſt ſubiecti, & paſſionis, diuerſis tamen reſpe-
ctibus, proprij medij identitate ſeruata. Diuerſis qui
dem reſpectibus; quoniam illa, in qua ſolum quod-
quid eſt ſubiecti aſſumitur, potiſſima vocatur, quia
eſt prima ſimpliciter ordine compoſitionis, & vlti-
ma ordine

ma ordine reſolutionis, & propoſitiones ſimpliciſſimas habet: hæc autem potiſſima appellatur, quia A aggregat in ſe genera cauſarum, ex quibus eſſe paſſionis dependet. Seruati quoque identitatem medii oportet, quoniam demonſtrationes per media non augentur, & medium in vtraq; eſt ipſum quodquid eſt ſubiecti, ex quo reliqua obtinent, ꝙ medij vim habeant. Qua re literæ ſenſus eſt. Medium in demonſtratione ſimpliciter ratione noſtri, & potiſſima, quia, ſcilicet demonſtratur prima paſſio de ſubiecto, ex definitione ſubiecti, & paſſionis conſtat: et ita prima paſſio, per ſuam propriam definitionem dicentem, quid & propter quid demonſtratur, quę ex definitione ſubiecti, pariter & paſſionis integratur, quamuis ſola definitio ſubiecti poſſit eſſe medium demonſtrationis ſimpliciter ratione noſtri, vt potè, quæ verè & propria cauſa paſſionis eſt. Quinimo inquit litera, definitio ſubiecti, quæ eſt, propter quid, primæ paſſionis, medium ad demonſtrandam definitionem primę paſſionis eſt.

Obiectio. 1

Si definitio ſubiecti eſſet medium in demonſtratione potiſſima, ſcientia non reſolueret ſuas concluſiones in principia propria per ſe nota, & certa, ſed hoc eſt falſum; ergo falſum quoq; eſt definitionem ſubiecti eſſe medium in demonſtratione potiſſima. Conſequentia probatur. Nam inter paſſiones alicuius particularis ſubiecti in aliqua ſcientia, puta trianguli, eſt ordo talis, ꝙ vltima demonſtratur per penultimam, & illa per anteriorem, & ſic aſcendendo vſq; ad primam. Itaq; ſi prima paſſio, ſiue eius definitio, demonſtrabitur de triangulo per definitionē trianguli, fiat vltima reſolutio omnium dictarũ demonſtrationum, ita ꝙ ad quodquid eſt ſubiecti perueniatur, quod amplius non demonſtratur, facta autem vltima reſolutione, ſtatim ergo tunc ſtabitur. Conſtat autem, ꝙ nō peruentũ eſt reſoluendo vſq; ad prima principia propria in illa ſcientia, quoniã illa, vniuerſaliora ſunt, quàm huius ſpecialis ſubiecti; ergo ſi definitio ſubiecti ponitur medium, ſequitur, quòd ſcientia demonſtrationis reſoluendo, ad per ſe notas propoſitiones non perducat.

Secunda

Pręterea, ſi medium in demōſtratione potiſſima, eſt definitio ſubiecti, ſequitur, ꝙ ſcientia vnius generis ſubiecti, puta Geometria, non eſſet vna, ſed hoc eſt falſum; ergo falſum eſt medium in demonſtratione potiſſima eſſe definitionem ſubiecti. Conſequentia probatur. Addēdo ſupradictis, ꝙ cum par ratio ſit de triangulo, & quadrangulo, ſeu homine, & leone, ſicut facta reſolutione paſſionum trianguli ad quodquid eſt trianguli, ſtabitur demonſtrãdo, D iſta facta reſolutione paſſionum quadranguli ad eius quodquid eſt, ſtabitur, & ſimiliter de aliis, & ſic tot erunt Geometrię, quot ſpecies figurarum.

Reſpondetur ad vtrunque negando ſequelã, quoniam ex eodē fundamento ambo peccant. Nam cũ ordo reſolutiuus contrario modo ad ordinem compoſitiuum, ſe habeat, & eandem viam, & eadē media, & eandem connexionem in vtroque ordine ſeruari oportet. Hinc ſicut componendo, deſcenditur in ſcientia abſque tali paſſionum deſcenſu, ita aſcendendo, abſque talium paſſionum connexione regreditur. Manifeſtè aũt liquet in ſcientiis talem eſſe compoſitiuum ordinem, ꝙ ab vniuerſalioribus inchoatur, & demōſtrantur paſſiones primi ſubiecti ordinatè: deinde ad partes ſubiectiuas ſubiecti venitur, non per demonſtrationem mediam, ſed p inchoationem noui tractatus, vel capituli, & ab earum quodquid eſt exordiũ ſumitur, & paſſiones demonſtrantur, & ſic vſque ad finem ſcientiæ proceditur. Reſoluendo igitur, quum reſolutio facta fuerit vſque ad quodquid eſt alicuius partis ſubiectiuę, non ſtabitur in illa ſcientia, ſed reſoluentur principia propria illius ſubiecti partialis in principia ſuperioris ſubiecti: & ſic reſoluendo ingredietur ſuperiorem ordinem, & fiet reſolutio ad illamet principia omnium paſſionum illius ſuperioris ordinis, & ita deinceps aſcenſus fit vſq; ad quodquid eſt primi ſubiecti, in quo erit finis totius reſolutionis, & tunc erit facta B reſolutio vſq; ad per ſe nota ſecundum ſe, & per ſe nota nobis in ſcientia. Propterea non erunt tot ſcientiæ, quot ſubiecta partialia, quia omnia talia, ad vnam (vt in ſuperioribus dictum eſt) rationem formalem, quæ in genere ſcibilis eſt indiuiſibilis formaliter, reſoluuntur. Quare neque certitudo, neq; vnitas ſcientiæ, ponendo definitionem ſubiecti eſſe medium in demonſtratione potiſſima, tollitur.

Tex. 4

Habitus principiorum, neque inſiti ſunt, neque ab alijs notioribus, pariuntur, habitibus, ſed ſenſus adminiculatione fiunt.

Quare principia inductione cognoſcuntur.

Dilucidatio.

Terminaturus præſens tomus doctrinam de ſyllogiſmo demonſtratiuo, declaratis, in ſuperioribus demonſtrationis natura, & deinceps, medio, principiorum eius notitiã (vt res exigit) modò tradere intēdit. Habitus (inquit) principiorũ, neq; inſiti ſunt, neq; ab aliis notioribus pariuntur habitibus, ſed ſenſus adminiculatione fiunt. Sanè neceſſe eſt in nobis C eſſe quandã potentiam cognoſcitiuã, quę cognitioni principiorum p̄exiſtat, non tñ talem, quæ potior quantum ad certitudinē, cognitione principiorum ſit. Hęc aũt connaturalis potentia ad iudicandũ de ſenſibilibus, ſenſus vocatur, qui cũ ſit in omnibus animalibus, in perfectis quidē remanet aliqua impręſſio, ſeu ſpecies ſenſibilis abeunte re ſenſibili, in imperfectis autē non manet, & quoties non remanet, huiuſmodi animalia, ſiue perfecta, ſiue imperfecta, nullam cognitionē habent, niſi dum ſentiunt: in quibus autem manet, contingit adhuc habere quandã cognitionem in anima præter ſenſum, & ea ſunt, quę memoriam habent. Verum in ijs, quæ memoriam habent, in quibuſdam eorum fit ratiocinatio de ijs, quæ in memoria remanent, ſicut in hominibus, in quibuſdam autem non, ſicut in brutis. Ex ſenſu igitur fit memoria, ex memoria verò ſępiuſculè eiuſdem rei facta, in diuerſis tamen ſingularibus, fit experimentum. Nam experimētum (vt habetur in prohœmio Metaphyſicæ) eſt accipere aliquid ex multis in memoria retentis: quod tamen fit aliqua ratiocinatione circa particularia, per quam vnum ad aliud confertur, quod vtique eſt rationis proprium, ideo collatio multorum ſingularium vocatur. Nempe quum quis recordatur, ꝙ talis herba ſępe, & ſæpius, multos à febre ſanauit, ꝙ herba illa, febris ſanatiua, experimentum vocatur. Ratio autē non ſiſtit in experimēto particulariũ, ſed ex multis

particularibus, in quibus experientia facta eſt, accipit vnum commune, ſeu vniuerſale, quod in anima E confirmatur, & illud, abſq; conſideratione alicuius ſingularium cõſiderat. Propterea vniuerſale eſt vnũ in multis pter multa, quia eſt in multis ſingularibus, ideſt, in multitudine ſingularium, ſed fit pręter cõſiderationem ſingulariũ, ideſt, ſingularium proprietatum. Nam intellectus non mouetur niſi ab intelligibili in actu, & res intelligibiles, prout ſunt in particularibus ſenſibilibus, in potẽtia valdè remota intelligibiles ſunt, eò ꝙ plurimum materialitatis habent, ideo neceſſe eſt ipſas res intelligibiles deferri primò ad ſenſus, vt in eis ſine materia poſitę, magis appropinquent ad hoc, ꝙ actu intelligibiles fiant: deinde quoniam in ſenſibus exterioribus, & cõmuni poſitæ, multas conditiones materiales habent, vt ſpiritualiores ſint, & intelligibilitati magis proximæ, in cogitatiua ponuntur. F At quoniam ſimplex cogitatiuę operatio nõ ſufficit vniuerſaliter, ad hoc; vt res per eam cognita, tantæ ſpiritualitatis ſit, vt actione intellectus agentis, fieri actu intelligibilis poſſit: Iccirco requiritur quoque frequens conuerſio, & cogitatiuæ operatio circa eandem rem, diſponens rem illam, vt cogitatam ad hoc, vt proxima ſit intelligibilitati in actu, & habilis ſit, vt eam intellectus agens in ordinem intelligibilium in actu transferat. Habent autem vim taliter diſponendi huiuſmodi actus frequentati pro quanto habent vim collectiuam, et aduuatiuam particularium in vnum quaſi vniuerſale, quod eſt obiectum experimentalis habitus, qui ex frequentia talium actuũ generatur. G Nempe, cum terminus vltimus iſtius proceſſus ſit cognitio verè vniuerſalis, conſentaneum eſt, vt id, quod eſt vltimum medium, & ſimillimum termino, ſit quaſi vniuerſale: & ita ſenſus eſt quodammodo vniuerſalis, ſentire verò particularis. Cognoſcit ſenſus, Calliam non ſolum inquantum eſt Callias, ſed etiam inquantum eſt hic homo, & Socratem inquantum eſt hic homo: & inde eſt, quòd tali acceptione ſenſus præexiſtente, anima intellectiua hominem in vtroq; conſiderare poteſt. Si autem ſenſus appræhenderet ſolum id, quod particularitatis eſt, & nullo modo naturã, quę denominatur vniuerſalis, appræhenderet, non eſſet poſſibile, ex appręhenſione ſenſus in nobis cognitio vniuerſalis cauſari. Sed quoniam ſenſus non eſt determinatus ad hoc, vel illud definitè ſentiendum, ſed vniuerſaliter hoc, vel illud ſentire poteſt, H vt viſus non eſt determinatus ad hoc magis quàm ad illud lucidum videndum, ſed quodcunque ſibi lucidum offeratur, videre poteſt, quanuis nunquam videat, quin hoc certum coloratum videat, ideo nullum ſentire, in rerum natura inuenitur, quin huius determinati ſingularis ſit: ſenſus autem inuenitur ad multa ſingularia indeterminatus, ſed in vniuerſale non poteſt, hoc eſt, ſenſus, ad obiectum vniuerſalitatem indutum terminari non poteſt, quo pacto intelligere ad vniuerſale terminatur. Nam re ſic diſpoſita, & ad tantam ſpiritualitatem reducta, vt dictum eſt, operatione intellectus agentis, verè vniuerſalis, & in actu intelligibilis fit, & cõſequenter intellectum poſſibilem ad ſui cognitionem mouet. Puta diu Medicus conſiderauit hanc herbam ſanaſſe Socratem febricitantem, ac multos alios ſingulares homines; quum autem ſua conſideratio, ad hoc per viam ſenſuum, tam exteriorum quàm interiorum (vt dictum eſt) aſcendit, vt quandam regulam artis medicinę, quòd talis ſpecies herbę, ſimpliciter ſanat febricitantẽ, accipit: & ita ex experimẽto fit vniuerſale circa factibilia, quod principium artis eſt, quod ſi eſt circa neceſſaria, ſcientię principium eſt. Quemadmodum in pugnis accidit, quæ per reuerſionem exercitus deuicti, & fugati, fiunt. Quum enim vnus eorum, immobiliter ſtare cęperit, & non fugere, alter ei ſe adiungens ſtat, & poſtea alter quouſque tot cõgregentur, quòd principium pugnæ faciunt. Sic etiam ex ſenſu, & memoria vnius particularis, & iterum alterius, & alterius, interdum ad id peruenitur, quod artis, & ſcientiæ principium eſt. Propterea neceſſe eſt prima principia vniuerſalia per viam inductionis cognoſcere. Sic enim ſenſus, per inductionem, inquantum omnia ſingularia (vt dictum eſt) conſiderantur, vniuerſale intus in anima facit.

Quamobrem habitus primorum principiorum, neque eſt purè naturalis, neque purè acquiſitus, ſed partim ab intra, & partim ab extra proculdubio eſt. Virtutum enim ſemina (vt in 2. Ethicorum habetur) à natura ſunt in anima noſtra, ipſę autem virtutes in actu ex actibus noſtris ſunt. (cap. 1.) ſed inter virtutem, qua benè intellectus noſter, circa principia, & alias virtutes, ſe habet, tantum intereſt, quòd cum omnes virtutum habitus ideo à natura aliqualiter ſint, quia in nobis à natura cõgenitum eſt tam principium paſſiuum, quàm actiuum earum, cęterę virtutes à principiis naturalibus non oriuntur immediatè, & proximè, ſed mediis virtutibus ſuperioribus; principiorum verò habitus, ipſa naturalia principia, tanquàm proximas cauſas, ſibi vendicat.

Quoniam igitur cognitio principiorum à lumine intellectus agentis proximè emanat, & ſenſuum cognitio, non niſi vt determinatiua principij paſſiui, ideſt, intellectus, ad talem cognitionem concurrit, ideo dixit litera, quòd habitus principiorum, neq; ab aliis habitibus fiunt, ſicut cæterę virtutes, neque ita à natura ſunt, quòd determinati omnino ſint, ſed in potentia proxima, tam paſſiua, quàm actiua, inditi ſunt, ad perfectionis terminum reducendi ſeruitio ſenſuum, experientiam determinatiuam miniſtrantium, vt ſic non ſolum inchoatiuè, ſed radicaliter à natura, complectiuè autem ab extra ſint. Exigitur autem ſenſuum cognitio, vt intellectus determinatiua, quoniam aliquod motiuum, & determinatiuum intellectus ad complexionem principiorum ex ſuis terminis faciendam ponere oportet. Nam termini accepti, licet ſi componerentur, ex ſe euidentiam haberent, tamen ad mouendum, & determinandum intellectum ad hanc compoſitionem potius quàm illam, non ſufficiunt. Nanque experimur continuè in nobis ipſis, ꝙ habemus diu multorum terminorum conceptus abſque notitia principiorum complexorum, quæ ex illorũ terminorũ cõiunctione cõſtat. Fateor. n. me cognouiſſe, quid ęquale, quid demere, et quid remanere, neſciuiſſe tamen hoc principiũ, ſi ab ęqualibus ęqualia demas,

demas, quæ remanent ſunt æqualia, & ſimilis ratio in aliis eſt: iccirco vltra conceptus terminorum incomplexorum, ponere oportet aliquod determinatiuum, ſeu motiuum intellectus ad talem compoſitionem faciendam, quod ſenſum eſſe conſtat. Propterea neceſſariò cogitatio complexa principiorũ, ſenſitiuam experimentalem cognitionem præexigit, & ſic ad generationem habitus principiorum non ſufficit quæcunque cognitio ſenſitiua interior, etiam cogitatiuę, ſed frequens actus cogitatiuę circa idem requiritur: & ſic denique principia, euidentia ſunt ex propriis terminis, ſic ab intellectu iam cõpoſitis, ſed abſque experimento determinatiuo intellectus ad hoc, cõponi nequeunt. Quamobrem quũ dicitur, ꝙ principia ex ſolis terminis lumine intellectus agentis cognoſcuntur, adminiculum ſenſus nõ excluditur, ſed termini medij duntaxat. Sic enim principia cognoſcimus, inquantum terminos cognoſcimus, quia abſq; alio medio termino complexum illud, quod eſt principium, euidens eſt, & non quia abſque experimentali complexione compoſitio fiat. Ad cognitionem verò incomplexam terminorum principiorum primorum, experimẽtum non propriè dictum exigitur: ſed multiplicata illius termini appręhenſio in parte ſenſitiua ſufficit. Cognitio enim terminorum incomplexa, ad cognitionem primorum principiorum requiſita, notitia cõpleta quid rei terminorum non eſt: ſed notitia confuſa, & parum, vel nihil excedẽs cognitionem quid nominis, eſt. Ad talem autem cognitionem habendam, quià vniuerſalis eſt, & quieſcens, frequentem cognitionem ſenſitiuam adunantem pręcedere oportet. Sed quoniam confuſa cognitio eſt, experimentum propriè dictum, quod collationem ſonat, exigi non videtur.

Obiectio. Si habitus principiorum, ſenſus adminiculatione fiunt, ſequitur, quòd cognitio ſenſitiua ſit certior intellectiua, ſed hoc eſt falſum: ergo falſum eſt et antecedens. Sequela probatur. Cognitio illa, quæ eſt principium omnis noſtræ cognitionis, & in quã reſoluitur, cæteris certior eſt, ſed per antecedens cognitio ſenſitiua eſt, & à qua omnis noſtra intellectualis notitia, ortum habet, & ad quam omnis noſtra cognitio reſoluitur; ergo cognitio ſenſitiua, intellectiua certior eſt.

Reſpondetur negando ſequelam, ad cuius probationem dicitur, quòd abſque dubio intellectualis euidentia, ſenſitiua certior eſt. Tum quia intellectus operationes, immateriales ſunt, & per hoc à varietate, quæ cauſa incertitudinis eſt, remotæ ſunt. D Tum quia lumen intellectus agentis & efficacius in ſe eſt, & in intellectu principiorum, ꝙ quodcunque medium in ſenſu, operatur. Nec eſt verum, quòd cognitio ſenſitiua ſit prima in componendo notitiam intellectiuam, quanuis ordine originis prima ſit. Ad hoc enim, quòd aliquid ſit primum in componendo, exigitur, quòd illud compoſitum ingrediatur. Conſtat autem, quòd cognitio intellectiua, ex ſenſitiua non integratur: ſed ex illa (vt dictum eſt) in genere cauſę efficientis miniſtratiuè ſit. Similiter aliud eſt notitiam ſenſitiuam eſſe principium, in quod intellectiua reſoluitur: & aliud eſt eam eſſe principium, ad quod cognitionem intellectiuam A terminari oportet. Primum enim negamus, quoniam nimis intellectum vilificat, & ſenſum magnificat. Nanque ſequeretur ſenſum eſſe cauſam principalem intellectiuæ certitudinis, & euidẽtiæ, quod intellectus agentis opus eſt. Secundum autem iuxta ſententiam peripateticam, quam ſequimur, verum eſſe oportet: quoniam ſine phantaſmate, intellectiuam cognitionem anima humana, nec accipere, nec exercere poteſt.

Habitus principiorum, non ſcientia, ſed intellectus eſt. Tex.5

Dilucidatio. Habituum intellectualium, quibus verũ quoquo modo aſtruimus, quidam ſunt perpetuò veri, quidã verò, falſum admittunt, vt opinio, & ſubducendi ratio. At ſcientia, & intellectus, iugi, perpetuaq; veritate, ſubnixa ſunt, & nullum aliud notionum genus B certius, exactiusq; ſcientia eſt, quàm intellectus: & ſcientiarum principia, demonſtrationibus notiora ſunt, ſcientia autem demonſtratione paritur; iure igitur euenit, vt ſcientia, habitus principiorum non ſit. Sed quoniam nihil verius eſſe ſcientia contingit, quàm intellectus, iccirco intellectus non ab re principiorum habitus eſt. Et id adhuc dilucere poteſt, qui ex ijs conſiderant, quia demonſtrationis principium, demonſtratio non eſt, quare neque ſcientiæ ſcientia, principium eſt. Si igitur pręter ſcientiam, nullum aliud habituum genus perpetuò verum habemus, quàm intellectum, ſanè intellectus erit principium ſcientiæ: eritq; is habitus, qui principium ſcientiæ eſt, ipſius principii, propoſitionisq; immediatę habitus, & principium principij. Sic autem ſcientia omnis, ad omne id, quod ſcitur, ſeſe habet, C vt habitus principiorum, intellectusq; ad ipſa principia. Cætera verò (ni fallor) quæ ab Ariſtotele in libris Poſteriorum dicuntur, modò ſub ſilentio prætereunda ſunt, ſicut eorum exactior conſideratio: ne potius tyrunculis (gratia quorum hoc onus ſuſcepimus) confuſiones, quàm introductiones videantur, atque iccirco hæc pauca ſufficiant.

Finis octaui tomi.

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM
NONVS TOMVS.
In locos dialecticos ad librum Topicorum.

Locus eſt ſedes argumenti. Tex.1

Sedes argumenti eſt regula, argumentationem confirmans.

Aut argumentationis nomen à termino inferente ſumptum.

Dilucidatio. Supereſt pars illa Dialecticę, quæ locos nobis ſubminiſtrat, à quibus argumẽta veluti eruunt: atq; ea quidẽ potiſſimũ, p ꝙ de quauis re, immo verò, & de principiis & diſciplinarũ ꝓbabiliter

 diſputare

diſputare contingit. Quocirca in exordio operis, etiam Dialectica ipſa dicta eſt, ars artium, ſcientia ſcientiarum, ac proinde digna iudicata, quæ, primũ locum inter artes, atque ſcientias omnes, obtineat: tum & eodem iure diſputatoria ars appelletur, à verbo græco, Dialegomæ, quod prȩter alia, quȩ ſignificat, diſputo quoq; apud nos ſignificat. Hæc igitur pars, quam præ manibus habemus, peculiariq; nomine Dialectica appellata, vtilis eſt (ſi Philoſopho credimus) ad tria, ad exercitationes, ad colloquia, & ad principia eorum quȩ circa vnamquanq; diſciplinam ſunt. Ad exercitationes quidẽ vtilis profectò eſt, quia methodum hanc habentes, facilè de propoſito quouis argumẽtari poterimus. Ad colloquia verò, eò ꝙ multorum recenſentes opiniones, non ex ijs, quæ extranea ſunt alicui diſciplinæ: ſed ex propriis ſermocinabimur ad eos, vel potius contra eos, tranſmutantes, ſi quid ab ijs, nobis perperam dictũ eſſe videatur. Quod quidem, tum maximè fieri conſueuit, quum inter confabulandum (vt fit plerunq;, vel in congreſſu, vel in conuictu) quicquam proponebatur diſcentiendum. Ad principia porrò eorum, quæ ſunt, circa vnãquanque diſciplinam, omnino vtilis eſt ꝙ cum poſſimus ad vtranq; partẽ diſputare, facilè in ſingulis intuebimur, quid verum, vel falſum ſit Nam ex propriis propoſitæ alicuius diſciplinȩ principiis dicere, aut diſputare de ipſis, impoſſibile eſt: eò ꝙ in vnaquaq; diſciplina principia præſupponuntur, nec ex propriis eiuſdem diſciplinæ diſputari, aut probari poſſunt. Atqui id multò commodiſſimè fieri poteſt ex communibus, & ꝓbabilibus; qualia prȩſertim in hac arte traduntur. Quãobrem ad omnium methodorum principia, viã habere dicitur. Sed iã quid ſic locus deinceps dicamus.

Locus eſt (vt ab Ariſtotele, & Cicerone definitur) ſedes argumenti: quæ definitio, ab eodem Cicerone à ſimilitudine, inſtituta eſſe monſtratur. Vt igitur (inquit) earũ rerum, quæ abſconditæ ſunt, demonſtrato, & notato loco, facilis inuentio eſt: ſic quum peruestigare argumentum aliquod volumus, locos noſſe debemus, è quibus argumenta ipſa promanẽt. Quamobrem ait Diuus Boethius, topices intentio eſt, argumentorũ facilis inuentio. Nam quemadmodum venator, qui dubius errat, & incertus vagatur, neſcius quibus in latibulis feræ deliteſcant, raro prædam domum refert: is contra, qui ferarum domicilia cognoſcit, ferè ſemp onuſtus præda diſcedit: ita quiſquis argumenta inuenire cupit, certos quoſdam ꝑſcriptos locos, vt cognoſcat, oportet, è quibus velut è latebris argumenta duranẽ. Hinc non inuenire docet topicè, quod naturalis ingenij eſt, ſed facilius inuenire. Quippè omnis ars imitatur naturã, atque ab hac materia ſuſcepta, rõnes, ipſa, viamq;, confirmat; vt cum facilius id, quod quȩque ꝓmittit, tum elegantius fiat; velut parietem ſtruere, naturalis ingenij eſt, ſed arte melius fit. Verum quum quid, in definitione obſcurum ponitur (autore Philoſopho in topicis) illud explicandum eſt, quouſque totũ ſit clarũ: & in definitione loci ponitur nomen obſcurum, ſedes argumenti; rectè ergo explicatur, quod eſt regula argumentationem confirmans, ꝓpter locum, maximã, vt quicquid verificatur de definitione, verificatur de definito; confirmat hanc argumentationem, et ſimile, aĩal rationale mortale habet intellectũ; ergo homo habet intellectum. Aut argumentationis nomen à termino inferente, ſumptũ, vt ꝓdictæ argumentationis nomen, eſt locus à definitione ad definitum, ſumptum à termino inferẽte, ſcilicet animal rõnale mortale, qui eſt definitio, & non à termino illato.ſ homo, qui eſt definitũ, et hȩc particula ponitur ꝓpter locum differentiam maximȩ. Quo fit, vt ſenſus definitionis ſit, locus eſt regula, argumentationem confirmans, aut argumentationis nomen, à termino inferente ſumptum. Et per metaphoram vocatur ſedes. Sicut enim quis, ſede quieſcens, in ea conſolidatur, & fixus hæret: ita argumentatio dialectica, loco dialectico, conſolidatur, confirmatur, & corroboratur.

Obiectio.

Argumentum, & locus, idem ſunt; ergo perperã definitur locus, ſedes argumenti. Antecedens ꝓbatur exẽplo, vt in data argumentatione, homo ambulat; ergo animal ambulat; homo, quia eſt mediũ ꝓbans concluſionem, eſt argumentũ, & quia eſt ſpecies animalis, locus à ſpecie eſt. Conſequentia ꝓbatur. Idem. n. non confirmat ſe ipſum, ſed locus dicitur ſedes argumenti, quia confirmat argumentum; ergo perperam definitur locus, ſedes argumenti.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, ꝙ locus, & argumentum, quandoq; ſunt idem materialiter, ſemper tamen formaliter differunt, vt in exemplo dato, homo, inquantũ habet virtutem probandi concluſionem, argumentum vocatur, ſed quatenus ſpecies eſt, quȩ genus reſpicit, locus appellatur: & in hac habitudine confirmatur virtus, quæ argumentum appellatur, atq; iccirco & argumentatio, quȩ eſt argumenti per orationem explicatio. Nam quum intellectus de virtute illatiua, & argumẽti probatiua, & in aliqua argumentatione data dubitat, & terminorum habitudinem adinuicem neceſſariam reperit, tunc quoniã intellectus quieſcit, nec de illa virtute illatiua, & probatiua, nec de concluſione argumentationi per argumentum probata, amplius dubitat, proculdubio in ea argumentatione virtus argumenti confirmatur. Re vera enim locus eſt habitudo terminorũ adinuicem neceſſaria, ſeu propoſitio neceſſaria, quȩ propter huiuſmodi habitudinem terminorum inter ſe, per ſe nota eſt: & in tali terminorum habitudine, vel in propoſitione per ſe nota, ex illis terminis compoſita, medium inferens, & argumentationis concluſionem probans confirmatur, quod equidem, medium, argumentum vocatur.

Argumentum eſt ratio, rei dubiȩ, faciens fidem. Tex. 1.

Fides eſt, ſine euidẽtia, atq; iccirco cũ formidine alterius partis, ſi alicuius, alteri cõtradictiõis parti, intellectus penitus aſſẽſus.

Res dubia eſt altera quæſtionis pars.

Quæſtio eſt, cũ nota interrogationis, dubitabilis propoſitio.

Dilucidatio.

Argumẽtum hoc in loco definitur eſſe ratio, quȩ rei dubiȩ, fidẽ faciat. Ratio aũt in ꝓpoſito, idem eſt, quod medium inferens concluſionẽ. Sed quia non omne mediũ inferens concluſionẽ, de ea facit fidẽ, ideſt, nõ eam ꝓbat, iccirco ratio in hac definitione loco generis collocaẽ. Multa quoq; ſunt, ꝙ faciunt fidem, ſed quia rationes non ſunt, nec argumenta quidem

quidem eſſe poſſunt. Puta viſus facit fidem iis, quæ videntur, ſed quia viſus, ratio non eſt, neq; argumentum quidem eſſe poteſt. Fides nanque importat intellectus aſſenſum, quo, gratia, vique alicuius, alteri contradictionis parti omnino adhæret, cuius tamẽ nullam habere euidentiam conſtat, et conſequenter cum formidine alterius partis: quod ad differentiam fidei chriſtianę, quam etiam ſcientia certiorem eſſe conſtat, adiectum eſt. Hoc autem pacto viſus facit fidem huius propoſitionis, nix eſt alba, quoniam & ſi ita eſſe demonſtret, cauſam tamen, quare nix eſt alba, nequaquam oſtendit; & conſequenter nonnulla hic inuidentia adeſt. Differentia quoque vnam ſumpſit, eã, quę faciat fidem; omne enim argumentum facit fidem: ſed ſi iunxerimus, genus, ac differentiam, & idem argumentum dicamus eſſe rationem, quę facit fidem, nondũ tota argumenti natura mõſtrata eſt. Quod ſi eius rei, de qua nemo dubitat, aliqua ratione facere quis fidem velit, non iccirco illa, quòd fidem faciat, argumentum vocabitur. Nam argumentum ab arguendo dictum, quaſi arguens mentem, eſt quod rem arguat, ideſt, probat apud intellectum, qui mẽs vocatur. Nihil verò probari, niſi dubium poteſt, quamobrẽ addita alia differentia, quæ eſt rei dubiæ, facta eſt integra definitio argumenti, ex genere, & duabus differentiis conſtans. Genere quidem, ratione; vna verò differentia, quòd faciat fidem: altera autem, quòd rei dubię, faciens fidem. Res autem dubia eſt altera quæſtionis pars. Quę cum ita ſint, oeceſſe eſt, vt vbi aliquid dubitatur, ibi quæſtio ſit: ſed argumentum, præter rem dubiam eſſe non poteſt; quare nullo modo eſſe præter quæſtionem poteſt. Quæſtio verò eſt, cum nota interrogationis ſumpta, dubitabilis propoſitio. Quocirca quæſtio, non ſimpliciter propoſitio, dicenda eſt, ſed quæ cum interrogationis nota proponitur; vt num anima eſt immortalis? Eadem tamẽ oratio, ſi ſimpliciter proferatur, nempe citra interrogationis notam, quatenus, videlicet, aliquid de aliquo enuntiat, enunciatio vocatur. Ioſuper, et cõcluſio eſſe poteſt, quũ ex ſumptis propoſitionibus collecta fuerit, facto ſyllogiſmo, aut vtcunque aliter ptobata, conuenienti adhibito argumẽto. Eſt enim concluſio, argumento, vel argumẽtis, probata propoſitio. Dicatur igitur, ad quæſtionem, ideſt, ad dubitabilem propoſitionem, omois intentio argumẽti dirigitur: oon verò, vt totam quæſtionem cõprobet, ſed vt partem eius ratione confirmet. Neque enim tota quæſtio defenditur, ſed vna eius pars, argumentatione firmatur. Nemo enim defendit, cælum rotundum eſſe, et non eſſe: ſi vtique ita quis defenderet, totam quæſtionem probare videretur. Sed quum ita conſideratur, vtrum cęlum rotundum ſit, an non ſit: in vna tãtum quæſtionis parte, ſiue quę affirmat, ſiue quæ negat, defenſio conſiſtit. Quippè omnis quęſtio, oppoſitis contradictionibus cõſtat. Nam ſi qua res, ab altero affirmetur, negeturque ab altero, totum hoc, contradictio nuncupatur. Puta ſi quis dicat, cęlum rotundum eſt, alter verò neget dicens, cælum rotundum non eſt; cælum rotundũ eſſe, & nõ eſſe, contradictio perhibetur. Itaque dubitabilis propoſitio, quam quæſtionem eſſe prædiximus, & affirmationem io ſe continet, & negatio-
A nem: nimirum hoc ipſo, quia dubitabilis eſt, cõtradictionem includere videtur. Quum enim dubitat quis, vtrum ne cęlum rotundum ſit, ſiue adiungat, an non ſit, ſiue reticeat, ipſa dubitatio, partem ſecũ alteram trahit. At ſi vnã partẽ propoſitionis tueatur, amplius dubitabilis non eſt; atque iccirco nec quæſtio. Sed ſi quis, eam ſibi quæſtionis partem aſſumpſerit, quę eſſe vera defendit, ad eam cõſtituẽdã cuncta neceſſe ſibi comparet argumenta, atque in hoc affirmationem quidem ponit, ſed deſtruit negationem: ſi vero alteram partem quæſtionis ſumpſerit, quam veram defendit, ad eam probandã perquiſitis argumentis vtitur, iccirco negationem ponit, & labefactat affirmationem. Quamobrem ad partem quæſtionis aſtruendam, quã ponit, deſtruendamve, quam negat, argumẽta ſumũtur. Propterea
B argumentum eſt ratio, rei dubię, faciens fidem, hoc eſt, medium concluſionem probans. Nempè quatenus ipſum, extrema, quæ vnit, habet, medium appellatur, & inquantum eſt humani intellectus, ſeu rationis inſtrumentum ad concluſiooem inferẽdã, ratio vocatur: ſed denique prout vim concluſionis probatiuam, quam addit, vltra virtutem illatiuam, habet, argumentum, quaſi arguens mentem, quam per illam virtutem quoquo modo cogit ad concluſionem concedendam, nuncupatur. Nam quum intellectus, extremitatum habitudinẽ cum medio eſſe connexionẽ neceſſariã, apprehendit, quæ, ei, quàm extremitatum habitudo inter ſe, notior eſt, concluſioni aſſentire ſimpliciter cogitur.

Obiectio. 1. Ideo non definit ſeipſum, ſed argumentũ, & ra-
C tio, idem ſunt; ergo rationem eſſe argumentũ, perperam definitur.

Reſpondetur ad minorem, quòd ratio, & argumentum, realiter idem ſunt, tamen (vt dilucidatum eſt) formaliter differunt: & ex ea parte, qua differunt, ratio, communior, & notior eſt argumento, ideo per rationem rectè argumentum definitur.

Secũda. De re certa vtique fit argumentum, ergo non eſt ratio, rei dubiæ, faciens fidem. Antecedens probatur exemplo, vt de hac propoſitione, Deus eſt, quæ, certisſima eſt, profectò fit argumentum.

Reſpondetur negando formaliter antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd res etiam certisſima ſub quęſtione, ſeu per modũ dubiĩ, poni poteſt: iccirco argumentum non facit fidem formaliter de re certa, hoc eſt, inquantum certa eſt, ſed inquantũ
D ſub dubio, ſeu per modum quęſtionis ponitur, & ita de re dubia ſemper formaliter fidem facit.

Tertia. Locus dialecticus, necnon ſyllogiſmus dialecticus, eſt ratio, rei dubię, faciens fidem, ergo definitio argumenti competit alteri à definito. Conſequentia probatur. Quippè nullum eorum, argumentum eſt.

Reſpondetur diſtinguendo antecedens. Nam argumentum per ſe primò, & immediatè, de re dubia fidem facit, quæ re vera, concluſio eſt; ſed ſyllogiſmus dialecticus, ratione medii, in quo virtus cõcluſionis probatiua eſt, fidem facit Similiter locus dialecticus, de re dubia fidem facit mediatè, mediante, ſcilicet, argumẽto, in quo locus dialecticus fundatũ.

Omnis

Quarta. Omnis propoſitio eſt vera, vel falſa, ſed quęſtio non eſt vera, vel falſa; ergo quęſtio, propoſitio non eſt. Minor probatur. Quæſtio enim nullam partem contradictionis affirmat; ergo nullam veritatem determinatè ſignificat.

Reſpondetur ad minorem, quòd quęſtio, quantum ad ſuum materiale, eſt propoſitio, ideſt, quęſtio materialiter ſumpta eſt propoſitio, quo pacto verum, vel falſum ſignificat. Sed quantum ad ſuum formale, ſeu formaliter ſumpta ſub modo quæſtionis ob ſignum interrogatiuum ei adiunctum, neque vera, neque falſa eſt; ideo, dubitabilis tanquam eius differentia formalis, adiectum eſt.

Tex. 3 *Argumentatio eſt argumenti per orationem explicatio.*

Dilucidatio. Argumentum, ab argumentatione differt, quòd argumentatio, verborum contextus eſt, certum aliquid ex ijs, quę antecedunt, concludens, vt ſyllogiſmus probabilis, & inductio. Argumentum autem, ipſius argumentationis ratio eſt, quod & medium dictum eſt: ac proinde, vt in corpore anima, & in anima rurſus mens, ſic in argumentatione argumẽtum. Quamobrem vis illa, atque ratio, quæ oratione clauditur, cum aliquid ambiguum probatur, argumentum, quaſi arguens mentem vocatur: ipſa verò argumenti elocutio, expreſſioq́;, argumentatio appellatur. Propterea definitur argumentatio eſſe argumenti per orationem explicatio, ideſt, oratio, vim argumenti probatiuam explicans. Hinc argumentatio, ſæpenumero argumentum, tanquàm à principaliori, ac nobiliori eius parte vocatur. Nempe autem, ſicut definitio, naturam explicat definiti: ita quoque argumentatio, vim probatiuam argumẽti explicat, per quam à ſeipſo medio appellato differre conſtat. Nanque quatenus medium, virtutem duntaxat concluſionis illatiuam poſſidet: ſed inquantum argumentum, & illatiuam, & probatiuã, ipſo iure obtinet. Quamobrem non definitur hic quæcunque argumentatio, ſed ea tantum, quę probatiua conſpicitur: atque iccirco bona ſit conſequentia, cuius antecedens probat conſequens, hoc eſt, cuius antecedens, notius, & in veritate ipſo cõſequẽte manifeſtius eſt. Quemadmodum enim per lumen venimus in colorum prius latentium cognitionem, et per nota, in eorum, quę minus nota ſunt, notitiam: ſic pariter in recta argumentatione, per antecedens, clarius & patentius, in notitiam conſequentis minus noti, & latentioris veritatis, veniendum eſt. Propterea argumentatio ſic ſumpta, ad indagandam latentem veritatem, humani intellectus inſtrumentum eſt. Huius autem argumentationis duę ſpecies ſunt, argumentatio, ſcilicet demonſtratiua, quę ex propriis principiis, neceſſariis per ſe notis, aut ex communibus, aut ex principio, cognitis, procedit, ad quam ſeptimus tomus, vnà cum octauo, intelligentiam parat. Et dialectica, de qua hic eſt ſermo, quę ex communibus, aut ex probabilibus ad opinionem generandam, & perſuadendum, faciendumq́; fidem, aut de principiis, aut ex principio cognitis, procedit. Abiectior autem, & minus principalis dialecticæ pars, quę generatiua ſuſpitionis eſt: ſecundum quam intellectus non penitus in vnam contradictionis partem, ſed magis in hanc, quàm alteram declinat, non tam dialecticæ, cæteriſq́; diſciplinis, quàm rhetoricę conducit. Argumentatio autem illatiua tantum eſt, quæ bona conſequentia eſt, ſed eius antecedens non probat conſequens, vt ſi falſum aſſumitur, aut ignotius, aut ęquè ignotum, aut dubium: & hæc, à diſciplinis, vtpotè ſophiſtica, aut petens principium, reiecta eſt.

Obiectio. Abſtractum non habet explicare concretum, ſed argumentatio, et argumentum, differunt ſolum, ſicut cõcretum & abſtractum; ergo argumentatio non eſt, argumenti explicatio. Minor probatur. Quippè argumentatio, & argumẽtum, conueniunt in principio dictionis, & in fine differunt.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quòd etſi argumentatio, & argumentum, in principio dictionis conueniant, & in finem differant, non tamen in re ſignificata conueniunt. Nam argumentum, medium argumentationis ſignificat, ſed argumentatio, totam orationem, ex pręmiſſis, & concluſione, compoſitam importat, ideoq́; non differunt ſolum, ſicut concretum, & abſtractum, ratione cuius, vnum alterius explicatio eſſe poteſt.

Tex. 4 *Terminus inferens eſt terminus, in antecedente, & non in conſequente, poſitus, in terminum illatum uirtutem illatiuam habens.*

Terminus illatus eſt terminus, in conſequente, & non in antecedente, poſitus, in quem uim illatiuam, terminus illatus obtinet.

Dilucidatio. In argumentatione dialectica tres ſunt termini; ſcilicet terminus inferens, terminus illatus, & terminus communicans, vt in hac argumentatione; animal rationale mortale eſt ad prudentiam natum; ergo homo eſt ad prudentiam natus: animal rationale mortale, terminus eſt inferens, quia ſolum in antecedente ponitur, habens virtutem inferendi terminum illatum in conſequente poſitum; homo verò, terminus eſt illatus, quia ſolum in conſequente poſitus eſt, in quem, terminus inferens, illatiuam virtutem habet, natum autem ad prudentiam, terminus communicans eſt, quia tam in antecedente, quàm in conſequente ponitur. Verum enimuero quoniã ab huiuſcemodi termino communicante non ſumitur nomen argumentationis dialecticæ, ſed ſemper à termino inferente: ideo de eo doctores, expreſſam mentionem non faciunt, ſicut de termino illato, quod correlatiuum termini inferentis eſt.

Obiectio. Vnumquodq́; denominationem à fine capit, ſed terminus illatus, in loco per modum finis ſe habet; ergo loci denominatio, à termino illato, & non à termino inferente, fieri debet. Maior ex 2. de Anima habetur.

Reſpondetur diſtinguendo maiorem. Nam in ijs, quæ cauſalitatem finis dicunt, denominatio ſemper fit à fine: ſed in ijs, quę efficientis cauſalitatem important, denominatio ab efficiente ſumitur. Locus autem, cauſalitatem efficientis dicit, ideo ab efficiente, quod, terminus inferens eſt, & non à termino illato, denominari debet. Quippè locus eſt habitudo confirmatiua argumenti, per quam, conſequentis, ac termini illati, probatio ſumitur: ſed illa habitudo confirmatiua argumenti, ac virtus, ipſius conſequentis

quentis probatiua, in ipſo termino inſerente, ſcilicet, in medio, & non in termino illato, eſt; igitur lo-A cus, a termino inferente, & non a termino illato, ſemper denominatur.

Tex. 5. 1. Diuiſio. *Locorum, alius eſt locus maxima, alius locus differentia maximæ.*

Locus maxima eſt propoſitio, qua non eſt altera prior, neque notior.

Locus differentia maximæ eſt, argumentationis nomen a termino inferente ſumptum, quo maxima a maxima differt.

Dilucidatio. Poſt definitionem loci, atq; argumenti, nec non argumentationis, primam locorum diuiſionem facit: quorum ſubdiuiſiones cauſa breuitatis per totũ tomum diuiſiones appellat. Itaque ex Diuo Boethio dicamus, quòd locus, qui ſedes eſt argumenti, partim maxima propoſitio intelligi debet, partim maximæ propoſitionis differentia; in quæ veluti membra quædam, locus ipſe diuiditur; vt ſit ipſius diuiſio, qualis in litera aſsignata eſt, locorum, ſcilicet, alius eſt locus maxima, alius differentia maximę. Supremas autem, ac maximas propoſitiones vocamus, quæ, et vniuerſales ſunt, & ita notæ, atque manifeſtæ, vt probatione non egeant, eaq́; potius, quæ in dubitatione ſunt, probent. Nam quæ indubitata ſunt, in ambiguorum demonſtrationes, principia eſſe ſolent: qualis eſt iſta, omnis numerus eſt par, vel impar, cuicunque definitio non conuenit, nec ipſum definitum, cæteręq́; de quarum nota veritate non quęritur. Maximas autem, ideſt, vniuerſales, ac notiſsimas propoſitiones, ex quibus ſyllogiſmorum concluſio deſcēdit, in topicis ab Ariſtotele conſcriptis, locos appellatos conſpicimus: quòd ſanè maximæ ſunt, ideſt, vniuerſales propoſitiones, reliquas in ſe, veluti loci corpora, complectuntur, quód notiſsimę, atque manifeſtæ, fidem quæſtionibus præſtant, quòd ambiguarum rerum probationes continent. Has autem aliquoties ipſis ſyllogiſmis, atque argumentationibus, inhęrere conſtat, inſertasq́ue eſſe: alias verò in ipſis argumentationibus minimè continentur, vim tamen argumentationibus ſubminiſtrant, easq́ue perficiunt, atque complent. Vt ſi velimus oſtendere regnum eſſe melius, quàm conſulatum, dicemus; omne, quod diuturnius bonum eſt, melius eſt eo, quod minus diuturnum eſt: regnum autem, cum ſit bonum, diuturnius eſt, quàm conſulatus; regnum igitur, conſulatu melius eſt. Quamobrem hæc maxima propoſitio, atq; vniuerſalis, & per ſe cognita, neq; probatione indigens; omne, quod diuturnius bonum eſt, melius eſt eo, quod minus diuturnum eſt, datæ argumentationi inſerta eſt: quæ pręterea ita nota eſt, vt extrinſecus probatione non egeat, quinimo ipſa aliis probatio eſſe poteſt. Et quia inde naſcitur argumentum, rectè locus, id eſt, ſedes argumenti vocatur. Rurſus ſubiiciatur exemplum, in quo extra poſita maxima propoſitio, nihilominus vim affert argumentationi, ac ſi velimus oſtendere, non eſſe inuidum, qui ſapiens eſt, dicimus; inuidus eſt, qui mœret aliena felicitate, non autem ſapiens eſt, quem felicitas aliena contriſtat, non eſt igitur inuidus ſapiens; hic maxima propoſitio, argumentationi incluſa nõ videtur, ſed extrinſecus poſita, ſyllogiſmo tamen vires ſubminiſtrat: & hęc eſt, cuicunque definitio non conuenit, nec ipſum definitum, et argumentum quo fides rei dubię facta eſt, a definitione deductum eſt. Ex ijs manifeſtum euadit, quòd locus quidem maxima, eſt propoſitio, qua non eſt altera prior, atq; notior, hoc eſt, vniuerſalis, & principalis, & indemonſtrabilis, atque per ſe nota propoſitio: cuiuſmodi eſt maxima illa modo data, cuicunque non conuenit definitio, nec ipſum definitũ, & id genus aliæ. Ideo autem vniuerſales, & maximę propoſitiones dicuntur, quoniam ipſę ſunt, quę cæteras propoſitiones continēt, utpote regula confirmatiua argumentationis: velut nunc data, argumentationem a definitione ad definitum confirmat, & per quas utiq; cõſequens; rata fit, & concluſio. Nec eis eſt altera prior, atque notior propoſitio, ſeu pręmiſſa, per quam a priori ſimpliciter probari queat. Nam cognitis ter-B minis, ſtatim intellectus habitudinem, eorumq; neceſſariam connexionem apprehendit, atque iccirco mox ei aſſentit. Amplius ſcire decet, quod argumenti nomine uenit, tum hic, tum alibi, nunc quidem maxima propoſitio, immo & tota ipſius argumentationis probatio intelligitur, nunc ipſa argumentatio, quæ maxima propoſitione confirmari ſolet. Locus verò differentia maximæ eſt, argumentationis nomen a termino inferēte ſumptum, quo maxima a maxima differt: ut ſi dicam a definitione ad definitum, aut definito ad definitionem, aut ab alio, quouis huius generis communi termino. Siquidem per terminum inferētem, peculiariter iam maxima propoſitio, in qua ipſe ponitur, ab ea differt maxima, in qua idem terminus, vel non ponitur, omni-C no, uel ſi ponitur, non tamen, quia argumentũ pręſtet ad fidem rei dubię faciendam, ſicut quum fit terminus illatus, aut communicans. Quamobrē ab illa iam aliquoties repetita maxima, cuicunque definitio non conuenit, nec ipſum definitum, hæc differt maxima, cuicunque non conuenit definitum, nec ipſa definitio, propterea quòd tametſi idē terminus in vtraque ponitur, ab eodē tamen in vtraq; non ſumitur argumentum. Vnde illarum duarum maximarum, altera a definitione, altera a definito, vt nomen, ita differentiam accipit. Differentiæ enim (autore diuo Boethio) maximarum, ideo dictę ſunt, quòd cũ plurimæ ſint propoſitiones, quæ maximę vocantur, per has illæ veluti differre inter ſe dignoſcuntur: vt cum ex quibus terminis maximæ propoſitiones conſtituantur, per ipſas nomine ex-D preſſo indicantur. Quo fit, ut non in eo, quód maximę ſunt, inter ſe differant: ſed in eo, quòd a definitione, illæ a definito, et hic rurſus a genere, aut locus dictus ſit. Propterea ſi maximæ propoſitiones loci argumentorum ſunt, & differentias maximarũ locos eſſe neceſſe eſt.

Obiectio. Locus differētia maximæ eſt pars loci maximæ, ergo membra huius diuiſionis coincidunt. Antecedens probatur. Locus enim differentia maximę, in loco maxima continetur.

Reſpondetur negando formaliter antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd in maxima includitur materialiter locus differentia maximæ, tanquàm pars materialis, nõ tamen formaliter, vt pertinens

tinens ad formam maximę: iccirco locus maxima, & locus differentia maximæ, in idem non coinci- dunt, ſed formaliter differunt. Nam locus differen- tia maximæ, terminorum habitudinem dicit, in qua fundatur, & confirmatur argumentum, licet incō- pletè, & imperfectè: ſed locus maxima, propoſitio- nem, ob illam terminorum habitudinem, per ſe no- tam importat, quæ completè, & explicitè argumē- tum terminat. Puta ſic arguendo, Plato eſt homo, ergo Plato eſt animal, ſi per locum a ſpecie ad ge- nus probetur, eſt locus differentia maximæ, qui im perfectè argumentum terminat. Quippè qualis eſt illa habitudo ſpeciei ad genus, proculdubio adhuc dubitari poteſt. At vero adueniente hac maxima, de quocunque prædicatur ſpecies, & ſuum genus, tunc nullum dubium reſtat, ſed explicitè argumen- tum terminatur.

Secūda. Maxima, argumentum non confirmat, ergo ma xima locus non eſt. Antecedens probatur. Argu- mentum eſt medium argumentationis concluſionē probans; ergo argumentum non confirmatur, ſed potius argumentationem confirmat. Conſequentia probatur. Nam locus, ſedes eſt argumenti, quia argu mentum confirmat, ſed per antecedēs, maxima nō confirmat argumentum; ergo non eſt locus, ſeu ſe- des argumenti.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius pro bationem dicitur, quòd argumentum quantum ad ſuum materiale, quod eſt terminus, qui eſt medium argumentationis, non confirmatur per maximam: ſed quantum ad virtutem probandi concluſionem, confirmatur (ut dictum eſt) in maxima, per quam virtus argumenti perfectè explicatur, ac intellectui manifeſtatur, & ſic argumentum propriè non con- firmat, ſed concluſionem probat, cuius virtus pro- batiua, per locum maximam in argumentatione ex plicatur, ac corroboratur.

Tertia. Cui conuenit definitio, & definitum, data propo ſitio eſt vna maxima, & tamen aliqua eſt notior ip- ſa, puta iſta, de quolibet dicitur eſſe, vel non eſſe; er- go locus maxima perperam definitur.

Reſpondetur diſtinguendo ſecundam partem an tecedentis. Nam aliqua propoſitio, puta data, de quolibet dicitur eſſe, vel non eſſe, ſimpliciter eſt no- tior iſta, cui conuenit definitio, & definitum: ſed in eodem genere terminorum, hoc eſt, quæ fit ex eiſ- dem terminis, nulla abſque vllo dubio ex eiſdē ter- minis conſtituitur notior. Nam cognitis terminis, ſtatim intellectus ei aſſentit.

Quarta Termini maximę, habitudo non ſunt, ſed locus differentia maximę, terminorum habitudinem im- portat; ergo perperam uocātur loci differentię ma ximæ. Maior probatur. Quippe terminus eſt quæ- dam uox, quæ, nulla habitudo eſt.

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius proba tionem dicitur, quòd termini maximę ſecundū vo- cem, habitudines non ſunt: ſed ſecundum eorū ſi- gnificata, eo quòd ſunt voces per ſe ſignificatiuę, re rum habitudines inter ſe important, ut genus, ha- bitudinē ſuperioris ad inferiora, & ſpecies cōtra, ha bitudinem inferioris ad ſuperiora, ſignificat. Nec obſtat, quòd ſint termini ſecundæ intentionis, quo- niam termini ſecundę intentionis, res primæ inten E tionis denominant, quas aliquo modo conſequen- ter ſignificant.

Tex. 6 2. Diuiſio. *Locus differentia maximæ, in locum intrinſecum, extrinſe- cum, & medium, diducitur.*

Locus intrinſecus eſt, quando terminus inferens, & termi- nus illatus, de ſe inuicem uerificantur, aut unus partem, aut cau ſam alterius, ſignificat.

Locus extrinſecus eſt, quando terminus inferens, & termi- nus illatus, nullo modo conueniunt.

Locus medius eſt, quando terminus inferens, & terminus illatus, partim conueniunt, partimque differunt.

Dilucidatio. Locus differentia maximæ, in locum intrinſecū, extrinſecum, & medium diuiditur. In definitione deinde loci intrinſeci, duæ ponūtur particulæ, qua- rum prima innuit locum a ſubſtantia, ſecunda vero, locum a concomitantibus ſubſtantiam. Dicitur nā F que intrinſecus, quoniam terminus inferens, termi- no illato, aliquo modo intrinſecus eſt, aut contra, eo quòd, intrinſecam habitudinem, connexionemque ad ſe inuicem habent, ut ſecūdum aliquem modum eſſendi in, vnus ſit in altero: ſicut & contra locus vocatur extrinſecus, quoniam terminus inferēs, ſim pliciter extrinſecus, termino illato, & diſconueniēs eſt. Nam locus extrinſecus eſt, quando terminus in- ferens, & terminus illatus, nullo modo conueniunt, vt ignis eſt calidus, ergo non eſt frigidus: vbi, cali- dus, terminus inferens, & frigidus, terminus illatus, nullo modo conueniunt. Quippe vocatur locus ex trinſecus, eo quòd extrinſecam habitudinem ad ter- minum illatum, terminus inferens importat: Hæc autem habitudo, poſitiua nō eſt, ſicut in loco intrin G ſeco, ſed negatiua, quę in ordine ad habitudinem po ſitiuam, ſolum cognoſci habet, quemadmodum per habitum priuatio cognoſcitur. Non enim pro eodē accipiuntur, neque (vtpotè oppoſiti) idem deno- tant. Verumenimuero in ijs locis, terminus inferēs, ſi alterius ſit denominationis, quàm terminus illa- tus, tunc in loco differentia maximæ, nomen termi ni inferentis in ablatiuo ponitur, & nomen termi- ni illati in accuſatiuo, vt locus a definitione ad defi- nitum, aut a definito ad definitionem. Si veró termi- nus inferens, & terminus illatus, eiuſdem ſint deno- minationis, tunc in loco differentia maximæ, vtri- uſque commune nomen in ablatiuò plurali ponit, vt locus ab oppoſitis, locus a repugnantibus, locus a coniugatis, locus a caſibus. Locus verò medius eſt, quando terminus inferens, & terminus illatus, par- H tim conueniunt, & partim differunt: vt terminus concretus, & abſtractus, in re ſignificata, atque in principio dictionis conueniunt, ſed in modo ſigni- ficandi, & in fine dictionis differunt, vt iuſtum eſt bonum, ergo iuſtitia eſt bona. vbi iuſtum partim cō uenit, & partim a iuſtitia differt. Itaque quia ter- minus inferens, & terminus illatus, medio modo ſe habent, locus medius rectè appellatur.

Obiectio .1. Locus maxima non diuiditur per locum intrin- ſecum, extrinſecum, & medium, ſed locus maxima multiplicatur, ſicut locus differentia maximæ, ergo locus differentia maximæ, hoc modo non rectè di- uiditur. Minor probatur. Quippè de vtroque par ratio eſt.

Reſpondetur diſtinguendo maiorem. Nempe diuiſio loci maximæ, non ponitur in litera explicitè, ſed implicitè, qm̃ per diuiſionem loci differētiæ maximę, multiplicatio eius vtique intelligi poteſt. Nam variatis terminis, qui ſunt differentię maximę ſecundum diuerſos locos, variãtur quoq; maximę, quæ ſecundum habitudines illorum terminorum formantur: ideo in quolibet loco ſpeciali fit vna maxima ſpecialis.

Secũda. Locus dialecticus dicitur per ſimilitudinem ad locum realem; ergo omnis locus dialecticus eſt extrinſecus, & nullus eſt intrinſecus. Conſequētia ꝓbatur. Omnis enim locus realis, quoniam eſt ſubiectiuè in locante, locato extrinſecus eſt.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, ꝙ locus dialecticus habet ſimilitudinem cum loco naturali in eo, ꝙ eſt conſeruatiuus, & generatiuus argumēti, ſicut locus naturalis eſt conſeruatiuus locati: ſed nõ ſumitur ſecundũ illã ſimilitudinē, quę eſſe extrinſecũ eſt; ideo opus non eſt, vt oĩs locus differentia maximę, extrinſecus ſit.

Tertia. Omnis locus eſt habitudo, inter terminum inferentem, & terminum illatum medians, ergo omnis locus eſt medius.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nempe non dicitur locus medius, eò ꝙ ſit habitudo mediãs inter illos duos terminos, ſed quia terminus inferēs partim conuenit cum termino illato, & partim ab eo differt. Sed contra. (inſtatur) Homo ambulat, ergo animal ambulat; terminus inferens, homo, partim cõuenit cum termino illato, animal, & partim ab eo differt, & tñ data argumentatio, locus medius non eſt, ſed locus a ſpecie ad genus; ergo reſponſio nulla eſt. Reſpondetur iterum negando conſequentiam. Nã quanuis, homo, & animal, partim cõueniant, et partim differant, ſicut ſuperius, & inferius, tamē homo, in data argumentatione, non infert animal, inquantum eſt cõueniens, & ſimul differens, ſed ratione cõuenientiæ tantum, ideoq; ibi locus intrinſecus eſt. §

Tex. 7. 3. Diuiſio. *Locorum intrinſecorum, alius à ſubſtantia, alius à concomitantibus ſubſtantiam.*

Locus à ſubſtantia eſt, quando terminus inferens, & terminus illatus, de ſe inuicem conuertibiliter uerificantur.

Locus à concomitantibus ſubſtantiam eſt, quando terminorum argumentationis, unus partem, aut cauſam alterius, aut aliquid tale ſignificat.

Dilucidatio. Poſt locorum bifariam diuiſionem, alteram addit ſubdiuiſionem, cuius quidem primum mēbrum eſt locus a ſubſtantia: qui cum ſit locus intrinſecus, argumentum à ſubſtantia terminorum, in quæſtione poſitorum, hoc eſt, ab altero illorum accipit. Nam cum duo ſint in vnaqualibet propoſita quæſtione, termini, ſubiectus vnus, & p̃dicatus alter: a ſubſtantia alterius horũ, locus intrinſecus differentia maximæ, argumentũ accipit. Puta ſit propoſita quęſtio, eſt ne concha animal? in hac duo ſunt termini, animal, & concha; dubitatur aũt vtrũ aĩal, de concha prędicetur: tertius proinde terminus reſtat inueniendus, qui illos duos connectat, atq; id, quod ꝓpoſitum eſt, ita eſſe confirmet, vnde & medium, & ratio, & argumentum appellatur. Hic iam tertius ille terminus, a quo accipit nomē locus ipſe a ſubſtantia, ab altero illorũ nomen quoque accipiet, vtpotè, ꝙ ad eum ſit, aut vt definitio, aut vt definitum, aut vt genus, aut vt totum, aut vt cauſa, aut quomodocunque aliter. Vt ſit exempli cauſa, tertius iſte terminus, animalis definitio, quæ eſt ſubſtantia animata ſenſibilis; igitur concha eſt animal: quod nimirum iam antea dubitari poterat, cuius dubitationis ſcrupulus hinc pendere videtur, quod conchæ nec videant, nec vllum alium ſenſum habeant, quàm guſtus, & tactus. Quamobrem qui tertius acceſſit terminus a definitione alterius è duobus, veluti è loco aliquo eductus, hunc ſcrupulum ſuſtulit, factusq; eſt illius argumentationis probatio, & argumentum: cuius deinde maxima ſuperueniens ꝓpoſitio (quæ quidem eſt, de quocunque prędicatur definitio; & definitum) omnem tollit dubitationem, & ambiguitatem, ſi fortè interim dubitatur adhuc, quæ ſit ipſius definitionis ad definitum habitudo, atque cõnexio. Propterea locus a ſubſtantia eſt, quando terminus inferens, & terminus illatus, de ſe inuicē conuerſim verificantur, ſuntq́, termini conuertibiles, vt animal rationale mortale, habet animam immortalem; ergo homo habet animam immortalem: animal vtique rationale mortale, & homo, de ſe inuicē conuertibiliter verificantur. Omnis enim definitio cum ſuo conuertitur definito, deſcriptio cum deſcripto, interpretatio cum interpretato. Nec oportet, vt terminus inferēs, ſubſtantiam explicet termini illati, quoniam locus a definito ad definitionem, eſt locus a ſubſtantia, & tñ neque definitum definitionis naturam, neque deſcriptum, deſcriptionis naturam explicat: ſed ſufficit, vt terminus inferens, conuertibiliter totam ſubſtantiam termini illati dicat. Locus autem a concomitantibus ſubſtantiam eſt, quando terminorum argumētationis vnus, partē, aut cauſam alterius, aut aliquid huiuſmodi ſignificat. Si.n. terminus inferēs importat partē, eſt locus a parte ad totũ: ſi autē totũ, eſt locus a toto ad partē: at ſi terminus inferens importat cauſam, eſt locus a cauſa ad effectũ (vt infra ꝓlixior erit ſermo) a gñatione, a corruptione, ab vſitato, a cõmuniter accidentibus. In talibus nanq; terminus inferēs quoquo modo ſemper facit idē cũ termino illato, quanuis non conuertibiliter totã ſubſtantiã termini illati dicat. Nec opus eſt, vt terminus inferens ſit vnũ in eſſentia cum termino illato, ſed ſufficit (vt paulo ante dictũ eſt) ꝙ ſecundũ vllum modũ eſſendi, in eius eſſe includatur, ac in ratione inferentis, vnum cum ipſo faciat. Puta cauſa efficiens, quæ ſecundum eſſe effectui extrinſeca eſt, ſed intrinſeca ſecundum virtutem, aliquo modo vnum cum ipſo facit, ac ſecundum eam virtutem, reſpectu effectus, vt terminus inferens, ſe habet.

Arguendo a genere ad ſpeciem, ſumitur argumētum a ſubſtantia terminorum in quæſtione poſitorum, & tamen ibi non eſt locus a ſubſtanria, ſecundum eius definitionem; ergo interimenda eſt huiuſmodi definitio. Antecedens probatur. Genus nanque, puta, aĩal, eſt de ſubſtãtia ſpeciei, puta, hominis. Conſequentia probatur. Nam huiuſmodi definitio ꝑ antecedēs, omni cõtento ſub definito nõ cõpetit. Obiectio. 1

Reſpondetur negando primam partem antece-

 dentis

dentis ad cuius probationem, dicitur, ꝙ ſubſtantia in definitione loci a ſubſtantia, ſumitur (vt dilucidatum eſt) pro tota eſſentia termini illati, quam conuertibiliter terminus inferens dicit. Conſtat autem genus, totam ſubſtantiam ſpeciei conuertibiliter nō importare, ideo arguendo à genere ad ſpeciem, non eſt locus a ſubſtantia.

Secūda Ea, quæ concomitantur ſubſtātiam, extra ipſam ſubſtantiam ſunt; ergo quando ſumitur argumentū a concomitantibus ſubſtantiam, eſt locus extrinſecus, & non intrinſecus. Antecedens probatur. Quippè concomitantia ſubſtantiam, de ipſa ſubſtātia non ſunt. Conſequentia probatur. Tunc enim ſumitur argumentum ab ijs, quæ extrinſeca ſunt, ergo locum extrinſecum conſtituit.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd quamuis ea, quæ concomitantur ſubſtantiam, eſſentialiter intrinſeca non ſint, tamen ſunt (vt dictum eſt) intrinſeca ſecundum aliquem modum eſſendi in; ideo in ijs non ſumitur argumentum ab ijs, quæ omnino extrinſeca ſunt, ſed ſemper quoquo modo intrinſeca ſunt, quod ad locum intrinſecum ſufficit.

Tex.8. 4. Diuiſio. *Locorum à ſubſtantia, alius à definitione, alius à deſcriptione, alius à nominis interpretatione.*

Definitio eſt oratio, quodquid erat eſſe ſignificans.

Locus à definitione eſt, definitionis habitudo, ad definitum.

Is locus, quatuor argumenta, quatuorq; maximas continet.

Primò definitionem affirmatiuè ſubijciendo.

Locus à definitione maxima, quicquid prædicatur de definitione, & de definito.

Secundò, definitionem affirmatiuè prædicando.

Locus à definitione maxima, de quocunque prædicatur definitio, & definitum.

Tertiò, definitionem negatiuè ſubijciendo.

Locus à definitione maxima, quicquid remouetur à definitione, & à definito.

Quartò, definitionem negatiuè prædicando.

Locus à definitione maxima, à quocunque remouetur definitio, & definitum.

Locus à definito eſt, definiti habitudo, ad definitionem.

Hic ſimiliter quatuor continet argumenta, quatuor itidem maximas.

Primò, definitum affirmatiuè ſubijciendo.

Locus à definito Maxima, quicquid prædicatur de definito, & de definitione.

Secundò definitum affirmatiuè prædicando.

Locus à definito maxima, de quocunque prædicatur definitum, & definitio.

Tertiò, definitum negatiuè ſubijciendo.

Locus à definito maxima, quicquid remouetur à definito, & à definitione.

Quartò, definitum negatiuè prædicando.

Locus à definito maxima, à quocunque remouetur definitum, & definitio.

Dilucidatio. Locus à ſubſtantia, in tria membra ſubdiuiditur, cuius quidem primum, locus eſt a definitione, qui, ipſam præſupponit definitionem, atque iccirco rationabiliter hic definitur, cuius plenam determinationem in tomo proprio peregimus. Verum hoc in loco illud prætereundum non eſt, ꝙ quum definitū de aliquo per quæſitiuū, quare, interrogatur, protinus reſpondenda eſt definitio; vt ſi quis interrogatur, quare Socrates eſt homo? apta datur reſponſio, quia eſt animal rationale mortale; ibi definitum, homo, quæritur de aliquo, ſcilicet, Socrate, per quare; ergo rectè eius definitio reſpondetur. Et ſicut ad definitum affirmatiuè interrogatum reſpondetur definitio affirmatiuè, ita ad definitum negatiuè interrogatum, reſpondenda definitio negatiuè: vt ſi quis quęrat, quare lapis non eſt homo? bona datur reſponſio, quia non eſt animal rationale mortale. Eſt enim definitio prima, & præcipua cauſa, quare definitum alicui conuenit, aut diſconuenit, ideoque ſemper reſpondenda eſt. Nempe locus a definitione eſt, definitionis habitudo ad definitum. Habitudo, inquam, identitatis, & conuertibilitatis, quoniam dicit idem definitio eſſentialiter, & conuertibiliter cum definito: ac inde prouenit, vt quicquid affirmatur, vel negatur, verificatur, aut non verificatur de definitione, & de definito quoque affirmatur, vel negatur, verificatur, aut non verificatur, & contra. Nam ſicut definitio eſſentialiter, & conuertibiliter dicit idem cum definito; ita quoq; definitum cum definitione. Propterea quatuor modi arguendi a definito ad definitionem ſumuntur, quemadmodum & a definitione ad definitum. Continet autem (vt habetur in litera) locus iſte, & ita, & reliqui duo, quatuor argumenta, itidem quatuorq; maximas, ſed id iam vnico patefaciamus exemplo. Agè igitur, quæratur, an homo ſit animal, fiatque huiuſmodi argumentatio; animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis; ergo homo eſt animal, locus quidem differētia maximæ, locus verò maxima, de quo cunque prædicatur definitio, & definitum.

Obiectio.1. Non ſequitur, animal rationale mortale eſt oratio; ergo homo eſt oratio? & tamen arguitur a definitione ad definitum; ergo locus a definitione ad definitum eſt inualidus.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nempe definitio, quamuis eſſentialiter ſit eadem cum definito, tñ ab eo ſecundum rationem differt. Nam principia definiti, quę naturaliter definitum præcedunt, dicit definitio, & ita (vt dictum eſt in tomo ſyllogiſmorum) per modum plurium ſumitur; ſed definitum, ea ſequitur principia, ac per modum vnius ex illis principiis compoſiti, ſe habet. Hinc quum arguitur a definitione ad definitum, & contra a definito ad definitionem, eo modo, quo cōuenit, cum definito, & non quatenus ab eo differt, arguere oportet. Quod equidem in data argumētatione non fit, ſed in ea fallacia accidentis committitur; quemadmodum & in iſta; homo eſt definitum, ergo animal rationale mortale eſt definitum? Idem enim ſecundum analogiam de loco a deſcriptione, & a nominis interpretatione intelligitur.

Secūda Ab eodem non ſumitur locus dialecticus, & locus ſophiſticus, ſed à definitione ſumitur locus ſophiſticus; ergo ab ipſa, locus dialecticus non ſumitur. Maior eſt euidens, qm̄ locus dialecticus, et locus ſophiſticus opponuntur. Minor ꝓbatur. Quippè à definitione ſumitur fallacia petitionis principii.

Reſpondetur diſtinguendo maiorem. Nam ab eodem, vtique eodem ſumpto, non ſumitur locus dialecticus,

dialecticus, & locus ſophiſticus, ſed ſecundum diuerſam conſiderationem ſumptum, vtrunq; conſtituit locum; quinimo & locum demonſtratiuum. Puta definitio bifariam conſiderari poteſt, aut quantum ad eius ſubſtantiam, prout dicit principia eſſentialia definiti, & ita poteſt eſſe medium ſyllogiſmi demonſtratiui, eo modo, quo in primo tomo Poſteriorum dictum eſt, & conſequenter ab ea ſic ſumpta ſumitur locus, non dialecticus, ſed demonſtratiuus. Aut ſumitur, vt ſtat ſub intentione ſecunda, ea ipſa definitio, & hoc etiam dupliciter; aut in ordine ad prædicata, quę notiori modo definito, quàm definitioni, conueniunt, quo pacto ab ea ſumitur locus ſophiſticus ſecundum fallaciam petitionis principii: aut in ordine ad prædicata, quæ notiori modo definitioni, quàm definito conueniunt, & ſic ab ea ſumitur locus dialecticus. Sicut in hac argumentatione, animal rationale mortale ambulat; ergo homo ambulat; ſi conſequens eſt notius reſpondenti, quàm antecedens, eſt petitio principii: quoniam prædicatum, ambulat, notius dicitur de definito, quàm de definitione in ordine ad ipſum reſpondentem, ſed ſi contra in ordine ad ipſum reſpondentē, antecedens eſt notius conſequente, locus dialecticus eſt. Ná ad locum dialecticum non oportet ſemper procedere à notioribus ſimpliciter, ſed ſatis eſt à notioribus reſpondenti procedere, & conſequenter reſpectu diuerſorum reſpondentium poteſt eſſe locus dialecticus, & petitio principij, ſecundum ꝙ alteri antecedens, & conſequens alteri, notius eſt.

Tertia. Homo eſt animal rationale mortale; ergo homo eſt riſibilis: data argumentatio eſt demonſtratio; igitur prædicando definitionem affirmatiuè de definito, non eſt locus dialecticus, ſed demonſtratiuus.

Reſpondetur diſtinguendo antecedens. Nam ſi in data argumētatione oſtenditur concluſio ꝓpter habitudinem principiorū hominis ad ſuam paſſionem, quod eſt riſibile, vtique eſt demonſtratio, quoniam oſtenditur propria paſſio ſubiecti per propria eius principia, in virtute, ſcilicet huius maximæ, quicquid eſt animal rationale mortale eſt riſibile. Verum ſi oſtendatur concluſio virtute habitudinis definitionis ad definitum, quoniam ſic animal rationale mortale ſtat ſub intentione ſecunda, quæ eſt definitio, & homo, ſub intentione ſecunda, quæ eſt definitum, locus dialecticus eſt, cuius maxima, hæc eſt, de quocunque prædicatur definitio, & definitum.

Quarta. Eadem eſt habitudo medians inter definitionē, & definitum, & contra, inter definitum, & definitionem; ergo locus à definitione, & definito, non diſtinguntur. Antecedens probatur. Sicut enim eadem eſt via à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas, ſic eſt eadem habitudo inter definitionem, & definitum; & contra, inter definitum, & definitionem. Conſequentia probatur. Quippè locus eſt habitudo termini ad terminum.

Reſpondetur negando formaliter antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd motus ſpecificatur ex terminis formaliter ſumptis, & quoniā alius eſt terminus à quo, & ad quem in via à Thebis ad Athenas, & alius eſt terminus à quo, & ad quem in A via ab Athenis ad Thebas: ideo ſicut huiuſmodi via formaliter differt a ſeipſa materialiter ſumpta, ita quoque habitudo inter definitionem, & definitum, differt formaliter ab habitudine inter definitū & definitionem; quoniam virtus probatiua hic a definitione, illic à definito ſumitur.

Ex ijs non eſt difficile deprehendere, quidnam ſit, à deſcriptione, à nominisq; interpretatione, locus. Tex. 9

Quoties à deſcriptione argumentum ducitur, locus quoque a ſubſtantia nuncupatur. Nam vt definitio, ſubſtantiā monſtrat, per genus, differentiasq;, ita deſcriptio, eiuſdem intelligentiam claudit quibuſdam accidentibus, vnam proprietatem, quæ rei conueniat, efficientibus, vel ſubſtantialibus interiorum differentiis, pręter conueniens genus, aggregatis. Inſuper interdum deſcriptio per inferiora alicu B ius ſuperioris aſſignatur, quę vera accidentia non ſunt, ſed quia habēt modum accidentium, rectè deſcripto accidentalia dicuntur: quæ ſimul iuncta, eò quod vnum contrahit alterum, vnum conuertibile cum eo conſtituunt. Primum quod quidem dicebatur, tum maximè contingit, quum prima genera deſcribuntur, vt albedo nullis ſubiacet accidentibus; ergo albedo, ſubſtantia non eſt. Etenim proprietas ſubſtantię eſt, quòd omnibus accidentibus ſubiacet. Locus verò Maxima, a quocunque remouetur deſcriptio, & deſcriptum. Pręter hos duos à ſubſtantia locos, tertius eſt, qui a nominis interpretatione dicitur, quem Marcus Tullius notationem; Ariſtoteles, ſymbolum, vocat; illis haud multum abſimilis Siquidem interpretatio nominis eius rei, q́ C nomine ipſo ſignificatur, quędā quaſi deſignatio eſt. Ab hac argumentum ducitur, ſi quæratur, vtrū philoſophiæ ſtudendum ſit, ad quod ꝓbandum, talis ſyllogiſmus inſtituitur. Philoſophia, amor ſapiētiæ eſt, atque ſapientię eſſe ſtudendū, nemo dubitat; philoſophiæ igitur ſtudendū eſt; locus quidē differentia maximę: locus verò maxima, cui nominis interpretatio cōuenit, & ipſum nomen, cuius interpretatio facta eſt. Sanè hoc loco rectè vti poſſunt ij, qui linguarū imperiti nō ſunt. Siquidē interpretari ꝓpriè nihil aliud eſt, ꝗ̃ linguā vnā per aliā exponere. Fit tñ nonnunquā in eadē lingua, vt locuples dicitur, q locis abundat, hoc eſt, ꝑdiis, & poſſeſſionibus. Quocirca per dictos locos variè argumentari poſſumus, nunc ſubijciendo, nunc ꝑdicando, eundē terminū, quē decet eſſe terminū inferentem, & argumentū a D quo denominat, atq; ipſum etiā de aliquo, termino, ſcilicet illato, nunc conſtituendo, nunc deſtruēdo Tum & cōuerſo ordine totidē modis; verbi cauſa a definito, a deſcripto, ab interpretato noīe, ſimulq́; & maximas ipſas toties variare: quod vtiq; qui ſtudioſus fuerit hui⁹ artis, facilè ex ſeipſo intelliget, mutatis mutandis, poſitisq; ponendis, alioquin tanquā inutilis prorſus, huic ſtudio abdicatur. Quemadmodum inſup a definitione ad definitū, a deſcriptione ad deſcriptū, & a nominis interpretatione ad interpretatū, firma eſt, & ꝑpetua cōſequentia, atq; ratio: ita & a ꝓprio ad id, cuius eſt ꝓprium, & contra; vt ſi quid riſibile eſt, idē hō eſt, locus quidē differentia maximę a ꝓprio: locus verò maxima, ſi cui pro-

prium alicuius rei conuenit, & id, cuius eſt propriũ. Præterea ad vnum horum trium cæteri ſimiles loci reducuntur, ſicut locus à ſynonymo ad ſynonymũ, vt Tullius ſcribit: ergo Marcus ſcribit: ad locum à nominis interpretatione reducitur: quemadmodũ & locus à differentia ſpeciei ſpecialisſimę, ad locum à definitione; & locus à proprio, ad locum à deſcriptione; & locus ab omnibus exponentibus ad locum à nominis interpretatione reducitur: hos tamen tres locos cum omnibus modò nominatis doctores confundunt, eiuſmodi argumenta omnia à definitione nominantes.

Obiectio. 1. Quod ſignificat accidentia rei, eſſentiam rei non ſignificat, ſed deſcriptio, accidentia rei ſignificat: ergo deſcriptio, eſſentiam rei non ſignificat; atque iccirco locum à ſubſtantia non conſtituit. Minor probatur. Quippè deſcriptio, per accidentalia ſolummodo datur.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quòd deſcriptio, quæ ſolum per extrinſeca, & accidentalia aſſignatur, ſecundum ſuum formale ſignificatum, rei accidentia ſignificat: ſed ſecundum ſuum materiale ſignificatum, rei eſſentiam importat, quæ per illa accidentalia à poſteriori explicatur, & conſequenter pro eſſe rei eſſentiali ſupponit. Verum non omnis deſcriptio (vt in arte definitiua dictum eſt) in omnibus datur per extrinſeca, nec ſolum per ea, quæ deſcripto accidentalia ſunt, quoniam interdum ex proprio genere cõſtat, quod, ſiue in ea ponatur, vt eſt principium eſſentiale ſpeciei, ſiue vt eſt principium effectiuũ proprii, quod à genere, & differentia cauſatur, ſemper deſcripto, etſi non ipſi proprio, intrinſecum, & eſſentiale eſt. Sed per accidentalia dari dicitur; quia ſemper p aliquod extrinſecũ deſcriptio aſſignatur.

Secũda Homo eſt animal riſibile; ergo homo non eſt lapis; data argumentatio eſt habitudo deſcriptionis ad deſcriptum, & contra; & tamen non eſt locus à deſcriptione, nec à deſcripto, ſed à diſparatis; igitur interimitur definitio loci à deſcriptione, & à deſcripto.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nã quanuis in data argumentatione ſit habitudo deſcriptionis, & deſcripti inter terminos antecedentis, non tamen inter terminum inferentem, & terminum illatum. Quippè animal riſibile, cum ſit medium, eſt terminus inferens, & lapis eſt terminus illatus, inter quos nulla eſt habitudo deſcriptionis, neque deſcripti; ideo neque eſt locus à deſcriptione, neque à deſcripto.

Tertia. Aer non eſt lædens pedem; ergo non eſt lapis; data argumentatio ſumitur ab interpretatione non conuertibili cum ſuo interpretato; igitur locus ab interpretatione, inter locos à ſubſtantia perperam connumeratur. Conſequentia probatur per definitionem loci à ſubſtantia, cuius terminus inferens, & terminus illatus, de ſe inuicem conuertibiliter verificantur.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd in data argumentatione non arguitur per locum à nominis interpretatione, neque per locum à ſubſtantia: ſed à ſuperiori ad ſuum inferius negatiuè à parte prædicati, atque E iccirco à ſuperiori vniuerſaliter ſumpto, quoniam propoſitionis negatiuæ prædicatum ob negationẽ ſemper diſtribuitur. Vnde quum interpretatio excedit interpretatum, ipſa ſe habet vt genus, & interpretatum vt ſpecies: ſed & contra, quum interpretatũ exceditur, ipſa ſe habet vt ſpecies, & interpretatum vt genus; & conſequenter formari poſſunt loci à genere, & à ſpecie.

Definitio eſt, vnius nominis minus noti per aliud magis notum in eodem idiomate explicatio; ergo locus à definitione, & ab Etymologia, ſeu à nominis interpretatione non diſtinguuntur. Conſequentia probatur. Nam definitio, à qua ſumitur locus à definitione, & interpretatio, vel Etymologia, à qua ſumitur locus à nominis interpretatione, per antecedens idem ſunt. Quarta

F Reſpondetur ad antecedens, quod definitio quiditatiua, directè, ſeu primò, & per ſe per eſſentialia, naturam definiti explicat, ſed conſequenter nominis ſignificatum explicat: Interpretatio autem, quę hoc in loco etymologiam, ac interpretationẽ preſſius ſumptam comprehendit, & eſt vnius nominis minus noti per aliud magis notum, ſiue in eodem idiomate, ſiue ex vno in altero, explicatio, primò et per ſe explicat nomen; vtpotè definitio quid nominis, & ex conſequenti per accidentalia ſignificationem nominis, ſed ſemper pro eodem cum interpretato ſupponit.

Non ſequitur, Ruſticus eſt amator ſapientię; ergo Ruſticus eſt Philoſophus? In data argumentatione ſumitur argumentum ab interpretatione affirmatiuè prædicando; igitur locus ab interpretatione eſt inualidus. Quinta

G Reſpondetur negãdo primam partem aſſumpti. Nam conſequens datæ argumentationis eſt falſum, quoniam eius antecedens, à quo ſequitur, falſum eſt. Quippè deſideriũ eſt appetitus rei abſentis, & nondum habitæ, ſed amor eſt delectatio appetitus ratione rei iam habitæ. At Ruſticus ſcientia carens, huiuſmodi delectationem non habet; & iccirco amator ſapientię propriè non eſt, licet appetat, vel eam deſideret. Verum Ruſticus in potentia philoſophus eſt, eo modo, quo ſcientiam amare diceretur, ad quam in potentia eſt.

Locorum à concomitantibus ſubſtantiam, alius eſt à toto, alius à parte, alius à cauſa, alius ab effectu, nonnullus à generatione, & corruptione: alius item ab vſibus, quidam uerò à communiter accidentibus. Tex. 10. ſ. Diuiſio.

H. Iis in proximis dilucidationibus ita pręmonitis, locorum iam diuiſionem aggrediamur, qui terminorum ſubſtãtiam conſequuntur, hoc eſt, locorum intrinſecorum. Nempe horum multifariam diuiſio in litera eſt. Plura enim ſunt, quę ſingularibus ſubſtantiis adhęreſcunt. Itaque ex iis, alij à toto dicuntur, alij à partibus, alij à cauſis, alij ab effectibus; ſiue (vt Cicero ait) ab effectis: nonnulli à generatione, et corruptione; inſuper et ab vſibus; quidam etiam à communiter accidentibus. Dilucidatio.

Locus à toto diducitur, quoniam alius eſt locus à toto vniuerſali, alius à toto integrali, alius à toto in quantitate, quidam à toto in modo, alius à toto in loco, alius deniq; à toto in tẽpore. Tex. 11. ſ. Diuiſio.

Ex

Dilucidatio. Ex ijs omnibus locis primus dilucidandus venit, qui à toto dictus eſt; quod vt commodius fiat, quot modis ipſum totum dicatur, ſubiicere oportet. Eſt enim quoddam totum vniuerſale, quod totum, vt genus dicetur, aliud integrale, aliud in quantitate, aliud in modo, aliud in loco, aliud denique in tempore; atque iccirco ſimiliter in litera diuiditur locus à toto.

Tex. 22. *Totum uniuerſale eſt ſuperius.*

Pars ſubiectiua totius uniuerſalis eſt inferius.

Locus à toto uniuerſali eſt ad ſuam partem eius habitudo.

Locus à toto uniuerſali maxima, quicquid remouetur à toto uniuerſali, & à qualibet eius parte.

Remoueri eſt uerè, uniuerſaliterq; negari.

Dilucidatio. Definitur totum vniuerſale eſſe ſuperius, quod, ſcilicet, eſt vnum in multis; atq; iccirco de quibus, tanquàm de inferioribus (quod ſanè inferius hic dicitur pars ſubiectiua) prædicatur; de quo ſumi in vnoquoque prędicamento exemplum poteſt. In ſubſtantia, vt animal, eſt totum vniuerſale, quia eſt ſuperius ad hominem, equum, leonem, quę ſunt partes totius vniuerſalis, cum ſint inferiora, quę partes ſubiectiuę dicuntur, quoniam animali ſubiiciuntur. In quantitate, vt numerus eſt totum vniuerſale, ad ſua inferiora, quæ ſunt binarius, ternarius, quaternarius. Et ſicut idem ad diuerſa ſumptum, eſt ſuperius, & inferius, ita idem reſpectu diuerſorum eſt totum vniuerſale, & pars; vt animal ad hominem, totum eſt vniuerſale, & ad corpus animatum eſt pars totius vniuerſalis. A toto autem vniuerſali ad ſuā partem, duo ſumuntur argumenta. Primò, negatiuè ſubiiciendo, vt nullum animal eſt inſenſibile; ergo equus non eſt inſenſibilis: locus à totu vniuerſali maxima, quicquid negatur de toto vniuerſali, & de qualibet eius parte. Secundò, negatiuè prędicando, vt nulla naturalis potentia eſt habitus; ergo nulla naturalis potentia eſt ars; terminus item incomplexus non eſt oratio; ergo non eſt propoſitio: locus à toto vniuerſali maxima, de quocunq; negatur totum vniuerſale, de eodē, & quęlibet eius pars. Hinc patet hunc locum ſolum negatiuè valere, & in eo totum vniuerſale debere ſumi vniuerſaliter. Nam á ſuperiori particulariter ſumpto ad ſuum inferius non valet conſequentia. Quanquam in ijs exēplis etiam ſit argumentum à toto in quantitate ad ſuam partem; tamen propter aliam, & aliam rationem id euenire conſtat. Nempe animal ad hominem, equum & alia ſua inferiora, eſt totum vniuerſale, & totū in quantitate, ſed ratione diuerſa. Sanè totum in quantitate vocatur, quatenus vniuerſaliter ſumptum ad illa ſub eo ſumpta comparatur (vt liquidum erit paulò infra) totum verò vniuerſale, quia ſuperius eſt ad ea, quamuis etiam non ſumeretur vniuerſaliter, ſi liceret.

Obiectio 1. Superius eſſentiale eſt pars ſui inferioris; ergo nō eſt totum vniuerſale in ordine ad ſua inferiora. Antecedens probatur. Siquidem ſpecies conſtat ex genere, & differentia, ergo genus, quod eſt ſuperius eſſentiale, eſt pars ſui inferioris, quę ſpecies eſt.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, quod ſuperius eſſentiale ſumptum, vt contractum eſt per differentiam ſui diuiſiuam, ac illius inferioris conſtitutiuam, vti que pars eſt, vel ad minus, ſe habet per modum partis inferioris ipſius: ſed in tota ſua communitate ſumptum, proculdubio ſua continet inferiora, tanquam partes, & excedit quodlibet eorum, quorum dicitur totum vniuerſale; eò quòd eſt vnum in multis, de quibus prædicatur, & vnumquodq; eorum, pars eius, ſubiectiua eſt, quia ſub ſuo toto in ordine ſubiectionis, & prędicationis collocatur.

Secūda. Quicquid prædicatur de ſuperiori, prædicatur quoque de eius inferiori; ergo arguendo à ſuperiori ad inferius, tenet locus affirmatiuè. Antecedens probatur per illam regulam anteprędicamentalem, quando alterum de altero prædicatur, quęcunq; de prædicato dicuntur, eadem de ſubiecto dicuntur.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, quod illa regula anteprædicamentalis (vt ibi dilucidatum eſt) tenet non abſolutè in omnibus prędicationibus, ſed in prędicationibus per ſe, & eſſentialibus: quoniā particula, vt de ſubiecto, in ſecunda, ac tertia parte regulæ ſemper intelligitur; & ſenſus eſt; quicquid eſt ſuperius ſuperiore, ſuperius eſt & inferiore. Quocirca locus à ſuperiori ad ſuum inferius valet affirmatiuè, virtute habitudinis ſuperioris ad ſuum inferius, quod ei eſſentialiter conuenit, & in quo actualiter continetur; atq; ideo de eo prædicatur. Quare quicquid per ſe prędicatur de ſuperiori, prędicatur quoque de eius inferiori: ſed ob id ipſum non ſequitur, quicquid dicitur de ſuperiori tanquam prędicatum accidentale quod dicatur de eius inferiori: quoniam ſuperius, quod eſt totum vniuerſale, ſua parte ſubiectiua communius eſt: ideo non oportet, vt ſi aliquid de eo verificetur, prout in aliqua eius parte eſt, propterea de eodem, vt in alijs eius partibus eſt verificari; nec opus eſt, ſi ipſum de aliquo verificatur, de eodem ſua pars ſubiectiua verificari. Hinc in omnibus non tenet locus iſte affirmatiuè, vt non ſequitur, equus eſt animal; ergo equus eſt homo? Nam animal dicitur de equo, de quo non verificatur homo, quoniā animal verificatur de homine, & equo pro diuerſis eius partibus. At quoniam actualiter in omnibus ſuis partibus, ſeu inferioribus, continetur, ideo eo remoto, omnes eius partes remouentur, atque iccirco valet locus iſte negatiuè. Sed contra. Non ſequitur, animal non currit; ergo homo non currit? instatur & tamen arguitur à ſuperiori ad inferius negatiuè, igitur locus iſte non tenet negatiuè. Aſſumptum probatur. Quippè quieſcente leone, & homine currente, antecedens datę argumentationis erit verum, & conſequens falſum, & arguitur negatiuè ab animali ad hominem. Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis, ad cuius probationem negatur aſſumptum, quòd, ſcilicet, arguatur negatiuè ab animali vniuerſaliter ſumpto ad hominem, quoniam arguitur à ſuperiori particulariter ſumpto ad ſuū inferius, ideo (vt in tomo conſequentiarum dictum eſt) conſequentia non valet.

Tex. 23. *Locus à parte ſubiectiua eſt ad ſuum totum ſuperius eius habitudo.*

Locus à parte ſubiectiua maxima, cuicunque attribuitur pars totius uniuerſalis, & eius totum: & à quo, cum conſtan-

tis pars eius remouetur, & particulariter eius totum.

Pars ſumitur cum eius conſtantia, quando capitur in propoſitione de ſecundo adiacente, in qua ſubijcitur, aut in æquiualenti. E

Dilucidatio. A parte totius vniuerſalis, affirmatiuè duo fiunt argumenta. Primò, ſubijciendo, vt homo eſt rationalis; ergo aliquod animal eſt rationale: locus à parte ſubiectiua maxima, quicquid verificatur de parte totius vniuerſalis, & de ipſo toto. Secundò prædicando, vt homo ambulat, ergo homo mouetur: locus à parte ſubiectiua, maxima, de quocunque verificatur pars ſubiectiua totius vniuerſalis, de eodem verificatur eius totum: locus maxima communis, cuicunq; attribuitur pars totius vniuerſalis, & eius totum. Verum debet totum vniuerſale hoc in loco particulariter ſumi. Nam ab inferiori ad ſuperius vniuerſaliter ſumptum non valet conſequentia. Similiter negatiuè hoc in loco etiam duo ſumuntur argumenta. F Primò, ponendo partem, & totum in ſubiecto, cum conſtantia tamen partis ſubiectiuę; vt homo non eſt albus, & homo eſt; ergo aliquod animal non eſt album: locus a parte ſubiectiua maxima, quicquid negatur de parte totius vniuerſalis cum eius conſtantia, etiam particulariter de eius toto negatur. Secundò, ponendo partum, & totum in prædicato, vt ambulans non eſt homo, & homo eſt; ergo ambulans, non omnis homo eſt locus a parte ſubiectiua cum eius cõſtantia maxima, de quocunque negatur pars totius vniuerſalis cum eius cõſtantia ſumpta, de eodem negatur particulariter & totum, maxima communis, a quocunque cum eius conſtantia remouetur pars, & particulariter eius to- G tum. Sed hæc in vulgarium propoſitionum conſequentiis requiritur, non autem in ijs, quæ diſciplinæ ſunt. Ex oppoſito autem conſequentis arguendo, proceditur affirmatiuè a toto vniuerſali vniuerſaliter ſumpto cum partis conſtantia, ad eandem partem, quod quidem argumentum in loco ſanè a toto in quantitate ad eius partem dilucidabitur. Pars autem ſubiectiua ſumitur cum eius conſtantia, quando cum propoſitione conſtantię capitur. Eſt enim propoſitio conſtantiæ, propoſitio poſita per coniunctionem copulatiuam in antecedente, in qua verbum ſubſtantiuum ſecundum adiacens affirmatur de termino, cuius ponitur conſtantia, vt hoc pacto arguendo, equus non currit, & equus eſt; ergo aliquod animal non currit. Propoſitio, equus eſt, propoſitio conſtantiæ eſt, ideſt, explicans conſtan- H tiam: ſed equus eſt pars, cuius ponitur conſtantia, hoc eſt, eius ſignificatum in præſenti tempore eſſe. Quocirca in conſequentiis doctrinalibus minimè requiritur conſtantia, quia in eis copula abſoluitur a tempore: neq; opus eſt in illis rem ponere in pręſenti tempore eſſe. In vulgarium autem propoſitionum conſequentiis exigitur conſtantia, quia in illis copula non abſoluitur a tempore, cum propoſitiones in materia ſint contingenti: atque iccirco earum termini ſuppoſitionem habeant accidentalem, ſecundum quam pro aliquo tẽpore ſumuntur.

Obiectio. Ad negationem minus communis non ſequitur negatio magis communis; ergo a parte ſubiectiua ad ſuum totum negatiuè, locus eſt inualidus. Antecedens probatur. Quippè non ſequitur, leo non eſt rationalis; ergo nullum animal eſt rationale?

Reſpondetur negando aſſumptum, ad cuius probationem dicitur, quòd in data argumentatione cõſequentia eſt inualida, quia arguitur ab inferiori ad ſuperius vniuerſaliter aſſumptum: ſed tam negatiuè (vt in tomo conſequentiarum dictum eſt) quam affirmatiuè ab inferiori ad ſuperius particulariter ſumptum, eſt optima conſequentia. Superius nanque, actu, & intellectu, in ſuo inferiori continetur: ideo quicquid de inferiori verificatur, de ſuperiori quoque particulariter ſumpto verificatur; & quicquid ab inferiori remouetur, a ſuperiori quoque particulariter ſumpto remouetur; non autem (vt dictũ eſt) ſi vniuerſaliter ſumeretur.

Magis commune ſub toto uniuerſali, & minus commune ſub eius parte continetur. Tex. 14

Dilucidatio. Magis commune eſt, quod plura ſignificat, rationemq; generaliorem habet, quanuis non ſit propriè ſuperius, ſiue genus. Minus cõmune eſt, quod pauciora ſignificat, & rationem ſpecialiorem habet, licet non ſit inferius recti lineum in aliquo prædicamento; vt nutriri eſt magis commune ad animal, quanuis ſit accidens, & ſentire ad hominem. Locus autem a magis communi ad minus commune, ſub loco a toto vniuerſali ad ſuam partem continetur, vt cælum non nutritur; ergo non eſt animal. Contra verò, locus a minus communi ad magis commune, ſub loco a parte totius vniuerſalis ad ſuum totum continetur, vt oſtreæ ſunt animalia; igitur ipſa nutriuntur. Verum cum in vulgaribus propoſitionibus, magis reſtrictum ſit minus commune, & minus reſtrictum, magis commune: ſimiliter non amplum ſit minus commune, & amplum magis commune, argumentationes a minus reſtricto ad magis, & ab amplo ad non amplum, & contra, proculdubio per iſtum locum fiunt. In diſciplinis autem, cum totum diſiunctum ſit magis commune, & alterutra pars diſiuncti minus commune, locus a parte diſiuncti ad totum diſiunctum (qui doctrinalis eſt) ſub loco a parte ſubiectiua ad ſuum totum, compræhenditur; vt binarius eſt par, ergo eſt par, vel impar; homo eſt rationalis, ergo eſt rationalis, vel rationis expers.

Totum integrale eſt, quicquid, partes quantitatiuas habet. Tex. 15

Pars integralis eſt, ex quo illud integratur.

Pars integralis biſariam dicitur, hæc principalis, illa minus principalis.

Pars totius integralis principalis eſt, ſine qua ſuum totum eſſe non poteſt.

Pars integralis minus principalis eſt, ſine qua ſuum totum eſſe poteſt,

Dilucidatio. Totum integrale eſt, quicquid habet partes integrales; & pars integralis eſt, ex quo totum integratur, & ſecundum dimenſionem conſtat; vt homo, totum eſt integrale, cuius partes ſunt caput, cor, manus, brachia: ita domus eſt totum integrale, cuius partes ſunt parietes, tectum, fundamentum. Partes autem integrales principales hominis ſunt, caput humanum, cor humanum. Nam ſine illis homo eſſe non poteſt. Minus verò principales ſunt digiti, manus, pedes. Nam ſine illis, homo eſſe poteſt. Ita partes

tes principales domus ſunt, fundamentum, & parietes, cum ſine illis, domus eſſe non poſſit. Minus verò principales ſunt, ſera, lateres, cancelli, ſine quibus domus eſſe poteſt.

Obiectio. Homo eſt animal rationale; data oratio eſt totũ integrale, & tamen ex partibus quantitatiuis non componitur; ergo eius definitio interimenda eſt. Conſequentia probatur. Quippe per antecedens, totius integralis definitio, omni contento ſub definito competit.

Reſpondetur negando propriè primam partem antecedentis. Nam totum integrale propriè componitur ex partibus quantitatem habentibus, quæ, partes integrales dicuntur; vtpotè, quæ integrant ipſum totum, & materiales, quia potius materiam, quàm formam ipſius compoſiti conſequuntur: eò B quòd quantitas, quam includunt, ſe tenet ex parte materiæ, qualitas verò ex parte formę. Verum ſicut totum integrale componitur ex partibus quantitatiuis, ita quoque data oratio, ex pluribus vocibus ſignificatiuis integratur. Hinc eo modo, quo dicitur per ſimilitudinem totũ integrale, ſic & eodem modo dicitur compoſita ex partibus ſecundum ſimilitudinem quantitatem habentibus. Idem de alijs pluribus, quæ ſe habent per modum totius integralis intelligitur.

Tex.16. *Locus à toto integrali eſt, ad ſuam partem eius habitudo.*

Locus à toto integrali maxima, ſi eſt totum integrale, & pars principalis eſt.

Dilucidatio. A toto integrali ad ſuã partem integralem principalem arguendum eſt affirmatiuè in propoſitionibus de ſecundo adiacente; vt homo eſt, ergo caput hominis eſt, domus eſt, ergo fundamentum eius eſt: locus à toto integrali maxima, ſi eſt totum integra- C le, & eius pars principalis eſt. Ad partem minus principalem non valet argumentum.

Obiectio. 1. Non ſequitur, domus valet centum libras, ergo & paries? vel domus eſt alba, ergo & eius fundamentum? & tamen arguitur affirmatiuè à toto integrali; igitur locus à toto integrali affirmatiuè non tenet.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis. Quippè locus à toto integrali (vt dilucidatum eſt) duntaxat propriè tenet quantum ad exiſtentiam totius, & partis, in propoſitionibus de ſecundo adiacente. Similiter nec contra arguitur à parte integrali, hoc modo; paries valet centum, ergo & domus: quamuis ibi bona ſit conſequentia, non per habitudinem partis ad totum, ſed per locum à minore ad maius.

Secũda. Totum integrale dat eſſe ſuis partibus; ergo lo- D cus à toto integrali valet negatiuè. Antecedens probatur. Sanè totum integrale ſimul vnit omnes ſuas partes, quæ ſunt actu per eſſe totius, dum in ipſo toto ſunt. Conſequentia probatur. Remota enim cauſa totali remouetur effectus, ſed per antecedens partes ſunt p eſſe totius, vtpotè, earũ cauſa totalis; ergo remoto toto integrali remouentur & omnes eius partes integrales.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd totum integrale vtique dat eſſe totius, ſeu eſſe commune, omnibus ſuis partibus cõmunicat: ſed non dat eſſe, ipſis partibus proprium earum partium. Dum enim ſunt in toto, ſunt A per eſſe totius, ſed ſeparatæ à toto, ſtatim ſunt per eſſe proprium; ideo deſtructo toto integrali non eſt neceſſe, vt omnes eius partes ſecundum eſſe proprium earum deſtruantur.

Locus à parte integrali eſt, ad ſuum totum eius habitudo. Tex.17.

Locus à parte integrali maxima, ſi non eſt pars principalis, neque eius totum.

Dilucidatio. Ex oppoſito conſequentis à parte integrali ad eius totum, arguendum eſt negatiuè, & in propoſitionibus quoque de ſecundo adiacente, vt caput hominis non eſt, ergo homo non eſt, fundamẽtum domus non eſt, ergo domus non eſt. A parte verò minus principali itidem non valet. Affirmatiuè autem à parte principali ad ſuum totum, non valet conſequentia, vt fundamentum domus eſt, ergo domus eſt: Similiter negatiuè à toto ad partẽ principalẽ nõ valet, vt domus non eſt, ergo fundamentũ non eſt?

Obiectio. 1. Non ſequitur, digitus Platonis non eſt, ergo Plato non eſt? & tamen arguitur à parte integrali ad ſuum totum negatiuè; igitur locus à parte integrali non tenet negatiuè.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis. Locus nanque à parte integrali ſolummodo tenet arguendo à partibus principalibus, in quarum numero non eſt digitus; ideo per locum à parte integrali non arguitur.

Secũda. Optimè ſequitur, pars aquæ eſt, ergo aqua eſt; ſimiliter pars panis eſt, ergo panis eſt, & tamen arguitur à parte integrali ad ſuum totum affirmatiuè, igitur locus iſte tenet affirmatiuè.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedẽtis. Nam totum integrale, quoddam eſt homogeneum, quod in omnibus ſuis partibus eiuſdem naturæ eſt, quarum quęlibet verè in recto recipit prędicationem totius, vt dicatur; Quęlibet pars aquę eſt aqua, & quælibet pars panis, eſt panis. Quoddã eſt Etherogeneum, quod in omnibus ſuis partibus diuerſæ naturæ eſt, & conſequenter non poteſt verè prædicari in recto de qualibet eius parte, vt homo, cuius partes ſunt os, caro, & ſanguis, de quibus non poteſt in recto vere prædicari, homo. Hinc licet verè ſequatur, pars aquæ eſt, ergo aqua eſt; id tamen non valet propter habitudinem partis integralis ad ſuum totum, ſed partis ſubiectiuæ ad ſuum totum. In quolibet enim toto homogeneo partes integrales ſunt quantitatiuæ, necnon ſubiectiuæ, eò quòd totum de ipſis prædicatur, vt ſuperius de inferiori. Nempe ſecundum ſuum eſſe quãtitatiuum eſt totum integrale, ſed quantum ad ſuam eſſentiam, ſecundum quam de omnibus ſuis partibus in recto verificatur, totum vniuerſale eſt: & ita ab eo, vel eis, ſumi poteſt locus à toto vniuerſali, & à parte ſubiectiua, qualis eſt locus, in argumentatione data in oppoſitum, & locus à toto integrali, & à parte integrali ſecundum diuerſas habitudines.

Totum in quantitate eſt terminus communis, mediante ſigno vniuerſali, vniuerſaliter ſumptus. Tex.18.

Pars totius in quantitate eſt, minus commune, ſub toto in quantitate, ſumptum.

Dilucidatio. Totum in quãtitate eſt terminus communis, per ſignum vniuerſale ſibi adiunctum, & non impeditum,

tum, vniuerſaliter ſumptus; vt omne animal ſentit, ibi animal, vt mediante ſigno vniuerſali, omnis vni- E uerſaliter ſumitur, eſt totum in quantitate, & remoto ſigno vniuerſali, vt dicatur, animal ſentit, amplius non eſt totum in quantitate. Concha autem, ſpongia, & oſtrea, ſunt partes totius in quantitate, ſcilicet, animalis: quia ſunt minus communia ſub toto in quantitate prius dato, ſumpta.

Obiectio.

Totum in quantitate non eſt totum vniuerſale, ſed vniuerſale vniuerſaliter ſumptum, eſt totum vniuerſale; ergo totũ vniuerſale non eſt totum in quãtitate. Maior ex litera eſt manifeſta, quoniam vtrunque ſecundum eam diſtinguitur. Minor probatur. Nam vniuerſale vniuerſaliter ſomptum eſt ſuperius eſſentiale; ergo per ſuam definitionem eſt totum vniuerſale.

Reſpondetur negando formaliter minorem, ad cuius probationem dicitur, quòd vniuerſale vniuer- F ſaliter ſumptum ſecundum ſe; eſt quidem totũ vniuerſale: ſed ſumptũ cum ſigno vniuerſali, per quod diſtribuitur, & ex conſequenti gratia cuius tenetur vniuerſaliter, eſt totum in quantitate. Nempe in hoc differunt, quòd totum vniuerſale, naturam importat vniuerſalem per modum vnius in communi, quoniam eſt vnum in multis: ſed totum in quantitate, eandem importat naturam per modum plurium, inquantum in ſua inferiora eſt diuiſa, & multiplicata. Quemadmodũ enim continuum eſt diuiſibile in plures partes, quarum quælibet, prędicationem totius ſuſcipit, ſicut linea in plures partes diuiditur, quarum quęlibet eſt linea; ita quoque tale totum in plures partes multiplicatur, de quibus ſecundum ſe prædicari poteſt. Quare aggregatum ex ſigno vniuerſali, ac termino communi, non dicitur G proprię totum in quantitate, ſed terminus communis per ſignum vniuerſale diſtributus, totum in quantitate vocatur.

Tex. 19

Locus à toto in quantitate eſt, ad ſuam partẽ eius habitudo.

Locus à toto in quantitate, maxima, quicquid attribuitur, aut remouetur à toto in quantitate, ſimiliter attribuitur, aut remouetur, à qualibet eius parte.

Dilucidatio.

Pro loco a toto in quantitate, quatuor ſunt arguendi formæ. Primò affirmatiuè ſubijciendo, vt omne animal ſentit; ergo concha ſentit: locus a toto in quantitate maxima, quicquid verificatur de toto in quantitate, & de qualibet eius parte. Secundò affirmatiuè prædicando, non quidem, vt totum prędicatum: Nam vniuerſale vniuerſaliter in prædicato ſumi, non eſt verum, ſed partem prędicati, vt viſus percipit omnes colores, hoc eſt, viſus eſt perci- H piens omnes colores; ergo percipit albedinem: locus a toto in quantitate maxima, de quocunque verificatur totum in quantitate, & quælibet eius pars, maxima generalis, quicquid attribuitur toti in quantitate, & cuilibet eius parti. Tertiò negatiuè ſubijciẽdo, vt nullũ aial eſt inſenſibile; ergo concha non eſt inſenſibilis: locus a toto in quãtitate maxima, quicquid negaƒ de toto in quãtitate, & de qualibet eius parte. Quartò negatiuè prædicando, vt auditus nõ percipit colorẽ; ergo nõ percipit albedinem; item nullum animal eſt quãtitas, ergo nullum animal eſt magnitudo: locus a toto in quantitate maxima, de quocunque negatur totum, in quantitate & quęlibet eius pars, maxima communis, quicquid remouetur a toto in quantitate, ſimiliter remouetur a qualibet eius parte. Neq; affirmatiuè arguendo in diſciplinis a toto in quantitate ad ſuam partem, ponenda eſt conſtantia partis, licet id in ſophiſmatibus obſeruare neceſſe ſit, cum in diſciplinis copula a tempore abſoluatur.

Obiectio.

Non ſequitur, omnis homo legit, ergo Adã legit? igitur locus a toto in quantitate non tenet affirmatiuè. Aſſumptum probatur. Nam antecedẽs poteſt eſſe verum, conſequẽte exiſtente falſo. Conſequentia probatur. Quippè in data argumentatione arguitur a toto in quantitate affirmatiuè.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum. Nam terminus communis, homo, per ſignum vniuerſale vniuerſaliter ſumptus, ob illud verbum, legit, pręſentis temporis, ad pręſentes reſtringitur; ideoq; neque Adam qui amplius pręſens non eſt, illius totius pars in quantitate eſt, neq; a toto in quantitate ad ſuam partem arguitur.

Tex. 20

Locus à partibus totius in quantitate ſimul ſumptis eſt, ad ſuum totum earum habitudo.

Locus à partibus totius in quantitate ſimul ſumptis maxima, quicquid attribuitur, aut remouetur à partibus totius in quantitate ſimul ſumptis, & ipſi toti attribuitur, aut ab eo remouetur.

Dilucidatio.

Locus a partibus in quantitate ad ſuum totum conformiter quatuor habet argumenta. Primò affirmatiuè ſubijciendo, vt albedo viſu percipitur, itidem & fuſcedo: & ſic de reliquis; ergo omnis color viſu percipitur: locus a partibus totius in quantitate ſimul ſumptis maxima, quicquid verificatur de partibus totius in quantitate ſimul ſumptis, et de toto verificabitur. Secundò affirmatiuè prædicando, vt viſus percipit albedinem, nigredinem, fuſcedinẽ, & ita de cęteris; ergo viſus percipit omnem colorem: locus a partibus totius in quantitate ſimul ſumptis maxima, de quocunque verificantur partes totius in quantitate ſimul ſumptę, de eodem verificatur, & totum in quantitate, maxima communis, quicquid attribuitur partibus totius in quantitate ſimul ſumptis, et ipſi toti attribuitur. Tertiò negatiuè ſubiiciendo, vt albedo nõ percipitur auditu, neq; nigredo, neque fuſcedo; ergo nullus color auditu percipitur: locus a partibus totius in quantitate ſimul ſumptis maxima, quicquid negatur de partibus totius in quantitate ſimul ſumptis, & de ipſo toto. Quartò negatiuè prędicando, vt auditus nõ percipit albedinem, neque nigredinem, neque fuſcedinem, ergo nullum colorem percipit: locus a partibus totius in quantitate ſimul ſumptis maxima, de quocunque negantur partes totius in quantitate ſimul ſumptæ, de eodem & totum negabitur, maxima communis, quicquid remouetur a partibus totius in quantitate ſimul ſumptis, & ab ipſo toto remouetur. Et huiuſmodi argumentum a partibus ad totum in quantitate inductio eſt. Nam eſt (vt ſatis clarum patet) a ſingularibus ſufficienter enumeratis ad ſuum vniuerſale progreſsio.

Obiectio.

Arguendo a ſingularibus, ſiue a particularibus ad

ad vniuerſale, eſt petitio principij; ergo locus a partibus totius in quantitate ad ipſum totum, nõ locus A dialecticus, ſed ſophiſticus eſt. Antecedens probatur. Sanè tũc petitur vniuerſale in ſuis ſingularibus.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd arguendo a partibus totius in quantitate ad ſuum totum in ordine ad prædicatum, quod notiori modo, toti conuenit, quam partibus, fit petitio principij: ſed arguendo in ordine ad prædicatum, quod notiori modo, partibus conuenit, quàm toti, tuoc eſt bonus locus dialecticus, ſiue illud prædicatum, ipſis notiori modo ſimpliciter, ſiue quo ad nos conueniat, ſiue in prædicatis ſit eſſentialibus, ſiue accidentalibus. Quocirca hic eſt bonus locus dialecticus, dummodo antecedens notius ſit reſpondenti, quàm conſequens. Socrates eſt albus, & plato eſt albus, & ſic de aliis, ergo omnis B homo eſt albus.

Tex. 21 *Totum in modo eſt terminus, ad ſeipſum, cum determinatione non diminuente ſumptum, cum qua prius non ſumebatur, comparatus.*

Terminus ſumitur cum determinatione non diminuente, quando ipſum totum, de parte, hoc eſt, de toto aggregato, uniuerſaliter uerificatur.

Pars in modo eſt, terminus ſumptus cum determinatione non diminuente, in comparatione ad ſeipſum ſine illa determinatione ſumptum.

Diluci-datio. Totum in modo eſt terminus ſumptus ſine determinatione, in compatatione ad ſeipſum ſumptum cum determinatione non diminuente: ſed pars in modo, è contrario, eſt terminus ſumptus cum determinatione non diminuente in comparatione ad ſeipſum ſumptum ſine huiuſmodi determinatione, C vt animal eſt totum in modo, & animal ſanum, & animal ęgrum, ſunt ſuæ partes in modo, & determinationes, ſanum, & ægrum, ſunt non diminuentes ad animal. Nam animal vniuerſaliter de toto aggregato ex determinatione, & determinabili verificatur. Omne enim animal ſanum eſt animal, & omne animal ægrum eſt animal. Quòd ſi totum nõ verificatur vniuerſaliter de toto aggregato ex ſeipſo, & determinatione, illa determinatio eſt diminuens, vt mortuum, & pictum ad hominem. Iſta enim nõ eſt vera, omnis homo mortuus eſt homo; nec iſta, omnis homo pictus eſt homo.

Obie-ctio. 1 Vniuerſale ſumptum ſine determinatione eſt totum vniuerſale, ſed totum in modo non eſt totum vniuerſale; ergo totum in modo non eſt vniuerſale ſumptum ſine determinatione. Maior ex definitio- D ne totius vniuerſalis eſt manifeſta. Minor probatur. Quippè iuxta literam totum in modo, & totũ vniuerſale diſtinguntur.

Reſpondetur negando formaliter maiorem, ad cuius probationem dicitur, quòd totum, cum dicatur relatiuè ad partem, variari habet ſecundum variationem ſuæ partis; Ideo vniuerſale ſumptum ſine determinatione in comparatione ad partem per differentiam intrinſecam, & eſſentialem, ſub eo cõſtitutam, totum vniuerſale vocatur: ſed idem in cõparatione ad partem per differentiam accidentalem, & extrinſecam, ſub eo conſtitutam, totum in modo appellatur; quoniam per illam differentiam A accidentalem, quæ eſt determinatio non diminuẽs, ad aliqua ſua ſuppoſita, modificatur, ac reſtringitur. Nam ſumptum ſine illa determinatione, ad omnia ſua ſuppoſita ſe extendit, ſed addita determinatione non diminuente, ſtatim pro vna parte ſuorum ſuppoſitorum ſumitur. Sicut homo in communi, pro omnibus hominibus ſupponit, ſed homo albus, pro hominibus albis duntaxat. Hinc totum in modo, ac eius pars, re vera materialiter eſt ipſum vniuerſale, quod formaliter ſecundum diuerſas rationes, totum vniuerſale, & totum in modo, ac illius pars, vocatur:

Homo albus eſt pars in modo, & tamen ſumitur homo cum determinatione diminuente; ergo interimenda eſt partis totius in modo definitio. A ſumptum quo ad ſecundam partem probatur. Sanè B albus, hominem contrahit, ac eius acceptionem diminuit, eò quòd facit ipſum pro hominibus albis tantum teneri, ergo eſt determinatio diminuens. Secũda

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis, ad cuius probationem negatur conſequẽtia. Nam determinatio non dicitur diminuens, quia terminum, cui additur pro vna parte ſuorum ſuppoſitorum, contrahat: ſed quia, eius rationem formalem diminuit, ſeu tollit; vt mortuus, pictus, rationem hominis tollit.

Locus à toto in modo eſt, ad ſuam partem eius habitudo. Tex. 22

Locus à toto in modo maxima, a quocunque remouetur totum in modo, & eius pars.

Totum in modo ſequitur analogiam totius vniuerſalis, & eodem modo ſumuntur argumenta a to- Diluci-datio. C to in modo, ſicut a toto vniuerſali, ſcilicet, negatiuè, & ſumendo totum in modo vniuerſaliter. Primò quidem ſubijciendo, vt nulla vox percipitur viſu; ergo nulla vox ſignificatiua percipitur viſu: locus a toto in modo maxima, quicquid negatur de toto in modo, & de qualibet eius parte. Secũdò prędicando, vt mundus non eſt animal ergo non eſt animal rationale; locus a toto in modo maxima, de quocunq; negatur totum in modo, & quęlibet eius pars, Maxima generalis, a quocunque remouetur totum in modo, & eius pars.

In omni loco conſequens debet includi in antecedente, ſed pars in modo non includitur actualiter in ſuo toto; ergo a toto in modo ad ſuam partem, non valet locus neque affirmatiuè, neque negatiuè. Maior patet, alioquin non eſſet locus, bo- D na conſequentia. Obie-ctio.

Reſpondetur, ꝙ neq; totum in modo, neq; pars in modo, eſt conſequens, ſed in loco eſt terminus inferens, vel terminus illatus. Propterea dicitur ad maiorem, quòd conſequens complexum ſemper includitur virtualiter, & actualiter in antecedente: ſed terminus illatus non actualiter contineri debet in termino inferente; ideo licet pars in modo non ſit actualiter in ſuo toto, non tamen ſequitur ob id ipſum, quòd a toto in modo locus dialecticus non ſumatur.

Locus à parte in modo eſt, ad ſuum totum eius habitudo. Tex. 23

Locus à parte in modo maxima, cuicunque attribuitur pars

totius in modo, & eius totum: & à quo cum conſtantia eius pars remouetur, & particulariter eius totum.

Dilucidatio.

Pars in modo ſequitur naturam partis totius vniuerſalis, & conſimiliter vbique fiunt argumenta, ſcilicet, a parte in modo affirmatiuè, & ſumendo particulariter totum, & id bifariam. Primò ſubijciendo, vt animal rationale eſt ſuſceptiuum diſciplinę, ergo & animal: locus a parte in modo maxima, quicquid verificatur de parte in modo, & de eius toto. Secundò, prędicando, vt homo eſt animal ſuſceptiuum diſciplinæ, ergo & animal; locus a parte in modo maxima, de quocunque verificatur pars in modo, & eius totum. Etiam negatiue fit argumentum a parte in modo ſumpta cum conſtantia ad eius totum particulariter ſumptum. Primò ſubiiciendo, vt animal irrationale non eſt nigrum, & animal irrationale eſt; ergo aliquod animal non eſt nigrum: locus a patte in modo cum eius conſtantia maxima, quicquid negatur de parte in modo ſumpta cum conſtantia, negatur, & de eius toto particulariter ſumpto. Secundò prædicando, vt homo non eſt animal album, & animal album eſt; ergo homo, non omne animal eſt: locus a parte in modo cum eius conſtantia maxima, de quocunque negatur pars in modo ſumpta cum eius conſtantia, de eodem negatur particulariter & totum. Sed vbi doctrinaliter agitur, conſtantia omittenda eſt. Ex oppoſito autem conſequentis arguendum eſt affirmatiuè a toto in modo vniuerſaliter ſumpto ad eius partem, vt omne animal ſentit; ergo omne animal rationale ſentit. Omnis propoſitio eſt oratio; ergo omnis propoſitio vera eſt oratio. Quodequidem argumentum ſimile eſt a toto in quantitate ad ſuam partem, & ſi ipſum fiat in vulgaribus, accidentarijsq; propoſitionibus, conſtantia partis in antecedente experimenda eſt; ſi verò in doctrinalibus pretermittenda.

Obiectio.

Lapis non eſt homo riſibilis, ergo lapis non eſt homo; Data argumentatio, locus validus eſt, ergo locus a parte in modo tenet negatiuè. Conſequentia probatur. Sanè in data argumentatione arguitur a parte in modo negatiuè.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum. Homo enim riſibilis non contrahit hominem pro vna parte ſuorum ſuppoſitorum, ideo pars eius in modo non eſt. Sed animal riſibile eſt pars in modo in ordine ad animal, quoniam ipſum pro vna parte ſuorum ſuppoſitorum contrahit.

Tex.24.

Totum in loco eſt terminus, omnem locum aduerbialiter comprehendens.

Locus à toto in loco eſt, ad ſuam partem eius habitudo.

Locus à toto in loco maxima, quicquid attribuitur, aut remouetur à toto in loco, ſimiliter à qualibet eius parte.

Pars totius in loco eſt terminus, unum locum aduerbialiter comprehendens.

Locus à partibus totius in loco eſt, partium totius in loco omnium ſimul ſumptarum, ad ſuum totum habitudo.

Locus à partibus totius in loco maxima, quicquid attribuitur, uel remouetur, à partibus totius in loco ſimul ſumptis, & ipſi toti attribuitur, uel ab eo remouetur.

Totum in tempore eſt terminus, omne tempus aduerbialiter comprehendens.

E

Locus à toto in tempore eſt, ad ſuam partem eius habitudo.

Locus à toto in tempore maxima, quicquid attribuitur, aut remouetur à toto in tempore, & à qualibet eius parte.

Pars totius in tempore eſt terminus, unam temporis differentiam aduerbialiter comprehendens.

Locus à partibus totius in tempore eſt, partium totius in tempore omnium ſimul ſumptarum, ad ſuum totum habitudo.

Locus à partibus totius in tempore maxima, quicquid attribuitur, aut remouetur à partibus totius in tempore ſimul ſumptis, & ipſi toti attribuitur, aut ab eo remouetur.

Dilucidatio.

Sunt, ab ijs modis, alij modi totius. Nempe ſicut & totum dicitur in quantitate, & totum in modo, ita & totum in tempore, & totum in loco; quorum tamen duos poſteriores (vt placet Ariſtoteli)
F ſub toto in quantitate compręhendere planè licet. Secundum nanque analogiam tot argumenta, ac maximas continent, quemadmodum & totum in quantitate. Totum itaque in tempore, nec non eius pars, importat aduerbialiter eſſe in tempore, vt quum dicimus, ſemper, cuius partes ſunt, nunc, hodie, aliquando. Totum in loco, ac eius pars importat aduerbialiter eſſe in loco, vt quum dicimus, vbique, cuius partes ſunt, hic, alicubi, Romæ. At horum omnium ſuccintè vnum exemplum per ſingula ſubiiciatur. Igitur a toto ad partem in tempore affirmatiuè exemplum; vt ſi Deus ſemper eſt, & nunc eſt. Negatiuè vero, vt Chimera nunquàm fuit, ergo non eſt nunc. Rurſus a toto ad partem in loco, vt ſi vbique Deus eſt, & hic eſt. Negatiuè verò, vt Plato nuſquàm eſt, ergo non eſt hic. Cæ-
G terum in ijs haudquaquam id conſequens eſt, ſi a parte ad totum, argumentum ducitur, niſi per deſtructionem, ſiue negationem, vt non eſt hic, ergo nec vbique eſt, item non eſt hodie, ergo non eſt ſemper. Ab omnibus autem partibus ſimul ſumptis (inquit litera) vterque locus valet tam affirmatiuè, quàm negatiuè, vt in loco a partibus omnibus ſimul ſumptis totius in loco affirmatiuè, Deus eſt hic, & ibi, & ſic de aliis, ergo Deus eſt vbique. Negatiuè verò, vt Plato non eſt hic, neque ibi, & ſic de aliis, ergo nuſquam eſt. In loco autem ab omnibus partibus ſimul ſumptis totius in tempore, affirmatiuè, vt Deus eſt nunc, pridie, & heri, & ſic de aliis, ergo Deus ſemper eſt. Negatiuè verò, vt Chimera non eſt nunc, neque pridie, neque heri, & ſic de aliis, ergo Chimera nuſquam eſt. Verum enimuero
H totum copulatiuum, in quo plura copulantur per coniunctionem copulatiuam, vt Sortes currit, & Plato diſputat; ergo Plato diſputat; totum item poteſtatiuum, quod plura continet ſecundum virtutem, ſicut anima rationalis continet vegetatiuum, ſenſitiuum, intellectiuum, vt anima rationalis eſt, ergo ſenſitiuum eſt; nec non totum collectiuum, ſeu aggregatiuum, quod ſub vna voce ſingulari plura adinuicem diſtincta importat, ſicut populus, ſocietas, cuius pars eſt homo, vt populus eſt, ergo homo eſt: ad totum integrale reducuntur, eò quod eodem modo tenet locus dialecticus, ſicut a toto inte

to integrali. Totum denique ſucceſsiuum, quod componitur ex partibus ſucceſsiuis, quę ſimul eſſe non poſſunt, ſicut tempus, & motus, quum nominaliter ſignificantur, vt non eſt dies, ergo nō eſt meridies, ad totum vniuerſale reducitur, eò ꝙ eodem modo tenet locus dialecticus, ſicut a toto vniuerſali.

Obiectio. 1. Non ſequitur, mundus eſt vbique, ergo mundus eſt hic? igitur locus a toto in loco, non valet deſtructiuè. Conſequentia probatur. Siquidem in data argumentatione arguitur a toto in loco negatiuè.

Reſpondetur, ꝙ antecedens datæ argumētationis, mundus eſt vbiq;, verum eſt ratione ſuarum partium, & non ꝙ mundus per ſe primò ſit vbique: ſed quoniā non eſt aliquis locus, vbi non ſit aliqua pars mundi. Eodem autem modo alicui oportet attribuere partem in loco, ſicut ſibi conuenit ipſum totum. Quamobrem in data argumentatione malè concluditur, ſed concludendum eſt: ergo aliqua pars mundi eſt hic, & aliqua ibi, & ſic de cęteris.

Secūda. Non ſequitur, Sortes non eſt vbique, ergo Sortes non eſt hic? igitur locus à toto in loco, non tenet deſtructiuè. Conſequentia probatur. Sanè in ea argumentatione arguitur a toto in loco negatiuè.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum. Nempe in antecedente datę argumentationis negatur totum in loco, & conſequenter non remanet ſub eſſe totius in loco, ideo non arguitur a toto in loco: ſed arguitur æquiualenter a negatione vnius partis in loco ad negationem alterius partis determinatè, velut hic, Sortes in aliquo loco nō eſt, ergo Sortes nō eſt hic.

Tertia. Aliquod corpus eſt hic, & aliquod ibi, & ſic de alijs, ergo aliquod corpus eſt vbique? Data argumentatio, non eſt bona conſequentia, igitur locus ab omnibus partibus ſimul ſumptis totius in loco, non tenet conſtructiuè. Conſequentia probatur. Quippe in data argumentatione arguitur ab omnibus partibus ſimul ſumptis totius in loco.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum. Nam corpus in antecedente datæ argumētationis, pro diuerſis eius ſuppoſitis ſupponit, & in conſequente ſolummodo ꝓ vno eorū indifferenter, et conſequenter arguitur a pluribus ſuppoſitionibus accidentalibus determinatis ad vnam duntaxat determinatam: & ſic, quia videtur corpus, eadem dictio in antecedente, & in conſequente, quę tamen propter diuerſitatem ſuppoſitionis, re vera diuerſa eſt, ideo fallacia figuræ dictionis committitur.

Quarta. Non ſequitur, vniuerſale eſt ſemp, ergo eſt nunc? igitur locus a toto in tempore, non tenet conſtructiuè. Aſſumptum probatur. Antecedens enim datę argumentationis, eò ꝙ vniuerſale eſt vbique, & ſemper, & ſolum ſingulare eſt hic, & nunc, eſt verū, & conſequens falſum. Conſequentia probatur. Sanè in data argumentatione arguitur a toto in tempore conſtructiuè.

Reſpondetur ad antecedens datæ argumentationis, quòd vniuerſale habet aptitudinem eſſendi in ſuis ſingularibus pro quolibet loco, & pro qualibet differentia temporis, quæ aptitudo reducitur ad actum ſucceſsiuè in ſuis ſingularibus, ideo eodem modo, quo dicitur eſſe ſemper, ſecundum, ſcilicet, A aptitudinem, eſt quoque nunc, cui non repugnat, ꝙ actu nunc non ſit.

Quinta. Partes totius in tempore non poſſunt ſimul eſſe, ergo nullus locus ſumi poteſt ab omnibus partibus totius in tempore ſimul ſumptis. Aſſumptum probatur. Tempus enim eſt ens ſucceſsiuum, cuius vna pars ſuccedit alteri, ideo ſimul non ſunt.

Reſpondetur negando aſſumptum, ad cuius probationem dicitur, quòd partes temporis ſecundum ſuum eſſe reale non ſunt ſimul, ſicut præteritum non poteſt eſſe cum futuro: attamen per appræhenſionem animæ, quæ retinet partem præteritam, & futuram cum præſenti omnes ſimul accipi poſſunt.

Sexta. Non ſequitur, Adam non eſt nunc, ergo Adam nunquam fuit? igitur locus non valet deſtructiuè B ab vna parte totius in tempore ad ipſum totum. Conſequentia probatur. Siquidem in data argumētatione arguitur negatiuè ab vna parte totius in tempore ad ipſum totum.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum. Nempe arguendo ab vna parte tantum deſtructiuè arguere oportet ad deſtructionem totius, quantum ad rationem totius, quod quidem fit, ſi in conſequente ſibi præponatur negatio deſtruens eius totalitatem. Quod equidem in data argumentatione non obſeruatur, ſed ſic erat concludendum; Adam non eſt nunc, ergo non ſemper eſt.

Cauſa eſt, ad cuius eſſe, ſequitur aliud.

Text. 15 Dilucidatio. Peracta determinatione locorum a toto ad partem, C aut contra, hic conſequenter agitur de locis a cauſa: in cuius definitione non fit ſermo aliquis de ſequela termini ad terminum, aut propoſitionis ad propoſitionem, ſed rei ad rem. Nam ad eſſe cauſæ, ſequitur effectus, cum vel ex ea, vel per eam, vel ab ea, vel eius gratia, & amore, ſiue deſiderio, fiat effectus; vt ferrum eſt cauſa materialis gladij ferrei; anima rationalis, cauſa formalis hominis, ędificator cauſa efficiens ipſius domus; & ſanitas cauſa finalis deambulationis.

Obiectio. Poſita cauſa ſufficienti non impedita, ponitur ſuus effectus; ergo cauſa non præcedit effectum; & conſequenter ad eſſe cauſę non ſequitur aliud, ſcilicet, effectus. Aſſumptum ex ſecundo Phyſicorum habetur.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nam ad D rationem cauſæ non requiritur, quòd cauſa ſemper præcedat ſuum effectum ſecundum tempus; ſed interdum præcedit ipſum ſecundum tempus, vt domificator, tempore præcedit domum; interdum verò præcedit eum natura tantum, & cum eo tempore ſimul eſt. Hinc ad explicandum quomodo effectus ſequitur cauſam, & cauſa præcedat effectum, ſecundum naturam in eius definitione dictum eſt. Cauſa nanque naturaliter prius habet eſſe, & intelligi, quàm effectus, ideoq; ad differentiā eorum, quorum eſſe vnius ſequitur ad eſſe alterius ſecundū ordinem, & tñ non dependet ex eo ſecundū naturā, ponitur; vt vnius dies ſequitur ad alium ſecundum ſuū eſſe; quod tñ ex eo ſecundum naturā

Inſtatur

non dependet. Sed contra. Canſa, & effectus, ſimul natura ſunt; ergo effectus non ſequitur ſuam E cauſam ſecundum naturam. Antecedens probatur. Cauſa nanque & effectus, ſunt relatiua, quæ ſimul natura ſunt. Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd cauſa, & effectus, ſi ſumantur formaliter, relatiua ſunt, & ita ſimul natura ſunt, ſi verò ſumantur materialiter, pro re, ſcilicet, quæ, cauſa, vel effectus denominatur, ſic ſumpta relatiua non ſunt, neque ſimul natura, ſed unum prius altero eſt; quo pacto hoc in loco intelligũtur.

Tex.26.

Cauſa neceſſaria eſt, ſine qua effectus eſſe non poteſt.

Cauſa ſufficiens eſt, qua exiſtente, effectum non eſſe, eſt impoßibile.

Dilucidatio.

Cauſa duplex eſt, neceſſaria, & ſufficiens; neceſſaria quidem, vt lux ipſius luminis, & fundamentũ ipſius domus. Nam ſine luce, lumẽ eſſe non poteſt; F neque ſine fundamento ipſa domus. Sufficiens verò, vt ignis eſt cauſa ſufficiens caliditatis igneæ, & iugulatio mortis. Nam exiſtente igne, eius caliditatem non exiſtere, eſt impoſſibile. Siquidem impoſſibile eſt, ignem non eſſe calidum. Similiter ſi ſit iugulatio, non eſſe mortem, eſt impoſsibile, cum impoſſibile ſit iugulatum non interire. Sed per analogiam oppoſiti definienda eſt cauſa non neceſſaria, & cauſa non ſufficiens: negationem enim per affirmationem cognoſcimus. Comparando autem hæc quatuor membra adinuicem, aliqua cauſa neceſſaria eſt ſufficiens, ut lux luminis, & ignis ſui caloris; aliqua cauſa neceſſaria non eſt ſufficiens, vt fundamentum ipſius domus, & corpus hominis; aliqua non neceſſaria eſt ſufficiens, vt iugulatio interitus; G aliqua non neceſſaria, non eſt ſufficiens, vt digitus hominis, ſera ipſius domus. Contra verò, aliqua ſufficiens eſt neceſſaria, vt ignis ſui caloris, & ſol ſui luminis. Aliqua ſufficiens non eſt neceſſaria, vt iugulatio interitus. Nam ſine iugulatione poteſt eſſe interitus, vt ſtrãgulatione, ſubmerſione. Aliqua non ſufficiens non eſt neceſſaria, vt digitus hominis, & ſera domus, vt ſubiecta formula monſtrat.

i	ı	a	cauſa neceſſaria
i	i	e	non neceſſaria
e	a	i	ſufficiens
a	e	i	non ſufficiens
non ſuffi.	ſuffi.	non neceſſ.	

H

Præcedens figura, ſexdecim propoſitiones complectitur, quarum ſubiecta ſunt termini à ſurſum in deorſum, porrecti. Primus quidem, ſcilicet, cauſa neceſſaria quatuor primarum; Secundus quatuor ſequentium, & ſimiliter tertius, aliarum quatuor; & denique quartus, quatuor poſtremarum: & comparantur eorum ſinguli ad quoslibet quatuor terminorum à ſiniſtro in dextrum protenſorum, qui, prędicata ſunt. Primus quidem primæ propoſitionis; Secũdus ſecundę; Tertius tertię, & quartus quartæ, reſpectu eiuſdem ſubiecti. Vocales autẽ in quolibet limite collocatæ, propoſitionum ex extremis (quę ſuo limiti reſpondent) compoſitarum qualitatem, & quantitatem denotant, vt, a, vniuerſalem affirmatiuam; e, vniuerſalem negatiuam; &, i, particularem affirmatiuam; quæ, ſuam compatitur ſubcontrariam. Et quandocunque plura adinuicem comparanda occurrunt, ſimili ratione eorum habitudo ſecundum prædicationem inueſtigari poteſt.

Obiectio. 1.

Domificator eſt cauſa neceſſaria domus, ergo perperam definitur cauſa neceſſaria. Antecedens probatur. Quippè domus fieri nõ poteſt, niſi à domificatore. Conſequentia probatur. Sanè domificatore non exiſtente, domus eſt.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd eſt cauſa, domificator, neceſſaria domus ſolũ quantum ad fieri, & non F quantum ad eſſe: ideo domus poteſt eſſe abſq; domificatore, ſed ſine eo fieri nõ poteſt. & conſequenter domus quantum ad fieri ſine domificatore eſſe non poteſt. Sol autem, quia eſt cauſa neceſſaria diei, & quantum ad fieri, & quantum ad eſſe, ſeu conſeruari, dies idcirco neque fieri, neque eſſe, ſeu conſeruari abſque ſole poteſt.

Secũda.

Homo, ſuppoſitis cauſis vniuerſalibus, eſt ſufficiens cauſa generationis humanę; ergo exiſtente cauſa ſufficienti, effectum non eſſe, eſt impoſsibile. Conſequentia probatur. Generante enim homine non ſemper ſequitur generatio humana.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd in data definitione in- G telligitur, eſſe impoſsibile, effectum non eſſe, exiſtẽte cauſa ſufficienti, ſi nõ eſt impedita. Nam talis cauſa eſt quidem ſufficiens ad productionem effectus, niſi ſit impedita, & conſequenter generante homine ſuppoſitis cauſis vniuerſalibus, ſemper ſequitur generatio humana, niſi ſit impedita. Quamobrem quia multifariam impediri poteſt, ſæpenumero apparent monſtra in rerum natura, de quibus tractare, ſicut quoq; de iis cauſis, alterius negocii eſt. Quare ſicco veſtigio in ijs pertranſeundum eſt.

Tex. 27.

Cauſa materialis eſt, ex qua cum forma, fit aliquid.

Dilucidatio.

Definitur cauſa materialis ex qua, tam rei naturalis, quàm artificialis, vt corpus hominis eſt materia ex qua, quia ex corpore hominis cũ forma ſubſtantiali, ſcilicet, anima rationali, fit aliquid, ſcilicet, homo, qui eſt res naturalis, atq; idcirco corpus hominis eſt materia rei naturalis. Similiter æs eſt cauſa, ex qua cum forma artificiali, ſcilicet, figura, fit aliquid, ſcilicet, res artificialis, quæ eſt ſtatua ærea; atq; idcirco, eſt æs, materia ex qua rei artificialis. Eſt autem res artificialis, quę, per artem, vt ſcamnum, lethica; naturalis, quæ per naturam fit, vt flos, equus, homo.

Obiectio.

Definitio cauſę materialis conuenit formæ, ergo interimenda eſt. Antecedens probatur. Siquidem ex forma cum materia fit aliquid, ſcilicet, compoſitum.

Reſpondetur negãdo antecedens, ad cuius probationem dicitur, quod illa prępoſitio, ex, in data definitione denotat habitudinem cauſæ materialis, ex qua fit aliquid, tanquàm ex aliquo potentiali,

quod

quod equidem formæ non conuenit: ideo neque data definitio ei competit, quoniam compoſitum hoc modo fit ex materia, per formam, ab efficiente propter aliquid.

Cauſa formalis eſt, per quàm aliquid fit.

Tex.28. Dilucidatio. Cauſa formalis eſt, per quam aliquid fit, ſiue ſimpliciter, ſi ſit ſubſtantialis, ſeu acquirat eſſe ſubſtantiale, vt eſſe humanum; ſiue ſecundum quid, ſi ſit accidentalis, ſeu acquirat eſſe accidentale, vt eſſe albũ, doctum. Vt anima rationalis eſt cauſa, per quam homo fit, & habet eſſe ſubſtantiale, & ideo eſt forma hominis ſubſtantialis. Similiter caliditas eſt, per quam aliquid fit calidum, & habet eſſe calidum, & iccirco caliditas eſt forma, ſed accidentalis calidi.

Obiectio. Cauſa efficiens eſt cauſa, per quam aliquid fit; ergo definitio cauſæ formalis interimenda eſt. Antecedens probatur. Quippè effectus fit per cauſam actiuam, quæ efficiens eſt.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd illa præpoſitio, per, in data definitione deſignat habitudinẽ cauſę formalis per quam, tanquàm per aliquod actuale intrinſecum fit aliquid, ſcilicet, effectus, cuius pars eſſentialis, vel ad minus intrinſeca, eſt ipſa forma. Efficiens autem eſt cauſa extrinſeca, quæ in conſtitutione, vel compoſitione effectus, non manet, eò ꝙ pars eius non eſt.

Cauſa efficiens eſt, à qua aliquid fit.

Tex.29. Dilucidatio. Cauſa efficiens eſt, à qua aliquid fit, ſiue à cauſa prima, & præcipua, ſiue ſecunda, & adminicularia; vt domificator eſt, à quo, vt agente præcipuo, fit domus; quare cauſa efficiẽs eſt. Similiter pes eſt, à quo, vt inſtrumento adminiculario fit deambulatio, & ideo cauſa efficiens deambulationis eſt.

Obiectio. Efficiens non agit, niſi a fine prius moueatur; ergo finis eſt cauſa, a qua primò fit aliquid, & conſequenter interimenda eſt definitio cauſę efficientis. Aſſumptum cum eius conſequentia eſt manifeſtũ, quoniam omne agens agit propter finem, alioquin non ageret; prius ergo ab ipſo fine mouetur, antequam agat. Vltima ſequela probatur. Quippe per antecedens data definitio per prius conuenit alteri a definito.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, ꝙ a fine quidem fit motus intentionalis, & ſpiritualis in efficiente: attamen in eo non fit prius motus realis, antequam agat, ſed ſtatim dum incipit agere, ab eo fit motus realis. Finis nanque non mouet intentionem agentis motu propriè dicto: ſed tantum per ſimilitudinem, quemadmodum pomum appręhenſum intentionaliter, appetitum pueri ad illius proſecutionem mouet.

Cauſa finalis eſt, gratia cuius aliquid fit.

Tex.30. Dilucidatio. Cauſa finalis eſt, gratia cuius aliquid fit, ſiue vltimatè, ſiue non vltimatè, vt felicitas eſt, gratia cuius, vt finis vltimati, acquiritur virtus: non enim ordinatur felicitas ad aliquid vlterius in hoc mundo agendum, ergo felicitas, cauſa finalis vltimata virtutis eſt. Similiter ſanitas eſt, gratia cuius fit ambulatio, & vltra, ſanitas ordinatur ad officia virtutum exercenda, quæ per ægritudinem impediuntur; igitur ſanitas, cauſa finalis non vltimata ambulationis poſt cibum eſt.

Obiectio. Omnis cauſa pręcedit ſuum effectum, ſed finis A non præcedit ſuum effectum; ergo finis nõ eſt cauſa. Maior ex definitione cauſæ eſt nota. Minor probatur. Quippè finis eſt vltimum in exequutione.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, ꝙ finis, licet ſecundum ſuum eſſe reale, ſuum ſequatur effectum, quoniam in exequutione vltimum eſt: attamen ſecundum ſuum eſſe intentionale, in intentione agentis, gratia cuius ſibi cõuenit ratio cauſæ finalis, abſque vllo ſcrupulo pręcedit ſuum effectum; ideo eo modo, quo eſt cauſa, ſuum effectum naturaliter præcedit.

Tex.31. *Effectus eſt, quod ad cauſam ſequitur.*

Id ad cauſam ſequitur, quod ex aliquo, per aliquid, ab aliquo, aut alicuius gratia fit.

Dilucidatio. Effectus eſt, quod ad cauſam ſequitur, vt ſtatua B ærea ad æs, qui ex ære fit, eadem ſequitur ad figurã ſtatuificam; quia per eam fit, eadem ſequitur ad ſtatuarium; quia a ſtatuario fit, eadem ſequitur ad repræſentationem exemplaris; quia gratia huiuſmodi repræſentationis fit. Quocirca per primam particulam eius, quod eſt, ad cauſam ſequi, tangitur effectus materię; vt homo fit ex ſuo corpore, per ſecundam, effectus formæ; vt homo fit per animam rationalem; per tertiam, effectus efficientis, vt homo fit ab homine; per quartam, effectus finis, vt homo fit gratia felicitatis. Diuiditur etiam effectus, in effectum cauſæ neceſſariæ, & effectum cauſę ſufficientis, per analogiam relatiuè oppoſitorum.

Obiectio. Cauſa eſt, quod ſequitur ad ſuum effectum, ergo definitio effectus interimenda eſt. Antecedens eſt C manifeſtum in demonſtratione à poſteriori, quæ ab effectu ad cauſam procedit. Vt à ſeipſo mouetur, ergo viuit.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, ꝙ cauſa ſequitur ad effectum, ſicut conſequens ſequitur illatiuè tantum ad antecedens in aliqua bona conſequentia, cuius antecedens in nullo genere cauſę, conſequentis eſt cauſa, niſi in inferendo: ſed effectus ſequitur ad cauſam eius ſecundum ſuum eſſe, vtpotè, ꝙ ab illa producitur in aliquo genere cauſę, & ideo cauſa in eſſendo vocatur; propterea data definitio, ſoli definito cõpetit.

Tex.32. *Locus à cauſa eſt, ad ſuum effectum eius habitudo.*

Locus à cauſa neceſſaria maxima, ſi non eſt cauſa neceſſaria, neque eius effectus eſt.

Dilucidatio. A cauſa neceſſaria, ſiue materiali, ſiue formali, ſi- D ue efficiente, ſiue finali, ad ſuum effectum, arguendũ eſt negatiuè, & in propoſitionibus de ſecundo adiacente, vt ferrum non eſt; ergo gladius ferreus non eſt: locus maxima, ſi non eſt cauſa neceſſaria, neque eius effectus. Affirmatiuè non ſequitur, ferrum eſt, ergo gladius ferreus eſt?

Obiectio. Non ſequitur, ignis non eſt, ergo calor non eſt? igitur locus a cauſa neceſſaria ad ſuum effectum in propoſitionibus de ſecundo adiacente, negatiuè nõ tenet. Aſſumptum probatur. Sanè aer, abſque igne in ęſtate calidus eſt. Conſequentia probatur. Nam in data argumentatione arguitur a cauſa neceſſaria ad ſuum effectum negatiuè in propoſitionibus de ſecundo adiacente.

Reſpon-

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum. Nam ignis non eſt cauſa neceſſaria caloris, ſed tantum caloris ignei; ideo in data argumentatione non arguitur a cauſa neceſſaria ad ſuum effectum. Poteſt enim calor ab alio cauſari, puta a Sole per ſuum motum, ac eius lucem: ſed ſic arguendum eſt, ignis non eſt, ergo calor igneus non eſt.

Locus ab effectu eſt, ad ſuam cauſam eius habitudo.

Tex. 33 *Locus ab effectu ad ſuam cauſam neceſſariam, maxima, poſito effectu, ponitur & eius cauſa neceſſaria.*

Dilucidatio. Ex oppoſito conſequentis ab effectu cauſæ neceſſarię, arguendum eſt affirmatiuè, vt gladius ferreus eſt, ergo ferrum eſt: locus maxima, poſito effectu, ponitur & eius cauſa neceſſaria. Negatiuè autem non valet, vt gladius ferreus non eſt, ergo ferrum non eſt?

Obiectio. Non ſequitur, Sol eſt calidus, ergo caliditas eſt in Sole? igitur locus ab effectu ad ſuam cauſam, nõ tenet affirmatiuè. Aſſumptum probatur. Siquidem antecedens eſt verum, eò quod Sol cauſat calorem in iſtis inferioribus, & conſequens falſum, quoniam caliditas eſt qualitas generabilium, & corruptibilium, qualis non eſt Sol. Conſequentia probatur. Nanq; in data argumentatione arguitur ab effectu ad ſuam cauſam neceſſariam.

Reſpondetur negando, tam conſequentiã, quam antecedens, & ad probationem conſequentiæ negatur aſſumptum, eò quòd arguendum eſt ab effectu ad ſuam cauſam neceſſariam, in propoſitionibus de ſecundo adiacente, quod equidem non fit in data argumentatione. Ad probationem autem antecedentis dicitur, quòd antecedens datę argumentationis non eſt minus verum, neque magis falſum, quàm cõſequens. Quippè quamuis Sol ſit calidus virtualiter, & effectiuè, eò quod efficit calorẽ in iſtis inferioribus, tamen non eſt calidus formaliter: & eodem modo, quo eſt calidus effectiuè, eſt quoque in eo caliditas tanquàm in cauſa efficiente.

Tex. 34 *Locus à cauſa ſufficiente maxima, poſita cauſa ſufficiente, ponitur & eius effectus.*

Dilucidatio. A cauſa ſufficiente cuiuſcunque generis, ad eius effectum affirmatiuè arguendum eſt, & in propoſitionibus de ſecundo adiacente, vt lux ſolis eſt, ergo lumen eius eſt: locus maxima, poſita cauſa ſufficiente, ponitur & eius effectus, modò non ſit impedita. Negatiue autem non ſemper valet, vt non ſequitur, non eſt iugulatio, ergo nõ eſt interitus? quia poteſt aliunde eſſe interitus, quàm ex iugulatione.

Obiectio. Non ſequitur, Sol eſt, ergo dies eſt? igitur locus a cauſa ſufficiente ad ſuum effectum affirmatiuè non tenet. Conſequentia probatur. Sol enim eſt cauſa ſufficiens diei; ergo in data argumentatione arguitur à cauſa ſufficiente ad ſuum effectum affirmatiuè.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd Sol eſt cauſa ſufficiens diei, non quocunque modo ſumptus, ſed exiſtens ſuper terram; ideo non arguitur in data argumentatione a cauſa ſufficiente ad ſuum effectum, ſed ſic arguendum eſt, Sol eſt ſuper terram, ergo dies eſt.

Tex. 35 *Locus ab effectu ad cauſam ſufficientem, maxima, ſi non eſt effectus, neque eſt cauſa ſufficiens.*

Dilucidatio. Ex oppoſito, ab effectu ad cauſam ſufficientem, negatiuè arguendum eſt, vt non eſt lumen ſolis, ergo non eſt lux Solis: locus maxima, ſi non eſt effectus, neque eius cauſa ſufficiens. Affirmatiuè autem non valet ſemper, vt non ſequitur, eſt interitus, ergo eſt iugulatio? cum ex febre, aut morbo lætali quiſquam ſine iugulatione interire poſſet. Sanè ex ĳs maximis manifeſtum eſt, quomodo arguendum eſt a cauſa neceſſaria, & ſufficiente, ad ſuum effectum, & contra: & à cauſa neceſſaria non ſufficiente, ad ſuum effectum, & contra; & a cauſa ſufficiente nõ neceſſaria, ad ſuum effectum, & contra, compoſita per ſimplicia cognoſcendo.

Obiectio. Homo non eſt, ergo anima rationalis non eſt? Data argumentatio non eſt bona conſequentia, igitur locus ab effectu ad cauſam ſufficientem non tenet negatiuè. Aſſumptum probatur. Mortuo enim homine, remanet anima rationalis, vtpotè immortalis. Conſequentia probatur. Quippè anima rationalis eſt ſufficiens cauſa formalis ad eſſe humanum; ergo in data argumentatione arguitur ab effectu ad cauſam ſufficientem.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd anima rationalis coniuncta corpori humano, eſt cauſa formalis ſufficiẽs ad conſtitutionem hominis, ad quem requiritur quoque corpus humanum, tanquàm cauſa materialis; ideo anima rationalis eſt quidem hominis cauſa formalis ſufficiens, non tamen eſt cauſa hominis ſimpliciter ſufficiens: quoniam ad conſtitutionem hominis requiritur corpus humanum. iccirco non arguitur in data argumentatione ab effectu ad cauſam ſufficientem, neque quoque ab effectu ad cauſam formalem ſufficientem. Anima nanque humana, ſiue rationalis, a corpore ſeparata, neque in homine exiſtens; non eſt cauſa hominis formalis in actu: ſed quia ſemper habet inclinationem ad corpus, cuius erat forma in actu, vtique eſt duntaxat eius cauſa formalis in aptitudine. Quare non ſequitur, homo non eſt, ergo anima rationalis nõ eſt.

Tex. 36 *Maxima communis, poſita cauſa ſufficiente, effectum, qui eſt, fuit, erit, aut poteſt eſſe, reſpiciente, ponendus eſt eius effectus eſſe, fuiſſe, fore, aut poſſe eſſe.*

Dilucidatio. Hæc maxima, quatuor partes continet. Prima, ſi ponatur cauſa ſufficiens eſſe, reſpiciens effectum, qui eſt, ponendus eſt eius effectus eſſe; vt ignis eſt, ergo calor ignis eſt; Anima rationalis humano corpori coniuncta eſt, ergo hõ eſt. Secunda, ſi ponatur cauſa ſufficiens eſſe, reſpiciẽs effectũ, qui fuit, ponẽdus eſt eius effectus fuiſſe; vt felicitas eſt, igitur operatio ſecundum virtutem fuit; Scientia eſt, ergo ſtudium ſcientię fuit. Tertia, ſi ponatur cauſa ſufficiens eſſe, reſpiciens effectum, qui erit, ponendus eſt effectus fore, vt domificans eſt, ergo domus erit; vapores eleuantur, ergo fient nubes. Quarta, ſi ponatur cauſa ſufficiens eſſe, reſpiciens effectum, qui poteſt eſſe, ponendus eſt effectus poſſe eſſe, vt nubes ſunt in aere, ergo poteſt eſſe pluuia; domificator eſt, ergo domus poteſt eſſe, & ſingularum ſpeciales maximæ, ex hac generali trahuntur. Conſimiliter quoq; dicendum eſt, per hanc maximam, poſito effectu, cauſam,

cauſam, quæ eſt, fuit, erit, vel poteſt eſſe, reſpiciente, ponenda eſt cauſa neceſſaria fuiſſe, eſſe, fore, vel poſſe eſſe.

Obiectio. Non ſequitur, ligna, & lapides, & ſimilia, ſunt, ergo domus poteſt eſſe? igitur locus à cauſa ſufficiente, effectum, qui poteſt eſſe, reſpiciente, ad poſſe eſſe eiuſdem effectus, non tenet affirmatiuè. Aſſumptum probatur. Siquidem ſi non eſſet domificator etiam exiſtentibus lignis, & lapidibus, & ſimilibus, domus eſſe non poteſt; ergo in data argumentatione antecedens poteſt eſſe verum, conſequente exiſtente falſo. Conſequentia probatur. Nam ligna, lapides, & ſimilia, ſunt ſufficiens cauſa materialis ad conſtitutionem domus: ergo arguitur in data argumentatione à cauſa ſufficiente, effectum, qui poteſt eſſe, reſpiciente, ad poſſe eſſe eiuſdem effectus.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius B probationem adhuc negatur conſequentia. Nam ad eſſe materiæ non ſequitur poſsibilitas effectus, quę attēditur in ordine ad omnes ſuas cauſas; ideoq; nec eſt cauſa ſufficiens, materia, reſpiciens domum quantum ad ſuum poſſe eſſe, ad quod requiritur efficiens. Verum vtique ſequitur poſsibilitas effectus, quæ tantum ſe tenet ex parte cauſæ materialis; idcirco poſita cauſa materiali ſufficiente, quæ reſpicit poſsibilitatem effectus, ponitur quoque talis effectus ſecundum potentiam paſsiuam materiæ, vt ſic arguatur; ligna, lapides, & ſimilia ſunt, ergo domus quantum ad materiam requiſitam eſſe poteſt.

Tex. 37. *Locus à cauſa finali maxima, cuius finis bonus eſt; ipſum quoq; bonum eſt: & contra ab effectu finis ad cauſam finalē.*

Item cuius finis malus eſt, & eius effectus, malus eſt: & contra ab effectu finis ad cauſam finalem.

Bonum trifariam dicitur.

Vtile, quod, alicui ad vtilitatem cedit.

Delectabile, quod, voluptatem efficit.

Honeſtum, quod eſt bonum, animum perficiens.

Dilucidatio. In cæteris quidem cauſarū generibus (vt in cauſa finali) fit duntaxat argumentum in propoſitionibus de tertio adiacente, penes iſta prędicata, bonum, vt felicitas eſt bona, ergo virtus eſt bona; ſimiliter ſcientia eſt bona, ergo ſtudium ſcientiæ eſt bonum: locus maxima, cuius finis bonus eſt, & ipſum quoque bonum eſt, & contra ab effectu ad cauſam, vt ſtudium ſcientię eſt bonum, ergo ſcientia eſt bona; Similiter homicidium eſt malum, ergo inſidiæ ad ipſum perpetrandum ſunt malæ; adulterium eſt malum, ergo datio munerum ad illud committendum, eſt mala: locus maxima, cuius finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt, & contra ab effectu ad ſuam cauſam, vt datio munerum ad perpetrandum adulterium, eſt mala, ergo adulterium eſt malum. Neque aliquid refert, ſiue arguatur penes hunc locum in bono vtili, quale eſt pecunia, domus, fundi, & cætera externa bona, quæ, poſsidentibus vtilitatem afferunt; ſiue in delectabili, vt eſt pulchritudo hortorum, amęnitas agrorum, formoſitas corporea, & cętera, quæ, ſenſus demulcent, & voluptate afficiunt; ſiue in bono, quod eſt præcipuum bonorum, quale eſt ſcientia, & contemplatio ſecundum eam, virtus, & ſecundum virtutem operatio, quæ, animam perficiunt. Ex analogia autem oppoſiti, triplex eſt malum, ſcilicet, inutile, vt bonorum iaA ctura; triſte, vt ægritudo; turpe, vt vitium.

Obiectio. 1. Eleemoſina eſt bona, ergo furari ad dandum eleemoſinam, eſt bonum? data argumentatio non eſt bona cōſequentia, igitur locus à cauſa finali in propoſitionibus de tertio adiacente penes hoc prędicatum, bonum, non tenet affirmatiue. Conſequentia probatur. Sanè in data argumentatione arguitur à cauſa finali in propoſitionibus de tertio adiacente penes hoc prędicatum, bonum, affirmatiuè.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum. Nam quamuis eleemoſina ſecundum ſe ſit bona, tamen eleemoſina ex furto non eſt bona in ratione finis; quia non eſt finis acquiſitus per bona media. Sed contra. Neque bonitas, neque malitia finis, dependet à bonitate, vel malitia mediorū, ſed contra, ergo ob malitiam mediorum finis non eſt malus. **instatur** Reſpondetur negando conſequentiam. Nempe cauſę ſunt ſibi inuicem cauſæ; ideo quamuis bonitas finis non dependet ex parte mediorum in genere cauſæ finalis, eò quòd media ſunt propter finem, & non finis propter media: attamen finis dependet à medijs in genere cauſæ efficientis, quoniam per media acquiritur finis, & conſequenter ſi media ſunt mala, malitiam quoque in ipſo fine efficiunt.

Secūda. Non ſequitur inebriatio eſt mala, ergo ſanitas eſt mala? igitur locus ab effectu finis ad cauſam finalem non tenet affirmatiuè. Conſequētia probatur. Sanè interdum acquiritur ſanitas per ebrietatem, ergo in data argumentatione arguitur ab effectu finis ad cauſam finalem affirmatiuè.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius C probationem adhuc negatur conſequentia. Nam effectus cauſæ finalis eſt medium ordinatum ad aliquem finem acquirendum, ſicut virtus, ad beatitudinem ordinatur. Media autem, vel ſunt ordinata per ſe, vel per accidens, in finem. Ordinata per ſe, ſunt media ſine quibus finis acquiri non poteſt; qualis eſt virtus ad beatitudinem acquirendam. Media verò per accidens, ea ſunt, ſine quibus finis acquiri poteſt, ſicut inebriatio reſpectu ſanitatis; quæ quandoque eſt medium accidentaliter, quo ſanitas acquiritur. Locus autem ab effectu cauſæ finalis tenet in medijs per ſe; in medijs verò per accidens nequaquā.

Tex. 38. *Generatio eſt, rei productio, à non eſſe ad eſſe.*

Genitum eſt, aliquid productum, à non eſſe ad eſſe.

Locus à generatione eſt, ad ſuum genitum eius habitudo.

Locus à generatione maxima, cuius generatio eſt bona, & D ipſum quoque bonum eſt.

Locus à genito maxima, quod non eſt bonum, neque eius generatio bona eſt.

Locus à generatione maxima, cuius generatio eſt mala, & ipſum malum eſt.

Locus à genito maxima, quod non eſt malum, neque eius generatio eſt mala.

Dilucidatio. Poſtremum de reſiduis locis intrinſecis determinat litera, primoque generationem definit, quę, hic communiorem rationem habet, quàm in libro prædicamentorum habuerit. Illic enim generatio definita eſt, quòd ſubſtantiæ acquiſitio eſt; hic verò rei (ſiue ſubſtantia ſit, ſiue accidens) productio; vt

ſcientiæ

ſcientiæ per ſtudium conſecutio, generatio eſt; & ſcientia genitum, virtutis per operationes comparatio, generatio eſt; virtus autem genitum: quia eſt aliquid productum, ideſt, acquiſitum, atque iccirco generatio, & acquiſitio idem ſunt. Itaque in loco a generatione, corruptione, & vſu, fit duntaxat argumentum penes iſta prædicata, bonum, & malum; conſimiliter capta in antecedente, & conſequente. In loco quidem a generatione ſic, aſſuefactio ad virtutem eſt bona, ergo virtus eſt bona: locus maxima, cuius generatio bona eſt, & ipſum bonum, quoque eſt. Ex oppoſito autem conſequentis, vitium non eſt bonum; ergo aſſuefactio ad vitium, bona non eſt: locus maxima, quod bonum non eſt, neq; eius generatio bona eſt. In altero prædicato ſic, aſſuefactio ad vitium eſt mala; ergo vitium, malum eſt: locus maxima, cuius generatio eſt mala, & ipſum malum eſt. Ex oppoſito, virtus non eſt mala, ergo aſſuefactio ad virtutem non eſt mala: locus maxima, quod non eſt malum, neque eius generatio eſt mala. Sic a genito ad generationem affirmatiuè, & ex oppoſito negatiuè, quatuor argumenta ſumuntur. Primum, virtus eſt bona; ergo aſſuefactio ad virtutem eſt bona: locus maxima, quod eſt bonum, & eius generatio bona eſt. Secundum, ex oppoſito, aſſuefactio ad vitium eſt mala, ergo vitium non eſt bonum: locus maxima, cuius generatio non eſt bona, neque genitum, bonum eſt. Tertium, vitium eſt malum, ergo aſſuefactio ad vitium eſt mala. Quartum, aſſuefactio ad virtutem non eſt mala, ergo virtus mala non eſt: locus maxima, cuius generatio non eſt mala, & ipſum quoque malum non eſt.

Obiectio. 1

Generatio domus eſt bona, ergo domus eſt bona? Data argumentatio non eſt bona conſequentia, igitur locus a generatione non valet affirmatiuè. Aſſumptum probatur. Dum enim eſt generatio domus, nondum domus eſt, ergo ſi illa generatio eſt bona, cum domus nondum ſit, proculdubio domus illa, bona non eſt.

Reſpondetur negando aſſumptum, ad cuius probationem dicitur, quòd terminus intrinſecus, & eſſentialis generationis eſt eſſe; quod in genito manet, tranſacta generatione, eò quod generatio eſt productio rei, a non eſſe ad eſſe, ideo antequàm genitũ ſit in actu, eius generatio eſt bona ſecundum aptitudinem, bonitate finis, ſcilicet, propter eſſe, quod ſecundum aptitudinem includit, ad quod denique ipſa terminatur. Hinc, quoniam genitum includit eſſe, generatio quoque ſecundum aptitudinem, & in fieri includit genitum; iccirco ſimiliter genitum, antequam terminata ſit eius generatio, ſecundum aptitudinem bonum eſt: & ita quum in oppoſitum dicebatur, nondum domus eſt, dum eſt ſua generatio, ergo bona non eſt; Dicitur quod domus tunc in actu non eſt, ſed in aptitudine, & in fieri; ideo quoq; ſecundum aptitudinem bona eſt.

Secũda

Non ſequitur, latro eſt malus, ergo eius generatio eſt mala? Neque ſequitur, latro non eſt bonus, ergo, eius generatio non eſt bona? igitur locus a genito, nec affirmatiuè, nec negatiuè valet. Quippè in vtraque argumentatione, antecedente exiſtente vero, conſequens poteſt eſſe falſum, eò quod poſſibile eſt, latronem habuiſſe perfectam generationem.

Reſpondetur negando aſſumptum quo ad vtranque partem, ad cuius probationem dicitur, poſſibile eſſe latronem habuiſſe perfectam generationem naturalem, quam conſtat eſſe generationem humanam, ſeu alicuius hominis, & non alicuius latronis, cuius generatio eſt aſſuefactio ad furtum, quę ſemper in genere morum mala eſt: ideo ſicut latro in genere morum ſemper malus eſt, ita quoque eius generatio formaliter in eodem genere ſemper mala eſt, & ita conſequens in vtraque argumentatione non eſt minus falſum, quàm antecedens. Nam in vtraque argumentatione ſemper ſermo eſt, tam in cõſequente, quàm in antecedente, de bonitate, quę non in genere rerum, ſed in genere morum eſt.

Corruptio eſt, rei deſitio, ab eſſe ad non eſſe.

Corruptum eſt, quod deſinit eſſe.

Locus a corruptione maxima, cuius corruptio, bona eſt, ipſum malum eſt. Tex. 39

Locus à corrupto maxima, ſi corruptum malum non eſt, neque eius corruptio bona eſt.

Locus à corruptione maxima, cuius corruptio eſt mala, ipſum bonum eſt.

Locus à corrupto maxima, ſi corruptum non eſt bonum, neque eius corruptio mala eſt.

Dilucidatio.

Corruptio, communiori, quàm in prędicamentis, ratione ſumpta, eſt rei (ſiue ſubſtãtia ſit, ſiue accidens) deſitio, vt operationum virtutis omiſſio, eſt virtutis deſitio, & eorum, quæ prius ſcita ſunt obliuio, eſt ſcientiæ corruptio. In loco autem a corruptione, antecedens, & conſequens, oppoſita prædicata habent: & quatuor argumenta, a corruptione ad corruptum affirmatiuè, & ex oppoſito negatiuè, ſumuntur. Primum deſuefactio à vitio eſt bona, ergo vitium eſt malum: locus maxima, cuius corruptio eſt bona, & ipſum, malum eſt. Secundum ex oppoſito, virtus non eſt mala, ergo deſuefactio à virtute, bona non eſt: locus maxima, ſi corruptum non eſt malum, neque eius corruptio, bona eſt. Tertium, deſuefactio à virtute eſt mala, ergo virtus, bona eſt: locus maxima, cuius corruptio eſt mala, ipſum, bonum eſt. Quartum ex oppoſito, vitium non eſt bonum, ergo deſuefactio à vitio, mala non eſt: locus maxima, ſi corruptum non eſt bonum, neque eius corruptio, mala eſt. Pręter literam poſſent etiam ſumi adhuc quatuor modi arguendi a corrupto ad corruptionem affirmatiuè, & ex oppoſito negatiuè, ſicut a loco a generatione.

Obiectio. 1

Terminus inferens in loco a corruptione, eſt extrinſecus termino illato; ergo locus a corruptione eſt locus extrinſecus, & non intrinſecus. Antecedẽs probatur, quia corruptio opponitur corrupto; ergo locus a corruptione tenet ratione diſconuenientiæ corruptionis ad corruptum, & non gratia conuenientiæ; & conſequenter terminus inferens eſt extrinſecus termino illato.

Reſpondetur concedendo totam argumentationem. Nam locus a corruptione ſimpliciter eſt extrinſecus, eò quod tenet ratione diſconuenientiæ termini inferentis cum termino illato, quod vtique ſufficit ad locum extrinſecum, & ad locum cõtradictoriè

riè oppoſitorum reduci habet. Verum ob conuenientiam generationis, & corruptionis, locus iſte inter locos intrinſecos hic ad faciliorem doctrinã connumeratur.

Secũda — Non ſequitur, Chriſti corruptio, quę eſt mors eius, fuit bona, ergo Chriſtus fuit malus? igitur locus à corruptione non tenet conſtructiuè. Aſſumptum eſt euidens, quoniam in data argumentatione antecedens eſt verum, & conſequens falſum, & blaſphemia maxima.

Reſpondetur negando aſſumptum, ad cuius probationem dicitur, ꝙ non eſt mirum, ſi in data argumentatione, conſequens eſt falſum, cuius antecedẽs eſt quoque falſum. Nam quamuis mors Chriſti Redẽptoris noſtri Dei optimi, fuerit bona, quo ad nos, vtpotè, quę noſtram ſalutem operata eſt, tamẽ fuit mala, inquantum fuit deſtructiua vitæ Chriſti: iccirco in ratione corruptionis, & per reſpectum ad non eſſe, ſeu corruptum, bona non fuit. Hinc in ijs locis ſemper arguendum eſt a bonitate, vel malitia, quæ per ſe, & formaliter corruptioni, & corrupto conuenit, & non a bonitate, vel malitia, quę eis materialiter, & per accidens conuenit.

Vſus eſt, rei operatio.

Tex. 40 — *Vſitatum eſt, cuius eſt uſus.*

Locus ab uſibus maxima, cuius uſus bonus eſt, & ipſum bonum eſt.

Locus ab uſitato maxima, quod non eſt bonum, neque eius uſus, bonus eſt.

Locus ab uſibus maxima, cuius uſus malus eſt, & ipſum malum eſt.

Locus ab uſitato maxima, quod non eſt malum, neque eius uſus malus eſt.

Dilucidatio. — Vſus eſt, rei operatio, ad quam res ſuaptè natura, vel per artem ordinata eſt. Nihil enim in tota rerũ vniuerſitate eſt otioſum: ſed omnia ab autore mundi ſapientiſſimo ad aliquam operationem ordinata ſunt; vt ne minimum quidẽ ſit accidens, quod ſuo, vacet, officio. Siquidem caliditas eſt ad calefaciendum; calefactio, vſus, & caliditas, vſitatum; lux eſt ad illuminandum, ideoq; lux eſt vſitatum, & illuminatio, eius vſus; Nauis vſus eſt nauigatio; currus vectio; & equi equitatio. In loco autem ab vſu, ſimile eſt prædicatum in antecedente, & conſequente, ſicut in loco a generatione: & arguendo ab vſu ad vſitatum affirmatiuè; & ex oppoſito negatiuè, quatuor eius argumenta fiunt. Primum, ſtudium ſciẽtiæ eſt bonum, ergo libri ſunt boni; locus maxima, cuius vſus eſt bonus, & ipſum bonum eſt. Secundũ ex oppoſito, venenum non eſt bonum, ergo veneficiũ non eſt bonum: locus maxima, quod nõ eſt bonũ, neque eius vſus bonus eſt. Tertium, veneficium eſt malum, ergo venenum eſt malum: locus maxima, cuius vſus malus eſt, & ipſum malum eſt. Quartum ex oppoſito, vt libri non ſunt mali, ergo ſtudium ſcientiæ non eſt malum; locus maxima, quod non eſt malum, neq; eius vſus malus eſt. Similiter ſumuntur quatuor argumenta extra literam ab vſitato ad vſum affirmatiuè, & ex oppoſito negatiuè, vt in loco a generatione.

Obiectio. 1 — Vſus, vel rei operatio, eſt cauſa finalis ipſius rei, ergo arguendo ab vſibus, eſt locus a cauſa finali. Antecedens probatur. Nam vnumquodq; (vt habetur A in libro de cælo, & mundo) eſt propter ſuam operationem.

Reſpondetur negando formaliter antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd vſus rei, prout eſt in intentione agentis, eſt quidem cauſa finalis ipſius: ſed ſecundum quòd eſt in executione, eſt effectus, & operatio rei vſitatæ, quo pacto ab ipſo ſumitur locus ab vſu, & ſic diſtinguitur a loco a cauſa finali.

Secũda — Non ſequitur, equitare eſt bonum, ergo equus claudus eſt bonus? igitur locus ab vſibus ad vſitatum, non tenet affirmatiuè. Conſequentia probatur. Sanè in data argumentatione arguitur ab vſu ad vſitatum affirmatiuè.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum. Nanque equi-B tare, non eſt vſus equi claudi, ſed eſt vſus equi, ideo non rectè arguitur ab vſu ad vſitatum; ſed ſic concludendum eſt, equitare eſt bonum, ergo equus eſt bonus, vel equitare ſuper equum claudum, eſt bonum; ergo equus claudus eſt bonus, & ita ſicut conſequẽs eſt falſum, ſic pariter & antecedẽs eſt falſum.

Tertia. — Equitare eſt bonum, ergo equitans eſt bonus? data argumentatio non eſt bona conſequenita, igitur locus ab vſibus nõ tenet affirmatiuè. Conſequentia probatur. Quippè equitare, vſus eſt equitantis.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd vſus ſumi poteſt, aut in ordine ad vtentem, aut in ordine ad vſitatum, cuius vſus vocatur. Puta ſecare, qui eſt vſus ſecuris, poteſt comparari ad hominem, qui ea ipſa vtitur ſecuri, & C ad ipſam ſecurim, quæ eſt res vſitata. Locus autem dialecticus ab vſibus, eò ꝙ vſus, maiorem habet conuenientiam, ac habitudinẽ cum vſitato, quàm cum vtente, proculdubio ab vſu non in ordine ad vtentem, ſed in comparatione ad vſitatum ſumitur. Propterea data argumentatio eſt ab vſu ad vtentem, ſed locus dialecticus ab vſibus, eſt ab vſu ad vſitatum.

Tex. 41 — *Communiter accidentia ſunt, quorum unum ſequitur ad alterum.*

Locus à communiter accidentibus maxima, communiter accidentium, poſito poſteriore, ponitur prius, & remoto priore, remouetur & poſterius.

Dilucidatio. — De communiter accidentibus exemplariter dicatur, vt ferre fructum, ſemper ſequitur ad florere; non enim producit arbor fructum, quę prius non floruerit; iccirco florere, & fructum afferre, ſunt D communiter accidentia. Sic nubem denſari in aere ſemper ſequitur ad vapores eſſe eleuatos, & pluuia ſemper ſequitur ad nubẽ pluuioſam, nõ quia ſi prius fuerit, neceſſe ſit, poſterius fore: ſed quia ſi poſterius fuerit, neceſſe eſt, prius fuiſſe. Non enim ſemper ſi arbor floruerit, neceſſe eſt, eum afferre fructum: ſed ſi fructum attulerit, neceſſe eſt eam floruiſſe. Quamobrem ſic intelligitur definitio, communiter accidentia ſunt, quorum vnum, ſcilicet poſterius tẽpore, ſequitur ſemper, nõ logicè, ſed phyſicè, et realiter, ad alterum, ſcilicet prius tempore. Agè igitur, in loco a communiter accidentibus, duo fiunt argumenta. Primũ, arbor, ꝓfert fructũ, ergo floruit; nubes ſunt in aere, ergo vapores ſunt eleuati: locus ma-

xima, communiter accidentium, poſito poſteriori, ponitur & prius, contra verò non valet, nam poſito priori, non eſt neceſſe poni poſterius. Secundum ex oppoſito, arbor non floruit, ergo non protulit fructum; non ſunt vapores eleuati, ergo non ſunt nubes: locus maxima, communiter accidentium, remoto priore, remouetur & poſterius; Contra autē non oportet, remoto poſteriore, remoueri prius.

Obiectio. Deum pœnitet, ergo peccauit? Antecedens ex ſacra geneſis eſt verum, & cōſequens falſum, & blaſphemia ſumma; igitur locus a communiter accidētibus affirmatiuè non eſt bona conſequentia. Conſequentia probatur. Siquidem delinquere, ſeu peccare, & pœnitere ſunt communiter accidentia, quorū delinquere eſt prius, & pœnitere poſterius; ergo locus a communiter accidentibus non tenet affirmatiuè a poſteriori ad prius.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd communiter accidētia, aut contingenter, & non ſemper ſeinuicem conſequuntur; velut in homine, magnus, & fortis, pulcher, & bonus: aut, eò quòd inter ſe neceſſariam habitudinem habent ſemper, & neceſſariò ſe conſequuntur, ſiue conuertibiliter; velut in homine, riſibile, & flebile: ſiue non conuertibiliter, ſicut delinquere, & pœnitere. Quamobrem a communiter accidentibus, quæ neceſſario ſe conſequuntur, ſumitur locus dialecticus: ſed ab ĳs, quæ contingenter ſe conſequuntur ſumitur locus ſophiſticus. Verum pœnitere propriè ſumptum, quod eſt pro peccato commiſſo, pœnitentiam agere, & delinquere, ſeu peccare, communiter accidentia ſunt; quorum vnū neceſſario ſequitur ad alterum; ſed pœnitere ſimilitudinariè, quod eſt dolere de aliquo, quo pacto dixit Deus, pœnitet me feciſſe hominem; quoniam ad modum dolentis, ſe habebat Deus, communiter accidentia non ſunt, quæ neceſſariò ſe conſequuntur, a quibus ſumitur locus dialecticus.

Tex 42 *Locorum extrinſecorum, alius ex oppoſitis, alius à maiore, alius à minore, alius à ſimili, alius à proportione, alius à tranſumptione, alius denique ab autoritate.*

Oppoſitorum, quatuor ſunt ſpecies, oppoſitio relatiua, contrarietas, oppoſitio priuatiua, & contradictio.

Hæc omnia ex prædicamentis cognita ſunt.

Repugnantia ſunt, quæ de ſe inuicem uniuerſaliter uere negantur.

Sunt quoque, quæ de ſe inuicem uerificari non poſſunt.

Repugnantia, extranea, diſparata, idem ſignificant.

Dilucidatio. Expoſitis, & dilucidatis locis intrinſecis, qui, ſcilicet ab ipſis terminis in quæſtione poſitis, ſumuntur, reſtant dehinc dilucidandi, qui, licet extrinſecus ſumpti, argumenta tamen quæſtionibus ſuppeditant. Hi verò ſunt ab oppoſitis, a maiore, a minore, a ſimili, a proportione, a tranſumptione, & ab autoritate. De dicibilibus autem oppoſitis, & eorum rationibus in poſtprædicamentis ſufficiens determinatio facta eſt. Verum ſtatim deſcribit dicibilia repugnantia, a quibus ſumitur locus a repugnātibus, vt facilius dicibilia oppoſita intelligantur. Itaque repugnantia ſunt, quæ de ſe inuicem vniuerſaliter verè negantur, vt homo, & lapis. Nullus enim homo, lapis eſt, & nullus lapis eſt homo. Definiuntur ſecundò, quòd ſunt, quæ de ſe inuicem verificari non poſſunt: quod intelligendum eſt mediante copula de præſenti. Nam mediante copula de præterito, aut futuro, bene aliqua diſparata de ſe inuicē verificantur, vt ſtans fuit ſedens; verum erit falſum in ſenſu diuiſo: & huiuſmodi dicibilia ſunt habentia rationes repugnantes, quę non poſſunt ſimul conuenire, ſed benè ſucceſſiuè. Aliqua verò ſunt ſignificantia res ſecundum ſubſtantiam, ac rei naturam repugnantes, quæ neque ſimul, neque ſucceſſiuè eidem conuenire poſſunt: & illa ſecundum nullam verbi copulam de ſe inuicem verificantur, vt homo, lapis. Repugnantia dicibilia, extranea dicibilia, diſparata dicibilia, idem ſignificant.

Obiectio. Antecedens, et conſequens ſunt relatiua inter ſe, ſed in omni loco dialectico eſt habitudo antecedentis ad conſequens; ergo omnis locus eſt a relatiuis, & conſequenter præſens diuiſio, nulla eſt.

Reſpondetur ad maiorem, quòd antecedens, & conſequens, ſi ſumantur formaliter, vt ſunt termini ſecundæ intentionis, quam ſignificant, vtique relatiua ſunt; quo pacto locus dialecticus non eſt habitudo antecedentis ad conſequens: ſed fundamentaliter ſumpta ſignificant res primæ intentionis, quæ denominantur antecedens, & conſequens, & ita relatiua non ſunt, quo pacto locus dialecticus eſt habitudo antecedentis ad conſequens. Quare non omnis locus eſt a relatiuis oppoſitis.

Locus à relatiuis oppoſitis maxima, relatiua poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt. Tex. 43

Locus à relatiuè oppoſitis maxima, relatiuè dicuntur ad conuertentiam.

Locus à relatiuè oppoſitis maxima, ſi alicui conuenit unum relatiuè oppoſitorum, ſimul eidem, & eodem modo, non conuenit reliquum.

Conueniret ſimul eidem, & eodem modo, ſi uerificaretur ſimul de eodem reſpectu eiuſdem, & in eodem genere cauſæ.

Eſſe in eodem ſimul eſt, de eodem ſingulari uerificari.

Dilucidatio. Prima relatiuorum maxima, ex quarta eorum proprietate in prædicamentis ſumpta eſt; cuius ſenſus eſt, poſito vno relatiuorum, ponitur & reliquū; vt pater eſt, ergo filius eſt: & filius eſt, ergo pater eſt: & negato vno relatiuorum, negatur & reliquum; vt non eſt pater, ergo non eſt filius, & contra; non eſt filius, ergo non eſt pater. Secunda maxima, ex tertia relatiuorum proprietate pendet, in prædicamentis explicata, ſecundum quam, tale ſumatur exemplum; duplum eſt dimidĳ duplum, igitur dimidium eſt dupli dimidium; vel potius comparando relatiua ad ſubiecta ſic, quatuor ſunt duplum ad duo; igitur duo ſunt dimidium ad quatuor; linea decupedalis eſt maior bipedali, igitur bipedalis eſt minor decupedali, & etiā negatiuè. Tertia maxima eſt ad arguendum ab affirmatione vnius relatiuè oppoſiti de ſubiecto ſingulari, ad negationem alterius de eodē, vt duo ſunt dimidium ad quatuor; igitur duo non ſunt duplum ad quatuor. Similiter, quatuor ſunt duplum ad duo, igitur quatuor non ſunt dimidium ad duo. Si enim vnum relatiuè oppoſitorum affirmatur de aliquo ſingulari, alterū nō affirmatur de eodem, pro eodem tēpore, & reſpectu eiuſdē, & in eodē genere cauſę. Sanè dictū eſt reſpe-

ctu

ctu eiſdem, quia poſſunt relatiuè oppoſita de eodem reſpectu diuerſorum verificari, vt animal eſt ſpecies ſubſtantiæ, & genus hominis: ſimiliter poſſunt relatiuè oppoſita, de eodem reſpectu eiuſdem, ſed in diuerſo genere cauſę verificari, vt ambulatio eſt cauſa efficiens ſanitatis, quia ambulatio poſt cibum fit ſanitas, & tamen eſt effectus cauſæ finalis. Nam gratia ſanitatis fit ambulatio.

Obiectio. In omni loco dialectico terminus inferens debet inferre terminum illatum, ſed vnum oppoſitorum nunquàm infert aliud; ergo nullus eſt locus ab oppoſitis, & conſequenter neq; ab oppoſitis relatiuè. Maior ex eorũ definitionibus eſt nota. Minor probatur. Quippe vnum oppoſitorum ſemper negationem, & deſtructionem alterius importat.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, φ vnum oppoſitorum affirmatiuè quidem, non poteſt inferre aliud: ſed quia negationem alterius includit, proculdubio infert aliud negatiuè, poſito vno in aliquo ſubiecto, ſtatim in eodẽ ſubiecto deſtruitur & reliquum. Relatiua autem, quorum totum eſſe vnius, eſt ad aliud ſe habere, affirmatiuè quoque iuxta primam maximam, vnum infert aliud, quatenus relatiua ſunt: attamen quatenus oppoſita ſunt, vnum infert aliud negatiuè in eodem ſubiecto.

Tex.44 *Locus maxima, impoſſibile eſt, priuatiua, contraria, aut contradictoria, ſimul eſſe in eodem.*

Locus maxima, cuicunque conuenit unum priuatiuè, contrariè, aut contradictoriè oppoſitorum, non ſimul eidem conuenit & reliquum.

Locus maxima, a quocunque remouetur unum contrariorum immediatorum, aut contradictoriorum, cum ſui ſuſceptibilis conſtantia, eidem attribuitur & reliquum.

Suſceptibile contrariorum immediatorum eſt, ipſorum ſubiectum, de quo diſiunctim ex ipſis uniuerſaliter uerificatur.

Dilucidatio. Hæc maxima, de tribus alijs oppoſitorum generibus datur, & tria complectitur. Primum, eſt impoſſibile, priuatiuè oppoſita eſſe in eodem, vt Socrates non ſimul eſt videns, & cęcus, & audiens, & ſurdus. Secundum poſſibile eſt contraria eſſe ſimul in eodem, ſiue ſimul verificari de eodem ſingulari, vt Sortes non ſimul eſt albus, & niger, ſanus & æger. Tertium, impoſſibile eſt contradictoria dicibilia ſimul eſſe in eodem, vt Plato non ſimul eſt ſedens, & non ſedens, albus, & non albus. Quamobrem adiuuante ea regula, ſiue maxima, quę in hac litera ſequitur, arguendum eſt in huiuſmodi oppoſitis ab affirmatione vnius de aliquo ſubiecto ſingulari, ad negationem alterius de eodem, vt Sortes eſt videns, ergo non eſt cęcus: locus maxima, cuicunque conuenit vnum priuatiuè oppoſitorum, non ſimul eidem cõuenit, & reliquũ. Similiter, Plato eſt ſanus, ergo nõ eſt æger; locus maxima, cuicunque conuenit vnum contrariè oppoſitorum, neque ſimul eidem conuenit, & reliquum. Amplius Socrates eſt ſedens, ergo Socrates non eſt non ſedens, & cõtra; Socrates eſt non ſedens, ergo nõ eſt ſedens: locus maxima, cuicunque conuenit vnum contradictoriè oppoſitorum, neque ſimul eidem conuenit, & reliquum. Affirmatiuè autem, ſiue conſtructiuè, arguitur a remotione vnius contrariorum immediatorum cum ſui ſuſceptibilis conſtantia ad affirmationem alterius, vt Sortes non eſt ęger; & Sortes eſt, ergo Sortes eſt ſanus; Similiter nullum animal eſt ęgrum, et animal eſt, ergo omne animal eſt ſanum: locus maxima, a quocunque remouetur vnum contrariorum immediatorum cum ſui ſuſceptibilis conſtantia, eidem attribuitur, & reliquum. Eſt enim animal, ſuſceptibile cõtrariorum immediatorum, cum omne animal ſit ſanum, vel ægrum. Sic a negatione vnius contradictoriorum cum ſui ſubiecti cõſtantia ad affirmationem alterius, vt Plato non eſt ſedens, & Plato eſt, ergo Plato eſt non ſedens; ſimiliter Plato non eſt nõ ſedens, & plato eſt, ergo Plato eſt ſedens: locus maxima, a quocunque remouetur vnum contradictoriorum cum ſui ſubiecti conſtantia, eidem attribuitur & reliquum.

Locus maxima, cuicunque conuenit unum repugnantium, ab eodem remouetur, & reliquum. Tex.45

Per locum a repugnantibus ſolum negatiuè arguendum eſt, ab affirmatione vnius ad negationem alterius de eodem; vt binarius eſt par, ergo non eſt impar; Homo eſt animal, ergo homo non eſt lapis: locus maxima, cuicunq; conuenit vnum repugnantium, ab eodem remouetur, & reliquum. Dilucidatio.

Omnia diſparata, ſeu repugnantia, ſunt oppoſita, ergo perperam hic ſeparantur ab aliis oppoſitis. Obiectio.

Reſpondetur negando formaliter antecedens. Nam licet diſparata, ſeu repugnantia, virtualiter aliquam oppoſitionem includant, eò quòd ſunt diuiſa, & omnis diuiſio. (vt placet Diuo Boethio) in oppoſitione fundatur: attamen oppoſita formaliter non ſunt, quantum ad ſuas rationes formales; ideo aliter locus dialecticus ab ijs, & aliter ab aliis oppoſitis ſumitur,

Maius eſt, quod habet maiorem ſuæ ueritatis apparentiam. Tex.46

Locus à maiore maxima, ſi quod magis uidetur eſſe non eſt, neque id, quod minus.

Minus eſt, quod habet minorem ſuæ ueritatis apparentiam.

Locus a minore maxima, ſi quod minus uidetur eſſe, eſt, & illud, quod magis.

Maius eſt, hoc in loco propoſitio, quæ maiorem habet veritatis apparentiam, quàm altera; vt Callias poteſt portare decem pondera, habet maiorem veritatis apparentiam, quàm quòd poſſet portare viginti. Iſta quoq; homo eſt diſciplinabilis, habet maiorem apparentiam, quàm iſta, equus eſt diſciplinabilis; ergo & hęc homo eſt diſciplinabilis, eſt maius; & hęc, equus eſt diſciplinabilis eſt minus. Itaq; per locum a maiore, negatiuè arguitur ſolum, vt Anaximander non poteſt portare decem pondera; ergo non poteſt portare viginti; vel vir non poteſt ferre decem pondera, ergo neque puer, ſimiliter vir non poteſt ferre decem pondera, ergo puer non poteſt ferre viginti; qui & tertius arguendi modus, de primo ad vltimum, ſequitur ad ſecundum, et primũ locus maxima, ſi quod magis videtur eſſe, & non eſt, neq; quod minus. Minus autem eſt propoſitio, quæ minorem habet veritatis apparentiam, quàm altera, vt minus videtur, quòd brutum ſit futurorum prouidum, quàm homo. Quocirca locus a minore ſolum tenet conſtructiuè, vel comparando prædicatum vnum ad duo ſubiecta; vt puer po-

teſt portare quatuor pondera, ergo & vir; vel duo prædicata ad vnum ſubiectum, vt vir poteſt portare viginti pondera, ergo vir poteſt portare decem pondera; vel duo ſubiecta ad duo prædicata, vt puer poteſt portare quatuor pondera, ergo vir poteſt portare decem pondera; Similiter (vt dictum eſt) trifariam variantur argumenta in loco a maiori: & hic tertius modus ſequitur ad primum, & ſecundũ, de primo ad vltimum: locus maxima, ſi quod minus videtur eſſe eſt, & illud quod magis.

Tex. 47. *Simile eſt, quod habet ſimilem ſuæ ueritatis apparentiam.*

Locus à ſimili maxima, de ſimilibus idem eſt iudicium.

Dilucidatio. Simile eſt propoſitio, quę ſimilem habet veritatis apparentiam cum altera, vt quòd homo ſit corruptibilis, & quòd brutum ſit corruptibile. Nam & homo ex materia componitur æquè ſicut brutum: ſimiliter ſi equus eſt irrationalis, & leo; Non enim eſt maior ratio de vno quàm de altero; ideoq; illarum duarum propoſitionum, vtraq; ad alteram, eſt ſimile. Quamobrem locus a ſimili, tenet conſtructiuè, & deſtructiuè. Conſtructiuè, vt equus eſt corruptibilis, ergo homo eſt corruptibilis; vtrunque enim eſt animal. Deſtructiuè, vt equus non eſt immortalis, ergo nec homo, cum vtrunque ſit animal. Itaque argumentatio eſt exemplaris, diſciplinis apprimè vtilis, & accommodatiſſima; vt ab albedine res eſt alba, ergo a magnitudine res eſt magna: locus maxima, de ſimilibus idem eſt iudicium.

Obiectio. Non ſequitur, ſicut oculus eſt in corpore, ita intellectus in anima, ſed oculus eſt pars integralis corporis, ergo intellectus eſt pars integralis animæ: igitur locus a ſimili affirmatiuè non eſt bona conſequentia. Conſequentia probatur. Quippè in data argumentatione arguitur per locum a ſimili affirmatiuè:

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum. Nempe oculus, & intellectus, ſimilia ſunt, quia vterque eſt pars: ſed diſſimilia ſunt, quia oculus eſt pars quantitatiua, & integralis, intellectus vero pars eſt poteſtatiua; ideo non arguitur in data argumentatione a ſimilibus in quantum ſimilia ſunt, ſed quatenus diſſimilia ſunt. Quare locus a ſimili non tenet, niſi ſemper in ratione ſimilitudinis manendo.

Tex. 48 *Autor eſt, quicunque in aliqua ſcientia expertus eſt:*

Autoritas eſt, autoris dictum, & benè, & uerè aſſertum.

Locus ab autoritate maxima, unicuique experto in ſua ſcientia, credendum eſt.

Dilucidatio. Autor eſt ille, qui aliquam ſcientiam rectè callet, quoniam eam aut inuenit, aut ſcriptis ampliorem reddidit; vt Ariſtoteles in Logica, Ethica, Phyſica, & Metaphyſica; Euclides in Geometria; Iordanis in Arithmetica. Sed autoritas eſt dictum, & ſententia autoris, & benè, & verè aſſerta, vt eſſe decem prædicamenta, omnem ſcientiam demonſtratione acquiri, eſt Ariſtotelis autoritas. Locus igitur ab autoritate, ſolum tenet conſtructiuè, vt Porphyrius aſſerit quinq; eſſe prædicabilia; igitur ſunt quinque prędicabilia. Philoſophus docuit eſſe decem prędicamenta, ergo ſunt decem: locus maxima, vnicuique experto in ſua ſcientia credendũ eſt,

Obiectio. Propter noſtrum affirmare, vel negare, propoſitio non ſit vera, vel falſa; ergo ab autoritate non E ſumitur locus dialecticus. Antecedens ex primo Periermenias habetur. Conſequentia probatur. Sanè autoritas eſt propoſitio dicta ab autore, quæ per antecedens ob id non eſt magis, vel minus vera:

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd propoſitio ſiquidem, ab autore illam dicente, veritatem non capit; ſed ab eo apparentiam, & confirmationem ſuæ veritatis in nobis accipit, gratia cuius efficitur probabilis, atq; aliis hominibus apparens. Propterea meritò ab ipſa ſumitur locus dialecticus affirmatiuè. Quod equidem euenit, quum verbum, dicit, ait, vel ſimile affirmatur: ideo non refert ad locum ab autoritate affirmatiuè, an autoritas, ſeu propoſitio, ſit affirmatiua, vel negatiua.

F Tex. *Tranſumptio eſt, nominis metaphoricè ſumpti, per proprium uocabulum explicatio.*

Locus à tranſumptione maxima, quicquid alicui conuenit ſub nomine propriè ſumpto, conuenit eidem ſub metaphora, atque contra.

Locus à tranſumptione maxima, quicquid non conuenit alicui ſub nomine propriè ſumpto, non conuenit eidem ſub nomine metaphorico, atque contra.

Dilucidatio. De tranſumptione, vt exemplariter dicatur, mulier caſta vocatur turtur, hoc eſt, pudica, ibi nomen, turtur, metaphoricè, & translatitiè ſumptum, explicatur per proprium, ad quod ſignificandum tranſumitur: ſic homo vafer dicitur vulpis, ideſt, aſtutus; ignarus, & iners dicitur vrſus; gloriabundus, & ſibi placens dicitur pauo. Quocirca locus G a tranſumptione tenet conſtructiuè, vt logica ad omnem ſcientiam eſt neceſſaria; ergo ad omnem methodum eſt neceſſaria; vbi arguitur a nomine propriè poſito in antecedente; ad nomen metaphoricum in conſequente: locus maxima, quicquid alicui conuenit ſub nomine propriè ſumpto, conuenit eidem ſub ſua metaphora. Contra verò, logica ad omnem methodum habet viam; ergo ad omnem ſcientiam, viam habet; ibi arguitur a nomine metaphorico poſito in antecedente, ad nomen propriè ſumptum in conſequente: locus maxima, quicquid alicui conuenit ſub metaphora, eidem conuenit ſub nomine propriè ſumpto. Sed deſtructiuè ſic; Geometria nõ habet viam ad omnem diſciplinam, ergo neq; ad omnẽ methodum: locus maxima, quicquid non conuenit alicui ſub nomine propriè ſumpto, H non cõuenit eidem ſub nomine metaphorico. Contra verò, Geometria non habet viam ad omnem methodum; ergo neque ad omnem diſciplinam: locus maxima, quicquid non conuenit alicui ſub nomine metaphorico, neque conuenit eidem ſub nomine propriè ſumpto.

Obiectio. Non ſequitur, homo eſt animal, ergo humanitas eſt animal: igitur locus a tranſumptione affirmatiuè, non eſt bona conſequentia. Conſequentia probatur. Homo enim, & humanitas, idem ſignificant; homo itidem eſt nomen magis notum; ergo in data argumentatione arguitur per locum a tranſumptione affirmatiuè.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius proba-

probationem adhuc negatur conſequentia. Nam abſtractum, qualis eſt humanitas, & concretum, qualis eſt homo, idem ſignificant: ſed differunt (vt ſæpe dictũ eſt) in modo ſignificandi; ideo, eò quòd in tranſumptione neceſſe eſt illa duo nomina habere idem ſignificatum, ſub eodem modo ſignificandi; inter ipſa duo, nulla eſt tranſumptio, neque locus à tranſumptione.

Tex. 50.

Proportio eſt, numeri ad numerum comparatio, cuius extrema, ſiue termini, ſunt numeri adinuicem comparati.

Locus à proportione maxima, proportionabilium idem eſt iudicium.

Tranſmutata proportio eſt, quando quatuor terminorum primus ad ſecundum, ſicut tertius ad quartum, & concludi, ut primus ad tertium, ita ſecundus ad quartum, ſe habet.

Termini ſunt numeri, & magnitudines.

Locus à tranſmutata proportione maxima, ſi quemadmodum primum, ad ſecundum, tertium, ſe habet ad quartum, ita ſicut primum ad tertium, ſeſe etiam habebit ſecundum ad quartum.

Dilucidatio.

Pro tranſmutata proportione (quæ primo in numeris, deinde in magnitudinibus reperitur gratia numerorum) dentur quatuor numeri, primus duodecim, ſecundus ſex, tertius octo, quartus quatuor, ſicut ſe habet duodecim, ad ſex, primus ad ſecundũ, ita ſe habet octo, ad quatuor, tertius ad quartum. Nam utrobique eſt proportio dupla. Et inde cõcludimus, quòd ſicut ſe habet duodecim ad octo, primus ad tertium, ita ſe habet ſex ad quatuor, ſecundus ad quartum, quia utrobique eſt proportio ſexquialtera. Ibi eſt tranſmutata proportio, quia tranſmutantur termini primæ proportionalitatis in ſecunda. Nam in prima proportione primæ proportionalitatis comparatur primus ad ſecundum; in prima ſecundæ, primus ad tertium, ſimiliter, in ſecunda proportione primę proportionalitatis, comparatur tertius ad quartum, in ſecunda autem ſecundę, ſecundus ad quartum, & fit ſecundus primæ, fit tertius ſecundæ, & contra tertius primæ fit ſecundus ſecundæ. Proportionalitatem enim voco, duarum adinuicem proportionum comparationem. Proportio autem eſt, numeri ad numerum comparatio, cuius extrema, ſiue termini, ſunt numeri, qui adinuicem comparantur: & denominatione numerorum, cętera, vt magnitudines, qualitates, & motus veniunt. Quocirca locus à proportione, quædam eſt particula, loci à ſimili, quum in antecedente argumenti ponitur particula, ſicut ſe habet, exprimens vnius ad alterum ſimilem proportionem. Quo fit, vt quando in loco à ſimili argumentatur cum ea particula, ſicut ſe habet, vocetur argumentum à proportione, & tenet conſtructiuè, & deſtructiuè. Conſtructiuè quidem, vt ſicut viſus in oculo, ita diſciplina in anima; at viſus perficit oculum, ergo diſciplina, animam: ſimiliter, vt cæcitas ſe habet ad oculum, ita ignorantia ad intellectum; ſed cæcitas eſt malum oculi, igitur & ignorantia intellectus. Deſtructiuè verò, vt ſicut ſanitas ad corpus, ita virtus ad animam; & ſanitas non conſiſtit in abundantia, neque defectu humorum, ſed medio temperamẽto; ergo virtus non in exuperatione conſiſtit, aut defectu, ſed mediocritate: locus maxima, proportionabilium idem eſt iudicium. Et hic locus eſt digniſsimus, per quem analogiæ explicantur, quæ ad docendum, & ad veritatem intelligendam, profectò accommodatiſſimæ ſunt. Præterea locus à tranſmutata proportione, cõſtructiuè tenet hoc modo, ſicut octo ad quatuor, ita ſex ad tres; cum vtrinque ſit proportio dupla; ergo ſicut octo ad ſex, primũ ad tertium, ita quatuor ad tres, ſecundum ad quartum. Nam vtrobique eſt proportio ſexquitertia. Continet enim octo, ipſum ſex & etiam binarium, qui eſt tertia pars ſenarij. Similiter, ſicut ſe habet duodecim ad ſex, ita decem ad quinque (eſt enim hic duodecim primum; ſex ſecundum; decem tertium, & quinque quartum) quia vtrobique eſt proportio dupla; ergo ſicut ſe habet duodecim ad decem, primum ad tertium, ita ſex ad quinque, ſecundum ad quartum, quia vtrobiq; eſt proportio ſexquiquinta.

Obiectio.

Sicut ſe habet ſonus ad auditum, ita color ad viſum; ſed ſonus ab auditu percipitur in tenebris, ergo color à viſu percipitur in tenebris? data argumẽtatio non eſt bona conſequẽtia, igitur locus à tranſmutata proportione non valet affirmatiuè. Conſequentia probatur. Siquidem in data argumentatione arguitur per locum à tranſmutata proportione affirmatiuè.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum. Nam color, & ſonus, quia vterque eſt obiectum vnius ſenſus, in hoc habent proportionem, & ſimilitudinem: ſed quia color non peruenit ad viſum, niſi per medium illuminatũ, ſonus verò diffunditur ſine lumine per medium, puta aerem, ad auditum; ideo non eodem modo dicta obiecta, ab ipſis ſenſibus ſentiuntur, in quo ex conſequenti diſproportionem, & diſsimilitudinem habent. Quare in data argumentatione non arguitur à proportionalibus, prout habent proportionem, ſed magis inquantum diſproportionem continent.

Tex. 51. Diuiſio.

Locorum mediorum, alius à coniugatis, alius à caſibus, alius à diuiſione.

Coniugata ſunt, adinuicem denominans, & denominatiuum.

Denominans, & denominatiuum, abſtractum, & concretum, idem.

Locus à coniugatis maxima, ſi concretum de concreto eſſentialiter prædicatur, & abſtractum de abſtracto.

Locus maxima, ſi abſtractum negetur de abſtracto, & concretum de concreto negatur.

Dilucidatio.

Coniugata, dicta ſunt, quia quaſi ſub vno ſignificationis iugo flectuntur, eò quod eandem rem ſignificant; idcirco re vera abſtractum, & concretum, ſunt; vt albus, & albedo; calidus, & caliditas. Eſt enim caliditas, denominans, & ſubſtantiuum; calidum verò denominatiuum, & adiectiuum (vt in antepręd icamentis dictum eſt) ab eo formatũ. Quam obrem locus à coniugatis, conſtituendus eſt ex propoſitionibus de prędicatione eſſentiali, in quibus ſuperius de ſuo inferiori prædicatur, alioquin locus eſt inualidus; vt iuſtus eſt liberalis, ergo quod iuſtè fit, liberaliter fit? cuius antecedens poteſt eſſe verum, conſequente exiſtente falſo, quia in prædicationibus per accidens arguitur, Tenet autem conſtructiuè,

ſtructiuè, & deſtructiuè. Conſtructiuè, vt iuſtus eſt bonus, ergo iuſtitia eſt bonitas: locus maxima, ſi concretum de concreto eſſentialiter prędicatur, & abſtractum de abſtracto. Contra ab aſtracto ad concretum, vt iuſtitia eſt virtus, ergo iuſtus eſt ſtudioſus: locus maxima, ſi abſtractum de abſtracto eſſentialiter prædicatur, & concretum de concreto. Negatiuè autem, vt iniuſtitia non eſt virtus, ergo iniuſtus non eſt ſtudioſus: locus maxima, ſi abſtractum negetur de abſtracto, & concretum de concreto negatur.

Obiectio. Non ſequitur, homo eſt animal, ergo humanitas eſt animalitas? igitur locus a coniugatis affirmatiuè, non eſt bona conſequentia. Conſequentia probatur. Quippe in data argumẽtatione arguitur per locum a coniugatis affirmatiuè.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum. Nempe abſtractum, aut abſtrahitur a ſuis inferioribus, de quibus ex conſequenti non prædicatur, vt animalitas, humanitas: aut abſtrahitur a ſubiecto, ſed non a ſuis inferioribus, de quibus per conſequens prædicatur. Hinc arguendum eſt per locum a coniugatis reſpectu abſtracti, quod duntaxat a ſuo ſubiecto abſtrahitur, & non a ſuis inferioribus. Quare data argumentatio in oppoſitum, non eſt locus a coniugatis. Animalitas enim deſignatur cum præciſione ſuorum inferiorum, gratia cuius de humanitate non verificatur.

Tex. 52 *Caſus ſunt ſua aduerbia, atque denominatiua.*

Locus maxima, ſi concretum, de concreto affirmatur, & aduerbium, de aduerbio, & contra.

Locus maxima, ſi concretum, de concreto negatur, & aduerbium de aduerbio, & contra.

Dilucidatio. Caſus ſunt aduerbia, ac denominatiua a denominantibus formata; vt fortis fortiter, a fortitudine; liberalis liberaliter, a liberalitate; iuſtus iuſtè, a iuſtitia. Nam dicta ſunt caſus, quoniam ambo a principali, quod eſt denominans, ſimul cadunt. Itaque locus a caſibus tenet conſtructiuè, & deſtructiuè. Conſtructiuè quidem, vt iuſtus eſt bonus, ergo quod iuſtè fit, bene fit: locus maxima, ſi concretum de concreto affirmatur, & aduerbium, de aduerbio, è diuerſo, vt quòd iuſtè fit, benè fit, ergo iuſtum eſt bonum: locus maxima, ſi aduerbium, de aduerbio affirmatur, & concretum, de concreto. Negatiuè autem, vt iniuſtus non eſt bonus, ergo quod iniuſtè fit, nõ benè fit: locus maxima, ſi concretum, de concreto negatur, & aduerbium, de aduerbio, & contra.

Obiectio. Non ſequitur, quantitas non eſt qualitas, ergo quantum non eſt quale? igitur locus a caſibus non tenet deſtructiuè. Conſequentia probatur. Sanè in data argumentatione arguitur per locum a caſibus deſtructiuè.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum, quod nullam apparẽtiam veritatis habet: quoniam arguitur a duobus abſtractis; ideo potius videtur eſſe locus a coniugatis, & re vera non eſt. Nam dum arguitur per locum a coniugatis deſtructiuè a duobus abſtractis, oportet illa abſtracta, tam ſecundum eſſe, quam ſecundum eſſentiam, proculdubio eſſe diuerſa. Quantitas autem, & qualitas, quia cõueniunt in ſubiecto, E licet ſint diuerſa ſecundum eſſentiam, non tamen ſecundum eſſe. Quocirca nec in data argumentatione, nec in ſimili; veluti, albedo non eſt dulcedo, ergo album non eſt dulce? arguitur per locum a coniugatis deſtructiuè: nec contra, affirmatiuè argui põteſt, quantum eſt quale, ergo quantitas eſt qualitas?

Tex. 53 *Diuiſio eſt, termini communioris, in terminos minus communes, partitio.*

Locus à diuiſo ad ſua membra diuidentia, maxima, de quocunque verificatur diuiſum, de eodem ſub diſiunctione omnia membra diuidentia verificantur.

Dilucidatio. Diuiſio hic eodem modo ſumitur, vt in artem diuiſiuam diuiſio logicalis definita eſt; atque iccirco ex eo loco, iſtius definitionis intelligẽtia, et reliquorum membrorum definitiones quęrendæ ſunt; vt animalium, aliud ſanum, aliud ęgrum; corporum, F aliud album, aliud nigrum; aliud medio colore coloratum; ideoq; iſti termini, diuiſio & partitio, hic logicè ſumuntur. Itaque in argumento per locum a diuiſione, primò in antecedente ſumenda eſt propoſitio, in qua diuiſum, de aliquo ſubiecto verificatur. Secundò ſumendæ ſunt propoſitiones, in quibus omnia membra diuidentia, excepto vno, de eodem ſubiecto negantur, deinde debet concludi propoſitio, in qua reliquum membrum diuidens, quod in antecedente ſumptum non erat, de eodem ſubiecto verificatur, vt album eſt prædicabile hominis, & nõ eſt genus hominis, neque ſpecies eius, neque differentia: non enim prædicatur eſſentialiter de homine, neque eſt proprium, quia de eo conuertibiliter non prędicatur, ergo hominis accidens eſt. Similiter coruus eſt coloratus, & neque eſt albus, neque me- G dio colore participans, ergo eſt niger; conſimiliter lac eſt ſapidum, ſed non eſt amarum, neque medio ſapore ſapidum, ergo eſt dulce; & ita de quacunque diuiſione dicatur. Nempe neceſſe eſt, de quocunque verificatur diuiſum, de eodem ſub diſiunctione omnia membra diuidentia verificari, cum diuiſum, & diſiunctum ex membris diuidentibus adinuicem cõuertantur. Quo fit, vt ſi omnia per copulationem, excepto vno, de eo negantur, neceſſe ſit reliquum de eodem affirmari. Nam æquiualenter arguitur a tota diſiunctiua, cum vnius partis, ad poſitionem alterius.

Obiectio. Animalium, aliud rationale, aliud irrationale, ſed lapis non eſt animal rationale, ergo lapis eſt animal irrationale? data argumentatio non eſt bona conſequentia, igitur locus a diuiſione non tenet negati- H uè. Conſequentia probatur. Quippè in data argumentatione arguitur per locũ a diuiſione negatiuè.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum. Nam in loco a diuiſione (vt dilucidatum eſt) primò in antecedente ſumenda eſt propoſitio, in qua diuiſum, de aliquo ſubiecto verificatur, de quo deinde omnia mẽbra diuidentia, excepto vno, de eodem ſubiecto negantur; quod deniq; in concluſione, de eodẽ ſubiecto verificatur. Quamobrem ſic arguendũ eſt lapis eſt animal, & non eſt animal rationale; ergo eſt animal irrationale, cuius concluſio eſt falſa, quia prima propoſitio aſſumpta eſt falſa.

Arguitur

Tex. 54 *Arguitur à definitione ad definitum, quando in argumentatione definitio eſt terminus inferens, & definitum eſt terminus illatus.*

Sed contra, ſi definitum eſt terminus inferens, & definitio, terminus illatus, à definito ad definitionem arguitur, quod & de cæteris, modo ſuo, locis, intelligitur.

Dilucidatio. Loci dialectici omnes ſumunt nomen, & denominationem, à termino inferente, & non à termino illato; vt quum definitio eſt terminus inferens, locus à definitione vocatur; quum verò definitum eſt terminus inferens, locus à definito appellatur: ſimiliter & quum genus in antecedente ponitur, argumentum à toto vniuerſali ad ſuam partem appellatur; quum verò pars ponitur in antecedente, argumentatio à parte ſubiectiua ad ſuum totum vocatur.

Tex. 55. *Locus dicitur teneri conſtructiuè, quando argumentum concludit affirmatiuè.*

Locus dicitur teneri deſtructiuè, quando argumentum concludit negatiuè.

Dilucidatio. Locus dicitur teneri conſtructiuè, quando argumentationis conſequens eſt conſtructiuum, & affirmatiuum, ſiue antecedens ſit affirmatiuum; vt omne animal rationale eſt natum ad virtutes, ergo homo natus eſt ad virtutes; ſiue negatiuum, vt homo non eſt ſanus, ergo homo eſt æger. Deſtructiuè autem teneri dicitur, quando argumentum concludit negatiuè, ſiue antecedens ſit affirmatiuum; vt homo eſt ſanus, ergo non eſt æger; ſiue negatiuum, vt nullum animal eſt inſenſibile, ergo homo non eſt inſenſibilis.

Tex. 56 Vnica Regula *In argumentis, terminus inferens, & terminus illatus, ſignificatiuè teneri debent.*

Dilucidatio. Hæc regula intelligitur de argumentis quorumcunque locorum dialecticorum, ſiue intrinſecorum, ſiue extrinſecorum, ſiue mediorum; vt non rectè argumentum ſit hoc modo, animal rationale eſt oratio, ergo homo eſt oratio? animal rationale eſt complexum, ergo homo eſt complexum? Homo eſt biſſyllabum, ergo animal rationale eſt biſſyllabum? quia terminus inferens, & terminus illatus, materialiter, & non ſignificatiuè tenentur. Verum ne nimia prolixitas operis intentionem excedat, de iis hactenus.

CATENAE AVREAE
IN TOTAM LOGICAM
DECIMVS TOMVS.
In fallacias ad librum Elencorum.

Text 1. *FALLACIA, ſiue ſophiſtica argumentatio eſt apparens argumentatio, ſed non exiſtens, aut exiſtens, attamen non conueniens rei.*

Non eſt conueniens rei, quando antecedens non probat conſequens.

Dilucidatio. Abſolutis hactenus à nobis nouem, quos, tomis, inſtituimus artis dialecticæ, in quibus eas partes ipſius artis ab Ariſtotele traditas, pertractauimus, A quantum compendio licet, per quas rectè, diligenterque diſſerendi ratio comparatur: qui certè & finis totius artis eſſe exiſtimatur (quippe per quem verum à falſo diſcernitur) inſtituto huic noſtro iam quaſi ſatisfeciſſe videri poſſumus. Cęterum quoniã falſum ſub veri ſpecie plerunque obrepit, quo & incauti facile illuduntur; idcirco ab Ariſtotele prouido nimirum artis magiſtro, id etiam curatum eſt, vt poſt artis præcepta, talia quoque relinqueret dogmata, quibus etſi nihil, quod ad artem faciat, diſceremus. Iis tamen inſtructi facilè vitare poſſemus ſophiſtarum argutias, captioneſque; quorum hæc eſt pręcipua intentio, vt fallant, non doceant, magis appareant ſcientes, non ſint reuera. Sunt enim multæ (autore de doctrina chriſtiana diuo Auguſtino) falſæ concluſionum rationes (quę ſophiſmata appellantur) B & veras plerunque ita imitantes, vt non ſolum tardos, ſed ingenioſos minus diligenter attentos decipiant. Quocirca & nos iam ob eandem certè cauſam, Ariſtotelem hac quoque in parte ſequentes, decimum illius nouē adiicere in animo cõſtituimus tomum. In quo proinde de ſophiſticis elenchis (ſic enim ab illo appellati ſunt) ſiue de locis ſophiſticis agamus, vt ſtudioſi adoleſcentes, ſi quibus, hæc noſtra lucubratio quoquo modo profuerit vnquã, poſt artem vel mediocriter perceptam, ex hoc iam & iam percipere poſſint, quæ nam ſint propria huius artis, quæ non ſint, tametſi ſine iis, nec ars ipſa ſatis ſibi conſtare poteſt: vt nec Grammatica, quæ rectè loquendi ſcientia definitur, niſi in hac quoque de barbariſmo, atque ſoloeciſmo, fœdiſſimis eius artis vitiis, cura deſumeretur non parua, id, quod & in morum diſciplina iam pro comperto omnibus C eſſe poteſt. Præſens igitur tomus, de ſophiſticis elenchis, aut locis ſophiſticis inſcriptus ē: partim quod hic præcipuus ſit ſophiſtarum finis inter quinque, quos illi coniectant, ac ſibi proponunt, de quibus mox plura, partim quòd huiuſmodi ſyllogiſmus elenchus, inquam ſophiſticus, inſtrumentum ſit maximè idoneum ad conuincendum, hoc eſt, ad coarguē dum coaltercantem. Cum autem elenchus hoc loco dicitur, ſophiſticus idcirco additur, vt per ſophiſticum elenchum eum intelligamus ſyllogiſmũ, ſi tamen ſyllogiſmus vllo modo dici poſſet, non per quem probatio, & fides rei dubię fiat, cuiuſmodi certè dialecticus eſt, ſed deceptio. Quamobrem fallacia hic non pro arte, ſiue cautela fallendi ſumitur, quo pacto vulgo dicitur; fallacia alia aliam trudit: D ſed pro argumentatione ſophiſtica, quę eſt ſanè inſtrumentum decipiendi ipſum reſpondentem. Verum duplex eſt argumentatio ſophiſtica, quædam eſt peccans in forma, quæ videtur rectè inferre conſequens ex antecedente, & tamen non infert, ſed peccat contra rectam illationem, vt ſunt parallogiſmi omnium fallaciarum in dictione, & extra dictionem, excepta fallacia petitionis principii, vt quoddam animal eſt homo, & omnis equus eſt animal, ergo omnis equus eſt homo? vbi videtur eſſe ſyllogiſmus, & tamen non eſt, ſed eſt fallacia accidentis, & hæc per primam definitionis particulam,

qua

qua dicitur, apparens argumentatio, ſed non exiſtens, innuitur. Alia eſt argumentatio ſophiſtica in materia peccans, cuius quidem antecedens infert, ſed non probat conſequens, vt parallogiſmi fallaciæ petitionis principij, cuiuſmodi eſt iſte, omne animal eſt lapis, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt lapis: qui eſt bonus ſyllogiſmus, ſed antecedens, cum ſit falſum, non probat conſequens: & iſta tangitur per ſecundam definitionis particulam, ſcilicet, quod eſt exiſtens, ſed non conueniens rei, quæ profectò minus habet vitij quàm altera, quum ſit bona conſequentia.

Obiectio. Omne, quod non eſt ens, non eſt apparens, ſed fallacia, ſeu ſophiſtica argumentatio eſt non ens, ergo fallacia, ſeu ſophiſtica argumentatio non eſt apparens. Maior eſt nota ex terminis, eo quòd eſſe apparens præſupponit eſſe. Minor probatur. Quippe fallacia, ſeu ſophiſtica argumentatio per ſuā definitionem eſt non exiſtens, & conſequenter non eſt ens, quod ſignificat eſſe, ſeu exiſtens.

Reſpondetur diſtinguendo maiorem, quod ſimpliciter non eſt ens, non eſt apparens, ſed quod quo quo modo eſt ens, proculdubio eſt exiſtens, quanuis non qualis apparet. Quemadmodum auricalcū non exiſtens aurum, prout apparet, attamen eſt eſt ens ſimpliciter exiſtens, quoniam ſimpliciter eſt auricalcum: ita quoque fallacia, ſiue ſophiſtica argumentatio non eſt non ens ſimpliciter, ſed eſt nō exiſtens talis, qualis apparet, quoniam apparet dialectica argumentatio, & non eſt re vera.

Tex. 2 *Diſputatio eſt actus ſyllogiſticus unius ad alterum, ad aliquod propoſitum oſtendendum.*

Diſputatio autem ſophiſtica eſt, quæ ex iſs, quæ probabilia uidentur, & non ſunt, procedit.

Dilucidatio. Volens agere de diſputatione ſophiſtica, in primis diſputationem definit, in qua definitione, actus, tanquàm genus collocatur: ſed quum additur ſyllogiſticus, diſputationis inſtrumentum tangitur, ſcilicet ſyllogiſmus, ſub quo aliæ argumentationis ſpecies comprehenduntur, ſicut imperfectum ſub perfecto: & ob id ipſum diſputatio, ab actibus corporalibus, vt comedere, bibere, & ab actibus voluntatis, vt amare, & odire diſtinguitur. Nam quum dicitur ſyllogiſticus, oſtenditur actus rationis, & quum additur, vnius ad alterum, innuitur perſona opponentis, & reſpondentis, inter quos vertitur diſputatio, ad differentiam ratiocinationis, qua homo ſecū ratiocinatur. Deniq; quum ſubinfertur, ad aliquod propoſitum oſtendendum, inſinuatur diſputationis effectus, ſiue terminus, aut finis proximus, quo diſtinguitur diſputatio a ſyllogiſmis exemplaribus, qui non inducuntur ad propoſitum oſtendendum, ſed ad formam explicandam. Verum quoniam fallacia, ſiue argumētatio ſophiſtica ordinatur ad quinque metas, ad quas ſophiſta, coaltercantem mediante diſputatione ſophiſtica ducit: iccirco prætermiſſa diuiſione diſputationis propriis locis in ſingulis membris dilucidata, protinus diſputationem ſophiſticam, de qua hic eſt ſermo, aggreditur. Diſputatio (inquit) ſophiſtica eſt, quæ procedit ex iſs, quæ videntur probabilia, & non ſunt. Nempe diſputatio ſophiſtica eſt tendens ad gloriam, vt ſophiſta ſapiens eſſe videatur. Procedit enim ex iſs, quæ videntur vera, & probabilia, & non ſunt re vera: vel ſimpliciter falſas propoſitiones aſſumendo, quæ videntur veræ, & nō ſunt, vel in virtute falſarum propoſitionum argumentando. Nanque logicales argumentationes ſunt in virtute verarum propoſitionum, ſcilicet maximarum, ex quibus tota argumentationis virtus pendet; vt Sortes eſt homo, ergo Sortes eſt animal, procedit data argumētatio in virtute huius maximæ, de quocunque prædicatur ſpecies, & genus, quæ eſt ſimpliciter vera. Sophiſta autem ſic argumentatur; eſt animal, ergo eſt homo, quaſi in virtute huius propoſitionis, de quocunq; prædicatur genus & ſpecies, quæ eſt ſimpliciter falſa.

Obiectio. Diſputatio ſophiſtica fit ad generandam deceptionem in reſpondente; ergo huiuſmodi ſophiſtica re vera non eſt diſputatio. Conſequentia probatur. Diſputatio eſt actus ſyllogiſticus vnius ad alterum ad aliquod propoſitum oſtendendum, ſed ſophiſtica per antecedens fit ad generandam deceptionem in reſpondente: ergo re vera non eſt diſputatio.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quod diſputatio ſophiſtica ex cōſequenti deceptionem generat in reſpondente: ſed primò, & per ſe fit ad oſtendendum aliquam concluſionem reſpondenti, ex qua denique ſequitur, niſi eam diſſoluat, per reſponſionem ſophiſticam, deceptio in ipſo reſpondente.

Tex. 3 *Sunt ſophiſtarum metæ numero quinque, redargutio, falſum, inopinabile, ſolœciſmus, & nugatio.*

Dilucidatio. Cum ſophiſta, omnem neruum, omnemq; conatum, in ſua diſputatione eò intendat, vt coaltercantem circumueniat, ac illaqueet, videndum eſt, quot, & quæ ſint, quæ ipſe coniectet, atque ſibi proponat, vt fines initi certaminis, quos vbi etiam aſſecutus fuerit, ſe iam victorem aduerſus corrixantem nimis ſuperbè inſolenterq; proclamat, atque vociferatur. Sunt verò hæc, numero quinque, redargutio, falſum, inopinabile, ſolœciſmus, & nugatio.

Obiectio. Tacere eſt vna meta diſputationis ſophiſticæ, ergo non ſunt tantum quinque metæ in litera enumeratæ. Antecedens probatur. Sanè reſpondens tacet, dū ducitur ad inconueniens ab opponente. Conſequentia patet, eò quod tacere non eſt meta in litera enumerata.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur. Quòd tacere, meta ſpecialis non eſt ab illis quinque diſtincta: ſed generalis meta eſt, eò quod dum reſpondens tacet, ad eandē metam ducitur, ad quam profectò duceretur, ſi loqueretur. Nam meta eſt inconueniens concluſum contra reſpondentem. Nēpe meta dicitur propriè a metior, metiris, terminus alicuius ſpacij, puta agri, vltra quem non ſe extendit ager ille; ideo in diſputatione ſophiſtica, eſt terminus, vltra quem non procedit diſputatio ſophiſtica, ſcilicet inconueniens, ad quod nititur opponens videri ducere reſpondentē: quo habito ſtatim diſputatio ſophiſtica ceſſat. Dictum eſt autem, videri ducere reſpondentem, quoniam ſophiſta magis appetit videri ſapiens, & non eſſe,

eſſe, quàm eſſe, & non videri. Propterea non ſemper appetit ducere reſpondentem ad inconueniens ſimpliciter, ſed ſibi ſufficit, vt aſsiſtentibus videatur ipſum ducere ad inconueniens, quo habito protinus videtur ſapiens, & conſequenter apparentem acquirit ſcientiam, quæ, finis illius eſt.

inſtatur Nullum inconueniens eſt finis, ſed meta eſt finis proximus diſputationis ſophiſticæ, ergo meta, incõueniens non eſt. Maior probatur. Sanè finis habet rationem boni. Minor ex reſponſione data clara ẽ.

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius probationem dicitur. Quòd finis habet rationem boni, quod eſt, aut verè bonum, aut apparenter bonum: ideo inconueniens contra reſpondentem concluſum, rationem boni apparentis habet, quia videtur ſophiſtæ eſſe (vt dictum eſt) bonum.

Text.4. *Redargutio eſt, ui argumentationis in eadem diſputatione prænegati conceſsio: aut præconceſsi negatio.*

Diluci-datio. Quippè redargutio eſt, quum in eadem diſputatione vi argumentationis, cogitur quiſpiam, aut negare, quod antea conceſſerat, aut quod prius negauerat, rurſus concedere. Puta ſi reſpondens negauerit ſe carnes crudas comediſſe, ſophiſta ſic argumentatur. Quicquid emiſti, comediſti, & carnes crudas emiſti, ergo carnes crudas comediſti: ſi vi huius argumentationis reſpondens cõcedat, quod prius negauerat, eſt redargutus. Talis autem modus argumentationis, dicitur elenchus, ſi bonus ſit ſyllogiſmus, vel appparens elenchus, ſi videatur, & reuera non ſit, aut ſyllogiſmus, aut contradictio. Eſt enim elenchus, ſyllogiſmus contradictionis. Si autem nõ in eadem diſputatione, vel non vi argumenti, ſed propria voluntate, puta ſuſtinendo aliquod problema conceſſum quis negat, vel negatum concedat, redargutio non erit.

Qui ſolum concedit duo contradictoria, ducitur ad metam redargutionis, ergo interimenda eſt redargutionis definitio antecedens ex definitione redargutionis eſt manifeſtum. Conſequentia probatur. Tunc enim non eſt præconceſsi negatio, nec contra, conceſsio prænegati.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd reſpondens concedendo duo contradictoria, non aliquid negat expreſſè, ſed ex cõſequenti vtiq; aliquid negat. Quippe dum concedit ſecũdũ contradictoriorum, alterum prius

inſtatur conceſſum negat. Sed contra. Siquidem dum concedit duo cõtradictoria, ſemper aliquod falſum concedit, ergo ad metã falſi ducitur. Antecedens probatur. Sanè duorũ cõtradictoriorũ ſemper vnũ, verum eſt, & alterũ falſum. Reſpondetur negãdo cõſequentiã. Nã concedens duo contradictoria, non ſemper aliquod manifeſtè falſum cõcedit: quum ambo contradictoria ſint quandoque obſcura, in quo redargutio, à meta falſi diſtinguitur.

Text.5. *Falſum eſt, quod, nullam habet ueritatis cauſam, ac ne apparentem quidem.*

Obie-ctio. Falſum (vt hic ſumitur) eſt aliquod manifeſtè falſum, quod reſpondens concedere cogitur, vi ſophiſticæ argumentationis: vt omnis canis eſt latrabilis, & cæleſte ſidus eſt canis, ergo cæleſte ſidus eſt latrabile? vbi concluſio eſt manifeſtè falſa.

Omne manifeſtè falſum ẽ inopinabile, ergo meta

A falſi, à meta inopinabilis non differt. Antecedens probatur. Omne enim manifeſtè falſum, contra opinionem omnium eſt, quibus manifeſtè falſum eſt.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd falſum dicitur in ordine ad rem ſignificatam; quia aliter quàm eſt, ſignificat: ſed inopinabile dicitur reſpectu audientium, cõtra quorum opinionem eſt; ideo aliquid eſt inopinabile, quod, falſum non eſt (vt dilucidatum eſt) & conſequenter falſum, & inopinabile formaliter differunt, licet interdum materialiter idem ſint.

Inopinabile eſt, quod eſt contra communem opinionem, & maximè ſapientum. Text.6.

Inopinabile eſt, quod contra opinionem omniũ, Diluci-datio. & præſertim ſapientum, proponitur, vt matrem odiſſe filiũ, tametſi id de Medea fingunt poetæ. Quo-

B circa à falſo differt, quia aliquid eſt contra communem opinionem plurium, quod tamen falſum non eſt; vt ſtellam eſſe maiorem terra, & aliquem regẽ diuitem, & felicem, eſſe miſerum, & inſortunatum, ſi peccator eſt. Ad quod ſophiſticè ſic duci poteſt, quencunque contingit aliquem hoſtem vincere, eſt. inſelix, quia ille, qui vincitur, eſt inſelix: ſed regẽ cõtingit aliquem hoſtem vincere, quia eſſe põt; quòd regem aliquis hoſtis vincat, ergo Rex eſt inſelix.

Nullum eſt inconueniens concedere verum, ſed cõcedens aliquod inopinabile, puta ſolem eſſe maiorem tota terra, concedit verũ; ergo concedens tale inopinabile, nullũ concedit inconueniens; atq; idcirco inopinabile, vlla meta non eſt. Minor probatur? Sanè ſic concedens, profectò cõcedit, quod

C eſt contra opinionem plurium, quod tamen, quoniam ſignificat, ſicut eſt, vtique verum eſt.

Reſpondetur diſtinguẽdo maiorẽ. Nempe nullũ eſt inconueniens concedere verũ cognoſcentib. verum: ſed poteſt eſſe apparens inconueniens, ſi cõcedatur corã illis, quib. illud verũ inopinabile eſt, quia non cognoſcunt illud eſſe verũ. Quod ad rationem metæ, quę non eſt ſemper incõueniens ſimpliciter, ſed apparens inconueniens, proculdubio ſufficit.

Soloeciſmus eſt uitium in contextu partium orationis contra regulas artis grammaticæ factum. Text 7.

Soloeciſmus eſt, quoties ſecundum locutionẽ vi Diluci-datio. argumentationis reſpondens barbarizare cogitur: & à Donato definitur, vitium in contextu partium orationis, contra regulam artis grãmaticæ factum, vt vir alba, & homines currit. Videtur tamen hoc

D in loco etiam pro barbariſmo accipi, qui ab eodem Donato definitur, vna orationis pars vitioſa in cõmuni ſermone: à Diomede verò, contra romani ſermonis legem, aut ſcripta, aut pronunciata vitioſa dictio, vt hametur pro ametur. Ad quod ſophiſticè deduci poteſt, quicquid hamatur, hamo capitur, ſed vinum amatur, ergo vinum hamo capitur? Similiter, tu ſcis hoc, & hoc eſt lapis, ergo tu ſcis lapis? quod grammaticè non dicitur.

Soloeciſmus eſt vitiũ in cõtextu partiũ orationis Obie-ctio. cõtra regulas artis grãmaticę factum, ergo huiuſmodi vitare vitium, non eſt curæ apud logicum.

Reſpondetur negando conſequentiam. Nam iſta inconuenientia, diuerſas ſcientias reſpiciunt. Puta

redargutio eſt contra metaphyſicum, cui pertinet conſideratio huius principij; cõtradictoria nõ ſunt E ſimul vera, nec ſimul falſa. Falſum eſt contra ſcientiam naturalem, quę, res ſenſibiles, in quibus veritas, & falſitas eſt manifeſta, conſiderat, & ſpecialiter cõtra mathematicam, in qua maxima certitudo eſt. Soloecismus eſt contra grammaticam, cui proprium eſt docere vitare huiuſmodi vitium contra eius regulas factum: ſed vitare de facto huiuſmodi vitium, competit omni ſcientiæ ſeruando regulas artis grãmaticę. Verum quoniam logica, de principijs omnium ſcientiarum diſputat, Idcirco docere ſoluere cauillationes, ſeu apparentes argumentationes, quę ducere videntur reſpondentem ad huiuſmodi vitia, logicæ proprium eſt. Nugatio denique eſt contra Rhetoricam, cuius eſt ornatè loqui: & ſic, dum in ſingulis ſcientijs reſpondens ad inconueniens ducitur, Sophiſta opponens, omnia ſcire apparet. F

Nugatio eſt, eiuſdem, & ex eadem parte, inutilis repetitio.

Text. 8. Dilucidatio. Nugatio definitur eſſe, eiuſdem, & ex eadem parte, inutilis repetitio, vt hic homo homo diſputat: dico eiuſdem, quia ſi eſſet diuerſorum, nugatio non eſſet. Dixi quoque ex eadem parte, quia ſi idem ponitur in ſubiecto, & prędicato, nugatio non erit, vt homo eſt homo. Inutilis autem dicitur, quia ſi idem repetatur ad maiorem expreſſionem ſimiliter nec erit nugatio, ſed emphaſis, vt quum dicitur; Deus, Deus meus reſpice in me. Ad hoc aliquis ſophiſticè ſic deduci poteſt, ſimus idem eſt, quòd naſus ſimus, & iſte naſus eſt ſimus, ergo iſte naſus eſt naſus ſimus.

Obiectio. Arguere à definitione ad definitum, & contra, à definito ad definitionem, eſt nugatio, ergo non omnis nugatio eſt meta, ſeu inconueniens. Antecedens G probatur. Quippè definitio, & definitum, idem penitus ſignificant, ergo dum ab vno ad alterum arguitur, eſt nugatio. Conſequentia eſt euidens, quia meta eſt inconueniens, quod non eſt locus, neque à definito, neque à definitione.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem negatur conſequentia. Nempe non omnis repetitio eſt nugatio, ſed inutilis. Dum autem arguitur à definitione, aut à definito, reiteratur idẽ nõ inutiliter: ſed eſt valde vtilis huiuſmodi argumentatio, eò quòd (vt ſæpe dictum eſt) nomen definiti, naturam rei inuolutè, & obſcurè ſignificat, definitio verò, naturam definiti à prima potentia vſque ad vltimum actum explicare debet; ideo locus à definitione, valde vtilis eſt. Similiter locus à definito vtilis quoque eſt, ſi definitum notiori modo conuenit H prædicato, quàm definitio reſpectu illius, apud quẽ arguitur. alioquin eſt petitio principij, & non nugatio; quoniam non repetitur idem eodem mõ, idcirco non eſt inutilis repetitio omnino eiuſdem.

Text. 9. Diuiſio prima. *Fallaciarum, quedam fit in dictione, quedam extra dictionem.*

Fallacia in dictione eſt fallacia, cuius cauſa apparentie, ex parte dictionis eſt.

Dictio eſt uox ad placitum ſignificatiua:

Dictionum, quedam eſt ſimplex, & eſt dictio incomplexa & alia compoſita, & eſt dictio complexa.

Dilucidatio. Vocatur fallacia in dictione, non quia ex dictionibus conſtituitur (Nam fallacia accidentis, & cæteræ extra dictionem fallaciæ, itidem ex dictionibus componuntur) ſed quia ex parte dictionis cauſam apparentię ſumit, & fit ratione alicuius proprietatis dictioni conuenientis, vt ſignificationis, pauſationis, accentus, terminationis finalis, quæ ſolum dictioni ad placitum ſignificanti cõueniunt. Dictio autem non ſumitur hic pro dicibili incomplexo, vt ante in tomo prædicabilium, & prædicamentorum, ſumpta eſt: ſed pro voce ad placitum ſignificatiua, ſeu ex impoſitione ſignificante, ſiue dicibile ſit vox incomplexa, ſiue complexa, vt oratio. Quocirca dictionum, quædam eſt ſimplex, ſiue incomplexa, vt hęc vox, homo. & eius ſcriptura: ſed alia eſt complexa, vt oratio vocalis, & ſcripta, magis tamen ad vocem refertur.

Obiectio. Omnis fallacia eſt in decepto, ergo nulla eſt in dictione, vel extra dictionem fallacia. Antecedens F probatur. Omnis enim fallacia eſt quædam deceptio, quæ eſt in decepto, ſicut calefactio eſt in calefacto, puta ligno. Conſequenria eſt euidens, eò quòd nullum accidens poteſt eſſe in duobus ſubiectis.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd fallacia ſumpta, prout eſt effectus parallogiſmi, & deceptio reſpondentis, profectò in decepto eſt; ſed ſumpta pro loco ſophiſtico, qui eſt principium parallogiſmi, quo pacto hic ſumitur, in decepto non eſt, ſed in rebus, vel in dictione ſecundum ſuam cauſam apparentiæ. Sed contra Omnis locus ſophiſticus fit de rebus, & per voces, ſed per reſponſionem datam, omnis fallacia eſt locus ſophiſticus, ergo omnis fallacia eſt in reb. & dictionibus, atque idcirco nulla eſt extra dictionem. Reſpondetur ad maiorem, quòd omnis locus ſophiſticus, ſeu fallacia, fit de rebus, & in dictione, tamen quælibet fallacia non ſumit ſuam cauſam apparentiæ in rebus, & in dictione ſimul: ſed aliqua in rebus tantum, quarum ſępe ignorantur habitudines, quæ, fallacia extra dictionem vocatur: quædam verò in dictione tantum, cuius ſignificatio, ſeu multiplicitas ſignificationis ſæpe ignoratur; quę, fallacia in dictione appellatur. Quare maior eſt inſufficiẽs ad concluſionem inferendam: ſed ſic ſupplenda eſt, omnis locus ſophiſticus, qui fit de rebus, & per voces, ſumit ſuam cauſam apparentiæ in rebus, & in dictione ſimul, quod equidem falſum eſt. [margin: inſtatur]

Tex. 10. 2. Diuiſio. *Fallaciarum in dictione, quedam peccat penes multiplex actuale, quedam penes multiplex potentiale, quedam penes multiplex phantaſticum.*

Multiplex eſt, aut dictio, aut oratio, uerè, uel apparenter plura ſignificans.

Dilucidatio. Fallaciarũ in dictione, quædã peccat penès multiplex actuale, vt æquiuocatio, & amphibologia. Aequiuocatio quidem penès multiplex actuale dictionis incomplexę, & amphibologia, orationis. Quædam penes multiplex potentiale, vt fallacia cõpoſitionis, & diuiſionis, atq; accentus. Accẽtus quidem penes multiplex potentiale dictionis incõplexę: ſed fallacia cõpoſitionis, & diuiſionis, penès multiplex potentiale orationis, & quędã deniq; penès multiplex phantaſticum, vt fallacia figuræ dictionis. Eſt autem multiplex, aut dictio, aut oratio,

verè,

verè, vel apparenter plura ſignificans. Hinc ad aliquod multiplex, ſemper vnitas vocis, & ſignificatorum pluralitas, ſecundum tamen diuerſas multiplicis rationes, requiritur.

Obiectio. Vnius ſigni eſt tantum vnum ſignificatum, ergo vna dictio, aut vna oratio, plura ſignificare nõ põt.

Reſpondetur diſtinguendo antecedens. Vnius enim ſigni formaliter ſumpti, eſt tantum vnum ſignificatum: attamen vnum ſignũ materialiter ſumptum, plura ſignificare poteſt. Nam ab vnitate ſignificati, ſumitur vnitas formalis ſigni: ſed vnitas materialis, ex parte vocis, quę efficitur ſignum ſumitur; ideo vnum ſignum materialiter ſumptum, diuerſa poteſt habere ſignificata, quamuis vnum formaliter non ſit.

Tex. 11. *Multiplex actuale eſt dictio, ſecundum materiam, & formam, eadem, diuerſa ſignificans.*

Hæc dicitur æquiuocatio, ſi ſit incomplexa, quòd ſi complexa, amphibologia, nuncupatur.

Materia, ſunt literæ, & ſyllabæ.

Pertinentia ad formam, ſunt idem accentus, quantitas ſyllabarum, aſpiratio, uel non aſpiratio, pauſæ, & puncta.

Dilucidatio. Multiplex actuale eſt dictio, ſiue ſimplex, ſiue cõpoſita, eadem ſecundum materiam, hoc eſt, ſecundum literas, & ſyllabas, ac dictiones, quæ ſunt materia ex qua orationis, & eadem ſecundum formam, hoc eſt, habens in diuerſis ſignificatis, eundẽ accentum, eandem quantitatem ſyllabarum, ſimilitudinẽ quo ad aſpirationem, vel non aſpirationem, eaſdẽ pauſas in voce, & eadem puncta in ſcriptura, quæ pertinent ad formam dictionis, diuerſa ſignificantis; vt dictio, canis, cum canem domeſticum, marinum, & cæleſtem ſignificet, eſt dictio eadem ſecundum materiam. Nam ex eiſdem literis, & ſyllabis componitur: & eadem ſecundum formã. Nam eundem ſemper habet accentum, eandem ſyllabarũ quantitatem, & non aſpiratur, & diuerſa ſignificat. Similiter hęc oratio, liber Ariſtotelis, cum librum ab Ariſtotele poſſeſſum, & itidem ab Ariſtotele ęditum ſignificet, & multiplex actuale. Nam eſt dictio eadem ſecundum materiam, vtpotè ex eiſdem certè literis, ſyllabiſq;, & dictionibus compoſita, & eadem ſecundum formam. Manet nanque idẽ accentus, eadem ſyllabarum quantitas, eadem non aſpirationis conuenientia, ęędem pauſę, & puncta, & diuerſa ſignificat.

Obiectio. Significatio eſt forma eſſentialis dictionis, ergo dictio, vel oratio, plura ſignificans, eſt diuerſa formaliter; atque iccirco multiplex actuale non eſt formaliter vna dictio, & actualiter plura ſignificãs, ſed formaliter diuerſa.

Reſpondetur diſtinguendo antecedens. Nam ſi conſideratur dictio in ratione ſigni, tunc ſignificatio, quia eam reponit in genere, ſeu in eſſe ſigni, ſiquidem forma eius eſſentialis eſt: ſed ſi quantum ad vocem conſideratur, quę dicendo profertur, vnde dicitur dictio, profectò ſignificatio, forma eius eſſentialis non eſt, ſed potius accidentalis: modus verò proferendi eſt illius forma eſſentialis, quo pacto hic dicitur dictio, vel oratio, vna, inquantum reſpectum ad talem formã habet; ideo multiplex actuale, dictio actualiter vna, plura ſignificãs, eſſe poteſt.

A Tex. 12 *Multiplex potentiale eſt dictio eadem ſecundum materiam, & diuerſa ſecundum formam, plura ſignificans.*

Hæc incomplexa, accentus, & complexa, compoſitio, & diuiſio appellatur.

Dilucidatio. Multiplex potentiale eſt dictio, ſiue ſimplex, ſiue compoſita, eadem ſecundum materiam; diuerſa tamen ſecundum formam, hoc eſt, vel non habens eundem accentum; aut non eandem ſyllabarũ quãtitatem; aut non eandem aſpirationem, vel non aſpirationem; aut non eaſdem pauſas, aut non eadem puncta; vt malum, quum prauum, & pomum ſignificat, multiplex potentiale eſt. Nam eſt dictio manens eadem ſecundum materiam, diuerſa tamen ſecundum formam. Nempe primò primam breuem, & ſecundò primã lõgam habet: atque iccirco non manet eadem ſyllabarum quantitas, & diuerſa ſignificat. Similiter hęc oratio, quicquid viuit ſemper eſt, multiplex potentiale eſt. Nam eſt dictio eadem

B ſecundum materiam, diuerſa tamen ſecundum formam. Non enim manent ęędem pauſæ, neque puncta. Sanè ſic primò pauſatur, quicquid viuit ſemper eſt. Secundò ſic, quicquid viuit, ſemper eſt (ſunt enim puncta in ſcriptura, notæ pauſarum in voce) & diuerſa ſignificat. In ſenſu enim compoſito vera eſt, & in ſenſu diuiſo, falſa. Oratio nanque compoſita dicitur, quãdo partes magis debitè ordinantur: ita & diuiſa, quum minus debitè ordinantur.

Obiectio. De ratione multiplicis eſt pluralitas, ſed maior eſt pluralitas, & actualior, quum dictio, vel oratio, eſt diuerſa ſecundum modum proferendi, & ſecundum ſignificata, quàm dum ſolum plura ſignificat, ergo tale multiplex eſt actuale, atque iccirco interimenda eſt multiplicis actualis definitio.

C Reſpondetur ad maiorem, quòd pluralitas ſiquidem eſt de ratione multiplicis, nõ tamen maior pluralitas, ſed pluralitas in communi, ſecundum tamen diuerſas rationes multiplicis. At quoniam ad multiplex actuale, actualis ſignificatorum pluralitas non ſufficit: ſed præter id exigitur actualis vocis vnitas, ideo multiplex, quod habet pluralitatem ſignificatorum, & formæ vocis, non multiplex actuale, ſed magis potentiale eſt.

Tex. 13 *Multiplex phantaſticum eſt dictio, quæ propter alterius ſimilitudinem uidetur aliquid habere, aut aliud ſignificare, quod non habet, neque ſignificat.*

Hæc, figura dictionis uocatur.

Dilucidatio. Multiplex phantaſticum eſt dictio, ſiue ſimplex, ſiue cõpoſita, quæ ꝓpter ſimilitudinem alterius dictionis, cũ qua in aliquo cõuenit, videt aliquid habere, aut ſignificare, quod nõ habet, neq; ſignificat, ve

D luti genus, vel ſignificationẽ aliquã, vt poeta, ꝓpter ſimilitudinẽ in terminatione cum dictione, muſa, genus fœmininum habere videtur: quemadmodũ hęc conſequentia, imago eſt hõ pictus, ergo imago eſt homo? ꝓpter ſimilitudinẽ, quã habet cũ iſta bona conſequentia, imago Herculis eſt imago picta, ergo eſt imago, bonitatẽ conſequentię, quam non habet, habere videtur. Similiter, & hoc nomẽ, homo, ſignificat quale quid, (ſed (vt dicitur i prędicamẽtis) hoc aliquid ſignificare videtur. Quamobrem fallacia, quæ fit penes multiplex phantaſticum, figura dictionis vocatur, quaſi ſimilitudo dictionis.

Obiectio. In omni multiplici eſt ſignificatorum pluralitas, ſed multiplex phantaſticum non habet plura ſignificata; ergo huiuſmodi phantaſticum, multiplex re vera non eſt. Maior ex definitioue multiplicis eſt nota. Minor patet, quoniam multiplex phantaſticum diſtinguendum non eſt.

Reſpondetur negando maiorem, ad cuius probationem dicitur, quod de ratione multiplicis eſt, plura ſignificare verè, vel apparenter. Multiplex autē phantaſticum, plura ſignificar non ſecundum rem, ſed ſecundum apparentiam, ideoq; in tomo fallaciarum, verè multiplex eſt.

Tex. 14 *Aequiuocum eſt dictio ſimplex, eadem ſecundum materiam, & formam, diuerſa ſignificans.*

Dilucidatio. Nunc quidem ad ipſos locos veniamus, locos, dico ſophiſticos. Hoc enim nomine mihi non abſurdè appellari videntur. Quippè quòd ex iis perinde fallaciæ, & ſophiſtica argumenta ducuntur, atq; ex locis dialecticis argumenta, & probationes dialecticę: ab Ariſtotele tamen modi dicuntur, nonnunquàm etiam loci. Sicut nanque argumentatio dialectica ex loco vero habet firmitatem, ita argumentatio ſophiſtica ex loco apparenti ad prædicta inconuenientia, ſuam firmitatem habet. Locus autem verus (vt in nono tomo dictum eſt) firmitatem dialecticę argumentationi preſtans, eſt habitudo termini inferentis ad terminum illatum, quæ vocatur locus differentiæ maximæ, vt genus, ſpecies, totum, & pars, ex quorum habitudine veritas maximę propoſitionis oritur, ſupra quam fundatur veritas dialectici argumenti, quo pacto, ex habitudine ſpeciei ad genus ſumitur hæc maxima, de quocunque prædicatur ſpecies, & genus, ex qua hæc argumentatio confirmatur. Sortes eſt homo, ergo Sortes eſt animal. Similiter & locus ſophiſticus conſiſtit in apparente habitudine termini inferentis ad terminum illatum, ex qua ſumitur aliqua regula falſa, ſed apparens vera, ſecundum quam procedit ſophiſtica argumentatio. Puta quum dicitur, cognoſco venientem, & veniens eſt Coriſcus, ergo cognoſco Coriſcum. Hic proceditur ab accidente ad ſubiectum, ideſt, a veniente ad Coriſcum: & ita cognoſcere, actus ver bi in antecedente cadit ſupra accidens, & in conſequente ſupra ſubiectum, ſed virtute huius maximæ, quicquid dicitur de accidente, & de ſubiecto, quæ quidem maxima, falſa eſt propter diuerſitatem accidentis, & ſubiecti, videtur tamen vera propter conuenientiam vtriuſque. Qua in re ad prędictum locum ſophiſticum, duo concurrunt. Vnum, quod eſt cauſa apparentię, quia argumentationem, veram apparere facit. Vocatur quoque principium motiuū, quoniam hominem mouet, vt ſophiſticę argumentationi aſſentiat, & hoc eſt in data argumentatione ſophiſtica, vnio accidentis ad ſubiectum. Aliud eſt principium defectus, quoniam defectum multiplicitatis in argumentatione facit, cauſaq; non exiſtentiæ nuncupatur: quæ in prędicta argumentatione eſt diuerſitas ſubiecti, & accidentis. Præterea argumentationes, quę iſtiuſmodi ſtruuntur fallacijs, nūc ſophiſmata, nūc parallogiſmi a græcis dicuntur, nominibus pfectò accommodatiſſimis. Quippe, quæ a verbis deducuntur, ſophizeſti, et paralogizin, quę verba apud latinos interpretantur imponere, ſiue decipere, hinc & impoſturę, & deceptiones. Adeo enim iis cauillationibus, atque argutijs decipitur imperitus quiſpiā, vt credat id eſſe, quod non eſt. Vnde etiam Ariſtoteles, fallacias ipſas, & ſophiſtica argumenta, quæ intra colorem tantum ſint veritatis, Orichalco rectè comparat, auri, videlicet, reſpectu. Nā Orichalcum imperitis hominibus, aurum eſſe videtur, ita hęc, ab imperitis, vera argumēta eſſe creduntur, cum tñ a peritis, ſtatim falſa eſſe depręhendantur. Primum aūt de fallacia ęquiuocationis tractatur, ratione cuius definitur ęquiuocū, quod hoc in loco ſtrictiorem rationē habet, quàm in tomo prædicamentorum. Illic enim, ſiue dictio ſit eadem ſecundum formam, ſiue non, dummodo diuerſa ſignificet, æquiuoca dicitur, vt populus, manus, malum: hic vero eſt dictio ſimplex ad amphibologię excluſionem, eadem ſecundum materiam, & formam ad accentus ecluſionem, diuerſa ſignificans.

Obiectio. Hæc dictio, homo, actualiter vna, plura ſignificat, ergo definitio ęquiuoci conuenit alteri a definito. Antecedens probatur. Siquidem homo, Socratem, & Platonem, ac cæteros homines ſignificat. Conſequentia quoque probatur. Sanè homo, equiuoca dictio non eſt, cui tamen conuenit definitio ęquiuoci.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem negatur aſſumptum, quantum ad ſecundam partem. Nam ęquiuocum (vt dictum eſt in antepręedicamentis) ſignificat plura, quę habent rationē nominis, in quo æquiuocantur, diuerſam. Socrates aūt, & Plato, ac cęteri homines, non habent rationē hominis diuerſam: ſed homo, ſecundū vnā, & eandē rationem, Socratem, & Platonē, ac cęteros homines ſignificat. Quærenti.n. quid eſt Socrates inquantum homo, recta datur reſponſio, animal rationale mortale: ſimiliter, eadem datur reſponſio, animal rationale mortale, quęrenti quid eſt Plato inquantū homo. Quare Socrates, & Plato, ac cæteri homines, ſunt quidem plura, ſeu diuerſa, non tamen in ratione hominis, in quo ſunt vnum, vt hoc nomine, homo, ſignificantur; ideoq; data dictio, homo, non eſt ęquiuoca, ſed vniuoca, quæ per ſe primò ſignificat hominem in communi, cuius ratio eſt animal rationale mortale.

Aequiuocum, in æquiuocum à caſu, analogum, & compoſitum, diducitur. Tex. 15

Aequiuocum à caſu eſt æquiuocum æquè principaliter plura ſignificans.

Aequiuocum à conſilio, ſiue analogum, eſt æquiuocum, principaliter unum, & alterum minus principaliter ſignificans.

Compoſitum eſt æquiuocum, quod per ſe ſumptum, unum ſignificat, alterum uerò adiunctum, plura ſignificat.

Dilucidatio. Aequiuocum, triplex eſt, ęquiuocum, ſcilicet, a caſu, æquiuocum analogum, & æquiuocum compoſitum, vt de ęquiuoco à caſu exēpla iter dicatur, manus. Nā æquè principaliter partē brachij ſignificat, & hominum multitudinem. Non enim ſignificat vnum propter alterius ſimilitudinem. De ęquiuoco à conſilio, ſiue analogo, vt animal, quod principaliter ſignificat animal viuum, & minus principaliter, animal pictum, propter ſimilitudinem figu

ræ

ræ cũ animali viuo. Demũ de æquiuoco cõpoſito, vt mortale ſignificat potens mori, immortale verò primò ſignificat potens non mori, ſecundò non potens mori.

Tex.16. *Fallacia æquiuocationis eſt fallacia in dictione ratione æquiuoci proueniens.*

Huius autem, tres ſunt modi.

Primus modus eſt fallacia proueniens ratione æquiuoci à caſu.

Secundus modus eſt fallacia proueniens ratione æquiuoci à conſilio.

Tertius eſt fallacia proueniens ratione æquiuoci compoſiti.

Diluci-dauo. Fallacia ęquiuocationis eſt fallacia in dictione ratione æquiuoci in ipſa argumẽtatione poſiti, proueniens, cuius principium motiuum, ſiue cauſa apparentiæ eſt vnitas dictionis eiuſdem ſimpliciter. Simpliciter quidem dicitur ad differentiam accentus, in quo non eſt vna dictio ſimpliciter, ſed ſolum in potentia. Cauſa autem non exiſtentiæ eſt diuerſitas rerum ſignificatarum. Tres autem ſunt modi æquiuocationis. Primus, quando fallacia prouenit ratione æquiuoci à caſu, vt omnis manus eſt pars brachij, & hominum multitudo eſt manus, ergo hominum multitudo eſt pars brachij? Sed non ſequitur, quia hoc nomen, manus, aliud ſignificat in prima, aliud in ſecunda, ſecundum quòd vtraque accipitur vera: atque idcirco verus ſyllogiſmus non eſt, cum vnum, idemq; medium non habeat. Quòd ſi in vtraque, vt idem ſignificans accipiatur, altera præmiſſarum erit falſa. Vnde ſicut in ſyllogiſmo oportet idem medium bis ſumi in præmiſſis, ita opus eſt duas extremitates bis ſumi in ſyllogiſmo, ſemel quidem in præmiſſis, & ſemel in concluſione. Quocirca pari ratione põt ſieri paralogiſmus, quẽadmodũ & in medio, in aliqua extremitatũ, ſi ſit ęquiuocatio in aliqua earũ, vt grãmatici diſcũt, & grãmatici ſunt ſcientes, ergo ſcientes diſcunt? quod non ſequitur. Nam cum diſcere ſit æquiuocum, vno modo idem eſt, quòd intelligere docentẽ, & ſic ſcientes diſcunt, alio modo idem eſt, quòd accipere ſcientiam, & ſic ſcientes non diſcunt. Secundus modus eſt, quando huiuſmodi fallacia prouenit ratione æquiuoci à conſilio, vt omnis homo eſt rationalis, & imago hominis picta eſt homo, ergo eſt rationalis? maior, & minor, diſtinguendæ ſunt, quia homo, in eis æquiuocè ſumitur. Nam in maiore ſumitur homo propriè, in minore verò metaphoricè. Tertius eſt, quando fallacia prouenit ex parte ęquiuoci compoſiti, vt omne immortale eſt perpetuum, ſed omne potens non mori eſt immortale, ergo omne potens non mori, eſt perpetuum? maior, & minor diſtinguẽdæ ſunt, quia in eis immortale æquiuocè capitur. Quippe immortale, in maiore ſignificat non potens mori, qualis eſt angelus: in minore verò, potens non mori, qualis primus homo in ſtatu innocentiæ erat. Sanè ad hunc modum reducitur fallacia æquiuocationis, quæ ſecũdum accidentia partium orationis attenditur, vt puta tempus, numerum, genus, & ſimilia: & formatur ſic paralogiſmus, quicũq; ſurgebat, ſtat, & ſedens ſurgebat, ergo ſedens, ſtat? Non ſequitur. Nam ſedens in minore eſt temporis prꝫteriti imperfecti, & in concluſione, in qua additur huic verbo, ſtat, gratia cuius eſt falſa, prꝫſentis temporis.

A Omne expediens eſt bonum, & malum eſt expediens, ergo malum eſt bonum? data argumentatio eſt fallacia ęquiuocationis, & tamen non apparet ad quem illius modum reduci debet, igitur inſufficienter traduntur hi tres modi æquiuocationis. Obie-ctio.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedẽtis. Quippè datus paralogiſmus reducitur ad ſecundũ modum. Nempe expediens primò idem eſt, quòd bonum, quo pacto maior eſt vera: ſed ſecundariò idem eſt, quòd neceſſariũ, quod accidit in minus malum, atque idcirco oportet fieri ad euitandũ magis malum, & ſic vera eſt minor; alioquin ſi aliter accipiatur, vtraque præmiſſarum eſt falſa. Similiter & cęteri ſimiles paralogiſmi ad aliquem horum modorum reducuntur, vt hic paralogiſmus, Anglia eſt terra, & iſte pannus eſt de Anglia, ergo
B iſte pannus eſt de terra? cui reſpondetur, quod hæc præpoſitio, de, ſi cauſam materialem importat, maior eſt vera, & minor falſa: ſi autem locum vel originem denotat, minor eſt vera, & maior falſa. Item in quocunque eſt ægritudo, ipſum eſt animal, ſed in humorum inadæquatione eſt ægritudo, ergo humorum inadequatio eſt animal? ſoluitur, nam ſi hæc præpoſitio, in cauſam formalem dicit, vel ſubiectũ, in quo ęgritudo eſt, maior eſt vera, & minor falſa: ſi autem cauſam efficientem dicit, minor eſt vera, & maior falſa. Præterea omne ſanum eſt animal, & vrina eſt ſana, ergo vrina eſt animal? Reſpondetur, quod ſanum verificatur in maiore de animali, tanquàm de ſubiecto, & in minore de vrina, tanquàm deſignante, vel indicante ſanitatem: de cibo autem
C vt de efficiente, & denique de dicta, vt de conſeruãte ſanitatem. Item vbique eſt aduerbium, & Deus eſt vbique. ergo Deus eſt aduerbium? ſoluitur, nam ſi vbique tenetur materialiter, maior eſt vera, & minor falſa: ſi autem accipiatur ſignificatiuè, minor eſt vera, & maior falſa. Præterea quicquid ridet, habet os, & pratum ridet, ergo pratum habet os? Reſpondetur, quòd ſi hoc verbum, ridet, ſumatur propriè, prout ſignificat riſum ab ore emittere, maior eſt vera, & minor falſa: ſi autem tranſumptiuè, vt ſignificat floriditatem prati, minor eſt vera, & maior falſa. Idem dicatur de iſto paralogiſmo, quicquid currit, habet pedes, & aqua currit, ergo aqua habet pedes? Currere enim propriè ſumptum efficit maiorem veram, & minorem falſam: metaphoricè verò acceptum, efficit minorem veram, & ma-
D iorem falſam.

Amphibologia eſt dictio complexa, eadem ſecundum materiam, & formam. Tex 17.

ſunt autem tres ſpecies amphibologiæ, à caſu, analoga, & compoſita.

Amphibologia à caſu eſt, quæ æquè principaliter plura ſignificat.

Analoga eſt, quæ, unum principaliter, & aliud tranſumptiuè ſignificat.

Compoſita eſt, quæ per ſe ſumpta unum ſignificat, ſed aliqua dictione ei adiuncta, multa ſignificat.

Diluci-dauo. Fallacia amphibologiæ eſt deceptio proueniens ex eo, quòd vna oratio penitus eadẽ plura ſignificat. Et dicitur penitus eadem, ad differentiam orationis

compo

compoſitæ, & diuiſæ, quæ non niſi inquantum cō-poſita eſt, & diuiſa, plura ſignificat. Quemamodum autem æquiuocatio prouenit ex eo, quòd vna dictio penitus eadem, plura ſignificat, ſic amphibologia prouenit ex eo, quòdvna oratio penitus eadem, plura ſignificat; ideo amphibologia ſic fit in oratione, ſicut ęquiuocatio in dictione, cuius cauſa apparentiæ, ſiue principium motiuum eſt vnitas orationis, plura ſignificantis. Cauſa verò non exiſtentię, ſiue principium defectus, eſt diuerſitas ſignificationis, vt hæc oratio, liber iſte eſt Ariſtotelis, amphibologia eſt. Nam eſt dictio complexa, eadem ſecundum materiā, & formam, diuerſa ſignificans. Quippe enim ſignificat, quòd liber iſte poſsidetur ab Ariſtotele, & hic ſenſus, falſus eſt: item quòd liber iſte ſit compoſitus ab Ariſtotele, & hic ſenſus verus eſt. Verum triplex eſt amphibologia, ſcilicet, à caſu, vt F prædicta oratio. Nam æquè principaliter plura ſignificat, manente eadem conſtructione propter diuerſam habitudinem conſtructorum. A conſilio, vt perdens operam, arat littus. Nam principaliter arare littus, eſt proſcindere littus aratro, minus autem principaliter, & ſecundario, laborem perdere. Et amphibologia compoſita, quæ eſt, quando aliqua oratio per ſe ſumpta, vnum ſignificat, adiuncta tamen ei aliqua dictione, multa ſignificat, vt vellē accipere pugnantes, vnicum habet ſenſum: ſed vellem me accipere pugnantes, duplicem. Nam primò ſignificat, vellem, quòd ego acciperem pugnantes. Secundò verò, vellem, quod pugnātes me acciperent. Quocirca amphibologiæ modi ſunt tres. Primus, quando fallacia prouenit ex parte amphibologiæ à G caſu, vt omnis liber Ariſtotelis poſsidetur ab Ariſtotele, & iſte eſt liber Ariſtotelis, ergo liber iſte poſſidetur ab Ariſtotele: maior, & minor, ſunt diſtinguendæ. Poſſunt enim intelligi ſecundum habitudinem effectus ad cauſam, vel poſſeſſi ad poſsidētem. Nam in maiore, ſi eſt vera, conſtruitur nominatiuus cum genitiuo in habitudine poſſeſſionis ad poſsidētem: & in minore, ſi eſt vera, in habitudine effectus ad cauſam. Secundus, quando fallacia prouenit ratione amphibologiæ à conſilio, vt quiſquis arat littus, littus proſcindit aratro, ſed perdens operam, & laborem, arat littus, ergo perdens operam, & laborem, littus proſcindit aratro. Maior, & minor, ſunt diſtinguendæ, quia arare littus, eſt multiplex. Principaliter enim vnum ſignificat, & minus principaliter, ſeu ſecundariò, aliud tranſumptiuè. Tertius, H quando prouenit ratione amphibologiæ compoſitæ, vt quoſcunque vellem me accipere, vellem quòd acciperent me, ſed hoſtes vellem me accipere, ergo vellem, quòd hoſtes acciperent me. Maior eſt diſtinguenda, quia ſi, me, ante accipere conſtruitur, falſa eſt, ſi verò poſt, vera: & contra, ſi in minore accuſatiuus, me, ante accipere conſtruitur, eſt vera, ſi verò poſt, falſa. Hinc prædicta argumentatio, interueniente ſuarum multiplcitate præmiſſarum, ſyllogiſmus non eſt, quamuis ſyllogiſmi formā prę ſe ferat. Nempe caſuum diuerſitas, ad amphibologiæ fallaciam attinet, eò quòd dictioni, caſus accidunt, prout vna dictio cum alia dictione conſtruitur. Aliorum verò accidentium diuerſitas, ad æquiuocationem pertinet, quia dictioni, alia accidentia accidūt, E ſecundū quòd in ſe conſideratur, vt quicunque ſunt Epiſcopi, ſunt ſacerdotes, ſed equi ſunt Epiſcopi, ergo equi ſunt ſacerdotes: datus paralogiſmus eſt fallacia amphibologiæ. Nam vtraque præmiſſarum, eò quòd hæc dictio epiſcopi poteſt eſſe nominatiui, vel genitiui caſus, duplex eſt. Si enim caſus nominatiui eſt, maior eſt vera, & minor falſa. Nam habitudinem cauſæ formalis deſignat, vel ſi eſt genitiui caſus, minor eſt vera, & maior falſa, eò quòd habitudinem poſſeſſoris ad poſſeſſum ſignificat.

Obiectio. Hęc oratio, canis currit, eſt dictio complexa, plura ſignificans, & tamen ibi amphibologia non eſt, ſed ęquiuocatio, igitur interimenda eſt amphibologiæ definitio. Conſequentia probatur. Sanè competit alteri à definito.

Reſpondetur negando conſequentiam; ad cuius F probationem dicitur, quòd data oratio, canis currit, plura ſignificat ex cōſequenti ratione vnius termini ęquiuoci: ſed plura non ſignificat primò, & per ſe ratione multiplicitatis orationis, quod equidem ad amphibologiam exigitur. Quippè nō quęlibet dubia ſententia vocatur amphibologia, ſed ſolum dubia ſententia, quę ex multiplicitate orationis prouenit primò. Similiter nec quælibet actualis orationis vnitas, cauſa eſt apparentię huius fallacię, quæ, amphibologia appellatur: ſed ſolummodo actualis orationis vnitas, plura ſignificantis, ſicut in hoc parallogiſmo perſpicuum patet. Quicquid videt aliquis, hoc videt, ſed columnam videt aliquis, ergo columna videt: Maior eſt multiplex, nam ſi illa G dictio, hoc eſt caſus accuſatiui, eſt vera, quia ſignificat. quòd qui videt aliquam rem, videt illam: vel ſi eſt caſus nominatiui eſt falſa, eſt enim ſenſus, quòd qui videt aliquam rem, illa res videt.

Propoſitio compoſita eſt propoſitio, ſenſum habens compoſitum. Tex. 18

Fallacia compoſitionis eſt fallacia in dictione, qua à propoſitione diuiſa uera ad compoſitam falſam argumentatur.

Propoſitio diuiſa eſt, quæ ſenſum habet diuiſum.

Fallacia diuiſionis eſt fallacia in dictione, qua à propoſitione compoſita uera ad diuiſam falſam argumentatur.

Sunt autem tres modi utriuſque fallaciæ.

Primus eſt fallacia prouenicns, eò quòd aliquod dictum uerbo ſupponere poteſt, uel ratione totius, uel ratione partis.

Secundus eſt fallacia proueniens, eò quòd aliquod prædicatum in quo per coniunctionem copulatiuam, uel diſiunctiuam, H plura adiunguntur, coniunctim, uel diuiſim, ſubiecto attribui poteſt.

Tertius eſt fallacia proueniens, eò quòd una dictio diuerſis dictionibus in oratione poſitis coniungi poteſt.

Dilucidatio. Propoſitio compoſita eſt propoſitio habens ſenſum compoſitum, ſic propoſitio diuiſa eſt propoſitio habens ſenſum diuiſum. Itaque fallacia compoſitionis, & diuiſionis eſt fallacia in dictione proueniens (vt paulò ante dictum eſt) ex potentiali multiplicitate vnius orationis. Dicitur autem vna oratio potentialiter multiplex, vel ex eo quòd eędem dictiones diuerſę adinuicem componi poſſunt, vel adinuicem diſtingui: ſicut quum dicitur, quicquid viuit ſemper erit, hæc dictio, ſemper, poteſt componi cū hoc verbo, viuit, vel ab eodem diuidi. At quia

oratio

oratio per compoſitionem partium conſtituitur: Partes autem ſe habent ad orationem tanquàm materia; compoſitio verò, velut forma, vbi igitur ſunt ęedem partes, ſed nō eadem compoſitio, eadem eſt oratio materialiter, & potentialiter, ſed non formaliter, & actualiter; propterea eſt multiplex potentiale, eò quòd oratio, quæ eſt vna potentialiter, plura ſignificat. Hinc fallacia cōpoſitionis, & diuiſionis, in hoc differt ab amphibologia, quia in ea ſemper idem componitur cum eodem, quamuis non vniformiter, ideo eſt eadem compoſitio, atque iccirco oratio formaliter, & actualiter eſt vna, & multiplex actuale. Sed differunt hæ fallaciæ compoſitionis, & diuiſionis, quia quādo oratio in ſenſu compoſito eſt falſa, eſt fallacia compoſitionis: Quando autem in ſenſu diuiſo eſt falſa, eſt fallacia diuiſionis. Cauſa verò apparentiæ, ſiue principium motiuum in vtraq;, eſt vnitas potentialis orationis, plura ſignificantis; ſed cauſa nō exiſtentiæ, ſiue principiū defectus, eſt diuerſa ſignificatio, prout intelligitur compoſita, vel diuiſa. Sunt autem tres modi, ſiue ſpecies vtriuſque fallacię. Primus eſt, quando aliquod dictum poteſt ſupponere verbo, vel ratione totius, vel ratione partis. Nam ſi ratione totius ſupponat verbo, erit compoſita: ſed ſi ratione partis, diuiſa. Quòd ſi tunc in ſenſu compoſito oratio eſt falſa, eſt fallacia compoſitionis, ſic & in ſenſu diuiſo falſa, eſt fallacia diuiſionis, in vtroque autem falſa, nulla eſt fallacia, quod & in aliis multiplicitatibus eſt quoque intelligendum. Formaturque ſic paralogiſmus, quencunque poſſibile eſt eſſe album, poſſibile eſt, quòd ipſe ſit albus, ſed nigrū poſſibile eſt eſſe album; ergo poſſibile eſt, quòd nigrum ſit album? Non valet, quia illud dictū, nigrum eſſe album, poteſt ſupponere ei, quod dicitur eſſe poſſibile, uel ratione ſubiecti, & tunc poſſibilitas attribuitur ſubiecto dicti, et eſt modalis de re, diuiſa, & vera. Eſt enim ſenſus, quod iſte, qui eſt niger, albus fieri poteſt. Vel poteſt ſupponere ratione totius dicti, & ſic eſt modalis de re, & de dicto, compoſita, & falſa; ſic enim totum dictum cum modo componitur, Nam ſenſus eſt, hoc dictum, album eſſe nigrum eſt poſſibile, atque idcirco, hic eſt fallacia compoſitionis. Demum ſic formatur paralogiſmus fallacię diuiſionis; quencunque eſſe nigrum eſt impoſſibile, non poteſt eſſe nigrum, ſed album eſſe nigrum eſt impoſſibile; ergo album non poteſt eſſe nigrum? Non ſequitur, quia minor eſt duplex, & in ſenſu compoſito vera, & in diuiſo falſa, ideo eſt fallacia diuiſionis. Secūdus modus prouenit, ex eo quòd aliquod prędicatum, in quo per coniunctionem copulatiuam, & diſiunctiuam, plura adunantur, poteſt attribui ſubiecto coniunctim, vel diuiſim: ſi coniunctim, oratio vtique eſt compoſita, & tunc ſi eſt falſa, eſt fallacia compoſitionis, ſi vero diuiſim, oratio eſt diuiſa, & ſi eſt falſa, eſt fallacia diuiſionis, vt patet in iis paralogiſmis: quicunque numerus componitur ex duobus, & tribus, eſt duo, & tria, ſed quinque non ſunt duo, & tria; ergo quinque non componitur ex duobus, & tribus. Non valet, cum minor ſit duplex, eò quòd illud prędicatū, duo, & tria, poteſt intelligi remoueri à ſubiecto diuiſim, & ſic eſt vera. Eſt enim ſenſus, quòd quinque, neque ſunt duo, neque ſunt tria. Vel poteſt remoueri coniunctim, &

A ſic eſt falſa, Eſt enim ſenſus, quod duo, vel tria ſimul iuncta, non ſunt quinque, & vtique concluſio ſic intelligitur, ideoque eſt fallacia compoſitionis. Vel poteſt formari ſic, quęcunque ſunt duo, & tria, ſunt duo, ſed quinque ſunt duo, & tria, ergo quinq. ſunt duo? Hic ſimiliter minor eſt duplex, & in ſenſu cōpoſito eſt vera, in diuiſo vero falſa, igitur ibi eſt fallacia diuiſionis Simile eſt, ſi in prędicato ponatur dictio diſiunctiua, ſicut hic, omne animal eſt rationale, vel irrationale, ſed non omne animal eſt rationale, ergo omne animal eſt irrationale? Non ſequitur, nam maior eſt duplex, eò quòd prædicatum poteſt coniunctim attribui ſubiecto, & iſta eſt compoſita, & vera, cuius ſenſus eſt, de quolibet animali verum eſt dicere, quòd eſt rationale, vel irrationale. Vel poteſt diuiſim attribui ſubiecto prædicatum, & tūc eſt

B diuiſa, & falſa. Nam ſenſus eſt, altera iſtarum propoſitionum eſt vera, omne animal eſt rationale, vel omne animal eſt irrationale, iccirco eſt fallacia diuiſionis. Vel ſic poteſt formari paralogiſmus, quod non eſt rationale, vel irratione, neque eſt rationale, neque irrationale; at non omne animal eſt rationale, vel irrationale, ergo aliquod animal neque eſt rationale, neque irrationale? Non ſequitur, quia minor eſt duplex, & in ſenſu diuiſo eſt vera, & in compoſito falſa, iccirco eſt fallacia compoſitionis. Sanè quoties prędicatum comparatur ad ſubiectum coniunctim, tunc coniunctio, terminos coniungit, & ſumitur i vi vnius propoſitionis, quia duo termini coniunctim accepti, ſumuntur, vt vnū prædicatum, vel ſubiectum. Ex vno autem ſubiecto, &

C vno prædicato, fit vna oratio. Quādo vero duo termini in prædicato, poſiti, copulato, vel diſiuncto, diuiſo ſubiecto attribuuntur, vt duo prędicata accipiuntur, atque iccirco vt duo ſubiecta eis correſpōdentia; propterea vt duę orationes per coniunctionem copulatiuam, vel diſiunctiuam intelliguntur. Tertius modus eſt, quando vna dictio poteſt coniūgi diuerſis dictionibus in oratione poſitis, & erit ſecundum hoc, tunc compoſita, quando coniungitur cum dictione, cui magis apparet, vel apta eſt coniūgi: ſed diuiſa, quando ab ea diuiditur, ſicut in hoc paralogiſmo, quicunq; viuit ſemper erit, & iſte equus viuit, ergo iſte equus ſemper erit? Non ſequitur, nā maior eſt duplex, eo quòd hoc aduerbium, ſemper, poteſt conſtrui cum hoc verbo, erit, cum quo magis videtur componi, & ſic eſt compoſita, & falſa: vel di

D uidi ab eo, & componi cum hoc verbo, viuit, & ſic eſt diuiſa, & vera, ideo eſt fallacia compoſitionis. E contrario verò eſt fallacia diuiſionis in ijs paralogiſmis, quocunque uides hunc percuſſum, illò percuſſus, ſed oculo vides hunc percuſſum, ergo hic percuſſus eſt oculo? Non valet, nam minor eſt duplex, eo quòd iſte ablatiuus, oculo, componi poteſt cum hoc verbo, vides, cum quo magis videtur componi, & ſic eſt compoſita, & vera. Vel poteſt diuidi ab eo, & componi cum hoc participio, percuſſum, & ſic eſt diuiſa, & falſa; iccirco eſt fallacia diuiſionis. Nam obliqui, & aduerbia, magis videntur determinare verbum, quàm participium, & magis verbum principale, quàm ſecundarium, quod implicatur in ſubiecto,

ſumatur exemplum, flos, res, dictio eſt longa naturaliter; ideo accentum habet circunflexum. Longa autem poſitione, vt poſt, trans, aut breuis, vt ab, in, Habent vtique accentum acutum. Secundę verò regulę exemplum, vt gramen, muſa, flumen, primam habent naturaliter longam, & ſecundam breuem, idcirco in prima habent accentum circunflexum. Si autem primam habeant longam poſitione, aut primam breuem, & ſecundam longam, aut ambas lõgas, aut ambas breues, vt iuſtus, ferox, rupes, profectò habent in prima accentum acutum. Exemplũ tertiæ regulæ, vt ſcribere, vox eſt polyſſyllaba. Habet enim plures ſyllabas quàm duas, cuius penultima eſt breuis, ergo antepenultima habet accentum acutum. Quartæ denique regulę exemplum, vt ridere, penultimam habet longam naturaliter, & vltimam breuem; atq; idcirco eius penultima circunflectitur: ſed dictio, clamarent, habet penultimam naturaliter longam, & vltimam etiam longam, ergo eius penultima acuitur. Cęteræ autem ſyllabę, quæ non habent accentum acutũ, aut circunflexũ, ſicut nunc dictum eſt accentum grauem habent.

Obiectio. Omne graue, vel acutum eſt corpus, ſed nullus accentus eſt corpus; ergo nullus accentus eſt grauis, vel acutus. Reſpondetur; diſtinguendo maiorem. Nam ſi capitur graue, & acutum propriè, maior eſt vera, ſed hic ſumitur tranſumptiuè, quo pacto maior eſt falſa. Quippè vocatur accentus grauis per ſimilitudinem, quia ſicut corpus graue mouetur deorſum, ita & accentus grauis: & ſicut corpus leue tendit ſurſum, ita & accentus acutus. Similiter acutus facile pungit, & penetrat ſenſum tactus, ſic & accentus acutus facillimè per eleuationem ſyllabę penetrat auditum.

Tex. 21 *Fallacia accentus eſt fallacia in dictione, ex parte accentus proueniens.*

Fallaciæ accentus, quatuor ſunt modi.

Primus eſt deceptio proueniens, eò quòd aliqua dictio, acuto, graui, circunflexo accentu pronuntiari poteſt.

Secundus eſt deceptio proueniens, eò quòd ſyllaba longa in breuem mutatur.

Tertius eſt deceptio proueniens, eò quòd aliqua dictio leniter, uel aſperè pronunciari poteſt.

Quartus eſt deceptio proueniens, eò quòd aliquid, ut una dictio, uel ut plures proferri poteſt.

Dilucidatio. Fallacia accentus eſt deceptio, quę prouenit ex mutatione vnius accentus in alium, eò quòd aliqua dictio, diuerſè pronuntiata, diuerſa ſignificat. Sicut enim in fallacia ſecundum compoſitionem, & diuiſionem, eadem eſt oratio materialiter, ſed formaliter ſecundum compoſitionem, & diuiſionem diuerſificata: ita quoque in hac fallacia eſt eadem dictio materialiter, ſed ſecundum modum pronuntiandi formaliter diuerſificata. Hinc ſicut eſt ibi potentialis multiplicitas orationis, ita hic eſt potentialis multiplicitas dictionis. Sumit autem nomen ſpeciale ab accentu, in quem alius mutatur, vt ſi non acutus in acutum mutetur, vocatur fallacia accentus acuti. Si non longus in longum conuertatur, fallacia accentus longi: ſi non aſpiratus, in aſpiratum mutetur, erit fallacia accentus aſpirati. Cauſa verò apparentiæ in hac fallacia eſt materialis vnitas dictionis: & cauſa non exiſtentiæ eſt diuerſitas ſignificationis, ideſt, dictionis multifariã pronuntiatæ, vel prolatæ. Aſsignantur autem fallaciæ accentus quatuor modi, quorum primus prouenit, eò quòd aliqua dictio, acuto, graui, circunflexo accentu, pronuntiari poteſt, vt in hoc paralogiſmo; quoſcunque iuſtum eſt pendere, iuſtum eſt pati pœnam, ſed bonos viros iuſtum eſt pendere, ergo bonos viros iuſtum eſt pati pœnam? Nam in prima ſumebatur pendere, prout profertur graui accentu, & ſic idem eſt pendere, quòd pati pœnam: ſed in ſecunda proferebatur acuto accentu, & ſic pendere, idem eſt, quòd dare pœnam. Secundus modus eſt, quando ſyllaba longa in breuem mutatur, & è diuerſo, vt omne malum eſt fugiendum, & pomum eſt malum, ergo pomum eſt fugiendum? Nam malum variatur ſecundum accentum longum, & breuem, & modò prauum, & modò pomum ſignificat. Tertius modus eſt, quando aſpiratio variatur, vt quandocunque abeo, ab aliquo loco recedo, at quum quid poſsideo, illud habeo, ergo quum quid poſsideo, ab aliquo loco recedo? Nam habeo in minore aſpiratur, in maiore verò minimè, ideo variatur ſignificatum. Quartus modus eſt, quando vna dictio in duas diuiditur, vt quicquid fit inuitè, fit coactè, at vinum fit in vite, ergo vinum fit coactè. Nam inuitè vna dictio, aduerbium eſt, & ſignificat non ſpontè, ſed quum duę dictiones ſunt, ſcilicet, præpoſitio, in, & ablatiuus nominatiui vitis, ſignificat in vinea.

Obiectio. Nulla fallacia ſumitur ab eo, quod impedit deceptionem, ſed accentus impedit deceptionem, ergo ſecundum accentum nulla ſumitur fallacia. Maior ex terminis patet, eò quòd fallacia eſt deceptio. Minor probatur. Secundum enim diſtinctos, & diuerſos accentus alicuius dictionis, diuerſa eius ſignificata cognoſcuntur, quod erat cauſa deceptionis.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quod reſpectu cognoſcentis diuerſitatem accentus, & ſignificatorum dictionis, diuerſus accentus, deceptionem impedit: ſed reſpectu ignorantis pluralitatem ſignificatorum dictionis, conſequentem plures accentus, proculdubio deceptionem, accentus ipſe cauſare poteſt.

Figura dictionis eſt ſimilitudo unius dictionis ad aliam. Tex. 22.

Fallacia figuræ dictionis eſt fallacia in dictione, ex parte multiplicis phantaſtici proueniens.

Fallaciæ autem figuræ dictionis, tres ſunt modi.

Primus eſt fallacia proueniens, eò quòd ob conuenientiam dictionis cum dictione in aliquo, præſertim in finali terminatione, dictio creditur aliquid habere, quod reuera non habet.

Secundus eſt fallacia proueniens, eò quòd ſub diſtributiuo unius prædicamenti, ſumitur dicibile alterius prædicamenti.

Tertius eſt fallacia proueniens, eò quòd aliqua dictio, quæ ſignificat qualequid, hoc aliquid ſignificare uidetur.

Quare omnis fallacia proueniens ex uariata terminorum ſuppoſitione, ad hunc tertium modum reducitur.

Dilucidatio. Figura dictionis (vt hic ſumitur) eſt ſimilitudo vnius dictionis ad aliam, ſicut dicitur, aliquid ad alterius figuram, factum, quod ei aſsimilatur. Hinc fallacia figurę dictionis fit ex eo, ꝙ ꝓpter aliquã ſimilitudinẽ dictionis cum dictione, dictio creditur in aliquo cũ altera conuenire, in quo tamẽ diſconuenit:

vtpotè quia creditur, eundem modum ſignificandi habere, cum tamen non habeat, ſicut hæc dictio, homo, videtur ſignificare hoc aliquid propter ſimilitudinem, quam habet cum nominibus, ſubſtantiam ſignificantibus. Quamobrem liquet, quòd in hac fallacia non eſt multiplex verum, ſed phantaſticum: eò quòd vna dictio ſecundum rei veritatē, non plura ſignificat: ſed vnum habet modum ſignificandi, & alium habere videtur. Propterea cauſa apparentiæ in hac fallacia, eſt ſimilitudo vnius dictionis cū alia dictione: & cauſa non exiſtentiæ eſt diuerſus modus ſignificandi ſecundum apparentiam. Eius autem quatuor ſunt modi, quorum primus eſt, quādo propter conuenientiam dictionis cum dictione in aliquo, puta in genere, etiam dictio putatur conuenire in ſignificatione, vt videre, & docere, eiuſdē ſunt generis apud grammaticos; vtpotè actiui: at docere, actionem ſignificat, ergo & videre? Similiter operari, & ſecari, conſimiliter terminantur; at ſecari paſſiuē ſignificat, ergo & operari? Non valet conſequentia, cum antecedente exiſtente vero, conſequens ſit falſum. Nec eſt neceſſe, quòd ſi cōueniat in aliquo, præſertim in finali terminatione, etiam in ſignificatione conuenire. Dictum eſt autem pręſertim propter conuenientiam in finali terminatione, ob quam dictio creditur aliquid habere, quod certe non habet; vt dolus, & olus, eodem modo terminantur, ſed dolus eſt generis maſculini, & ſecundæ declinationis, ergo & olus? Cuius admiſſa maiore, & minore, neganda eſt conſequentia; quia etſi data nomina in terminatione conueniunt, non tamen oportet idcirco ipſa in genere, & declinatione conuenire: ſicut nec in iſto paralogiſmo, quęcunque coloratur albedine eſt alba, ſed Catelina coloratur albedine, ergo Catelina eſt alba? Non ſequitur, quia cum Catelina ſit proprium nomen viri, non ſignificat femininum, licet ſignificare videatur propter ſimilitudinem dictionis in finali terminatione, quam habet cū nominibus femininis, vnde diſtributio ſub feminino ſumi non debet. Secundus modus eſt, quādo aliqua dictio, quæ ſignificat per modum vnius prædicamenti, per modum alterius ſignificare videtur: ſicut hic, quicquid heri vidiſti, hodie vides; album heri vidiſti, ergo album hodie vides? Non ſequitur, quia mutatur quid in quale. Vel ſic, quantuncunque emiſti, comediſti, crudum emiſti, ergo crudum comediſti? Non ſequitur, quia hic mutatur quantum in quale. Vel denique ſic, quoſcunque digitos olim habuiſti, hodie habes, ſed paruos digitos olim habuiſti, ergo paruos digitos hodie habes? Nō ſequitur, quia hic mutatur quantum quantitatis diſcretæ, in quantum quantitatis continuæ. Verum non facit fallaciam figuræ dictionis mutatio prædicamentorum quantum ad rem ſignificatam, ſed quantum ad modum ſignificandi. Albedo enim ſignificat qualitatem, ſed ſignificat eam per modum ſubſtantiæ, quia eam, vt inhærentem alteri non ſignificat: album verò ſignificat eam per modum qualitatis, quia eam, vt alteri inhærentem ſignificat. Quo fit, vt hic nō ſit fallacia figuræ dictionis, quicquid heri vidiſti, hodie vides, albedinem heri vidiſti, ergo albedinem hodie vides: ſed erit fallacia figurę dictionis, ſi ſubſumeretur ſic, album heri vidiſti, ergo album hodie vides? Sanè non rectè ſub diſtributiuo ſubſtantiæ ſumitur qualitas. Tertius modus eſt, quando aliqua dictio, quæ ſignificat qualequid, videtur ſignificare hoc aliquid. Quod equidem cōtingit quando qualequid tranſmutatur in hoc aliquid. Dicitur autem ſignificare qualequid ſecundū quòd pertinet ad hunc tertium modum, quando ſignificat naturam communem generis, vel ſpeciei, ſed hoc aliquid ſignificat ſubſtātiam particularem, puta Socratem. Si autem ſumatur qualequid ſignificare, ſecundum quòd pertinet ad genus qualitatis, ſic mutatur qualequid in quale, atque idcirco ſic pertinet ad ſecundum modum. Sic autem formatur paralogiſmus, Sortes eſt alter ab homine, & ipſe eſt homo, ergo ipſe ē alter à ſe? Nō ſequitur, quia proceditur, ab homine ad Sortē, & ſic mutatur qualequid in hoc aliquid. Quocirca ad hunc modū reducitur omnis deceptio proueniēs ex variata terminorū ſuppoſitione, vt homo eſt ſpecies, & Sortes eſt homo, ergo Sortes ē ſpecies? Hic proceditur à ſimplici ſuppoſitione ad diſcretā, & mutatur qualequid in hoc aliquid. Hæc autem fallaciarū, periculoſiſſima dicitur, quia opponitur loco dialectico efficaciſsimo ad quidpiam probandum, ſcilicet, loco à ſimili, qui innititur analogijs; quod ſanè docendi genus facillimum eſt, & ſcientijs accommodatiſsimum. Et ſicut argumentando in ijs penès quę, eſt ſimilitudo, peruenitur ad digniſsimas cognitiones: ita contra argumentando in ijs, in quibus eſt diſsimilitudo (quod fit per fallaciam figurę dictionis prę ſe ferentem ſpeciem loci à ſimili, ſed ab eo longè declinantem) quis deuoluitur in errorem, & ignorantiam; hinc multa impietatis ſedes dicitur. Quocirca eſt periculoſiſsima fallaciarum ſecundum quam etiam periti decipiuntur, neſcientes diſcernere inter ſimilitudinem, & diſsimilitudinem.

Obiectio. Sicut eſt terminatio dictionis, ita quoque eſt terminatio orationis, ſed nulla eſt fallacia figuræ orationis; ergo nulla eſt fallacia figuræ dictionis.

Reſpondetur negando maiorem, cuius ratio diſsimilitudinis eſt, quoniam oratio non habet primò, & per ſe figuram, vel terminationem, ſed ſolum ex conſequenti per ſuas dictiones, quibus hoc eſt proprium, & ex quibus componitur ſtatim; ideoque non ponitur fallacia figurę orationis, alia à fallacia figurę dictionis.

Fallacia extra dictionem eſt fallacia, quæ ſine conſideratione dictionis prouenire poteſt. Tex. 13

Dilucidatio. Fallacia non uocatur extra dictionem, quia non conſtituitur ex dictione, id enim falſum eſt; cum æquè ex dictionibus componantur paralogiſmi fallaciarum extra dictionem, ſicut in dictione: ſed quia non ſumit ſuam cauſam apparentiæ ex parte dictionis, quinimo ſine illius conſideratione prouenire poteſt. Sicut nanque in fallacijs in dictione, deceptio, & fallacia ipſa prouenit, eò quòd aliquæ res, quæ conueniunt ſecundum vocem, accipiuntur, vt æedem ſecundum rem: ita in fallacijs extra dictionem, deceptio, & fallacia, prouenit, eò quòd aliquæ res aliquo modo conuenientes, vel differentes, ſumuntur vt æedem ſimpliciter, vel

vel diuerſę.

Obiectio. Fallaciæ extra dictionem cauſantur à rebus, & A fallaciæ in dictione cauſantur à dictionibus: ſed res præcedunt dictiones; ergo fallaciæ extra dictionem, fallacias in dictione præcedere debent. Minor probatur. Quippè res ſunt cauſa dictionum.

Reſpondetur, quod res ordine naturæ præcedunt dictiones, & ſecundum ſe, ſicut cauſa naturaliter eſt prior effectu: ſed interdum effectus eſt prior, quo ad nos, quàm ſua cauſa. Hinc res non præcedunt dictiones ſecundum quòd cadunt in diſputatione litigioſa, quas res in ea afferre non poſſumus, niſi per dictiones, ideo ſecundum hanc conſiderationem dictiones, priores ſunt, & res poſteriores, & conſequenter fallacias extra dictionem præcedere fallacias in dictione non oportet.

Tex. 24 *Fallacia accidentis eſt fallacia extra dictionem, proueniens eò quòd aliquid aſsignatur ſimiliter ineſſe rei ſubiectæ, & eius accidenti, aut eorum, quæ ſunt aliqualiter per accidens unum, ſimiliter ineſſe utrique.* B

Fallaciæ accidentis tres ſunt modi.

Primus modus eſt deceptio proueniens, quoniam ab accidente ad ſubiectum, aut contra, à ſubiecto ad accidens proceditur.

Secundus modus eſt deceptio proueniens, quoniam quod conuenit ſuperiori, de inferiori, aut contra, quod conuenit inferiori, de ſuperiori concluditur.

Tertius modus eſt deceptio proueniens, quoniam à ſpecie ad proprium, aut contra, à proprio ad ſpeciem proceditur.

Dilucidatio. Prima fallaciarum extra dictionem eſt fallacia accidentis, quod hic ſumitur, prout diuiditur ſecundum ineſſe per ſe, & ineſſe per accidens: quod C autem ineſt alicui ſecundum rationem propriæ definitionis per ſe ineſſe dicitur, quod verò præter hęc ineſt alicui, dicitur ineſſe per accidens. Inſuper ea, quæ inſunt alicui per ſe, aut per accidens, in triplici reperiuntur differentia. Quædam enim ſunt, quæ omnino ſunt eadem ſecundum rem, & rationem, ſed differunt ſolum ſecundum nomen, vt tunica, veſtis, indumentum, & in ijs non committitur fallacia accidentis; & in eis eſt ſolum per ſe, & nullo modo per accidens; & quicquid verificatur de vno, verificatur etiam de altero. Quędam autem ſunt, quorum vnum eſt omnino extraneum à ratione alterius, vt homo, & album; & in ijs eſt ſolum per accidens, & nullo modo per ſe. Alia verò ſunt, quorum vnum eſt de ratione alterius, licet non ſint penitus eadem ſecundum definitionem, ſicut ſuperius, & inferius, ſpecies, ſeu ſubiectum, & proprium, ſiue propria paſsio. Nam ſuperius ponitur in D definitione inferioris, attamen non eſt omnino eadem ſuperioris, & inferioris definitio, vt animalis, & hominis, cum inferioris definitio ſupra definitionem ſuperioris addat. Simile quoq; eſt de proprio, & de ſpecie, eò quòd ſpecies ponitur in definitione proprij, tamen ſpecies, & proprium, omnino idem non ſunt in definitione, & in ijs quodammodo eſt per ſe, & quodammodo per accidens, inquantum partim ſecundum definitionem conueniunt, & partim differunt. In ijs duobus cauſatur fallacia accidentis, quia non eſt neceſſe, quod, verum eſt de vno verum eſſe de alio, quamuis interdum contingat idem de vtriſque verificari, ſcilicet, quando vni attribuitur aliquid, prout eſt idem alij, tunc ſanè ei, & alteri inerit. Si verò attribuitur vni, vt eſt ab altero diuerſum, nec alteri inerit. Puta album, ſi attribuitur animali, prout eſt idem homini, tunc de vtroque verè affirmabitur album. Si autem attribuitur animali, vt quid diuerſum ab homine, non oportet, vt homini conueniat, immo ſi concludatur ineſſe homini, fallacia accidentis committitur, vt animal eſt quadruplex, & homo eſt animal, ergo homo eſt quadruplex? Non ſequitur, quia hoc prędicatum, quadruplex, non prædicatur de animali, vt eſt idem homini, ſed vt eſt ab homine diuerſum; ideo committitur fallacia accidentis, quia medium multifariam auditur, & intelligitur. Nam fallacia accidētis ſemper eſt diuerſa medij acceptio. Dicitur autem diuerſa acceptio medij, quando medium, quatenus conuenit cum vna extremitatum, ab altera eſt diuerſum, vt in exemplo dato manifeſtum euaſit. Quocirca, quando defectus ſyllogiſmi eſt ex maiore, aut minore extremitate, aut medio, aut ex parte antecedentis, aut conſequentis, ſecundum non debitam quantitatem, aut qualitatem, eſt fallacia accidentis; quorum exempla in tomo ſyllogiſmorum patent. Cauſa autem apparentiæ huius fallacię, eſt vnitas quædam, & identitas eorum, quæ per accidens aliquo modo coniunguntur: ſed cauſa non exiſtentiæ eſt diuerſitas eorundem. Nam fallacia accidentis (teſte Ariſtotele elenchorum primo) fit ex eo, quòd aliquis diiudicare non poteſt idem, & diuerſum, vnum, & multa. Ipſa quoque fallacia accidentis eſt fallacia extra dictionem proueniens, eò quòd aliquid aſſignatur ſimiliter ineſſe rei ſubiectæ, & eius accidenti, vel ſimiliter ineſſe vtrique eorum, quæ ſunt aliqualiter per accidens vnum. Hinc liquet in fallacia accidentis ſemper inueniri tres terminos, quorum duo per accidens coniunguntur: & vnus ſe habet, ſicut medium, & alter, vt minor extremitas, tertius verò, qui aſſignatur ſimiliter vtrique eorum ineſſe, eſt maior extremitas. Sunt autem tres modi huius fallacię, primus prouenit, eò quòd proceditur ab accidente ad ſubiectum, aut contra; vt cognoſco Coriſcum, & Coriſcus eſt veniens; ergo cognoſco venientem? Non ſequitur, quia Coriſcus, & veniens, ſunt vnum per accidens, & non per ſe: nec quicquid eſt verum de vno, eſt verum de altero, quando aliquid eſt verū de vno, quatenus ab altero eſt diuerſum. Nēpe Coriſcus non ſubiacet cognitioni, inquantum eſt idem venienti, & ita variatur medium; atque idcirco eſt fallacia accidentis: ſic & hic, iſte canis eſt tuus, & eſt pater, ergo eſt pater tuus? canis enim, & pater, ſunt vnum per accidens, quatenus nanq; pater eſt, non eſt tuus. Secundus modus eſt, quando quod cō uenit ſuperiori, concluditur de inferiori, vel è diuerſo, vt animal eſt genus, & homo eſt animal; ergo homo eſt genus? Non valet, ſuperius enim, & inferius, aliquo modo ſunt vnum per accidens, quamuis alio modo ſint vnum per ſe, cum vnum ſit de eſſentia alterius. Hinc quod de vno eorum verificatur, ſecundū quòd eſt idem alteri, neceſſe eſt, & de altero verificari,

rificari, quo pacto ſumuntur argumenta dialectica, à genere, & à ſpecie, ſiue ab inferiori, & ſupe- E riori. Quod autem de vno eorum, ſecundum quòd differt ab altero, verificatur, non oportet de altero verificari. Tunc enim eſt variatio medij, & fallacia accidentis, vt in propoſito accidit. Nam eſſe genus, non prædicatur de animali, ſecundum quòd eſt idẽ homini, ſed ſecundum quòd ab eo differt, ſicut ſuperius ab inferiori. Animal enim prædicatur de homine in primo modo per ſe, ſed reſpectu tertij, ſcilicet, huius termini ſecundę impoſitionis, genus, ſunt vnum per accidens, quoniam animalis natura, pro quanto eſt genus, ab homine extranea eſt. Tertius modus prouenit, quãdo proceditur à ſpecie ad proprium, vel è contrario, vt homo eſt riſibilis, & riſibile eſt proprium, ergo homo eſt proprium? aut ſic, homo eſt ſpecies, & homo eſt riſibilis, ergo riſibile eſt ſpecies? Non ſequitur, quia riſibile, & homo, nõ F ſunt omnino idem ſecundum definitionem, ac per hoc aliquo modo per accidens vnum, vt extraneum eſt, ſe habet ad alterum; ideoque quicquid verificatur de vno, non neceſſario verificatur de altero. Nec vllum eſt inconueniens, ſi aliquibus prędictorum paralogiſmorum ſint aſsignatæ duæ fallaciæ, ſcilicet, figurę dictionis, & accidentis. Nam ſecundum quòd prouenit deceptio ex ſimilitudine dictionis eſt fallacia figurę dictionis: ſed ſecundum quòd prouenit ex rerum conuenientia, eſt fallacia accidentis. Homo enim, & Sortes, & quantum ad rem conueniunt, & quantum ad nomen ſimilitudinem habent. Prętерea quemadmodum fit paralogiſmus accidentis ex propoſitionibus categoricis, ita quo- G que fit ex propoſitionibus hypotheticis, eò quòd medium diuerſè accipitur, prout, ſcilicet, comparatum eſt ad vnam extremitatũ, ab alia eſt diuerſum: ſicut hic, ſi nullũ tempus eſt, dies non eſt, per locum à toto in quantitate. & ſi dies non eſt, ergo nox eſt? per locum ab oppoſitis, ſed ſi nox eſt, aliquod tempus eſt, igitur ſi nullum tempus eſt, aliquod tempus eſt? Nempe liquet quòd hoc medium, quod eſt, diẽ non eſſe, eſt ab eo diuerſum, quod eſt, noctem eſſe. Ex hoc nanque, quod eſt, diem nõ eſſe, ſequitur noctẽ eſſe, ſuppoſito tempore, ſicut ex hoc, quod eſt, videntem non eſſe, ſequitur cæcum eſſe, ſuppoſito animali, quod eſt natum videre.

Obiectio. 1. Nulla eſt fallacia ſubſtantiæ, ergo nulla eſt fallacia accidentis. Conſequentia probatur per locum à ſimili, quia de ſimilibus idem eſt iudicium. H

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd non capitur accidens in propoſito, vt contra ſubſtantiam diſtinguitur: ſed pro eo (vt dilucidatum eſt) quod ineſt per accidens, ideo licet nulla ſit fallacia ſubſtantię, tamen aliqua fallacia accidentis eſt.

Secũda. In omni ſyllogiſmo medium eſt partim idem, & partim diuerſum cum extremis, ergo ſi fallacia accidentis ſumitur ab accidente, eò quòd eſt partim idem, & partim diuerſum, ſequitur quòd in quolibet ſyllogiſmo ſit fallacia accidentis.

Reſpondetur ad primam partem antecedentis, quòd licet in omni ſyllogiſmo medium partim conueniat, & partim differat ab extremis, tamen in bono ſyllogiſmo, non accipitur, vt conueniens, & differens ab ipſis, quinimo in vtraq; pręmiſſarum ſub eadem ratione tenetur: ſimiliter nec ſub diuerſis rationibus, ſed ſub eadem ratione extremitates in ipſo vniuntur, alioquin non ſequeretur vnio extremitatum inter ſe.

Tertia. Arguendo ex puris affirmatiuis in ſecunda figura committitur fallacia accidentis, & tamen iſte modus non enumeratur inter modos huius fallacię, ergo inſufficienter aſsignantur.

Reſpondetur negando ſecundam partem antecedentis. Nam arguendo ex puris affirmatiuis in ſecunda figura committitur fallacia accidentis in primo modo huius fallacię. Medium enim eſt ſubiectum, & inferius eius ſibi accidit, vt ſtat ſub maiore extremitate. Nec obſtat, quod tale medium non ſubijcitur actu maiori extremitati, quoniam ſubijcitur ei in aptitudine, & efficitur eius ſubiectum, reducendo paralogiſmum ad primam figuram per cõuerſionem maioris.

Quarta Arguendo à diuiſis ad coniuncta eſt bona conſequentia; ergo à diuiſis ad coniuncta non eſt fallacia accidentis, vt docet ſecundum exẽplum primi modi. Antecedens luce clarius ex ſecundo periermenias habetur.

Reſpondetur negando antecedens, ad cuius probationem dicitur, quòd arguendo debitè à diuiſis ad coniuncta, aut contra, eſt bona conſequentia: ſed ſi arguitur indebitè committitur fallacia accidentis. Ad arguendum autem debitè à diuiſis ad coniuncta, primo requiritur, vt pręditorum diuiſionum vnum ſit potentiale, & determinabile, alterum vero actuale, & determinans. Deinde exigitur, quòd potentiale præponatur actuali, ſeu determinabile determinationi, & contra arguendo à coniunctis ad diuiſa requiritur, quòd in coniunctis vnum non ſit determinatio priuans, vel diminuens reſpectu alterius, ſed contrahens tantum, ideo non ſequitur, hic eſt bonus faber, ergo eſt bonus?

Quinta Illud, quod eſt de eſſentia rei, non eſt eius accidens, ſed omne ſuperius eſt de eſſentia inferioris, ergo nullum ſuperius accidit ſuo inferiori.

Reſpondetur, quòd nullum ſuperius accidit ſimpliciter, & abſolutè ſuo inferiori, vt probat argumentum in oppoſitum: ſed comparatiuè in ordine ad vnum tertium, quod inferiori conuenit, prout à ſuperiori differt, proculdubio ei accidit.

Fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter eſt fallacia extra dictionem, eò proueniens, quod dictum ſecundum quid ſumitur, ac ſi eſſet ſimpliciter dictum. Tex.25

Quinque ſunt modi fallaciæ ſecundum quid.

Primus modus eſt fallacia, eò proueniens, quòd determinatio addita, habet oppoſitionem ad id, cui additur.

Secundus eſt fallacia proueniens ex eo, quòd determinatio addita, ad actum animæ pertinet.

Tertius eſt fallacia proueniens, eò quòd determinatio addita, eſſe in potentia ſignificat.

Quartus eſt fallacia, eò proueniens, quòd determinatio addita, partem ſignificat.

Quintus eſt fallacia proueniens, eò quòd determinatio addita, terminum, cui additur, ſtare materialiter cogit.

Simpliciter

Dilucidatio.

Simpliciter autem dicitur, quod nullo addito dicitur, vt Sortes ambulat: & ſecundum quid dicitur, quod aliquo addito dicitur, vt Socrates eſt albus dẽtes Sed id, quod additur, bifariam ſe habet ad id, cui additur, quando, ſcilicet, non diminuit rationẽ eius, cui additur: tunc rectè procedi poteſt a ſecundum quid ad ſimpliciter, ut currit uelociter, ergo currit. Nam velocitas non diminuit rationem curſus, et eſt locus a parte in modo, id eſt, ab inferiori ad ſuum vtique ſuperius Cum autem additum diminuit de ratione eius, cui additur, tunc ſi proceditur, eſt locus ſophiſticus, ſiue fallacia a ſecundum quid ad ſimpliciter, ut eſt albus dentes, ergo eſt albus? Quis enim albus ſimpliciter dici queit, niſi ſit albus totus, vel ſecundum plures, & principales partes. Dicatur ergo, fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter, eſt fallacia extra dictionem, eò proueniens, quòd dictũ ſecundum quid ſumitur, ac ſi eſſet ſimpliciter dictũ: & eius cauſa apparentię eſt conuenientia eius, quod eſt ſecundum quid, & illius, quod eſt ſimpliciter: ſed cauſa non exiſtentiæ eſt diuerſitas eorundem. Sunt autem quinque modi huius fallaciæ, vt primus dicatur, quando determinatio addita habet oppoſitionem ad id, cui additur, vt Cęſar eſt homo mortuus, ergo eſt homo? Non ſequitur, nam eſſe mortuum, habet oppoſitionem ad hominem, eò quòd viuum eſt de ratione hominis, cum homo ſit ſubſtantia animata ſenſibilis; atque iccirco determinatio, mortuus, rationem hominis tollit. Similiter hic, iſte eſt bonus latro, ergo eſt bonus? Nam bonum per ſe ſimpliciter ſumptum, ad latronem oppoſitionem habet. Secundus, prouenit, eò quòd determinatio addita, ad actum animæ attinet. Nam aliqui actus animę eſſe poſſunt, & circa exiſtentia, & non exiſtentia, ſicut hic; Chimera eſt animal opinabile, ergo chimera eſt animal? Non valet, opinabile enim additum animali, de eius ratione diminuit. Tertius modus prouenit, eò quòd aliqua determinatio addita, eſſe in potentia ſignificat, vt ouum, in potentia eſt animal, ergo ouum eſt animal? Non ſequitur, quia eſſe in potentia, diminuit de ratione eius, quod eſt eſſe ſimpliciter. Hic autem modus, ſe extendit ad alias partes, ſcilicet, loci, vel temporis, aliorumq; totorum, ſicut hic, iſta dieta eſt bona in locis ægrotatiuis, ergo eſt bona? Non ſequitur, quia quod dicitur, in locis ęgrotatiuis, partem in loco, & non totum ſignificat. Similiter hic, bibere vinum eſt malũ ægrotanti, ergo eſt malum bibere vinum? & eadem eſt ratio in omnibus ſimilibus. Quartus modus eſt, quando determinatio addita, partem deſignat, vt ethiops eſt albus dentes, ergo eſt albus? Non ſequitur, quoniã eſſe in parte, diminuit de ratione eius, quod eſt eſſe ſimpliciter. Si tamen à parte conſueuit, aut natum ſit, denominari totum, nulla erit fallacia, vt iſte eſt criſpus ſecundum capillos, ergo eſt criſpus. Homo enim nõ denominatur, niſi ſecũdum capillos, criſpus. Quintus modus eſt, quando determinatio addita cogit terminum, cui additur, ſtare materialiter, vt fur vult ſumere bonum, quia vult ſumere pecuniam, ergo vult bonum? Non ſequitur, quia ſumere bonum, non bonum ſimpliciter, ſed ſecundum quid dicit.

Obiectio. 1

Omne inferius infert ſuum ſuperius, ſed dictũ ſecundum quid eſt inferius ad dictum ſimpliciter; ergo dictum ſecundum quid eſt inferius ad dictum ſimpliciter; atque iccirco à ſecundum quid ad ſimpliciter, nulla committitur fallacia.

Reſpondetur negando vniuerſaliter ſecundã partem aſſumpti. Nam dictum ſecundum quid, quod fit cum determinatione cõtrahente, eſt quidem inferius ad dictum ſimpliciter: ſed dictum ſecundum quid, quod fit cum determinatione diminuente, vel priuante, non eſt inferius ad dictum ſimpliciter, cui vtique potius opponitur.

Secũda.

Eſt homo mortuus, ergo eſt mortuus, data argumentatio eſt bona conſequentia; igitur primus modus, nulla eſt fallacia. Conſequentia probatur. Quippe in data argumẽtatione iuxta primum modum huius fallacię arguitur.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd licet homo mortuus ſit dictum ſecundum quid in ordine ad hominem, quia mortuum de ratione hominis diminuit: attamen reſpectu mortui eſt dictũ ſimpliciter, quoniam homo, de ratione mortui non diminuit, ideo non arguitur iuxta primum modum huius fallaciæ.

Tex. 26.

Elencus eſt ſyllogiſmus contradictionis unius, & eiuſdem, non nominis tantum, nec etiam rei tantum: ſed & nominis, & rei ſimul, non ſynonomi, ſed eiuſdem ex iis, quæ data ſunt, de neceſſitate accidere, non connumerato eo, quod erat in principio, ad idem, ſecundum idem, ſimiliter, & in eodem tempore.

Quare fallacia ignorantiæ elenchi eſt fallacia extra dictionem, ex omiſſione alicuius quatuor particularum, ad idem, ſecundum idem, ſimiliter, & in eodem tempore proueniens.

Elenchus igitur ſophiſticus eſt ſyllogiſmus ſophiſticus, apparenter contradictorius poſitioni reſpondentis.

Fallaciæ ignorantiæ elenchi, quatuor ſunt modi.

Primus modus peccat contra hanc particulam, ad idem.

Secundus peccat contra hanc particulam, ſecundum idem.

Tertius peccat contra hanc particulam, ſimiliter.

Quartus peccat contra hanc particulam, in eodem tempore.

Dilucidatio.

Volens determinare de fallacia ignorantiæ elenchi, prius definit elenchum, in cuius definitione, ſyllogiſmus, tanquàm genus, & inde contradictionis, ad differentiam ſyllogiſmi non contradicentis poſitioni reſpondentis collocatur. Demum tam ratione ſyllogiſmi, quàm contradictionis additur vnius, & eiuſdem, non nominis tantum, nec etiam rei tantum: ſed & nominis, & rei ſimul, non ſynonomi, ſed eiuſdem. Ad vtrunque enim requiritur, vt iidem termini ſecundum rem, & vocem remaneãt, & per hoc fallaciæ in dictione remouentur. Deinde ratione, ſyllogiſmi, in quo debet eſſe neceſſaria cõſequentia, ſubinfertur, ex iis, quę data ſunt, de neceſſitate accidere, & per hoc fallacia accidentis, & cęteræ non habentes neceſſariam conſequentiam remoueri poſſunt. Deinceps quoque ratione probationis, quia elenchus eſt ſyllogiſmus probatiuus, non connumerato eo, quod erat in principio, additum eſt, & per hoc remouetur petitio principii. Poſtremũ ratione contradictionis, dictum eſt, ad idem, ſecundum idem, ſimiliter, & in eodem tempore, quia hæ

conditiones

Tex.27. *Fallacia petitionis principij eſt fallacia extra dictionem, eò proueniens, quòd idem ſub alio uocabulo ad ſui ipſius probationem aſſumitur.*

Fallacia petitionis principij, quatuor ſunt modi.

Primus eſt, quando ad probationem definitionis, petitur definitum: aut contra, ad probationem definiti, petitur definitio.

Secundus modus eſt, quando ad probationem particularis, petitur uniuerſale: aut contra, ad probationem uniuerſalis, petuntur particularia.

Tertius eſt, quando diuiſim petitur, quod debet probari coniunctim.

Quartus eſt, quando unum correlatiuorum, petitur ad probationem alterius.

Dilucidatio. Principium (vt hic ſumitur) dicitur principale propoſitum, quo fit, vt aliquis petere principium dicatur, cum petit ſibi concedi principale propoſitum, quod probare debet: tũc profectò petit illud, quod erat in principio aſſumptum probãdum, ſub alio tamen nomine, nã ſub eodem, eſt deridendus. Itaque fallacia petitionis principij committitur, quando in bona conſequentia, antecedens videtur probare conſequens, & tamen non probat, cũ non ſit notius, neque in veritate conſequẽte manifeſtius. Tunc enim eſt deceptio, eò proueniens, quòd idem aſſumitur ad ſui ipſius probationem: & eius cauſa apparentiæ, eſt, concluſionis diuerſitas à pręmiſſis, non exiſtentię verò cauſa eſt eorum identitas. Primus autem modus eſt, quando definitum petitur ad probationem definitionis; aut contra, vt ſi probari debeat, quòd homo diſputat, & arguatur ſic, animal rationale mortale diſputat, ergo homo diſputat. Hic nulla eſt probatio. Qui enim dubitat antecedens, dubitat, & conſequens, et contra. Quòd ſi nõ, nulla erit fallacia, ſed locus à definito ad definitionem, aut contra, à definitione ad definitum. Secundus eſt, quando vniuerſale petitur ad probationem particularis, vt ſi debeat probari, quòd omnium cõtrariorum eſt eadem diſciplina, & aſſumatur iſta, omnium oppoſitorum eſt diſcipl ina, ergo omnium contrariorum. Hic enim antecedens non eſt magis notum, quam concluſio. Aut contra, petuntur particularia ad probationem vniuerſalis, vt ſi probari debeat, quòd omnium oppoſitorum eſt eadem diſciplina, & aſſumantur iſtæ, omnium contrariorum, omnium priuatiuè oppoſitorum, eſt eadem diſciplina, & ſic de alijs, ergo omnium oppoſitorum. Hic etiam concluſio in antecedente petitur. Tertius eſt, quando diuiſim petitur, quod coniunctim probari debet, vt ſi debeat probari, quòd medicina eſt ſcientia ſani, & ægri, & ſumatur iſta; Medicina eſt ſcientia ſani, & medicina eſt ſcientia ægri; ergo medicina eſt ſcientia ſani, et ægri? Hic quoque petitur ſub alijs verbis, quod probari debet. Quartus modus eſt quãdo petitur vnum correlatiuorum ad probationem alterius, vt ſi probari debeat, quòd Sortes ſit pater Platonis, & ſumatur ſic; Plato eſt filius Sortis, ergo Sortes eſt pater Platonis? Hic enim petitur ſub alijs verbis, quod debet probari. Hæc autem fallacia, contra vim illatiuam argumenti non peccat. Quippè datis præmiſſis, optimè ſequitur concluſio, cum debita habitudo inferentis ad illatum ſeruetur, ſed contra probationem argumenti peccat. Nam probatio per magis manifeſta eſſe debet, quod hic nequaquam obſeruatur. Quocirca hic nõ accidit deceptio ex eo, quòd concluſio infertur ex pręmiſſis, cum illationes prædictæ ſint ſecundum locos dialecticos: ſed accidit deceptio ex eo, quòd petitur idem concedi, ac ſi eſſet diuerſum. Vnde ſi in prędictis modis arguendi ſumantur præmiſſæ ex eo, quòd ſunt magis notæ, & non quaſi petitæ, non erit argumentum ſophiſticum, ſed dialecticũ. Quare hæc fallacia, quia peccat contra probationem, in diſciplinis, vbi quicquam demonſtratiuè, vel dialecticè ſuſcipitur probandum, ſummopere vitanda eſt. Nam omnem probationem, infirmam reddit.

Obiectio. Omnis paralogiſmus peccat in materia, vel in forma, ſed paralogiſmi huius fallacię non peccant in forma, neque in materia, ergo in ipſis non eſt cauſa defectus. Minor probatur. Sanè paralogiſmi huius fallaciæ poſſunt eſſe in modo, & in figura. Similiter ex probabilibus fiunt.

Reſpondetur negando ſecundam partem minoris, ad cuius probationem dicitur, quòd propoſitiones ex quibus paralogiſmi huius fallaciæ fiunt, licet ſecundum ſe ſæpe ſint probabiles, tamen quatenus in illis aſſumuntur pro præmiſſis, nõ ſunt cõcluſione notiores, ideo nec eam probant, ſed magis petitur principium. Si verò ſunt notiores, nulla eſt fallacia, ſed locus dialecticus.

Secũda. Arguendo à diuiſis ad coniuncta, eſt fallacia accidentis, ergo non eſt fallacia petitionis principij. Antecedens paulò ante habitum eſt. Conſequentia probatur. Siquidem fallacię, diſtinctæ ſunt.

Reſpondetur negando conſequentiam, ad cuius probationem dicitur, quòd fallacię ſint formaliter diſtinctę: & ſic arguendo à diuiſis ad coniuncta indebitè, ex parte illationis, eſt fallacia accidentis; ex parte verò probationis, eſt fallacia petitionis principij. Nec vllum eſt inconueniens, quod in eodem paralogiſmo, ſecundum diuerſas rationes plures fallacię ſint.

Tex.28 *Fallacia conſequentis eſt fallacia extra dictionem, proueniens, eò quòd conſequentia uidetur conuerti, & non conuertitur.*

Fallaciæ conſequentis duo ſunt modi.

Primus modus eſt, quando in conſequentiis, quæ non conuertitur, arguitur à poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis.

Secundus modus eſt, quando in conſequentiis, quæ non conuertitur, arguitur a deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis.

Dilucidatio. Fallacia conſequentis fit, quando aliqua conſequentia videtur conuerti, & contra valere, & tamẽ non conuertitur, nec contra valet. Tunc autem cõuertitur conſequentia, quando ſicut ad antecedens ſequitur conſequens: ita è diuerſo, ad conſequens ſequitur antecedens. Sicut enim benè ſequitur, homo eſt animal, ergo animal eſt homo: ita contra, animal eſt homo, ergo homo eſt animal. Vbi antecedens primæ eſt conſequens ſecundæ, & cõſequẽs primę eſt antecedens ſecundæ, per analogiam conuerſionis propoſitionum categoricarum. Tunc autem non conuertitur, quando ad antecedens quidẽ ſequitur

ſequitur conſequens, ſed non contra, vt benè ſequitur, homo ſedet, ergo animal ſedet: ſed non contra E ſequitur, animal ſedet, ergo homo ſedet? Et in huiuſmodi conſequentijs fit hæc fallacia, & non in primis, eò quòd conſequens exiſtimatur omnino eſſe idem antecedenti, ex quo contingit aliquem credere; quemadmodum conſequens ſequitur ad antecedens, ita & contra, antecedens ſequitur ad conſequens. Quo fit, vt eius cauſa apparentiæ ſit conuenientia conſequentis, cum antecedente: & cauſa nõ exiſtentiæ eſt diuerſitas eorundem. Huius autem fallaciȩ duo ſunt modi. Primus eſt, quando inconſequentia, quæ non conuertitur, arguitur á poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis; vt ſi homo eſt, animal eſt, ergo ſi animal eſt, homo eſt? Cuius conceſſo antecedente, neganda eſt conſequẽtia: quia in data conſequentia, quȩ non conuertitur, non rectè ex conſequente ſequitur antecedens. F Sed in conſequentia, quȩ conuertitur, rectè fit argumentatio à poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis, & ſine vlla fallacia; vt ſi homo eſt, rationale eſt; ergo ſi rationale eſt, homo eſt. Secũdus modus eſt, quando inconſequentia, quæ non conuertitur, arguitur à deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis; vt ſi homo eſt, animal ẽ, ergo ſi nullus homo eſt, nullum animal eſt? Itidem neganda eſt conſequentia admiſſo antecedente, ſicut in præcedenti. Verum in conſequentia, quȩ cõuertitur, rectè fit argumentatio à deſtructione antecedentis ad deſtructionem cõſequentis; vt ſi homo eſt, rationale eſt; ergo ſi nullus homo eſt, nullum rationale eſt. Hinc liquet, quòd fallacia conſequentis, G in duabus conſiſtit conſequentijs, quarum vna eſt vera, & altera falſa: ſicut ſi dicatur, ſi quis currit, mouetur, ſed Sortes mouetur, ergo Sortes currit? Hæc enim conſequentia, quȩ primò ponitur, eſt vera, ſed iſta ad quam proceditur, eſt falſa, ſcilicet, mouetur, ergo currit? vbi verò, vna tantum ponitur cõſequentia, non eſt fallacia accidentis. Ideo ſi ſic dicatur, Sortes eſt animal, ergo eſt homo? non eſt ex modo arguendi fallacia conſequentis, ſed magis fallacia accidentis. Nam ſicut fallacia conſequentis, ex eo prouenit, quòd conſequens exiſtimatur omnino eſſe idem antecedenti: ita fallacia accidentis ex eo prouenit, quòd prȩdicatum exiſtimatur omninò eſſe idem ſubiecto. Quamobrem & hæc fallacia à conſequendo, illa vero ab accidendo, quod eſt inhȩrere: & inde eſt, quòd quando proceditur, arguen- H do ſolum ab aliqua categorica, per quam ſequitur aliquid ineſſe, eſt fallacia accidentis, quando verò ab aliqua conditionali, eſt fallacia cõſequentis. Propterea ex ijs conſtat, quòd cõſequens eſt aliquo modo pars accidentis, quoniam omne quod ſequitur, aliquo modo accidit; non autem, omne quod accidit, ſequitur. Quippè non ſequitur, ſi eſt homo, eſt albus, quamuis hȩc ſit vera, homo eſt albus; idcirco vbicunque eſt fallacia conſequentis, terminis aliter ordinatis, fieri poteſt fallacia accidentis, ſed non conuertitur.

Obiectio. I. Poſito poſteriori neceſſariò ponitur prius, ſed conſequens, poſterius eſt antecedente: ergo poſito conſequente, neceſſariò ponitur antecedens. Maior in poſtprædicamentis habetur. Minor probatur. Sanè conſequens ſemper ſequitur antecedens.

Reſpondetur negando minorem, ad cuius probationem dicitur, quòd ſecundum illationem conſequens eſt quidem poſterius antecedente: ſed ſecundum naturam, & ambitum communitatis, conſequens eſt prius antecedente.

Conſequens actu, & intellectu includitur in antecedente, ergo deſtructo antecedente, deſtruitur cõſequens; atque idcirco valet conſequentia à deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequẽtis. Secũda

Reſpondetur negando vniuerſaliter conſequentiam. Nam deſtructo antecedente, vtique deſtruitur conſequens, partim ſecundum eſſe, quod in tali antecedente habet: ſed non deſtruitur vniuerſaliter, & ſecundum ſe totum, quia in alijs manere poteſt; ideo ex deſtructione antecedentis non poteſt inferri deſtructio conſequentis.

Dum arguitur à conſequentia magis communis ad minus commune, necnon à conſequentia vnius oppoſiti ad ſimilem conſequentiam in alio oppoſito, eſt fallacia conſequentis, & tamen de hoc nulla fit mentio in datis modis huius fallaciȩ; ergo ſunt inſufficienter enumerati. Aſſumptum in exemplis in dilucidatione datis, eſt manifeſtum.

Reſpondetur ad tertiam partem antecedentis, quòd in datis malis nulla expreſſè fit mentio de primo, neque de ſecundo modo arguendi, ſed implicitè vterque ponitur modus, quoniam primus modus peccat contra conſequentiam procedendo à poſitione conſequentis, vt liquet in ijs paralogiſmis, ſi aliquid eſt equus, eſt animal, ſed tu es animal, ergo tu es equus? Similiter hic, ſi aliquid ẽ mel, eſt rubeũ, ſed fel ẽ rubeũ, ergo fel eſt mel? Itẽ, ſi aliquis eſt fur, errat de nocte, ſed tu erras de nocte, ergo tu es fur? Nõ ſequitur, quoniã in ijs omnib⁹ putatur cõſequẽtia conuerti, quæ non conuertitur, ideo eſt fallacia conſequentis iuxta primum modum huius fallaciȩ. Si autem ſumantur propoſitiones categoricæ in eiſdem terminis, eſt fallacia accidentis, ſicut hic, equus eſt animal, & tu es animal, ergo tu es equus? Et iterum, mel eſt rubeum, & fel eſt rubeum, ergo fel eſt mel? Secundus modus peccat contra conſequentiam à deſtructione antecedentis, vt ſi dicatur, ſi aliquid eſt generatum, habet principiũ, ſed anima non eſt generata, quia ex nihilo eſt creata, ergo anima non habet principium? Non ſequitur, nẽpe in oppoſitis, duplex eſt conſequentia, vna in ipſo, & altera in contrario. In ipſo quidem eſt conſequentia, quando ſicut ad antecedens ſequitur conſequens; ita ad oppoſitum antecedentis ſequitur oppoſitum conſequentis, vt ſi eſt iuſtum, eſt bonum; ergo ſi eſt iniuſtum, eſt malum. Conſequentia verò in contrario eſt quoniam ſicut ad antecedens ſequitur conſequens, ita ad oppoſitum conſequentis, ſequitur oppoſitum antecedentis, vt ſi eſt homo, eſt animal; ergo ſi non eſt animal, non eſt homo. in oppoſitis autem ſecundum affirmationem, & negationem, non eſt conſequentia in ipſo, ſed in contrario, ideoq́ue quando proceditur in huiuſmodi oppoſitis, ac ſi eſſet conſequentia in ipſo, eſt fallacia conſequentis iuxta ſecundum modum huius fallaciæ, prout in prȩdicto

dicto exemplo patet. Sumptis autem propoſitionibus categoricis in eiſdem terminis, eſt fallacia accidentis, vt ſi dicatur, omne generatum habet principium, & anima non eſt generata, ergo non habet principium?

Tex. 29. *Fallacia non cauſæ, ut cauſæ, eſt fallacia extra dictionem, ex interemptione præmiſſæ ſuperfluæ ſyllogiſmi ad impoßibile proueniens.*

Fallaciæ non cauſæ, ut cauſæ, tres ſunt modi.

Primus modus eſt, quando præmiſſa ſuperflua, cum ſyllogiſmo in medio conuenit.

Secundus eſt, quando præmiſſa ſuperflua, cum ſyllogiſmo in maiore conuenit extremitate.

Tertius modus eſt, quando præmiſſa ſuperflua cum ſyllogiſmo in minore conuenit extremitate.

Dilucidatio. Cauſa hic vocatur, quæ eſt in inferendo cauſa, quo pacto præmiſſæ ſunt cauſa concluſionis. Dicatur igitur, fallacia non cauſæ, vt cauſæ, fit, quando ſyllogiſmo ad impoſsibile additur præmiſſa ſuperflua, & nihil faciens ad integritatem, compoſitionemque ſyllogiſmi: & propter falſitatem concluſionis interimitur huiuſmodi præmiſſa ſuperflua, acſi eſſet cauſa falſitatis concluſionis, cum tamen non ſit cauſa, quando quidem ea remota, & nulla alia loco eius poſita, æquè benè ſequitur falſum, ſicut ipſa poſita, vt hac argumentatione; omne animal eſt ſenſibile, & omne animal eſt equus, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt equus? Concluſio eſt falſa, & non iſta, omnis homo eſt animal; ergo iſta, omne animal eſt ſenſibile, eſt falſa. Hic dato ſyllogiſmo ad impoſsibile, omne animal eſt equus, & omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt equus, additur hęc premiſſa, omne animal eſt ſenſibile, quę eſt ſuperflua. Nam ipſa remota, & nulla alia loco eius poſita, remanet ſyllogiſm⁹ ad impoſsibile ęquè integer, ſicut ipſa poſita: & illa pręmiſſa interimitur, ac ſi eſſet cauſa falſitatis concluſionis, cum non ſit cauſa, quando quidem ipſa remota, ęquè ſequitur falſum, ſicut adiuncta; ideoque eadem præmiſſa vocatur non cauſa, vt cauſa. Itaque cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt conuenientia propoſitionis, quæ reuera non eſt cauſa, cum illis, quæ ſunt cauſæ: ſed cauſa non exiſtentiæ eſt defectus habitudinis debitæ inter propoſitionem inferentem, & illatam. Prętere a debet præmiſſa ſuperflua conuenire in aliquo termino cum ſyllogiſmo ad impoſsibile, aliter nullā haberet apparentiam cauſæ falſitatis concluſionis. Quo fit, vt tres ſint huius fallaciæ modi. Primus, quando huiuſmodi præmiſſa, cum ſyllogiſmo in medio conuenit, vt in prædicto exēplo, animal eſt medium ſyllogiſmi, & ſubiectum præmiſſæ ſuperfluæ. Secundus, quando huiuſmodi præmiſſa, cum ſyllogiſmo in maiore conuenit extremitate, vt ſi dato ſyllogiſmo addatur pręmiſſa, omne hinnibile eſt equ⁹, cuius prædicatum, equus, eſt ſyllogiſmi maior extremitas. Tertius, quando huiuſmodi præmiſſa, cum ſyllogiſmo in minore conuenit extremitate, vt ſi dato ſyllogiſmo adiungatur præmiſſa ſuperflua; omnis homo eſt riſibilis, cuius ſubiectum, homo, eſt ſyllogiſmi minor extremitas: cuius admiſſo toto aſſumpto, neganda eſt conſequentia, quia malè interimitur pręmiſſa ſuperflua, ſed fuerat interimēda pręmiſſa falſa. Habet inſuper hæc fallacia, conuenientiam cum ſecundo peccato contra ſyllogiſmos, ſicut fallacia petitionis principij cum primo peccato contra ſyllogiſmos.

Obiectio. 1 In omni fallacia eſt non cauſa, vt cauſa; ergo ſecundum non cauſam, vt cauſam, aliqua ſpecialis fallacia non ſumitur. Antecedens probatur. Quippè in omni fallacia antecedens videtur eſſe cauſa conſequentis, & reuera non eſt.

Reſpondetur diſtinguendo antecedens. Si enim capiatur non cauſa, vt cauſa, generaliter pro omni illo, quod habet modum non cauſæ, vt cauſę, procul dubio in qualibet fallacia reperitur non cauſa, vt cauſa: ſed ſpecialiter ſumpta pro præmiſſa ſuperflua, quę cum ſyllogiſmo in aliquo termino conuenit (vt dilucidatum eſt) reperitur duntaxat in hac fallacia.

Secūda. Bonus ſyllogiſmus ſimpliciter, & fallacia, in eodem eſſe ſimul non poſſunt, ſed vbi eſt non cauſa, vt cauſa, ibi eſt bonus ſyllogiſmus ſimpliciter: ergo ibi nulla eſt fallacia ex conuenientia non cauſæ, vt cauſæ.

Reſpondetur ad minorem, quòd hæc fallacia nō committitur in primo proceſſu ſyllogiſmi ad impoſsibile, ſed in vltima illatione, quum interimitur præmiſſa, quæ non eſt interimenda, & ſic ſecundum diuerſa eſt ibi ſyllogiſmus, & fallacia. Sed contra. (instatur) Hæc fallacia prouenit ex parte præmiſſæ non cauſę, vt cauſæ: ſed illa ſemper ponitur in primo diſcurſu ſyllogiſmi ad impoſsibile, qui eſt oſtenſiuus, ergo in eo committitur hęc fallacia. Reſpondetur ad minorem, quòd licet præmiſſa non cauſa, vt cauſa, ponatur in primo proceſſu ſyllogiſmi ad impoſsibile, & ibi ſit cauſa apparentiæ huius fallacię, attamen ibi non committitur defectus, niſi in vltimo proceſſu, deſtruendo pręmiſſam, quę non eſt cauſa concluſionis, & ſecundum illum proceſſum, talis ſyllogiſmus dicitur ad impoſsibile. Nempe hęc fallacia committitur, quum ex falſitate concluſionis fit perperam regreſſus ad interimendum aliquam pręmiſſarum, quę non erat cauſa falſitatis concluſionis: ſed talis regreſſus à falſitate concluſionis ad interimendum aliquam pręmiſſarum, ſolum fit in ſyllogiſmo ad impoſsibile, & non in ſyllogiſmo oſtenſiuo; ideo hęc fallacia fit ſolūmodo in ſyllogiſmo ad impoſsibile.

Tex. 30. *Fallacia ſecundum plures interrogationes, ut unam, eſt fallacia extra dictionem, eò quidem proueniens, quòd ex una reſponſione ad interrogationes plures, data, non benè concluditur.*

Interrogationes plures, ut una, ſunt, cum plura de uno, unum de pluribus, aut plura de pluribus, interrogantur.

Interrogamus utique plura, quum interrogamus copulatum, aut copulato æquiualens.

Fallaciæ ſecundum plures interrogationes, ut unam, duo ſunt modi.

Primus modus eſt, quando ad interrogationem plures, ex eò quòd plura in ſingulari numero ſubijciuntur, uel prædicantur, perperam una datur reſponſio.

Secundus modus eſt, quando ad interrogationem plures,

ex eo quòd plura in plurali numero ſubiiciuntur, uel prædicantur, perperam una datur reſponſio.

Dilucidatio. Secundum ſubſtantiam, eſt idem, enunciatio, interrogatio, propoſitio, & concluſio: ſed dicitur enũciatio, ſecundum quòd ſignificat aliquid ſimpliciter eſſe, vel non eſſe; interrogatio, ſecundum quòd ſub dubitatione proponitur; Propoſitio, ſecundum ꝙ ad alterius probationem ſumitur, concluſio verò, ſecundum quòd eſt probata, ideoque ſicut enunciatio eſt vna, vel plures, ita interrogatio, propoſitio, & concluſio. Eſt autem vna enunciatio, in qua dicitur vnum de vno, vt homo eſt animal, vel homo eſt albus. Enũciatio verò plures, quando dicuntur plura de vno, ex quibus fit vnum per accidens, vt Sortes eſt albus, & muſicus, vel vnum de pluribus, vt Sortes, & Plato ſunt albi. Quando autẽ plura prædicantur de vno, ex quibus eſt vnum per ſe, eſt enũciatio vna, vt quum dicitur, homo eſt animal rationale mortale. Nam ex partibus definitionis fit vnũ per ſe, quod eſt natura ſpeciei. Si vero prædicantur plura, ex quibus fit vnum per accidens, tunc eſt enunciatio plures, vt quum dicitur, Sortes eſt homo albus, ex homine, & albo fit vnum per accideus. Itaque prouenit hæc fallacia, ex eo quòd ad interrogationem, quæ eſt plures, vna datur reſponſio, vtpotè, quia ſub vno modo interrogandi proponitur. Puta ſi dicatur, putas ne Sortes, & Plato, diſputat? Nam ex eo quòd ſemel vnum interrogatur de duobus, videtur eſſe vna interrogatio, cum tamen ſint plures. Quare fallacia ſecundum plures interrogationes, vt vnam, fit, quando ad interrogationes plures, vna datur reſponſio; ex qua non rectè data, falſum, & inconueniens concluditur. Quocirca eius cauſa apparentię eſt vnitas ex parte modi interrogandi. Cauſa verò non exiſtentiæ eſt pluralitas interrogationis, vt demonſtrato vno ſtante, & altero ſedente, ſunt ne hi ſtantes, vel ſedentes? Si quis reſponderit, non ſunt ſtantes, ex data reſponſione vna, non benè concluditur; ergo hic (demonſtrato ſtante) non ſtat. Si reſponderit, non ſedentes non rectè etiam concludetur, ergo hic (demonſtrato ſedente) non ſedet. Et quamuis non rectè concluditur, apparenter tamen concluditur, eò quòd vnica datur reſponſio. Si enim duæ darentur, reſpõdendo, hic ſtat, & iſte ſedet, ſiue iſte non ſtat, monſtrato ſedente, & hic non ſedet, monſtrato ſtante, non haberet ſophiſta, quod apparenter colligeret. Interrogationes autem plures, vt vna tripliciter fiunt. Primò, quando plura prędicata interrogantur de vno ſubiecto, vt demõſtrato ſcuto pro media parte, albo, & pro media, nigro, eſt ne hoc album, vel nigrum? Secundò, quando vnum prędicatum interrogatur de pluribus ſubiectis, vt demonſtrato vno albo, & altero nigro, eſt ne hoc, & hoc album? Sic demonſtratis duobus cæcis, & duobus videntibus, ſunt ne hi, & hi videntes? Tertiò, quando plura prædicata interrogantur de pluribus ſubiectis, vt demonſtrato vno albo, & altero nigro, eſt ne hoc, & hoc album, vel nigrum? Sic demonſtratis duobus cæcis, & duobus videntibus, ſunt ne hi, & illi videntes, vel cęci? Et vnuſquiſque trium modorum adhuc dupliciter fit. Primò, quando interrogatio plures, fit, in ſingulari numero. Secundo, quando E eadem fit, In plurali numero, vt ſuperius exẽpla declarant. Qua in re ſecundum hoc ſunt, huius fallacię, duo modi. Primus ẽ, quãdo ad interrogationẽ plures, in ſingulari numero factam, perperam vna datur reſponſio, vt demonſtrato ſcuto pro media parte, albo, & pro reliqua, nigro, ſi queratur eſt ne hoc album, vel nigrum? Si quis reſponderit album; ergo quod media parte nigrum eſt, eſt album: & cõſimili ratione dicendum eſt, nigrum, cum tantundẽ habeat vnius coloris, quantum alterius; ergo nigrũ eſt, album, quod eſt inconueniens. Siverò reſpondeatur, totum eſſe nigrum; ergo media parte album eſt, nigrum; & eadem quoq; ratione dicendum eſſet, album; atq; idcirco album eſt nigrum, quod iterũ eſt inconueniens. Fuit itaq; reſpondendum, totum eſſe partim quidem album, & partim nigrum. Secundus F modus eſt, quando ad interrogationẽ plures, in plurali numero factam, inconuenienter vna datur reſponſio, ut demonſtrato uno cæco, & uno vidente, ſi quæratur, ſunt ne hi cæci, vel uidentes? Si reſpõdeatur, eos eſſe cæcos, ergo hic videns eſt cęcus: ſi enim, vidẽtes, reſponſum fuerit, ꝓtinus ſubinfertur, ergo hic cæcus ẽ videns. Nõ ita ſanè reſpõdẽdũ erat, ſed ut interrogatio erat plures, ita & reſpõſio eſſe debuerat hoc pacto, hic ẽ uidens, & hic ẽ cęcus. Neganda tamẽ eſt cõſequẽtia, quia, ex illa reſpõſione vna data, nõ benè cõcluditur: antecedens enim verũ eſt, & cõſequens falſum. Ne tamẽ ſophiſta in talibus interrogationibus apparenter concludit, dandæ ſunc plures reſponſiones, vt hic videt, & hic eſt cæcus.

Obiectio. 1. Quæcunque ſunt plura, in plurali numero ſunt; ergo nunquàm ſubijciuntur, vel prędicantur in ſingulari numero.

Reſpondetur diſtinguendo antecedens. Nempe, numerus pluralis, vt eſt paſsio rerum, ſumptus, profecto hoc pacto, verum eſt, quòd quęcunq; ſunt plura, in plurali numero ſunt: ſed ſumptus, vt eſt paſsio terminorum ſingularium, & eſt vnus modus ſignificandi, ſic plura poſſunt accipi in ſingulari numero, & non ſemper in plurali neceſſariò ſumuntur.

Secũda Tot modi ſunt huius fallaciæ, quot modis fit interrogatio plures, ſed interrogatio plures fit tribus modis, ergo ſunt tres modi huius fallacię. Minor habetur in dilucidatione.

Reſpondetur ad maiorem, quòd in ſpeciali poſſunt eſſe tres modi huius fallacię, prout trifariam cõ H tingit (vt dilucidatum eſt) fieri interrogatio: ſed in genere ſunt tantum duo modi dati, ad quos cæteri reducuntur.

Tex. 5 *Recta ſolutio eſt, defectus, uel defectuum malæ argumentationis, manifeſtatio.*

Dilucidatio. Quia verò nõ minor ars, eſt, ſoluere nodos, ꝗ eoſdẽ implicare, atq; cõſtringere; quod quidẽ ita eſſe, argumẽto nobis eẽ põt, Gordij phrygię Regis nodus in Iouis tẽplo ſuſpẽſus, quẽ Alexãder magnus (vt eſt apud Iuſtinũ hiſtoricũ) idcirco quòd ingenio ſoluere nequiuiſſet, gladio uſus violenter abſcidit. Ob hãc nimirũ cãm, quia ſophiſtarũ argutias, captioneſq;, ꝗ ſyncategorematũ nexibus, ceu nodis quibuſdã, implicitæ, atq; inuolutę ſint, vt ſtruere fortaſsis nõ facilè; ita proculdubio ſoluere, longè eſt difficilimũ

Ariſtoteles

Ariſtoteles tandem ipſe, cum ſicut ſtruantur illæ, certis locis præſcriptis, id iam monſtraſſet, eædem quo pacto etiam diſſoluerentur, pari cura, atque diligentia, docere inſtituit. Vnde, & ab eodem recta ſolutio, definitur, falſi ſyllogiſmi manifeſtatio. Porrò, falſus ſyllogiſmus, duobus dicitur modis, aut enim, quia ex falſis collectus ſit, aut quia, ſyllogiſmus non eſt, tametſi videatur. Quò fit, vt cum duobus modis falſum eſſe ſyllogiſmum contingat, duobus quoque modis, ipſum diſſoluendum docet. Nempe per interemptionem, aut per diſtinctionẽ. Per interemptionẽ quidem, vt quoties ex falſis collectus eſt: per diſtinctionem verò cum apparet ſyllogiſmus, & non eſt. Quocirca, recta ſolutio, eſt, defectus, vel defectuum malæ argumentationis manifeſtatio. Nam defectus omnis ipſius ſyllogiſmi, eſt, aut quia ex falſis conficitur, aut quia quamuis appa rear ſyllogiſmus, reuera nõ eſt. Verumenimuero, vt id quod quærimus breuiori via, quàm quæ ab Ariſtotele tradita eſt, aſſequi poſsimus, in ſequenti littera quatuor ſubijciuntur regulæ, quarum prima eſt generalis, reliquę verò tres ſpeciales.

Tex. 32 1. regula. *In paralogiſmis, omne indiſtinctum parit confuſionem.*

Quare omnis propoſitio argumentationis ſophiſticæ, in qua eſt multiplex, gratia cuius prouenit fallacia, eſt diſtinguenda.

Dilucidatio. Quia multorum parallogiſmorum, & argumentationum ſophiſticarum defectus, cõtingunt ratione multiplicis, ſiue propoſitionis plures ſenſus habẽtis; ideo cõſequenter dicitur, quòd in argumentationibus ſophiſticis propoſitio multiplex, nõ diſtincta in diuerſos ſenſus, quos habet, facit fluctuationẽ intellectus, ambiguitatem, & incertitudinẽ. Eſt enim multiplicitas, vt tenebrę, aliquem locum occupantes, quæ, ambulanti in ipſis, faciunt errorẽ, & ignorantiam, vt neſciat omnino, quo vadat: ita quoque multiplici non diſtincto, intellectus, quid verum, quidve falſum, ſit, diſcernere nequit. Proinde omne multiplex, quamuis etiam in omni ſenſu ſit verum, eſt diſtinguendum, vt canis eſt ſubſtantia. Tollit enim diſtinctio, cõfuſionem, ſicut lumen illatum depellit tenebras. Quocirca omnis propoſitio, ſiue poſita in antecedente argumentationis ſophiſticæ, ſiue in conſequenre, in qua quidem propoſitione ponitur multiplex, ratione cuius venit fallacia, eſt diſtinguenda: vt ſi multiplex ponatur ſolum in maiore, ſola maior eſt diſtinguenda; ſi in minorẽ tantum, minor duntaxat eſt diſtinguenda; ſi in concluſione, concluſio; ſi in maiore, & minore, maior, & minor, diſtinguendæ ſunt, & ſic de alijs.

Tex. 33 2. regula. *Fallacia æquiuocationis, amphibologiæ, compoſitionis, diuiſionis, & accentus, ſoluitur multiplex, diſtinguendo, & defectum, aut defectus manifeſtando; item & conſequentiam, diſtinguendo.*

Dilucidatio. In omnibus paralogiſmis, qui fiunt per æquiuocationẽ, amphibologiã, cõpoſitionem, diuiſionem, & accentum, ſi quod ſumptum eſt equidem multiplex eſt, diſtinguendum eſt, alioqui confuſionẽ parit: quę tollitur interim, cum ipſum diſtinguitur; inſuper & in eiſdem conſequentię ratio, diſcutienda examinandaque, venit.

Tex. 34 3. regula. *Fallacia accidentis, à ſecundum quid ad ſimpliciter, ignorantiæ elenchi, conſequentis, non cauſæ, ut cauſæ, ſecundum plures interrogationes ut unam, ſoluitur, conſequentiam negan* A *do, & defectum, aut defectus, manifeſtando.*

Tertia regula docet, quòd in omnibus paralogiſmis, qui fiunt per figurã dictionis, per accidens, per id, quod eſt ſecundum quid, & ſimpliciter, per ignorantiam elenchi, per conſequens, per nõ cauſam vt cauſam, per id, quod eſt, plures interrogationes facere vt vnam, conſequentia neganda eſt: & mox cur negata ſit, ratio ſubiungenda. Dilucidatio.

Fallacia petitionis principij, ſoluitur, aut antecedens, negando, aut dubitando, aut defectum, manifeſtando. Tex. 35 4. regula.

Quarta regula, nos admonet, quòd in omnibus paralogiſmis, qui fiunt per id, quod eſt petere id, quod eſt in principio, ipſum antecedens aut negandum planè eſt, aut certè addubitandum. Exempla autem harum regularum, quę tres numero ſunt, per ſingulas earum partes, ſuis proprijs locis patent: & B hæc de fallacijs dicta ſufficiant. Dilucidatio.

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM VNDECIMVS TOMVS.

In terminos logices.

POST doctrinam artis ſyllogiſticæ, ac diſſerendi (quam in principio propoſuimus) reſolutè ac com- C pendioſè à nobis, fauentibus ſuperis, ordinatim collectam: ſupereſt de ijs, quæ communiter apud logicos parua appellãtur logicalia, ſuccinctè, ne in perniciem diſcentium eorum tempus conteramus, colligendo pertractare. Verum parua logicalia in arte dialectica non incongruè vocantur, eo quòd ſicut in philoſophia naturali poſt ordinarios libros, ſuperſunt parua naturalia, tanquam parua opuſcula, in quibus de ſenſu & ſenſato, de ſomno & vigilia, de memoria & reminiſcentia, cæteris ſimilibus ad complementum totius philoſophię pertractatur: ita quoque in arte logices poſt ordinarios artis veteris, ac nouæ libros, per poſteriores dia- D lecticos, principijs peripateticis innitentes, nonnulla ædita ſunt opuſcula, quæ parua nuncupauere logicalia, quibus ſanè humanus iuuatur intellectus ad completè artem diſputandi, atque diſſerendi aſſequendam. Primum quidem terminorum tomum aggrediar, inde quoque & ſuppoſitionum, & ſic deinceps: in quo quidem ſuppoſitionum tractatu quot capita, tot ſententię: viam tamen veriorem, ſeu probabiliorem tentare conabor.

Terminus eſt pars propinqua orationis conſtitutiua. Texe. 1.

Terminus, ſecundum etymologiam vocabuli, dicitur ex eo, quòd claudit, finit, terminat aliquid. Vnde terminus rei eſt cuiuslibet rei finis ac vltimum, vt ligni extremitas, punctum in linea, Dilucidatio.

quod eius extremum eſt, & ultimum, terminus lineæ eſt. Similitudine igitur termini rei, translatum eſt vocabulum, terminus, ad ipſum orationis extremum: inde quoque extenſum eſt, vt omne id, quod quoquo modo orationem proximè terminat, apud logicos dicatur terminus. Quare terminus in propoſito, communiter capitur pro omni dictione propinquè orationem componenre, in quam etiam immediatè reſoluitur, ac per hoc quælibet oratiouis pars erit terminus, quia aliquo modo orationem terminat: vt nomen eſt finis, & vltimum, extremumve orationis, verbũ ipſum cõnectit extrema, aduerbia determinant, verbũ, præpoſitionesq́; extrema determinant ſub certo caſu, ſicut coniunctiones ea coniungere habent: cæteræ vero orationis partes, vt pronomen ad nomen, partiticipium ad verbum, interiectiones ad ipſa aduerbia reducuntur. Eadem inſuper ratione aggregatum ex pluribus dictionibus dicitur terminus, quia velut extremum, aut alio quouis modo orationem terminat vt categorica, hypotheticam. Ratio autem quare terminus, hoc in loco, communiter, & in hac generalitate ſumatur, eſt, quoniam innata eſt nobis via (autore Ariſtotele in prohœmio Phyſicorum) à communioribus ad minus communia procedere: ideo ex hoc venit, vt dialectici logicalia ſummatim ordinantes, initium caperent à termino in hac ſua generalitate, ita quoque, vt ipſum in ſua membra diuidentia paulò poſt ſequentia diducere poſſent. Itaque terminus ſumptus pro omni dictione proximè orationem componente, eſt pars propinqua orationis conſtitutiua: vt homo, animal, termini dicuntur, quoniam conſtituunt hanc orationem, homo eſt animal. Et notanter dicitur propinqua, cum oratio habeat partes propinquas, & remotas. Propinqua, quæ & alio nomine principalis appellatur, eſt ex qua ſtatim, & immediatè conficitur oratio, vt dictio. Remota verò, & ſecundaria pars, eſt ex qua non niſi mediatè componitur oratio, vt litera, vel ſyllaba. Dicitur ergo propinqua ad differentiam literarum, ſyllabarumq́ue, quarum nullam penitus logicus conſiderationem facere habet, ſed grammaticus. Nam ſicut ſe habent lapides, ligna, parietes, & fundamentum ad domus compoſitionem: ita quoque literæ, & ſyllabæ ad orationis compaginationem. Lapides autem, ligna, & cæmentum non componunt protinus, & immediatè domum, ſed fundamentum, parietem, & tectum, hæc uero immediatè domum conſtituunt; idcirco illæ remotæ, hæ propinquæ nuncupantur: ſic & litteræ, ſyllabæve immediate non conſtituunt orationem, ſed terminum; terminus autem immediatè orationem componit. Additur quoque, orationis conſtitutiua, quoniam hic à priori per viam compoſitiuam proceditur, ſecundum quam uiam progreditur, initium ſumendo à remotioribus, tendendo ad proximiora: ſicut è diuerſo in via reſolutiua principium capitur à propinquioribus, ſemper ad remotiora procedendo, vt luce clarius conſtat in conſtructione, & reſolutione domus.

Text. 1. Diuiſio.

Terminorũ, quidã eſt per ſe ſignificatiuus, quidã uero non.

E *Terminus per ſe ſignificatiuus eſt, qui per ſe ſumptus, ultra ſeipſum, aliquid intellectui repræſentat.*

Terminus non per ſe ſignificatiuus eſt, qui per ſe ſumptus, præter ſeipſum, nihil intellectui repræſentat.

Dilucidatio.

Hic aggreditur littera diuiſiones termini, quarum prima eſt. Terminorum, quidam eſt per ſe ſignificatiuus, quidam vero non, in qua diuiſione, & cæteris ſequentibus, per ſe idem ſonat, quòd ſolitariè, & ſine alio. Terminus autem per ſe ſignificatiuus eſt. qui per ſe ſumptus, hoc eſt, ſolus, ſeu ſine alio ſumptus, vltra ſeipſum aliquid humano intellectui repręſentat. Significare enim, eſt aliquid inrellectui repræſentare, ſed ſignificare propriè apud logicum, eſt præter ſeipſum intellectui quicquam repræſentare: hoc autem pacto homo, qui vltra ſeipſum, ſcilicet, hanc dictionem, homo, naturam hominis, aut indiuidue humanæ naturæ, So- F cratem, & Platonem, intellectui repræſentat, eſt terminus per ſe ſignificatiuus. Nam ſicut Iris eſt ſignum pluuię, & circulus ante tabernam ſuſpenſus vini venalis, cum ſignum eſt, quod præter ſeipſum, alicuius eſt ſignificatiuum, ſeu repręſentatiuum, ſic & dictio homo, vbi auditu percepta fuerit, apud intellectum indiuidua humanę naturę, Socratem, & Platonem, Ciceronemq́ue, aut ipſam humanã, repręſentat, naturam. Quod ſi aliquid ſolum ſeipſum ſignificaret, vt buf, nõ idcirco diceretur ſignificare, niſi ſeipſum ex decreto primi inſtitutoris importaret, vt iſta dictio, hæc vox (demonſtrata per pronomen ipſa-met voce) ſolum ſeipſam repræſentat, & tamen ſignificat, quia ex impoſitione ſeipſam importat. At quia eſt differens à ſeipſa, qua- G tenus naturaliter repræſentat ſeipſam, & quatenus ex impoſitione repręſentat ſeipſam, ideoque præter ſeipſam, vt ſic, aliquid repræſentat intellectui. Terminus autem non per ſe ſignificatiuus eſt, qui per ſe ſumptus pręter ſeipſum, nihil intellectui repręſentat, vt omnis, nullus, buf, baf, biltris. Per ſe quidem ſumptus dicitur, vt excipiantur, quando cum alio proferuntur, tunc vtiq; ſignificatiui ſunt, aut adminus conſignificatiui, vt omnis homo. Interiectiones verò, cum ex vno idiomate in aliud benè interpretari nequeant, apparent idem apud omnes ſignificare: ut rachà, apud iudeos, & conſequenter apud latinos; qui ea vtuntur, indignationem animi deſignat. Verumquia magis affectum mentis, vt odium, amorem, animi triſtitiam, quàm intellectus conceptum, non ex natura, ſed ex impoſitio- H ne important: ideo propriè termini per ſe ſignificatiui apud logicum minimè dicuntur, atque idcirco neque naturaliter ſignificatiui: quare nullus terminus (vt luce clarius erit infra) eſt naturaliter ſignificatiuus. Nempe logicus, terminos conſiderat ſignificatiuos, quatenus orationem conſtituunt veram, vel falſam: termini autem affectum mentis ſignificantes, vt ſic, nullam conſtituunt orationẽ veram, vel falſam, idcirco inquantum vt ſic ſignificatiui ad logicã nõ attinent conſiderationem, ſed forſitan ad ammaſticam. Quocirca omnis terminus per ſe ſignificatinus eſt ſecnndum placitum ſignificatiuus, quoniam omnis terminus per ſe ſignificatiuus ex impoſitione apud omnes homines, aut nihil

hil (licet apud aliquos, aliquid per ſe ſignificet) aut diuerſa, extra ſeipſum repręſentat, ut homo in A voce, vel in ſcripto. Terminus vocalis eſt, qui ore profertur, vt iſta vox, homo. Nam eſt terminus orationis, qui ab ore profertur. Scriptus eſt terminus, qui ſcribitur, vt hæc ſcriptura, homo. Nā eſt terminus, qui ſcribitur, non quidem in præſenti tempore, ſed aptus eſt ſcribi. Vèrba ſiquidem in definitionibus, non actum, ſed aptitudinem important. Neque hic ſcribi capitur ſolum, vt ſignificet literas calamo in papyro formari: ſed communiter, vt ſignificet literas effigiari in qualibet materia, ſiue in lapide, ſiue in ligno, ſiue in quocunque inſtrumento. Huiuſmodi igitur termini vocales, aut ſcripti, ſecundum placitum dicuntur per ſe ſignificatiui, quoniam impoſiti ſunt ad ſignificandum nō ex inſtinctu naturæ: ſed ex decreto, & autoritate B primorum inſtituentium, quibus rationabiliter ſic placuit, in vnoquoque idiomate res ſingulas ſic, vel ſic nominare. Quare in vno idiomate, vnum ſignificant, & in alio alterum, & in omni forſitan nihil. Quòd ſi interdum idem ſignificant, non tamen regulariter: ſed caſu, prætérque intentionem euenit, & contingit, & non per naturalem ſimilitudinem, quam habeant cum rebus: quas ſignificant, ſed ex humana inſtitutione, ſicut tuba, nullam habet ſimilitudinem belli, tamen ex humana inſtitutione, belli ſignum dicitur.

Tex. 3. 2. Diuiſio.

Terminorum, quidam eſt categorematicus, quidam ſyncategorematicus.

Categorematicus eſt terminus, qui tam per ſe, quàm cum alio, ſemper ſuum retinet ſignificatum.

Syncategorematicus eſt terminus, qui per ſe ſumptus nihil C præter ſeipſum apud intellectum ſignificat, ſed cum alio ſimul ſignificat.

Dilucidatio.

Secundam diuiſionem termini nunc aggreditur litera: qui in categorematicum, & ſyncategorematicum diuiditur. Omnis nanque terminus eſt, aut categorematicus, aut ſyncategorematicus. Categorematicus eſt terminus, qui tam per ſe, quàm cum alio, ſemper ſuum retinet ſignificatum, hoc eſt, qui tam ſolitariè, & ſine alio, quàm cum alio, ſemper idem ſignificat: illud, ſcilicet, quod pręter ſeipſum intellectui repræſentat, vt homo, album. Siue enim ponantur in oratione, ſiue extra, ſemper ſuum retinent ſignificatum. Hic profecto hominem, ille verò albedinem ſignificat. Syncategorematicus autē eſt terminus, qui per ſe ſumptus, nihil præter ſeipſum D apud intellectum ſignificat: ſed cum alio ſimul ſignificat, vt omnis, nullus, non, vel, aut. Nam quodlibet eorum per ſe, ſolitariéque ſumptum, nihil ſignificat, alijs tamē dictionibus ſignificatiuis in oratione notum eſt ſyncategorema ipſum adiungi, ut omnis homo eſt animal: ſuntque ſimilia fructibus, qui per ſe ſubſiſtere non poſſunt, ſolidioribus autem innixi, vt vineæ ſtipitibus, aut vlmis alligatæ, benè ſubſiſtunt. Et quod græci dicunt ſyncategorema, latini vocant conſignificatiuū, quoniam cum alio ſimul ſignificat, inquantum nomen, aut verbum determinat: velut ſigna diſtributiua, vt omnis, nullus, & ſigna particularia, vt aliquis, quidā, prępoſitiones, aduerbia, & coniunctiones. Signa nanque diſtributiua determinant diſtributiuè, quoniam terminus categorematicus, cui apponuntur, pro omnibus ſuis inferioribus verificatur, vt omnis homo eſt albus: & ſigna particularia particulariter, quoniam pro aliquo verificatur, vt quidam homo eſt albus; præpoſitio verò denotat categorema, cui additur, accipi ſub certo caſu; aduerbium deſignat verbum accipi in certa exiſtentia, ut aduerbia localia pro determinato loco; coniunctiones autem, terminos, aut orationes coniungere habent. Quare cum ſint octo orationis partes, tantum nomen, & uerbum, cum nomine pronomen primitiuum, cum verbo participium ſumēdo, termini ſunt categorematici, ideſt, per ſe ſignificatiui: cæteræ verò partes apud logicum termini ſyncategorematici, ſiue conſignificatiui dicuntur.

Tex. 4. 3. Diuiſio.

Terminorum categorematicorum, quidam eſt primæ intentionis, quidam ſecundæ.

Prima intentio eſt primus conceptus ab intellectu formatus, & in re intellecta, quæ eſt ens reale immediatè fundatus.

Secunda intentio eſt ſecundus conceptus ab intellectu formatus, in re autem ad extra, non niſi mediante primo conceptu fundatus.

Terminus itaque primæ intentionis eſt terminus ſignificans primum conceptum fundatum immediatè in re intellecta, quæ eſt ens reale.

Terminus verò ſecundæ intentionis eſt terminus ſecundum conceptum ſignificans, in re ad extra mediante primo conceptu fundatum.

Dilucidatio.

Data diuiſio, vnà cum nonnullis ſubſequentibus, eſt ſubdiuiſio, quoniam alterum præcedentis diuiſionis membrum ſubdiuidit: ſed breuitatis cauſa, C diuiſio uocatur, cum omnis ſubdiuiſio ſit et diuiſio, ſed non contra. Subdiuiditur igitur terminus categorematicus, in terminum primæ intentionis, & ſecundę intentionis: & hac de cauſa neceſſe fuit præmittere tam primæ, quàm ſecundæ intentionis definitionem. Itaque intentio, attentionem ſonat, quę à verbo, attendo venit: & diuiditur in primam, & ſecundam, ex eo quòd rei, quæ intelligitur, dupliciter aliqua conuenire poſſunt. Nam quædam conueniunt ei etiam ſi nunquàm intellectui præſentaretur, ut homini conuenit eſſe riſibile, & album, & huiuſmodi; & quędā conueniunt ei, non niſi, quia intellectui præſentatur, vt homini cōuenit eſſe ſubiectum, vel prædicatum in aliqua enunciatione, quę non inueniuntur in homine in rerum natura exiſtē te, ſed tantum in eo, vt in intellectu eſt. Quare prima D intentio vocatur ille intellectus attentio, qua inſpicit in rebus ſibi oblatis ea, quę conueniunt illis in rerum natura. Secunda verò intentio dicitur illa intellectus attentio, qua in rebus ſibi oblatis intuetur ea, quæ conueniunt illis ex adinuētione intellectus. Verū quia occultiora ex notioribus nominamus, & id, quod nomine intentionis ſignificatur (quia per modum fluxus importatur, quaſique in aliud tendens, vt intentionis nomen ſonat) debiliſſimæ entitatis eſt, extenſum eſt intentionis vocabulum ad id, cui attenditur, ſcilicet, ad intentionis terminum, conceptum appellatum. Quò ſit vt ſecunda intentio dicatur ſecundus conceptus intellectus, hoc eſt, id, quod intellectus ſecunda intentione concipit:

cipit: & prima intentio, primus conceptus dicatur
intellectus. Nam huiuſmodi conceptus duplex eſt,
hic formalis, ille obiectiuus. Conceptus formalis
eſt idolum quoddam, quod intellectus format in ſe-
ipſo repræſentatiuum rei intellectę. Conceptus au
tem obiectiuus eſt res per conceptum formalem re
præſentata in illo, terminans actum intelligendi.
Vt exemplariter dicatur, conceptus formalis leo-
nis eſt imago illa, quam intellectus in ſeipſo format
de natura leonina, cum vult illa intelligere. Conce-
ptus verò obiectiuus eiuſdem eſt ea ipſa natura leo-
nina per conceptum formalem repręſentata, & in-
tellecta. Et quia prima intentio eſt id, quod intelle-
ctus ſua prima attentione concipit, hoc eſt, primus
conceptus intellectus, fundatus immediatè in re in-
tellecta, ideo vtrunque includit conceptum, forma
lem, ſcilicet, & obiectiuum. Secunda verò (vt in to
mo præambulari diximus) ſtatim ſequitur ad illos,
præſertim ad obiectiuum. Agè igitur, prima inten-
tio eſt primus conceptus ab intellectu formatus, at-
que immediatè in re intellecta, quæ eſt ens reale, fun
datus, hoc eſt, rei ſimilitudo, ſeu conceptus ille, quo
intelligitur res ſecundum eſſe, quod in ſe habet,
in rerumque natura poſsidet: vt conceptus, ani-
mal rationale mortale, repræſentans, quem for-
mat intellectus in natura hominis immediatè funda
tum, eſt prima intentio. Et dicitur in natura homi
nis immediatè fundatus, quoniam ab ea ſtatim ex-
tractus eſt: ſicut imago Socratis ante ſpeculum exi
ſtentis, ſtatim, & immediatè à Socrate cauſata, &
extracta eſt. Nomine autem entis realis venit omne,
quod in rerum natura, ſeu in vniuerſo eſt, vel poteſt
eſſe, vt homo, lignum, Celum, Deus: & è diuerſo
ens rationis omne illud importat, quod eſt conſti-
tutum, & opere intellectus fabricatum, hoc eſt, ad-
inuentum per intellectum ſua ſecunda attentione,
& attributum rebus, vt habent eſſe obiectiuum, aut
cognitum in anima. At quia huiuſmodi eſſe obiecti
uum ab eſſe rerum, quod in natura poſsident, effi-
giatum eſt, ideoque in re, extra exiſtente, vtpotè
reali, habet tale ens rationis aliquod remotum fun-
damentum. Quod ſanè propter fictitia dicitur, vt
chimeræ, hyrcocerui, quoniam eorum conceptus,
nihil correſpondent in rebus extra animam exiſtē-
tibus: atq; idcirco formaliter (vt mos eſt in diſcipli-
nis, autore Ariſtotele 4. methaphyſicæ) nullū ens ſi-
gnificāt. Sed qa aliquid, quod in ſe ē nō ens, intelle-
ct' cōſiderat, vt quoddā ens, ſicut priuationē appre-
hēdit per negationē habitus, quēadmodū cæcitatē
per remotionē viſus potentiā viſiuā percipere con-
ſtat: ideo termini fictitij, negationes, priuationes,
& id genus, quoquo modo ens aliquod apprehen-
ſum ab anima tanquam ens reale important, quo
pacto termini quoque primæ intentionis, vel impo
ſitionis dicuntur. Sed cōceptus generis, aut ſpeciei,
& huiuſmodi in re primò intellecta, mediante ſuo
primo conceptu ab intellectu formato, habent fun
damentum, ſicut imago Socratis impreſſi in ſpecu
lo ante alterum ſpeculum, exiſtente, in quo ſuam
ideam, & imaginem directè cauſabat Socrates, fun
datur mediatè in Socrate, ſcilicet, mediante eius ima
gine primò, & directè ab eo effigiata. Nam intelle-
ctus apud ſe hominis conceptum habens, quo ho-
B minem eſſe animal rationale mortale intellexit, ſuā
quippè reflectit conſiderationem, velut ſolis radius,
reflectit̄ à pariete, quò fit, vt alius à pariete egrediat̄
quoq; radius: vel ſplēdor, ſic & intellect' in ſua cōſi
deratiōe reflexa, perſpicit animal rōnale mortale in
primo, & proprio cōceptu repręſentatū, pluribus
immo omnibus ſingularibus hominibus conueni-
re, & ita alterum format conceptum, quo intelligit
hominem dici, & verificari de pluribus, ſcilicet, om
nibus ſingularibus hominibus, numero ſolum diffe
rentibus, & vocat ipſum ſpeciē. Nā ſpecies nomē ſi
gnificat, quod de pluribus differentibus numero
prædicatur. Quare conſtat ſpeciem, ſecundæ inten
tionis eſſe terminum, quoniam ſecundum conce-
ptum ab intellectu formatum, atque in re, quæ eſt
extra animā fundatum, ſcilicet, in homine, mediāte
F primo cōceptu, iam primò ab intellectu formato,
animalq; rōnale mortale repręſentante, ſignificat.
Hinc ait Auicenna, logica eſt de ſecundis intentio-
nibus adiunctis primis, id eſt, in primis intentioni-
bus fundatis, quas ipſæ ſecundę intentiones deno-
minant. Quę de cauſa logica non ex ęquo vtraſ-
que conſiderat intentiones: ſed circa ſecundas dire
ctè, & primariè verſatur, quibus annexæ ſunt pri-
mæ intentiones, vtpotè earū fundamenta, & ęquas
etiam denominant, ſic logicam ſubintrant conſide-
rationem. At quoniam idem eſt motus in imaginē
(vt de ſenſu, & ſenſato Ariſtoteli placet) & id, cu-
ius eſt imago. Cæſaris enim imago inquantum ima-
go, id eſt, vt Cęſaris eſt repræſentatiua, & non vt eſt
cuprum, & ipſe Cæſar, cuius eſt imago, ſimul per-
penditur, & ſecundum quòd intelligimus, ita quo-
que nominamus; intelligimus autem conceptum,
G pariter & rem intellectam, ideo tam primæ inten-
tionis, vel impoſitionis termini, quàm ſecūdæ, ſigni
ficāt ſimul, & cōceptū, intellectū repręſentantē, &
rē intellectā repręſentatā. Hic quippè, vt quo intel-
ligitur, hoc verò, vt quod intelligitur: ſicut homo ſi-
mul propriū hominis conceptū ſignificat, & ipſum
hominem in eodem conceptu repræſentatum. Igi-
tur rectè dictum eſt in littera, vnà cum Ariſtotele in
libro periermenias, terminos conceptus intellectus
ſignificare. Sed huiuſmodi conceptus duntaxat rem
naturaliter repræſentant intellectam, quemadmo-
dum Socratis imago in ſpeculo ab eo effigiata, ita
naturaliter repręſentat Socratem, quòd nec Plato-
nem, nec quenquam hominū repræſentare poteſt.
Nempe conceptus intellectus eſt, qui apud omnes
H homines vltra ſeipſum intellectui repræſentat na-
turaliter idem. Nam conceptus intellectus eſt ſpe-
cies rem ad extra (vtpotè ab ea effigiata) naturali-
ter repręſentans, hoc eſt, idolum, effigies, ſiue ima-
go, rem conceptam, aut intellectam, humano intel-
lectui per ſe, & ſuaptè natura repræſentans, velut
homo, & animal in mente. Sicut nanque imago Cę
ſaris ex ſui inſtitutione per artē apud omnes natio-
nes poſita, ſemper repræſentat Cęſarem, ſic & con
ceptus intellectus apud omnes homines, ſiue Grę-
cos, ſiue Hebreos ex natura ſua ſemper repręſentat
rem intellectam. Natura enim eſt eadem apud om-
nes, igitur conceptus adminus vnus ſecundum ſpe-

ciem

ciem ex natura ſua, ſeu naturaliter ſignificatiuus idẽ apud omnes homines repræſentare habet.

Tex. 5 4. Diuiſio.

Terminorum, quidam eſt primæ impoſitionis, quidam ſecundæ.

Impoſitio eſt termini uolunteria inſtitutio ad aliquid ſignificandum, prius ab eo non ſignificatum.

Prima autem impoſitio eſt ad ſignificandam rem, quæ nullo pacto eſt terminus.

Secunda impoſitio eſt ad terminum ſignificandum.

Terminus igitur primæ impoſitionis eſt terminus uocalis, uel ſcriptus, ſignificans rem, quæ nullo pacto eſt terminus.

Terminus ſecundæ impoſitionis eſt terminus uocalis, uel ſcriptus, terminum ſignificans.

Dilucidatio.

Termini citra conceptus, cum ex humana impoſitione repræſentent, ad placitum ſignificatiui ſunt. Nam impoſitio eſt termini voluntaria inſtitutio, ad ſignificandum (cum aliqua tamen ratione) aliquid, quod prius non ſignificabat: ut iſte terminus, homo, a primo linguæ latinæ inſtitutore, ad ſignificandum hominem, quem antea non ſignificabat, impoſitus eſt. Dicitur enim homo ab humo, ex qua compoſitus eſt. Sed primę impoſitionis termini ad ſignificandam rem, quæ nullo pacto eſt terminus, ut leo leonem, equus equum, qui nec ualent eſſe termini, impoſiti fuerunt; & quanuis ſignificent intentiones, & conceptus, qui apud nonnullos ſunt termini mentales, cum hoc tamẽ etiam & res, quæ nunquã ſunt termini, ſignificant; quod utique ſufficit, vt aliquis primę impoſitionis ſit terminus. Nam conceptus, ſiue primæ intentionis, ſiue ſecundę, ſatis impropriè, extenſoque uocabulo, termini appellari conſueuerunt. Nempe terminus in propoſito à terminando proximè orationem dicitur terminus, & nullus conceptus orationem terminare poteſt, igitur neque propriè erit terminus. Quippe an conceptus intellectionem terminet, aut non, modo nihil refert, quoniam extra propoſitum profectò eſt terminatio iſta, eo quòd iam dictum eſt, dici terminũ, quia proximè orationem terminat: ſed ob vocabulorum penuriam ab illis translatũ eſt nomen, terminus, ad ipſos conceptus, qui per terminos repræſentãtur. Sicut nanque a notioribus nobis omnis notitia procedit, ita quoque occultiora per notiora nominantur; ideoq; hoc nomen, terminus ex communi, ac longo uſu nobis notum, ab eis translatum eſt ad ipſos cõceptus cognitu perquàm difficiles. Quò fit, vt ipſi quoque conceptus modo paſſim per ſcholas ab eis ipſis, termini dicantur; & ſic conceptus complexus, oratio categorica incõplexus verò nomen, aut verbum, nuncupatur: ſed impropriè, quoniam oratio quaſi oris ratio, & verbum à verberatu aeris, quemadmodum nomen quaſi notamen, id eſt, nota mentis, a primo inſtitutore congruè adinuenta fuere. Verumenimuero, cum omnis terminus primæ intentionis, aut ſecundę ſit per ſe ſignificatiuus, erit proculdubio nomen, aut verbum; atque icirco hæc diuiſio, qua terminus in primæ, & ſecundę intentionis terminum diducitur, erit penitus eadem cum iſta, qua in primæ, & ſecundæ impoſitionis terminum diuiditur; & ita terminus primæ intentionis, ſiue impoſitionis definitur eſſe terminus ſignificans primam intentionem, quę non eſt terminus, quemadmodum res intellecta, quæ eſt res ad A extra nullo pacto eſt terminus, & ſecundæ, terminus ſignificans ſecundum intentionem, quæ nec eſt terminus; ſignificat tamen terminus ſecundæ impoſitionis, terminum, ut genus hunc terminum, animal, corpus, ſubſtantia, & ſpecies, hunc terminum, homo, leo, equus. Quare hoc pacto nullus erit terminus mentalis, neque naturaliter ſignificatiuus; ſed ſecundum placitum, vtpotè vocalis, vel ſcriptus per ſe erit ſignificatiuus. Quo circa terminus primę impoſitionis à termino ſecundæ impoſitionis, vtpotè, qui ad ſignificandum terminũ imponitur, diſcrimen habet. Sunt enim apud diuum Boethium nominum nomina, quæ omnia termini vtiq; ſunt: cum ſint partes propinquæ orationis conſtitutiuę, & ſolis vocibus ad placitum ſignificantibus conuenire poſſunt, vt nomen verbum, participium, & ſimilia Nomen profectò hanc vocem, ſeu terminum, B Socrates, ſimilesq; ſignificat voces: verbum verò, lego, & huiuſmodi, reprę ſentat terminos.

Tex. 6 5. Diuiſio.

Terminorum quidam eſt communis, quidam ſingularis.

Communis eſt terminus aptus natus de pluribus prædicari.

Singularis eſt, qui eſt aptus natus de uno ſolo prædicari.

Dilucidatio.

In hac diuiſione, in qua terminus categorematicus, in communem diuiditur, & ſingularem, deinde & definitur communis eſſe aptus natus de pluribus prædicari, capitur prędicari, vt eſt verè, & affirmatiuè de aliquo enunciari, & verificari; vt homo eſt terminus communis, quia de pluribus natus eſt prędicari, dicendo, Sortes eſt homo, & Plato eſt homo. Non ſumitur ergo hic prędicari communiter, vt ſit idem, quòd eſſe prædicatum in quacunq; propoſitione: ſed propriè, & ſpecialiter, vt ſit idem, ꝙ eſſe prędicatum in omni vera, & affirmatiua propoſitione, vt leo eſt animal. Quare terminus, qui C prædicatur in propoſitiõe affirmatiua, ſed falſa; aut vera, ſed negatiua; aut falſa, & negatiua, non dicitur in propoſito prædicari; vt prædicatum harum propoſitionum, lapis eſt animal, lapis non eſt animal, homo non eſt animal. Terminus autem cõmunis, alio nomine vniuerſale, ſiue prędicabile appellatur; quę tria nomina, omnino ſunt idem, cũ eandem definitionem habeãt, ſcilicet, prędicari de pluribus. Terminus verò ſingularis eſt, qui non eſt natus de pluribus prędicari, ſupponentibus quidẽ pro diuerſis; ſed de vno ſolo, ſcilicet, de ſeipſo, prędicatur, qua (etſi arti inutilis appareat, vtpotè quia nihil noui innoteſcit) nulla eſt verior prędicatio, ut Socrates eſt Socrates. Neque abſonum eſt terminũ ſingularem prędicari de pluribus terminis pro eoD dem acceptis, ut hic homo eſt Sortes, hoc rationale eſt Sortes, hoc animal eſt Sortes. Terminus verò communis vtique rectè de pluribus prędicatur diuerſis, vt homo eſt animal, equus eſt animal. Sol autem, & luna, & huiuſmodi, quatenus termini communes, eis non repugnãt prędicari de pluribus; ſed ob defectum rei, vt puta naturę ſolaris, & lunæ, de pluribus prædicari repudiant. Definitur nanq; terminus communis formaliter, vt communis eſt, & non vt talis, vel talis terminus, cui conſtat repugnare de pluribus prædicari; quo fit, vt talis terminus inquantum communis, puta ſol, de pluribus prædicetur.

cetur. Itaque quod in grammatica dicitur nomen appellatiuum, in logica terminus communis voca- g tur: & quod in grammatica nomen proprium, in logica terminus ſingularis, ſeu diſcretus nuncupatur. Et quadrifariam fieri conſueuit, aut per nomen indiuidui proprium, vt Plato: aut per nomen commune adiuncto pronomine demonſtratiuo, vt hic homo: aut per nomen multis circunſtantiis ſingularizatū, vt Sophronici primogenitus filius: at poſtremo per ſignum materiale, li, quod apud logicum eſt ſignum demonſtratiuum, vt li homo, & tunc terminus ei appoſitus eſt materialis. Terminus vero materialis eſt, qui pro ſola voce, dictioneque, cum eam ex impoſitione nō ſignificet, accipitur: vt in hac propoſitione vocali, li homo eſt nomen, iſta vox leo eſt terminus materialis, Nam accipitur pro ſola voce, quam ex impoſitione non ſignificat, Quòd ſi dictio (vt paulò ante diximus) ſumeretur pro voce, eamque F ex impoſitione ſignificaret, vt ſubiecta harum propoſitionum, omnis vox ore profertur, omnis ſonus auditur, nō materialiter, ſed ſignificatiue accipitur. Et ſub voce hic compræhēditur ſcriptura, quam dictio excluſiua ibi poſita non excludit: ſed ſolum ſecludit rem ex impoſitione ſignificatam, pro qua dictio materialiter accepta non ſupponit.

Tex 7 6. Diuiſio. *Terminorum communium, quidam eſt magis communis, quidam minus communis.*

Terminus magis communis eſt, qui prædicatur de pluribus, quàm terminus minus communis.

Terminus minus communis eſt, qui prædicatur de paucioribus, quàm magis communis.

Dilucidatio. De termino communiori, & minus communi, tale ſumatur exemplum, animal, brutum homo. Et G quòd animal ſit terminus communior, ex eo patet, quia plura ſignificat, quàm homo, plura itidē quàm brutum. Quæ enim ſignificat homo, ſignificat animal, & adhuc amplius. Sed è diuerſo, homo, terminus eſt minus communis, quàm animal. Nam pauciora ſignificat, quòd ex prædicatione ſtatim eſt notum. Nempe terminus communior prædicatur de termino minus communi vniuerſaliter ſumpto, & non contra: vt omnis homo eſt animal, ſed nō omne animal eſt homo, quia & equus eſt animal, non tamen homo. Similiter omne brutum eſt animal, ſed non omne animal, eſt brutum: quia & homo eſt animal, ſed non brutum.

Tex 8 7. Diuiſio. *Terminorum, quidam eſt finitus, quidam infinitus.*

Terminus finitus eſt, qui unam certam determinatamq; ſignificat naturam, de nullaq; alia uerificatur. H

Terminus infinitus eſt, qui eam naturam negat, quam ſignificat terminus eius finitus, & de quacunque alia citra ipſam uerificatur.

Dilucidatio. Omnis terminus categorematicus, aut eſt finitus, aut infinitus. Quippè terminus ratione ſui ſignificati dicitur finitus, quoniam eſt certi, & determinati ſignificati, quatenus non aliquam naturam vagam, ſed vnam certam rem, determinatamq; naturam ſignificat: quò fit vt de nulla alia poſsit verificari, vt homo, ſolam naturam ſignificat humanā, ac de nulla alia verificatur, ſimiliter animal, unam certam naturam ſignificat, ſcilicet, ſenſibilem, ita quòd de nulla alia verificatur. Nam verificari de aliquo, eſt prædicari de eo in aliqua enunciatione affirmatiua vera: quod biſariam contingit, aut ſecundū nomē, aut ſecundū rationē. Prędicari de aliquo ſecūdū nomē, eſt nomen prædicati conuenire ſubiecto, ita quòd prædicati nomen ſit etiam quoquo modo nomen ſubiecti: aut, ſcilicet, ſecundum ſubſtantiā, aut qualitatem, vel quodcunque aliud extraneum. Sufficit enim quòd nomen illud quomodo libet ſit eius nota, ſiue eſſentialiter, ſiue denominatiuè, intrinſecè, uel extrinſecè. Prędicari verò ſecundum rationem, eſt rationem pręedicati conuenire ſubiecto, ita vt ratio prædicati ſit & ratio ſubiecti. Nec refert an ratio prædicati ſit tota ratio ſubiecti, vel pars rationis, modò ſit pars intrinſeca rationi: quod dico propter ea, quæ cadunt in ratione, vt addita, ſicut ſubiectum eſt pars rationis accidentis, & corpus animæ. Homo autem, quia ſignificat naturam humanam, ideoque ea in concreto, & ſecundum nomen, & ſecundum rationem de homine verificatur. Nam homo eſt animal rationale mortale, & ſubſtantia animata ſenſibilis rationis capax: album verò de homine ſecundum nomen prædicatur, ſed ratio albi nunquam, niſi denominatiuè de homine prædicatur. Quare terminus finitus de ea prædicatur natura, quam ſignificat, ſecundum rationem, vel adminus ſecundum nomen, vt album de homine. Infinitus autem dicitur, quaſi in ſuo ſignificaro indeterminatus, quoniam omnem naturam (omnem gradum entis intelligendo per naturam) citra eam, quā importat terminus finitus ſibi oppoſitus, ſignificat: quò fit, ut de quauis natura præter illam, quam negat, verificetur. Et infinitatur per appoſitionem, non, unam cum eo dictionem conſtituentem, ut nō homo, naturam hominis negat, & de quacunque alia verificatur: hinc lapis eſt non homo, leo eſt non homo, & ita de cæteris intelligitur. Nempe negatio infinitans vnam conſtituit dictionem, cum termino ſuper quem cadit, quod nō facit negatio negās, ſed terminus ſuper quem cadit. Cum ea in vi duarū dictionum ſumitur.

Terminorum, quidam eſt poſitiuus, quidam priuatiuus, alius negatiuus. Tex.9 8. Diuiſio.

Poſitiuus eſt, qui, aliquam formam, ſuum perficientem ſubiectum ſignificat.

Priuatiuus, eſt, qui ſignificat negationem alicuius formæ in ſubiecto apto nato habere illam.

Negatiuus uerò eſt, qui alicuius formæ negationem ſimpliciter ſignificat.

Diuiſionem octauam nunc aggreditur littera, cuius membra diuidentia tria eſſe conſtat: quorū primum eſt terminus poſitiuus, definiturque eſſe terminus, qui aliquam formam, ſuum perficientem ſubiectum, ſignificat. Forma in propoſito, eſt, quæ dat eſſe ſubiecto, ipſumque perficit; vt lux dat eſſe lucidum aeri, & perficit ipſum, nam ea amota, remanet aer obſcurus, & tenebroſus: itidem anima intellectiua dat eſſe corpori humano, qua ſeparata, corpus humanum remanet cadauer, inſenſibile, & immobile, omnibus operationibus vitalibus orbatum. Subiectum verò eſt, quod recipit, ſeu huiuſmodi formā in ſe recipere natum eſt, tanquàm perfectibile ſuam perfectionem; vt aer lucem, corpus animam in ſe Dilucidatio.

recipere

recipere nata ſunt, quibus ſuſceptis perficiunẽ, quibusq; dimotis imperfecta remanent. Terminus igitur priuatiuus denotat negationem talis formæ in ſubiecto nato ſuſcipere illã: vt cæcitas importat negationem viſus in pupilla nata habere viſum, tenebra negationẽ luminis in aere corpore diaphano, nato habere lumen, idem de iniuſtitia, morte, ſurditate, & ita deinceps intelligitur. Quòd ſi ſubiectũ nõ eſt aptum, & idoneum, talem ſuſcipere formam, erit terminus negatiuus, qui negationem alicuius formę ſimpliciter, ſine addito, hoc eſt, ſine additione ſanẽ iſta, in ſubiecto nato habere illã, ſignificat, vt nõ videns, negationẽ viſus quoquo modo deſignat, ſimiliter non lucens, negationẽ luminis abſolutè, & in quocunq; indifferenter, nato, aut non nato habere lumẽ, deſignat. Quare lapis nõ cæcus, vel ſurdus, aut tenebroſus, ſed non videns, non audiens, non lucens, congruè nuncupatur.

Tex. 10. 9. Diuiſio. *Terminorum, quidam eſt abſtractus, quidam concretus.*

Abſtractus eſt, qui, ex modo ſignificandi, principaliter formam importat, & ex conſequenti ſubiectum.

Concretus eſt, qui ex modo ſignificandi principaliter ſubiectum formam ſignificat conſequenter.

Dilucidatio. Definitur terminus abſtractꝰ, qui alio nomine abſolutus, aut denominans nũcupaẽ, eſſe qui ex modo ſignificãdi, principaliter formã importat, ſed ſecundariò, & ex cõſequenti ſubiectum. Nomine aũt formę hoc in loco intelligitur omne illud, quo aliquid dicitur tale, ſiue ſit ſecundũ rẽ accidens, ſiue ſubſtantia, ſiue materia, ſiue forma. Itaq; terminus abſtractꝰ ex ſuo modo ſignificãdi, quo ſolo differt à cõcreto, nõ includit ſubiectũ principaliter, ſed ſecundariò, et ex cõſequenti. Hoc aũt ex conuenientia, & differentia inter ea ex ipſo modo ſignificãdi perſuaderi põt. Quippè cõueniunt in hoc, ꝙ tam abſtractꝰ, ꝗ concretus, ex modo ſignificãdi duo importat, ſubiectũ, & formam. Sanè idẽ importat definitio, & definitũ, licet alio modo. Definitio aũt vtriuſq; importat vtrunq. dictorũ, vt exẽplariter patet: ſimitatem enim dicimus curuitatẽ naſi, & ſimũ, naſum curuũ. Quòd verò, hoc ſit ex mõ ſignificandi, ex eo clarum eſt, ꝙ tam abſtractꝰ, ꝗ concretus (vt teſtaẽ Ariſtoteles in prædicamẽtis) purã ſignificãt formã. Differunt aũt abſtractꝰ, & cõcretus ex varietate modi ſignificãdi in hoc, ꝙ cõcretus importat ex mõ ſignificãdi principaliter ſubiectum, & ſecundariò formã: abſtractus verò principaliter importat formã, & ex conſequẽti ſubiectũ. Verum prætermittendum nõ eſt, ꝙ contrario ordine ſubiectum, & forma, ſe hñt ad ſignificationẽ nominis cõcreti, & eius modum ſignificandi. Importat nãq; cõcretus rõne ſignificationis pri- D mò formã, & ſubiectum nõ niſi ex cõſequenti copulat. Quò ad modum verò ſignificandi primò ſubiectũ, & ex cõſequenti formã importat. Cuius ſignũ eſt, ꝙ in definitione cõcreti exprimiẽ primò ſubiectum tãquam genus: quod prima pars eſt definitionis, & forma ſecundo loco poniẽ quaſi differentia. Quippè dicimꝰ, ꝙ ſimum eſt naſus curuus. Terminꝰ verò abſtractꝰ, & ex ſignificatione, & ex mõ ſignificandi, primò formã importat: ſecundariò aũt, & ex cõſequenti ſubiectũ. In cuius ſignum in eius definitione forma ipſa primò exprimiẽ, vt genus, ſubiectum autẽ ſecundariò loco differẽtię, vt perſpicuũ A patet, cum dicitur, ſimitas eſt curuitas naſi. Oriẽ autem hæc differentia ex eo, ꝙ cõcretus importat habitudinem inter formã, & ſubiectum, prout incipit à ſubiecto, & terminatur ad formam, ſed abſtractus importat habitudinem inter formã, & ſubiectum, prout incipit à forma, & terminaẽ ad ſubiectum, vt in exemplis datis apparet. Nempe ex hoc, ꝙ habitudo importata per concretum, importatur ex modo ſignificandi, vt incipiens à ſubiecto, ſequitur, ꝙ primo importet ſubiectum, à quo incipit, & ſimiliter ex hoc, ꝙ habitudo importata per abſtractum, importatur ex modo ſignificandi, vt incipiens à forma, conſequens eſt, vt primò importet formã, à qua incipit. Cauſa huius diuerſitatis eſt, quia termini cõcreti ad cõpoſita ſignificanda ſunt inuenta: cõpoſitio autem à ſubiecto oritur. Abſtracti verò inuenti ſunt ad ſignificandas formas apud nos inuẽtas, ſim- B plices quidẽ, ſed à quibus denominatio ad ſubiecta deriuatur, vnde & concreti termini, cõpoſitum qđ ſonant, abſtracti vero formas, vt cadentes tamen ad ſubiecta. Quocirca cum dicitur abſtractum ſolã formã importare, hoc ideo non dicitur, quia nullo mõ copulet ſubiectũ, ſed qa ex mõ ſignificãdi cõpoſitũ nõ ſonat, nec principaliter importat ipſum ſubiectũ: quẽadmodum terminus concretus, ſed extrinſecè tãtum, vt terminum habitudinis formæ ſignificatę.

Tex. 11. 10. Diuiſio. *Terminorum, quidam eſt incomplexus, quidam complexus.*

Incomplexus eſt ſimplex terminus, ex pluribus ſyllabis, aut dictionibus, unam efficientibus dictionem, conſtitutus.

Complexus verò eſt, qui, ex multis ſtatim conſtituitur dictionibus, unam dictionem, non efficientibus.

Dilucidatio. Homo, & breuiter vnuſquiſq; terminꝰ per ſe ſumptus, hoc eſt, omnis dictio, ſiue cõpoſita, ut paterfamilias, ſiue ſimplex, vt leo, eſt terminus incõplexus: C Nã eſt terminꝰ ſimplex, nõ quia partes nõ habeat, et indiuiſibilis exiſtat, ſed qa ex pluribꝰ dictionibꝰ cõponiẽ, unã conſtituentibus dictionẽ, quẽadmodum dum componitur ex pluribus ſyllabis. Vnde homo albus, & in ſumma, omnis oratio (modò nõ ſit hypothetica) ex dictione regẽte, & dictione recta cõſtituta, eſt terminꝰ complexus. Nã ex pluribus ſtatim conſtituitur dictionibus non efficientibꝰ unum vocabulum, integramq; dictionem, quod ad excluſionem nominis figurę compoſitæ, eſt adiectum. Licet enim ipſum ex pluribus cõſtituatur dictionibꝰ, illæ tamen unum faciunt vocabulum. Nomẽ igitur figuræ compoſitæ, non eſt terminꝰ complexus, ſed incomplexus, & vniuerſaliter omnis dictio, terminus eſt incõplexus, quemadmodum omnis oratio, D & pręcipuè categorica, complexus. Categorica, in quam, quæ hypotheticã terminare nata eſt, quẽadmodum, & nomen, & uerbũ, ipſam categoricã terminare iam diximus. Nã ſicut idẽ eſt totum, & pars reſpectu diuerſorum, necnõ idẽ homo gratia diuerſorũ, pater eſt, atq; filius, ita quoq; idẽ eſt terminans ſiue terminus, & terminatum ad diuerſa relatum: ſed oratio hypothetica, ne in infinitum in terminis abire contingat, nunquàm denominationẽ termini ſuſcipit, ſed ſemper rõnem terminati vbique obtinet.

Tex. 12. 11. Diuiſio. *Terminorũ, quidã ſignificant cum tẽpore, quidã ſine tẽpore.*

Terminus ſignificatiuus ſine tempore eſt, qui, rem non

 menſuratam

menſuratam ulla differentia temporis ſignificat.

Terminus uerò ſignificatiuus cum tempore, eſt, qui, rem a'i- quâ differentia temporis menſuratam ſignificat. E

Dilucidatio. Differentię temporis ſunt pręſens, præteritum, & futurum. Significare igitur ſine tempore, eſt ſignificare rem abſolutè ſumptam, non menſuratam aliqua differentia tēporis, vt homo abſolutè hominem ſignificat, & non in quantum præſentem, aut præteritum, vel futurum Annus, menſis, dies, & conſimiles termini, etſi tēpus ſignificent: nō tamen aliquid à tempore diſtinctum, atq; tempore menſuratū. Nā ſignificare cum tempore eſt, ſignificare rem tempore menſuratā aut adiuncta aliqua differētia tēporis: vt curro ſignificat curſum ita pro tēpore pręſenti, ꝙ nō pro præterito, aut tēpore futuro, ſicut cucurri ita pro tēpore præterito, ꝙ nō ꝑ futuro, vel præſenti. Tempus enim eſt menſura motus ſecundum prius, & poſterius, hoc eſt, ſecundū partē priorē. & F ipſius mot⁹ poſteriorē quas partes in ſe retinet anima, easq; ad inuicem confert, præcedentes, ſcilicet, cum ſequentibus. Tempus igitur ſecundum partes ſuas, ſcilicet, pręſens, pręteritū, & futurū, præcedenti parti, & ſequenti ipſius motus per animā applicatur, atq; correſpōdet. Dicitur enim pars motus deambulationis facta ſummo mane prior, quàm peracta in meridie: quoniā illa in pręcedenti tēpore, hęc verò in ſequenti conſumata eſt. Menſurat ergo tempus, motus ſecundum prius, & poſterius, prout horologiū, aliquā operationē noſtrā, puta deambulationē, menſurat. Quare tempus contingit bifariam cōſiderari, aut in ſe, vt eſt res quędā, ſicut cætera entia, quo pacto à nomine ſignificatur, vt tēpus, dies, hora: aut in cōparatione ad alia, ſcilicet, ea, quorum G eſt menſura Et quia id, quod primò, & principaliter mēſuratur, eſt motus, ita vt nulla res mēſurari queit, niſi quatenus ſubijcitur motui, qui in actionē, & paſſionē diducitur, hoc eſt, operationē actiuā, vt calefactio actiua, quatenus egreditur ab igne, & operationē paſsiuā, vt calefactio paſsiua, ſecundū ꝙ recipiť in ligno: ideo ſolum verbum, quod ſignificat actionē, aut paſsionē, ſiue per modum actionis, vel paſsionis, hoc eſt, per modū ſucceſsionis, ſiue fluxus, ſignificat cū tempore. Quare neq; nomen, neq; aduerbiū, vt hodie, heri, cras, & ſimilia, quæ determinant differentias tēporis, ſignificant cū tempore. Terminus igitur ſine tempore eſt ſignificatiuus, quoniam rem abſolutè nō menſuratā tempore ſignificat, hoc eſt, pręter principale ſignificatum, nullā temporis differentiam importat, vt homo ſimpliciter, homi- H nē ſignificat, non connotando vllam differentiam temporis. principale eius ſignificatū menſurantis. E diuerſo aūt, terminus ſignificat cū tēpore, quoniam rem tēpore menſuratam ſignificat, hoc eſt, præter principale ſuū ſignificatū aliquā denotat differētiā temporis, menſurātis eius principale ſignificatum.

Tex 13. 12. Diuiſio. *Terminorum, quidam eſt æquiuocus, quidam uniuocus, alius analogus.*

Terminus æquiuocus eſt, qui, ſub diuerſis rationibus abſque ordine, & ex æquo plures deſignat naturas.

Terminus uniuocus eſt, qui ſub unica ratione, unam ſignificat naturam.

Terminus analogus eſt, qui ſub diſtinctis rationibus, aut ſub una ordine quodam prioris, & poſterioris, diuerſas importat naturas.

Analogus uerò propriè eſt, qui, ſub una ratione ſimili ſecundum proportionem de multis dicitur naturis.

Nunc duodecimam, vel poſtremam amplectitur diuiſionem terminorū, ſecundum ꝙ cōmuniter currunt per ſcholas, cuius quidē diuiſionis membra tria ſunt. quorū primū eſt terminus ęquiuocus, qui ęquē primo plura ſignificat ſecundū diuerſas rationes, vt canis ęquē primò ſignificat celeſtē, marinū, atq; terreſtrē canē;. Ipſę verò res ſignificatæ dicuntur æquiuocæ, nō quia ſignificent, ſed quia vnico vocabulo diuerſis rationibus ſignificantur, vt ſidus illud, & piſcis, & animal latrabile, æquiuoca appellantur. Vnde ipſum nomē (quod hic propriè definitur) appellari cōſueuit ęquiuocū ęquiuocans, res verò ęquiuoca ęquiuocata. Aequiuocari enim ſonat, ęqualiter vocari, quod ipſis rebus ex nobis accidit. Ratio aūt hic nō ſumitur præciſē pro definitione, quoniā res generaliſsimæ, ęquiuoca dici non poſſent, eò ꝙ definitione carent: ſed ſumitur pro cōceptu per nomen ſignificato, qui in habētibus definitionē, eſt ipſa definitio, in nō habentibus aūt definitionē, ratio, quā ſignificat nomē, vocatur, & nihil aliud eſt, quā id, quod directè per nomē, ſeu terminū ſignificatur. Vniuocus aūt eſt, qui ſub vna rōne, vnam ſignificat naturā, vt animal ſub hac definitione, ſubſtantia animata ſenſibilis, naturam ſignificat animalis. Et hic à grāmatico nomē ſynonymon appellatur, quemadmodū & ęquiuocus, nomē homonymō nūcupatur. Cætera verò in hac definitione poſita, in ea veniunt intelligētia, qua & in præcedēti definitione. Definitio aūt analogi, ſub diſiunctione duas cōtinet particulas, quarū prima ē, ꝙ ſignificat terminus analog⁹, plures naturas ſub diſtinctis rōnibus, ordine quodā prioris, & poſterioris. i. nō æquè primò eas, ſed pri⁹ vnā, & per reſpectū ad illā, alias demū ſignificat naturas, vt ſanū principaliter, & ſub hac definitione, eſſe adæquatū in humoribus. ſignificat animal ſanū, ſed in ordine, & per reſpectū ad ipm, & ſub definitione. ſ. eſſe cauſatiuū ſanitatis animalis, medicinā ſanā demū ſignificat, itidē & vrinā ſanā ſub hac definitione, eſſe ſignū ſanitatis animalis, importat. In ordine ergo ad primū analogatū, quod eſt animal, cætera dicunť ſana. Secunda particula dicit, aut ſub vna rōne, itidē ordine quodā prioris, & poſterioris, plures ſignificat naturas, vt ens, ſub hac rōne, eſt cui debetur eſſe, tam accidens, quàm ſubſtantiā ſignificat, ſed prius eſſe debeť ſubſtātię, quàm accidēti Subſtātiæ qdē cōuenit eſſe ſimpliciter, & in ſe, & non per aliud, immo alijs per ſubſtantiā. Nēpe diciť ſubſtantia à ſubſtādo, qa ſeipſam ſuſtētat, & alia. ſ. accidentia. Quocirca eſſe cōpetit accidētibus per aliud, & in alio. ſ. in ſubſtātia, in qua exiſtūt, ac ſuſtētanť, quare ratio entis prius ſubſtantiæ, quàm accidentibus proculdubio cōuenit. Sed corpus, ſuperioribus corporib⁹, & inferioribus ē nomē cōmune, & ratio omniū corporū, quatenus corpora ſunt, eſt eadē. Quærenti enim, quid eſt ignis inquantū corpus, dicetur, ſubſtātia trinę dimēſioni ſubiecta Similiter quęrēti, qd eſt cęlū inquantū corpus, reſpōdeť, ſubſtātia trinæ dimenſioni ſubiecta. Sed non ſecundum æqualem

lem perfectionem ratio corporis in inferioribus, ſu
perioribusq́ue corporibus ſeruatur, immo inæqua-
liter participatur, vtpotè quia ſuperiora, neceſſaria
ſunt & incorruptibilia: inferiora verò contingen-
7. Phy. tia, & corruptibilia. Huiuſmodi autem analoga, lo-
gicus vniuoca appellat, Philoſophus verò æquiuo-
ca, eo quòd ille intentiones conſiderat nominum,
iſte naturas rerum contemplatur: ſed inſerta ſunt
hic in hac dilucidatione, vt hoc interim vniuoca lo
gica quoquo modo analoga dici poſſe, agnoſcatur.
Verumenimuero ex abuſiuis analogis ad propriè a-
nalogum aſcendendo, definitur eſſe terminus, qui
ſub aliqua ratione non ſimpliciter una, ſed ſimili ſe-
cundum proportionem, de multis dicitur naturis:
vt videre de viſione corporali, ac intellectuali dici-
tur. Sicut enim intelligere, rem intelligibilem ani-
mæ offert: ita quoque videre corporaliter, rem vi-
ſibilem corpori animato ſenſibili præſentat. Quan-
quam proportio, certa habitudo vnius quantitatis
ad aliam, necnon proportionalitas, ſimilitudo dua
rum proportionum, vocetur: tranſtulerunt tamen
inde philoſophi proportionis nomen ad omnem
habitudinem cõformitatis, capacitatis, & ſimilium;
atque idcirco proportionalitatem extenderunt ad
omnẽ ſimilitudinem habitudinum, quo pacto hoc
in loco vocabulis iſtis vtimur. Analogia autem hęc
bifariã contingit, & metaphoricè, & propriè. Me-
taphoricè quidem, quando talis terminus abſolutè
vnam habet rationem formalem, quæ in vno analo
gatorum ſeruatur, & per metaphoram de alio dici-
tur: vt ridere vnam ſecundum ſe rationem habet, ta
men metaphoricè terminus eſt analogus vero riſui,
& prato virenti, fortunæq́ue ſucceſſui. Propriè ve-
rò fit quando terminus ſic analogus in vtroque ana
logatorum abſque metaphoris dicitur: vt princi-
pium in corde reſpectu animalis, & in fundamento
reſpectu domus, ſeruatur. Verum de ijs hactenus.

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM DVODECIMVS TOMVS.

In ſuppoſitiones terminorum.

Tex. 1

SVPPOSITIO *eſt acceptio termini ſub-ſtantiui, aut ſubſtantiuè tenti, in oratione perfecta extremaliter ſe habentis, pro ali-quo ſuo ſignificato.*

Dilucidatio.

Supponere in propoſito, quid
pro alio ponere ſonat. Nam pa-
tris (inquit Plinius) teſtamentum ſuppoſuiſſe, filiũ
dicebatur, hoc eſt, falſum pro vero teſtamento po-
ſuiſſe. Quocirca iuxta vocabuli etymologiam, di-
citur ſuppoſitio, quaſi pro alio poſitio, termini, ſci-
licet, ſubſtantiui, aut ſubſtantiuè tenti in oratione
perfecta pro aliquo ſuo ſignificato. Sanè ſignifica-
tio eſt, uocis, ſiue termini, proprietas, impoſiti ad
rem ſignificãdam: ſed ſuppoſitio eſt proprietas ter-
mini iam rem ſignificantis, dicente philoſopho E-
lenchorum primo capite primo; quoniam in diſpu
A tationem res afferre nequimus, nomina, aut termi-
nos, loco rerum, de quibus diſputatur, proculdubio
ponimus, atque idcirco terminus ex impoſitione
perinde iam ſignificatiuus, quatenus pro aliquo po
nitur, pro re, ſcilicet, ſignificata, propriè ſupponi
dicitur. Verumenimuero doctores non incongruè
terminum propriè ſupponere, paſsim aſſerunt. vt-
potè quia repræſentatiuè ſimpliciter, & abſolutè,
& non per modum inhęrentis alteri, ſicut adiecti-
ua facere conſtant, pro ſe apud intellectum, in ora-
tione perfecta aliquod ſuum ponit determinate ſi-
gnificatum. Suppoſitio itaque paſsiuè accepta à
ſupponi deriuari liquet, à qua terminum propriè
ſupponi iam dictum eſt: ſed actiuè ſumpta à ſuppo-
nere deducta eſt, à qua terminum ſupponere etiam
propriè dictum quoque eſt, & ita quo ad id, à quo
B impoſitum eſt nomen, ſuppoſitio in hac ſubiecta
materia profectò rectè vocatur: ſed quantum ad id,
ad quod impoſitum eſt nomen, proculdubio acce-
ptio appellatur. Itaque acceptio in hac definitione
loco generis ſumpta, nec acceptionem actu paſsi-
uam, nec actiuam, ſed aptitudinalem dicit acceptio
nem, & hæc eſt proprietas termini ſubſtantiui, ut
ſit aptus natus in oratione perfecta ab humano in-
tellectu accipi pro aliquo ſuo ſignificato. Signifi-
cant enim termini per ſe utique aliquid, at indeter-
minatè ſic, aut ſic, quare alio indigent ad hunc, uel
illum ſignificandi modum pertrahente. Nam ſi
proferat quis, hunc terminum, homo, ſimpliciter,
nulloq́ue addito, intelligimus quidem aliquid ſigni-
ficari, at ne humanã naturam in communi, an ſup-
C poſita ipſa humanæ naturæ, aliudne formaliter, an
ſemetipſum potius materialiter ſignificet, ſcire mi-
nimè poſſumus. Quòd ſi protulerit, homo eſt no-
men, iam manifeſtè intelligo, ipſammet vocem ma-
terialiater deſignari. Si uero dicat, quidam homo
eſt albus, ſuppoſitum quoddam humanæ, cogno-
ſco, naturæ, determinatè monſtrari. Sin autem, ho-
mo eſt ſpecies, audiero, humanam ſimpliciter natu
ram, prout intellecta eſt, annotatam percipio, ſic-
q́ue de ſingulis arbitrandum eſt vocibus, pluribus
modis, eſſe aptas natas repræſentare, ſi in oratione
collocentur, nec per ſe ad hunc, vel illum ſignifi-
candi modum determinare ſe poſſe, ſed in ea à ſe in-
uicem terminos alterum ab altero determinari. Prę
cipuè autem à verbo fit iſthęc determinatio, inter-
dum etiam & à prędicato, ac ſubiecti, prædicatiq́;
D parte. Quare in definitione ſuppoſitionis non ab
re, in oratione perfecta pro aliquo ſuo ſignificato,
adiectũ eſt. Actus enim (iuxta philoſophũ primo
methaphyſices) cum ſint ſuppoſitorum, ſiue ſubſi-
ſtentium, nec actus ſignificentur, niſi per uerba, in
oratione perfecta, conſtituta, non erit neceſſe affer
ri ſuppoſitum, ſiue ſubſiſtens, ſiue ſe habens per mo
dum ſubſiſtentis, niſi in oratione perfecta. Nec eſt,
quòd ex hoc inferat quis, perſonalem tantum ſup-
poſitionem dari, quòd ſola ſuppoſitum afferat, cu-
ius eſt actus. Nanque hoc pacto nunquàm prædi-
cata ſupponerent, quę non ſuppoſitum, ſed na-
turam ferè ſemper afferunt. Sed cum verba ſem-
per ſignificent actus, ſiue paſsiones, vel per modum

agendi ſeu patiendi, neceſſe eſt, ipſa ſubiecta, & prędicata, quibus tales actus, vel paſsiones attribuun- E tur, per modum agentis, vel patientis ſe habere (eo tamen modo agendi, vel patiendi, quo Ariſtoteles dicit, intelligere eſſe quoddam pati) & cum non agant, vel patiantur, niſi ſuppoſita, ſeu ſubſiſtentia, atque idcirco tam prædicata, quàm ſubiecta, quomodolibet ſupponant, per modum quoque ſuppoſitorum ſe habebunt, ſiue ſubſiſtentium. Vnde cum dicitur, homo eſt ſpecies, etſi utrunque prædicatum, ſcilicet, & ſubiectum, ſimpliciter ſupponat: alterum tamen ſe habet per modum ſuſcipientis, per modum vero ſuſcepti alterum. Nam hunc actum, quod eſt eſſe ſpeciē, ſubiectum, homo, in ſe ſuſcepit, ipſe vero actus in eo ſuſcipitur. Ad hoc igiť quòd terminus quiſpiam ſupponat, neceſſe eſt, & ꝙ abſolutè ſuū ponere ſignificatum, aptus natus ſit, F quòd (vt modo dicetur) ſubſtantiui proprium eſt: et ꝙ per modum agentis, vel patientis ſeſe habeat, ut ſic abſolutè ſuum ferre, vel ponere, ſignificatū, vel actualiter videať. Agè itaq;, ex eo quòd terminus (ſicut nunc diximus) varium habet ſignificatū, & vnumquodq; eorum pro ſe apud intellectum abſolutè in oratione perfecta determinatè ponit: abſq; ullo dubio ſequitur, quòd pro aliquo ſuo ſignificato ab humano intellectu accipi aptus natus ſit. Hanc utique aptitudinalem acceptionem, ſuppoſitionem vocamus. Quocirca ſuppoſitio ē aptitudinalis ſumptio, ſiue paſsiua acceptio, termini ſubſtantiui, ad differentiā adiectiui, quod profectò non ſupponit, ſed copulat. Nam diſcriminant ſubſtantiua, & adiectiua, ꝙ ſubſtantiua, ſuum ferunt ſuppoſitum, hoc G eſt, abſolutè, & per modum ſubſiſtentis, ſuum ponunt ſignificatum: adiectiua uero nequaquam, ſed rem ſignificatam ponunt circa ſubiectum. Quo fit ut nomina ſubſtantiua ſupponant, adiectiua nó ſupponant, ſed copulent. Quippè ſubſtantiua ſignificant per modum ſubſtantiæ, ideoq́; ſignificant rem ſuam abſolutè; atque idcirco ſubſtantiuum, niſi forma ſua numeretur, in plurali non dicitur numero: adiectiua autem per modum ſignificant accidentis, quod nec eſſe habet abſolutum, nec vnitatem, ſed eius eſſe, eiuſdemq́; vnitas, ex eo vtique dependet, cui profectò inhęret. Vnde etiam nec per diuiſionē alicuius, quod ſit pars ſui, ſecundum numerum multiplicatur: quemadmodum ſubſtantiarū ſpecies ſecundum diuiſionem materiæ per indiuidua multiplicantur, ſed accidens ſecundum diuiſionem ſubie- H cti, in quo eſt, multiplicationem recipit. Quare hæc albedo, eſt, alia ab illa, inquantum hæc eſt huius, & illa illius; atque idcirco nec adiectiuum, numerum, habet, pluralem, niſi ex parte ſuppoſitorum, circa quæ ſuum ponit ſignificatum. Hæc eſt igitur ratio, cur ſubſtantiuum ſupponat, adiectiuum nequaquam. Verum ſubſtantiuè tantum, cum virtualiter ſit ſubſtantiuum, ſupponit, ſicut quando eſt relatiuum ſubſtantię, quoniā tunc vices ſui ſubſtantiui gerit, vt homo, qui ambulat, mouetur: aut cum in genere neutro ſubſtantiuatur, ut album currit; aut cum eſt pronomen primitiuę ſpeciei, quoniam ſuum demonſtrat ſubſtantiuum, pro quo ſupponere habet, ut ille legit, demonſtrato Socrate; aut ſi adiectiuum eſt ſuperlatiuum, quod de uno propriè inter multos verificatur, vt fortiſsimus defendit Troiam, hoc eſt, Hector inter Troianos fortiſsimus. Participium autem, cum ſignificet actum ſui verbi, in ſubſtantiuo exiſtentem, vt homo currens, mouetur, hoc eſt, homo, cui ineſt curſus, mouetur, proculdubio non ſupponit, ſed copulat: quemadmodum & cætera adiectiua, quæ (vt dictum eſt) circa ſubſtantiuum, ſuum ponunt ſignificatum, non ſupponunt, ut homo eſt legens, hoc eſt, homo eſt res, cui ineſt hic actus, legere. Sed in oratione perfecta, adiectum deinde eſt, ad diſcrimen ſignificationis; quoniam terminus per ſe ſignificatiuus, tam in oratione, quā extra, ſemper ſuum retinet ſignificatum: at ſolummodo in oratione perfecta, firma ratione ſupponere poſſe, iam probatum eſt. Nempe ſignificare, eſt, rem, ſiue in oratione, ſiue extra, repræſentare: ſupponere vero, quātum ad id, ad quod impoſitum eſt nomen, eſt, accipere terminum iam impoſitum ad ſignificandum, ut ſtat in oratione perfecta pro aliquo ſuo ſignificato, ſiue ſuppoſito, ſiue natura, ſiue ſeipſo termino. Particula autem, extremaliter ſe habentis, inde ſubinfertur, ad ſegregationem verbi, quod eſt extremorum vnitiuum; ſed orationis extremum, nunquam eſſe poteſt. Poſtremum vltima particula terminum ſecludit ſyncategorematicū, qui per ſe ſumptus nihil ſignificat, velut ſigna vniuerſalia, & particularia: quæ ſanè ad aliquam ſuppoſitionis ſpeciem trahunt ſubiectum.

Suppoſitionum, alia abſoluta, alia relatiua. Text. 2. 1. Diuiſio.

Abſoluta eſt ſuppoſitio termini nō relatiui grammaticaliter.

Relatiua eſt ſuppoſitio termini relatiui grammaticalis.

Poſita ſuppoſitionis definitione, modo eius generales diuiſiones aggreditur littera, quarum quidem primæ diuiſionis tale vtique ſumatur exemplum, omnis homo eſt animal. Extrema nanque homo, & animal, termini, in hac propoſitione, ſiue enunciatione, ſupponentes, non ſunt relatiua grammaticalia: quæ ſanè ſunt, qui, quæ, quod, qualis, talis, & huiuſmodi termini ſuppoſitionem relatiuam in enunciationibus habent, ut homo, qui ore diſputat, loquitur. Relatiua, inquam, grammaticalia, vt excludam logicalia, cuiuſmodi ſunt, pater, filius, dominus, ſeruus, quæ eodem modo ſupponere cōſtant, ſicut & termini abſoluti ſupponūt. Quemadmodum enim in iſta enunciatione, omnis homo eſt animal, homo diſtributiuè ſupponit, ita quoque in hac, omnis dominus eſt ſeruo ſuperior, dominus nimirum diſtributiuè ſupponit. Dilucidatio.

Abſolutarum, alia propria alia impropria. Text. 3. 2. Diuiſio.

Propria eſt ſuppoſitio termini ſupponentis pro ſuo proprio, & ordinario ſignificato.

Impropria eſt ſuppoſitio termini metaphoricè ſumpti.

Hæc ſecunda diuiſio, veluti reſiduæ ſubdiuiſiones ſubdiuiſionum ad breuitatem doctrinæ, diuiſio appellatur, cuius utique hoc erit exemplum, homo eſt rationalis, quoniam id, quod eſt homo, eſt rationale, ſupponit homo propriè, ſicut poeta antonomaſicè, pro Virgilio, loquitur, ſupponit poeta impropriè. Nempe poeta ſuo ordinario ſignificato non magis Virgilium, quàm alios ſignificat poetas, ſed per quandam excellētiam Virgilio appropriatur, Dilucidatio.

tur; ſicq́ue de cæteris methaphoricis ſignificationibus cenſendum putamus. Nam methaphora eſt, cũ vox à ſignificatione propria ad cognatam transfertur; vt auriga pto gubernatore, & contra gubernator pro auriga.

Tex. 4 3. Diuiſio. *Propriarum, alia formalis, alia materialis.*

Materialis eſt ſuppoſitio termini ſupponentis pro ſuo materiali ſignificato.

Materiale termini ſignificatum eſt ipſemet terminus, necnon omnis eidem conſimilis.

Dilucidatio. Quia termini ſignificatum eſt duplex, materiale, & formale, ſuppoſitio propria, quæ eſt acceptio termini pro ſuo proprio, & ordinario ſignificato, eſt duplex, materialis, & formalis. Significatum termini materiale eſt quando ſumitur ſolum pro ſeipſo, aut ſibi conſimili, ideſt pro alio termino materiali ei ſimili, ſed non pro eo, ad quod ſignificandum regulariter eſt impoſitum; vt animal eſt triſyllabum, hoc eſt, animal eſt nomen compoſitum ex tribus ſyllabis. Quocirca particula illa, pro ſuo materiali ſignificato, ad differentiam ſuppoſitionis formalis collocatur, in qua terminus pro ſuo formali ſignificato ſumitur.

Tex. 5 4. Diuiſio. *Materialium, alia diſcreta, alia communis.*

Diſcreta eſt ſuppoſitio termini materialiter ſupponentis, cum pronomine demonſtratiuo primitiuæ ſpeciei, aut quocunque alio materialitatis ſigno.

Communis, eſt ſuppoſitio termini materialiter ſupponentis, abſque omni materialitatis ſigno.

Dilucidatio. Cum primitiuę ſpeciei pronomina demonſtratiua, omneq́ue materialitatis ſignum, propoſitionem efficiant ſingularem, cuius ſubiectum, ſicut eſt terminus diſcretus, ſeu ei ęquipollens, ſic pariter ſupponit diſcretè; Hinc ea particula, cum pronomine primitiuę ſpeciei demõſtratiuo, aut quouis alio materialitatis ſigno, ad diſcrimen ſuppoſitionis C materialis communis, poſita eſt; cuius definitio nullum materialitatis ſignum, quod pronomini ęquipollet primitiuæ ſpeciei demonſtratiuo poni aſſerit. Nempe terminus materialiter ſupponens, & de iſto, & illo termino materialiter ſumpto prædicari poteſt, vt iſte terminus, homo, in hac propoſitione, homo eſt nomen, ſupponit homo materialiter communiter; ſicut in hac, hoc nomen animal eſt triſyllabũ, ſupponit animal materialiter diſcretè.

Tex. 6 vnica regula. *Omnis terminus, cui apponitur materialitatis ſignum ad ſuppoſitionem trahitur materialem diſcretam, cui ſi nullum materialitatis ſignum appoſitum fuerit, ad materialem trahitur communem, modò ſuppoſitionem habeat materialem.*

Dilucidatio. Signa materialitatis, quę terminum materialiter diſcretè ſupponere inſinuant, ſunt hæc, li, to, hic D terminus, hæc vox, ſiue dictio, hoc nomẽ, ut exemplariter dicatur, li homo eſt nomen, homo ratione ſigni materialitatis, ſuppoſitionem habet materialẽ diſcretam; ſicut homo eſt nomen, homo gratia prædicati protinus ad ſuppoſitionem trahitur materialem communem.

Tex. 7 *Suppoſitio formalis eſt ſuppoſitio termini, ſupponentis pro ſuo formali ſignificato.*

Formale termini ſignificatum eſt, quicquid per eum, explicitè, uel implicitè, præter ipſum terminum, aut ſibi conſimulem, ſignificatur.

Dilucidatio. In datis huius textus definitionibus, ſicut & in ſu A perioribus, & in inferioribus præſentis tomi definitionibus, ſuppoſitio, ad breuitatem, inſuper et claritatem intellectus, tanquam genus collocatur. Qua in re in eis ſemper intelligitur ſuppoſitionis definitio, ſic quoq; cũ dicitur, naturalis, aut formalis. naturalis definitio, aut formalis definitio in eis ipſis definitionibus datis ſubintelligitur. Quod equidem in cæteris definitionibus ſecundum analogiam idẽ cenſendum dicimus. Sed ea particula, pro ſuo formali ſignificato, in definitiõe ſuppoſitionis formalis, diſcrimen facit inter illam, & materialem. Sanè ſignificatum termini formale eſt, quicquid per eũ, præter ſeipſum, ac per hoc ſecundum placitum, ſignificatur: quod quidem dico, ut materiale excipiã ſignificatum, ſicut, homo, ſuo ſignificato formali, animal rationale mortale, Socratem, Platonemq́ue, ſignificat.

Tex. 8 5. Diuiſio. B *Formalium, alia naturalis, alia accidentalis.*

Naturalis eſt ſuppoſitio formalis termini, ſupponentis in propoſitione, facta in materia neceſſaria.

Dilucidatio. Definitionẽ ſuppoſitionis naturalis, in hac quln ta diuiſione particula illa, formalis, ad ſegregationẽ materialis, ingreditur, quemadmodum & ſequens, ſcilicet, termini ſupponentis in propoſitione facta in materia neceſſaria, ſuppoſitionem naturalem ab accidentali diſgregat, ut homo eſt animal, aut riſibilis. Nam prædicatum, animal, de natura, ac ſubſtantia hominis eſſe, et riſibile fluere, naſciq́ue ab ipſius hominis natura, ambigit nemo. Quare ſiue prædicatum, animal, & ſubiectum, homo, in rerum natura exiſtant, ſiue non, ſemper neceſſe eſt, datã propoſitionem eſſe veram. Neque enim ſubiecti, neque prędicatl ſignificat exiſtentiam, ſed habitudinem, C connexionemq́ue neceſſariam prædicati ad ſubiectum ſemper denotat: atque iccirco cum prædicatum ſubiecto naturaliter inſit, ſuppoſitio termini, ſupponentis in propoſitione, facta in materia neceſſaria, naturalis rectè appellata eſt. Taliter nanq; ſupponunt ſubiecta, qualiter permittunt prędicata; quæ abſque vllo dubio rationem formæ habẽt, quam conſtat determinare materiam, cuius rationẽ ſubiecta iam poſſident. Quo fit, vt prędicatum in propoſitione pręcipuè determinet, et ſignificatum, & ſuppoſitionem ſubiecti: quod in ordine ad ipſum prædicatum proculdubio ſupponit, ut homo eſt ſpecies, ſubiectum, homo (cum prædicatum, ſpeciès, aliter de ipſo ſubiecto verificari nequeat) pro natura hominis ſimpliciter accidẽtaliter ſupponit.

Text. 9. 6. Diuiſio. *Naturalium, alia ſimplex, alia perſonalis.*

D *Simplex eſt ſuppoſitio naturalis termini, ſupponentis pro natura.*

Perſonalis eſt ſuppoſitio naturalis termini, ſupponentis pro ſuppoſitis.

Dilucidatio. Simplex ſuppoſitio naturalis à perſonali diſcrepat, quòd terminus ſuppoſitione ſimplici pro natura ſupponat, ut per modum informantis eſt in alio; ac ſi exemplariter dicatur, Sortes eſt homo. Prædicatum homo, ſupponit formaliter pro natura humana, vt eſt in Sorte, ſicut forma in ſuppoſito. Nam duplex eſt forma, ſcilicet, forma partis, quę eſt pars ipſius compoſiti, & forma totius, quę eſt tota natura

tura

tura ipſius compoſiti, quatenus ſignificatur nomine abſtracto, quod ſane in ſuo ſignificato formali à E quocunque alio ab ipſa natura abſtrahit, ut humanitas in ſuo ſignificato formali dicit naturam humanam ex materia, & forma; vt puta ex anima rationali, ac humano corpore, compoſitam, & omne aliud à prædicta forma præſcindit. Sed homo nomē concretum, necnō quodlibet eius ſuppoſitum, vt Socrates & Plato, eſt humanitatem habens, ſiue talem naturam ex materia, & forma, compoſitā, quā dicit humanitas; atque idcirco nomen abſtractum, vtpotè quia formam, quæ habet rationem partis (quamuis re ipſa non ſemper ſit pars, ſed quandoq; totum) importat, per modum quoque partis, quā conſtat de ſuo toto in recto minimè prędicari, ſignificat. Hinc euenit, vt nomen abſtractum de concreto (tametſi re ipſa idem omnino ſignificet) in recto nullatenus poſsit verificari: ideoq; in data propoſitione, Sortes eſt homo, prædicatum homo, nomen concretum, aliud utique in recto ſignificat, & pro alio ſupponit. Id enim ſignificat, quod eſt habens humanitatem, ſiue naturam humanam: ſed ꝓ ea ipſa humana natura, vt in eſt Sorte tanquam forma in ſuppoſito, ſupponit. At verò perſonali pro ſuppoſitis ſupponit, vt omnis homo eſt animal: homo ſiquidem pro ſuppoſitis ſupponit humanæ naturæ. Nam Socratis, & Platonis natura eſt animal.

Tex.10 7. Diuiſio. *Naturalium perſonalium, alia diſcreta, alia communis.*

Diſcreta eſt ſuppoſitio naturalis termini diſcreti, aut ſibi æquiualentis.

Communis eſt ſuppoſitio naturalis termini communis.

Dilucidatio. Si terminus eſt diſcretus; aut eidem ęquiualens, nec per aliquid aliud, velut per dictionem reduplicatiuam, aut aliam ſimilem, à ſuppoſitione perſonali dimouatur, ſuppoſitionem habebit diſcretā: ſin G autem communis fuerit terminus, modò ſuppoſitionem naturalem poſsideat, ſuppoſitionem communem naturalem perſonalem obtinebit. Quocirca per hoc diſcreta à communi, diſcrimen habet, quòd diſcreta ſit ſuppoſitio naturalis termini diſcreti, ut exemplariter dicatur, Socrates eſt homo, aut ſibi ęquiualētis, vt Sophronici primogenitus eſt diſciplinabilis: communis vero ſit ſuppoſitio naturalis termini communis, vt homo eſt rationalis.

Tex.11. 8. Diuiſio. *Naturalium communium, alia determinata, alia confuſa.*

Determinata eſt ſuppoſitio naturalis termini communis, ſine ſigno, aut cum ſigno dūtaxat particulari, ſub quo ad ſua ſuppoſita, diſiunctim, ſiue diſiunctiuè, deſcendere licet.

Dilucidatio. Si terminus communis naturaliter ſupponens pro ſuppoſitis ſine ſigno, aut ſigno duntaxat parti- H cularí fuerit determinatus, ſuppoſitionem obtinebit determinatam: vt homo eſt animal, homo ſupponit determinatè. Nā ſub eo tā diſiunctiuè, quàm diſiunctim, deſcendere licet.

Tex.12 9. Diuiſio. *Confuſarum, alia confuſa tantum, alia uniuerſalis.*

Confuſa tantum eſt ſuppoſitio naturalis termini communis, ſub quo ad ſua ſuppoſita nullo modo deſcendere licet.

Dilucidatio. Cum ſub termino communi naturaliter pro ſuppoſitis ſupponente, nec diſiunctiuè, nec diſiunctim, aut quouis alio modo, vnquam verus ſit deſcenſus: eundem terminum confuſè tantum naturaliter ſupponere dicimus, vt tantū homo eſt rationalis. Nullus ſub homine (vt infra luce clarius dilucidabitur) E verus fieri poteſt deſcenſus: quo fit, ut homo confuſè tantum naturaliter ſupponat.

Confuſarum uniuerſalium, alia diſtributiua, alia collectiua. Tex.13 10. Diuiſio.

Diſtributiua eſt ſuppoſitio naturalis termini communis, ſigno uniuerſali determinati, ſub quo ad ſua ſuppoſita copulatiuè deſcendere licet.

Si terminus communis pro ſuppoſitis naturaliter ſupponens, ſigno vniuerſali, ſiue affirmatiuo, ſiue negatiuo determinatus fuerit, ac ſub eo copulatiuè rectè fiat deſcenſus: diſtributiuam habebit ſuppoſitionem, vt omnis homo eſt riſibilis. Quippè ſupponit homo diſtributiuè naturaliter, quia ſub eo deſcenſus copulatiuus ritè fieri poteſt. Dilucidatio.

Diſtributiuarum, alia abſoluta, alia accommoda. Tex.14. 11. Diuiſio.

Diſtributiua abſoluta eſt ſuppoſitio naturalis termini communis, ſigno uniuerſali determinati, ſub quo ad ſua ſuppoſita F *copulatiuè abſolutè deſcendere licet.*

Accommoda eſt ſuppoſitio naturalis termini communis, ſigno uniuerſali determinati, ſub quo ad ſua ſuppoſita copulatiuè ſecundum quid duntaxat, deſcendere licet.

Terminus communis pro ſuppoſitis naturaliter ſupponens, quum, ſigno vniuerſali tam affirmatiuo quàm negatiuo, determinatur, ac ſub eo copulatiuè abſolutè deſcendere licet, diſtributiuam abſolutam obtinebit ſuppoſitionē, vt omne animal eſt ſubſtantia, ſub animali per ſignum vniuerſale diſtributo, ſimpliciter copulatiuè deſcendere, non ambigimus. At ſi copulatiuè quidem, ſed cum aliquo addito ſub eo ſolummodo ritè fiat deſcenſus, diſtributiuam accommodam poſsidebit ſuppoſitionem, vt omne animal habens ſanguinē reſpirat, ergo & hoc animal habens ſanguinem reſpirat, & cętera, ideoq; G animal, naturaliter diſtributiuè accommodè, ſupponit. Dilucidatio.

Vniuerſalis collectiua eſt ſuppoſitio naturalis termini communis, ſigno uniuerſali determinati, ſub quo, aut non deſcendere, aut copulatim, & non copulatiuè, deſcendere licet. Tex.15.

Quum termino communi pro ſuppoſitis naturaliter ſupponenti, ſignum vniuerſale eſt appoſitū, aut nec ſub eo quouis modo deſcendere licet procuIdubio collectiuam obtinebit ſuppoſitionē, ut ſi omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt ſubſtātia, nec ſequitur formaliter, ſi hoc animal (demonſtrato equo) eſt ſubſtantia, omnis homo eſt ſubſtantia. Aut copulatim, & non copulatiuè deſcendere licet, hoc eſt, copulatim tantum verus ſit deſcenſus. Quippe quo nam pacto hi deſcenſus rectè fieri poſſint infra luce clarius manifeſtum euadet, Dilucidatio.

H *In omni propoſitione, cuius prædicatum de ſubiecto in primo, uel ſecundo modo per ſe, prædicatur, cuius ſubiectum naturaliter ſemper ſupponit.* Tex.16. 1. regula.

Propoſitio (teſte Philoſopho poſteriorum primo) in primo modo per ſe, dicitur, cum prædicatū eſt de ratione, ſiue de definitione ſubiecti, vt homo eſt animal; at contra, propoſitio, cuius ſubiectum eſt de ratione ſiue de definitione prædicati, in ſecūdo modo dicitur per ſe, ut homo eſt riſibilis. Nam de definitione propriæ paſsionis eſt eius ſubiectum, vt riſibilitas eſt hominis aptitudo ad ridendū. Quocirca propoſitio omnis tam in primo, quàm ſecundo modo per ſe, in materia eſt neceſſaria, atque idcirco Dilucidatio.

circo eius ſubiectum (cum ſuppoſitio naturalis ſit gratia propoſitionis in materia neceſſaria) naturaliter ſupponit.

Tex.17 2.regula. *In quacunque propoſitione, cuius ſubiectum naturaliter ſupponit, ad eius ueritatem, extremorum exiſtentia nequaquam neceſſariò requiritur.*

Dilucidatio. Propoſitio in materia neceſſaria (ut dictum eſt) non extremorum exiſtentiam, ſed connexionem eorum neceſſariam ſignificat: ideoque extremorum exiſtentia, ad eius veritatem minimè requiritur.

Tex 18 3.regula. *Omnis propoſitio, cuius ſubiectum naturaliter ſupponit, eſt ſemper, etiam ſine ſigno uniuerſali, uniuerſaliter uera.*

Dilucidatio. Cum propoſitionis, cuius ſubiectū ſupponit naturaliter, ſignificatum, neceſſarium, inuariabileque exiſtat, ac eius prædicatum ex parte rei ſignificatæ (etſi non ſemper ſecundum modum ſignificandi) pro omnibus ſuppoſitis ſubiecto, termino communi conueniat: propoſitio, cuius ſubiectum naturaliter ſupponit, erit ſemper, etiam ſine ſigno vniuerſali re ipſa vniuerſaliter vera. Verumenimuero dictum quippè eſt, ſubiectum (ſi eſt terminus communis) propoſitionis in materia naturali habere ſuppoſitionem naturalem, interdum diſtributiuam, interdum determinatam, aut ſimilem quancunque aliam ſuppoſitionem: quod proculdubio intelligendum eſt ob diuerſum enunciandi modum ſecundum exigentiam ſigni, quod quidem variatum (vt perſpicuum erit infra) terminum communem, cui apponitur, ad variam ſuppoſitionem trahit perſonalem, ideoq; ſi nullum appoſitum fuerit ſignum ex parte materiæ ipſius propoſitionis, ſuppoſitionem obtinebit vniuerſalem, ſed ſecundum modum enunciandi determinatam retinere ſuppoſitionem dicimus. Quocirca cum in huiuſmodi enunciationibus diſiunctiuus ſit deſcenſus, dicendo, homo eſt animal, ergo vel hic homo eſt animal, vel hic homo eſt animal, diſiunctio, vel, non eſt plenè diſiunctiua, ſed tantum naturam ſapit diſiunctiuę, quatenus participat illam particulam, qua dicitur, ad veritatem diſiunctiuæ neceſſe eſt, vnam partem indifferenter eſſe veram: ab ea vero particula, qua dicitur, quòd altera ſit falſa, aut quòd ſi vtraque eius pars eſt vera, ipſa enunciatio diſiunctiua erit falſa, quia eſt in materia, in qua vna pars poſita interimit alteram, & vna pars interempta ponit alteram, omnino expers eſt, quinimo ex parte materiæ ipſius enunciationis, omnes partes neceſſariò ſunt veræ, ſed ſecundū modū enunciandi ſufficit vnam indifferenter eſſe veram.

Tex. 19 4.regula. *In ſuppoſitione naturali non ualet conſequentia à propoſitione de tertio adiacente, ad eam, quæ eſt de ſecundo adiacente.*

Dilucidatio. Ea prędicatio, quę eſt de ſecundo adiacente, ſubiecti, ſignificat exiſtentiam, quod nec ſignificat illa de tertio adiacente in materia neceſſaria, quæ ab omni temporis differentia penitus abſtrahit, quod nec competit ei, quæ eſt in materia cōtingenti, ideo nulla eſt conſequentia à propoſitione de tertio adiacente ad eam, quæ eſt de ſecundo, ut homo eſt animal, igitur homo eſt: Cōtingenter enim homo eſt, ſed neceſſariò homo eſt animal: quo fit vt conſequens poſſit eſſe falſum, antecedente exiſtente ſemper vero, atque idcirco conſequentia eſt inualida.

A *Accidentalis eſt ſuppoſitio formalis termini, ſupponentis in propoſitione facta in materia contingenti.* Tex. 20

Dilucidatio. Propoſitio, cuius prędicatum eſt accidentale, ſeu accidens quintum prædicabile, in materia eſt contingenti, ac eius ſubiectum, ſuppoſitionem habet accidentalem, nec in alio à ſuppoſitione naturali diſcrepat, niſi quia illa eſt termini ſupponentis in propoſitione facta in materia contingenti, vt homo eſt albus: hęc verò in materia neceſſaria, quæ nec vllo vnquam determinato tempore extremorū importat exiſtentiam, quemadmodum homo & equus, coniunctio, &, nullam protſus determinatam deſignat temporis differentiam. Sed ea, quæ eſt in materia contingenti, in aliquo determinato tempore, ſubiecti, ac prędicati, exiſtentiam, ſecundum exigentiam, aut ampliationem copulæ, ſempet inſinuare B videtur; vt homo eſt currens, pro hominibus in tēpore præſenti ſupponit ſubiectum, homo; ſicut in iſta, homo fuit currens, pro hominibus in tempore præſenti, aut præterito. Hæc autem ſuppoſitio accidentalis in diſciplinis locum non habet: ſed in propoſitionibus vulgaribus, humanas actiones, aut ſimilia negotia, ſignificationibus, vt homo eſt ſedens, & equus ambulat.

Accidentalium, alia ſimplex, alia perſonalis.

Tex. 21 12. Diuiſio. *Simplex eſt ſuppoſitio accidentalis termini communis, ſupponentis in propoſitione gratia prædicati ſubiecto conuenientis, ut per abſtractionem ab omni ſuppoſito, habet datum ſubiectum eſſe in anima.*

Dilucidatio. Exiſtere bifariam cōtingit, aut in rerum natura, vt Socrates, & Plato, & cætera quæcunque indiui- C dua in vniuerſo ſubſiſtētia: aut in intellectu per eius appræhenſionem, ſiue abſtractionem, vt ſunt ipſa viuuerſalia, quæ vt ſic in via Peripatetica per abſtractionem intellectus à ſingularibus, fiunt. Nam abſtrahere eſt opus intellectus conſiderantis ea, quæ adinuicem ſunt coniuncta, appræhendendo vnum, non conſiderando reliquū, quia appręhendit prius ſine conſideratione poſterioris; veluti viſus in pomo videt colorem, non uidendo ſaporem: ſic pariter & intellectus in ſingularibus hominibus, naturam appręhendit humanam abſque ſingularium appræhenſione. Inde quoque natura humana ita appræhenſa in intellectu obiectiuè exiſtens formaliter vna, cū hoc pacto non ſit amplius per proprietates indiuiduales in ſingularibus diuiſa, eſt quodam modo ſingularis. Quodammodo, inquam, quia nec D eſt vna, nec plures numeraliter, ſed duntaxat formaliter eſt vna, atque ideo nec eſt propriè ſingularis: ſed quia, vt ſic per intellectum abſtracta non eſt in ipſis ſingularibus, aut inferioribus diuiſa, ſingularis quoquo modo vocatur. Demum intellectus ipſam ſuam reflectens conſiderationem, vlterius contemplando, reperit illam ſic appræhenſam naturam humanam, omnibus ineſſe ſingularibus hominibus, ac per hoc, cum ab eſſe in, ſumatur dici de, prædicari de ipſis, hinc eam congruè ſpeciem appellat. Nam ſpecies eſt prædicabile de pluribus differentibus numero, vt homo eſt ſpecies. Sanè ſpecies eſt prædicatum accidentale, quod cuipiam ſingularium hominum non competit, ſed homini iam per actum in-

tellectus

tellectus ab indiuiduis abſtracto, atq; per reflexionem ipſius intellectus ad ea ipſa indiuidua iterum E applicato. Nempe omne illud, quod fit per actum intellectus circa ſubſtantiam, aut vllum aliorum naturæ entium, eſt prædicatum accidentale, quoniam accidit eis, ac denominat illa: ideoque ſpecies, & cætera id genus ſunt prędicata accidentalia, quæ non pro ſuppoſitis, ſed pro natura, ſubiecto conuenire conſtat: & gratia talium, omniumque prædicatorum intentionalium, quæ pro natura, ſiue per ſecundam intentionem, ſiue per primam, vt roſa intelligitur, ſubiecto conueniunt, eſt ſuppoſitio accidentalis ſimplex: quemadmodum & perſonalis eſt reſpectu prędicati realis. quod ſubiecto nunquam competit, niſi pro ſuppoſitis, vt homo legit. Sanè prędicatum, legit, eſt reale accidentale prędicatum: quod nec homini accidit, niſi pro aliquo eius ſuppo F ſito. Homo enim legit, quia hic homo legit. Quare prædicatum, legit, cõuenit homini, ut habet eſſe in rerum natura extra animam.

Tex. 22. 1. regula. Dilucidatio.

Termino ſimpliciter ſupponenti, neque ſignum uniuerſale, neque particulare apponere decet.

Signa appoſita termino cõmuni, ipſum, niſi per dictionem reduplicatiuam, aut aliam ſimilem ſint impedita, ad ſuppoſitionem trahunt perſonalem: ideo termino ſimpliciter ſupponenti, neq; ſignum vniuerſale, neque particulare apponere decet.

Tex. 23. 2. regula. Dilucidatio.

Omnis terminus ſupponens ratione prædicati, animæ actũ concernentis, ſimpliciter ſupponit.

Prædicatum, actum animę concernens, hoc eſt, cuius ſignificatum ad actum mentis attinet, utpotè quia non fit niſi per opus animæ non conuenit ſub G iecto, vt in rerum natura eſſe habet, ſed vt habet eſſe in anima ipſa: iccirco omnis terminus ſupponẽs reſpectu prędicati actum animæ concernentis, eo ipſo iure accidentaliter ſimpliciter ſupponit, vt homo definitur. Nempe nec definitur homo, niſi prius fuerit ab intellectu appræhenſus: quo fit, vt prędicatum, definiri, conueniat homini, quia habet eſſe in intellectu, quare accidentaliter ſimpliciter ſupponit.

Tex. 24. 3 regula. Dilucidatio.

Omnis propoſitio, cuius ſubiectum ſupponit ſimpliciter, eſt, ad minus reipſa, ſingularis.

Quoniam propoſitionum, quarum ſubiectum ſimpliciter ſupponit, terminus eſt ex parte rei ſignificatæ, datum ſubiectum, ſingularis: meritò omnis propoſitio, cuius ſubiectũ ſimpliciter ſupponit, eſt H ſingularis, ut homo eſt ſpecies. Quippè ſubiectum, homo, quia pro natura humana, vt eſt per abſtractionem intellectus formaliter una, & quodammodo ſingularis, ſimpliciter ſupponit, ideo eſt terminus ſingularis: quemadmodum in hac propoſitione, Socrates eſt homo, prędicatum, homo, ſimiliter pro ipſa natura humana, quatenus in intellectu eſt formaliter vna, ſimpliciter ſupponit; quo fit vt ſit terminus ſingularis. Sed in hac ſecunda propoſitione ſimpliciter naturaliter. in prima verò ſimpliciter accidentaliter ſupponit. Simpliciter quidem, quoniam pro natura, vt ſtat ſub intẽtione ſecunda, quæ dicitur ſpecies, ſupponit: accidentaliter verò, quia accidit ſubiecto, ſic denominari ſpecies, aut à quauis alia intentione tam prima, quàm ſecunda, & ita ſuppoſitionem ſemper obtinebit accidentalem ſimplicem; modò datum ſubiectum extra propoſitionem ſit terminus communis, nulloque ſigno determinatus (quanuis in propoſitione gratia ſuæ ſuppoſitionis fiat diſcretus) necnon prout habet eſſe in anima, ei competat prędicatum: vt roſa intelligitur, ſiue roſa eſt intellecta, concluſio eſt ſcita. Harum ſiquidem enunciationum ſubiecta, ſimpliciter accidentaliter ſupponunt, quia ſubiectum primæ pro natura roſæ, & ſubiectum ſecundæ pro concluſionis natura, vt habet eſſe in intellectu, ſupponit, ac per hoc prędicata in datis propoſitionibus, eis ipſis ſubiectis ſic quoque conuenire conſtant. Hinc clara luce habetur ſenſus harum propoſitionum, intelligo roſam, ſcio concluſionem, hoc eſt, natura roſę à me intelligitur, concluſionis natura eſt a me ſcita. Quòd ſi nonnullum adderetur ſignũ vniuerſale; vt ſcio omnem concluſionem, aut particulare; vt ſcio aliquam concluſionem, ſiue pronomen demõſtratiuum primitiuæ ſpeciei; vt ſcio hanc concluſionem, vel quoquo modo eſſet per ſe terminus diſcretus; vt intelligo Socratem, ſiue Sophronici primogenitum; tunc enim nec ad ſuppoſitionem trahitur perſonalem, quoniam verbum in illis enunciationibus, conſequens actum mentis, obſtare videtur.

Perſonalis, eſt ſuppoſitio, accidentalis termini, ſupponentis in propoſitione gratia prædicati accidentalis, ſubiecto conuenientis, ut habet eſſe datum ſubiectum extra animam. Tex. 25.

Dilucidatio.

In hac definitione ſuppoſitionis perſonalis accidentarię, particula, accidentalis, diſcretionem oſtendit inter hanc, & naturalem, quod & in ſubſequentibus definitionibus, neceſſe eſt intelligere: quoniã accidentalis eſt termini ſupponentis in ordine ad prędicatum accidentale, tã intentionale, quàm reale, ſicut naturalis in ordine ad prędicatum naturale, hoc eſt, prædicatum propoſitionis in materia neceſſaria. At cum prędicatum propoſitionis accidẽtale eſt ens reale, tunc enim ſubiecto cõuenit, quatenus eſſe habet ipſum ſubiectum extra animam, ſiue in rerum natura; ideoquę datum ſubiectum, ſuppoſitionem habet accidentalem perſonalem, ut homo eſt iuſtus. Nam tunc pro ſuppoſitis in ordine ad prædicatum accidentale, & reale, ſupponit. Reale, inquam, ad ſecluſionem ſuppoſitionis accidentalis ſimplicis, quę eſt termini ſupponentis in propoſitione reſpectu p̄dicati, ſubiecto conuenientis, quatenus habet ipſum ſubiectum eſſe in anima.

Perſonalium accidentalium, alia diſcreta, alia communis. Tex. 26. 13. Diuiſio.

Diſcreta eſt ſuppoſitio, accidentalis, perſonalis, termini diſcreti, aut ſibi æquiualentis.

Communis eſt ſuppoſitio, accidentalis, perſonalis termini communis.

Dilucidatio.

Cum terminus fuerit diſcretus, aut eidem ęquiualens, perſonaliter ſupponens in ordine ad aliquod prædicatum accidentale reale, diſcretè accidentaliter ſupponit; vt Socrates eſt iuſtus. Quòd ſi huius modi terminus fuerit communis, accidentalẽ communem perſonalem ſuppoſitionem obtinebit, vt homo eſt iuſtus.

Communium perſonalium, alia determinata, alia confuſa.

Determinata

Determinata eſt ſuppoſitio, accidentalis, perſonalis, termini communis, ſine ſigno, aut cum ſigno duntaxat particulari, ſub quo ad ſua ſuppoſita disiunctim, ſiue disiunctiue, deſcendere licet.

Dilucidatio. Si terminus communis pro ſuppoſitis accidentaliter ſupponens, nullo ſigno, aut ſigno duntaxat particulari fuerit determinatus, atque ſub eo, diſiunctim ſiue diſiunctiue, deſcendere licet (quod ſanè ad diſcrimen confuſarum additur) ſuppoſitionem cōmunem accidētalem habebit determinatā. Deſcendere aūt diſiunctiue eſt formare & plures ſingulares categoricas cōiunctione diſiunctiua adinuicem coniunctas, ex quibus neceſſe eſt, vnam indifferenter eſſe veram: ut homo ſedet, ſic fit diſiunctiuus deſcenſus, & iſti ſunt omnes homines; ergo vel iſte homo ſedet, vel iſte homo ſedet, & ſic de ſingulis. Quocirca neceſſe eſt vnam ex iis, quamuis indifferenter, dummodo, vnus ſedeat, eſſe veram, ac per hoc ad verificandam datam, ac ſimiles propoſitiones, ſufficit prædicatum pro aliquo eius ſuppoſito indifferēter, ineſſe ſubiecto.

Tex. 28. 15. Diuiſio. *Confuſarum, alia confuſa tantum, alia uniuerſalis.*

Confuſa tantum eſt ſuppoſitio, accidentalis, perſonalis, termini communis, ſub quo ad ſua ſuppoſita nullo modo deſcendere licet.

Dilucidatio. Hęc ſuppoſitio, quam confuſam tantū dicimus, eſt, quum ad nullum eorum determinate quoquo modo, quę confuſe notata ſunt ſuppoſita, deſcenſus rectè fieri pōt, ut ſi dicat̃ tantū tres ciues ſeruant patriā, neq; ſequitur, ergo tātū iſte, vel ille ciuis ſeruat patriam. Collectiue enim, & non diuiſiue ſeruāt patriam. Nec eſt verum, vt quidam volunt, aſſerentes deſcenſum fieri, non quidem diſiunctiue, ſed diſiunctim: Quum ſemper ſiue diſiunctim, ſiue diſiunctiue, id fiat, de vno aliquo veram eſſe, neceſſe ſit, affirmationem. Nec ſoluit, quod dicunt, collectiue, & non diuiſiue, id accipi: quoniam excluſiuam dictionem, tantū aliquid determinare ſemper neceſſe eſt, ſicq; conſequentiam ſemper falſam efficiet. Verum quum excluſiua duas habeat exponentes, quarum altera negatiua, altera affirmatiua eſt etſi non poſſit ſub negatiua deſcenſus fieri: Eo quod plus negat addita ſingulari termino negatiuo, quàm communi, ſub affirmatiua tamen fieri poterit, ſic arguendo, tātum homo eſt riſibilis, ergo homo eſt riſibilis, ergo hic homo eſt riſibilis, & cętera: Subnegatiua verò minime ſequitur, ut tantum homo eſt riſibilis, & nihil, quod non eſt homo, eſt riſibile, ergo nihil, quod non eſt hic homo, eſt riſibile? Quare, hanc, in mobilem, & immobilem, ſegregare opus non eſt.

Tex. 29 16. Diuiſio. *Confuſarum uniuerſalium, alia diſtributiua, alia collectiua.*

Diſtributiua, eſt ſuppoſitio, accidentalis, perſonalis, termini communis, ſigno uniuerſali determinatè, ſub quo ad ſua ſuppoſita copulatiue deſcendere licet.

Dilucidatio. Diſtributiua ſuppoſitio accidentalis eſt cum ſub termino communi pro ſuppoſitis accidētaliter ſupponente, ad ipſa ſuppoſita copulatiue deſcendere licet. Deſcendere autem copulatiue eſt formare plures ſingulares categoricas coniunctione copulatiua adinuicem coniunctas, neceſſariò adminus per hypotheſin, veras, vt omnis homo eſt albus: ſic fit deſcenſus copulatiuus, & iſti ſunt omnes homi- A nes; ergo & hic homo eſt albus, & hic homo eſt albus, & ita de cæteris, ergo omnis homo eſt albus. Neque vllam harum dicimus immobilem, quum contradictio ſit, diſtributum eſſe totum, nec partibus poſſe totum tribui. Neque enim aliud per diſtributionem intelligimus. Verum quod non nulli, diſtributum, immobile, appellant, nos collectiuum nuncupamus: vt ſi omne animal mouetur, omnis homo mouetur, non valet; ergo ſi hoc animal mouetur, omnis homo mouetur. Nam conſtat primam conditionalem eſſe veram, & tamen demonſtrata altera ab homine ſpecie animalis, vt puta leone, alias eſſe falſas. Quocirca ſubiectum, animal, in conditionalis huius antecedente, non diſtributiuè, ſed collectiuè accipimus: in conſequente verò ſubiectum, homo, abſque vllo dubio diſtribu- B tum prædicamus.

Tex. 30 17. Diuiſio. *Diſtributiuarum, alia abſoluta, alia accommoda.*

Diſtributiua abſoluta eſt ſuppoſitio accidentalis perſonalis termini communis, ſigno uniuerſali determinati, ſub quo ad ſua ſuppoſita copulatiuè abſolutè deſcendere licet.

Accommoda eſt ſuppoſitio accidentalis perſonalis termini communis, ſigno uniuerſali determinati, ſub quo ad ſua ſuppoſita copulatiuè ſecundum quid duntaxat deſcendere licet.

Dilucidatio. Terminus communis pro ſuppoſitis accidentaliter ſupponens, ſi vniuerſali ſigno tam affirmatiuo, quàm negatiuo, determinatus fuerit, atque ſub eo copulatiuè abſolutè deſcendere liceat, diſtributiuam abſolutam habebit ſuppoſitionem; vt omnis ſtella lucet, & iſtæ ſunt omnis ſtellæ, ergo iſta ſtella lucet, & ſic de ſingulis, ergo o- C mnis ſtella lucet. At cum ſub dato termino communi, ſigno vniuerſali determinato, ad ſua ſuppoſita cum aliquo addito ſolummodo, copulatiuè deſcendere licet, eius ſuppoſitio erit diſtributiua accommoda, ut omnes diligunt munera, ſcilicet, iudices iniuſti; ergo iſte utpotè, quia eſt iudex iniuſtus, diligit munera, & ita de cæteris. Nimirum illa omnibus, totum, partibus abſolutè abſque ullo diſtribuit ſcrupulo: hęc uero nonniſi, quibus propoſitum expoſcit, ut dictum eſt de ea, oīnne animal reſpirans habet ſanguinem.

Tex. 31 18. Diuiſio. *Vniuerſalis collectiua eſt ſuppoſitio, accidentalis, perſonalis, termini communis, ſigno uniuerſali determinati, ſub quo ad ſua ſuppoſita, aut non deſcendere, aut copulatim, & non copulatiuè, deſcendere licet.*

Dilucidatio. Quemadmodum nunc firma ratione præli- D bauimus, ſi ſub termino communi pro ſuppoſitis accidentaliter ſupponente, uniuerſalique ſigno determinato, ad ipſa ſuppoſita copulatim, & non copulatiuè, deſcendere licet, aut omnino non deſcendere, uniuerſalis collectiua erit accidentalis eius ſuppoſitio: ut omnes apoſtoli ſunt duodecim, non ualet, ergo iſte eſt duodecim, ergo & iſte eſt duodecim, & ita de cęteris: ſed ualet copulatim, ergo iſte, & iſte apoſtolus, & ſic de reliquis, ſunt duodecim.

Tex. 32. 1. regula. *Omnis terminus diſcretus, aut communis cum pronomine demonſtratiuo ſingularis numeri, aut circumlocutus, orationis extremum, perſonaliter ſupponens, diſcretè ſupponit.*

Cum huius regulę, ac omnium ſubſequentium intelligentia ex datis ſuis definitionibus haberi poſsit: E modo ſupereſt earũ exempla adducere, & enucleare. Hinc primæ huius regulæ ex parte ſubiecti tale ſumatur exemplum, Sortes currit, iſte homo mouetur, Sophronici primogenitus ambulat. Ex parte prædicati, aliquod currens eſt Sortes, aliquod mouens eſt iſte homo, aliquod ambulans eſt Sophronici primogenitus: ſimiliter, omnes peccauerunt in Adam; omnes peccauerunt in primo homine; omnes peccauerunt in primo ad imaginem dei creato: itidem, nullus equus eſt Sortes, nullum mouens eſt hic homo, nullum ambulãs eſt Sophronici primogenitus.

Tex. 33 2. regula.

Omnis terminus communis in ſubiecto poſitus, niſi per aliquod additum ad aliud trahatur, non ſimpliciter, ſed perſonaliter ſupponit.

Dilucidatio.

Hæc ſecunda regula profectò iam ex ſuperioribus manifeſta eſſe poteſt. Nam cum ſubiectum per modum materiæ (vt dictum eſt) in propoſitione ſe habeat, conuenientiſsimè illi indiuidualis diuiſio, quam ſuppoſitorum diuiſionem dicimus, proculdubio coaptabitur. Perſonaliter igitur in ſubiecto ſupponet terminus communis, niſi per additionem alterius in aliam conuertatur ſuppoſitionem. Quatuor autem ſunt, quę interdum ad ſimplicem, illum trahunt ſuppoſitionem. Dictio diſcretiua, exceptiua, reduplicatiua, & ſecundæ intentionis termini in prædicato conſtituti, & conſequenter pari ratione verba actum mentis concernentia, atque negatio, vt ſi dixero, omne differens ab homine, id eſt, quod non eſt homo, eſt irrationale. Exceptiua, G vt omne ens præter ſubſtantiam, eſt accidens. Reduplicatiua, vt Socrates inquantum homo, eſt rationalis. Et in jis quidem omnibus eadem ratio eſt, quare in ſimplicem, tranſeant ſubiecta, ſuppoſitionem: quoniam tanquàm prædicata, & non vt ſubiecta ſe habent. Quocirca non ab re in prima, ac tertia regula, appoſita eſt illa particula, perſonaliter ſupponens: quia aliunde ſic habet propoſitionis ſubiectum, vt ſimpliciter interdum ſupponere poſsit. Itidem quoniam à materialibus conditionibus abſtrahunt intentiones, atque verba actum mentis concernentia, neceſſe eſt, terminos illis ſubiectos ſimpliciter ſupponere, vt animal eſt genus, roſa eſt intellecta.

Tex. 34 3. regula.

Omnis terminus communis orationis ſubiectum, quem nullum præcedit ſignum, aut ſi præcedit, eſt particulare affirmatiuum, perſonaliter ſupponens, determinatè ſupponit.

Dilucidatio.

Hæc regula ex definitione ſuppoſitionis determinatæ ſtatim manifeſta apparet, vt homo eſt iuſtus, aliquis homo eſt iuſtus. In vtroque nanque exemplo ſub ſubiecto, homo, tam diſiunctiuè, quàm diſiunctim, deſcendere licet; igitur regula eſt vera.

Tex. 35 4. regula.

Cuiuſcunque propoſitionis vniuerſalis affirmatiuæ, aut negatiuæ ſubiectum, ſi ſub eo copulatiuè deſcendere licet, confuſè diſtributiuè ſupponit.

Dilucidatio.

Hæc regula ex ſe eſt clara, vt omnis homo ſedet, nullus homo ambulat. Sub nanque vtriuſque propoſitionis ſubiecto, copulatiuè deſcendere licet.

Tex 36 5. regula.

In quacunque conditionali, cuius ſubiectum antecedentis, necnon conſequentis, ſignum præcedit vniuerſale affirmatiuũ, aut negatiuum, datum ſubiectum antecedentis in ordine ad totam conditionalem, collectiuè ſupponit, ſed conſequentis ſubiectum diſtributiuè.

Dilucidatio.

Quinta regula ex ſuperioribus manifeſta relinquitur, vt ſi omne animal eſt album, omnis homo eſt albus; ſi nullum animal ſedet, nullus homo ſedet. Nullo enim modo ſub animali in ordine ad totam conditionalem deſcendere licet: ſed ſub homine abſque vllo ſcrupulo copulatiuè rectè fit deſcenſus.

Tex. 37 6. regula.

Omnis terminus communis in prædicato poſitus, niſi actus uerbi ad ipſum terminetur, ſimpliciter ſupponit.

Dilucidatio.

Sexta quidem regula vera eſſe, ita comprobatur. In primo nanque de interpretatione ait Ariſtoteles, in eo, quod vniuerſale prædicatur, id, quod eſt vniuerſale, vniuerſaliter prędicari non eſt verum. F Nulla enim ferè affirmatio erit vera, in qua de vniuerſali prædicato, vniuerſaliter prædicetur, vt omnis homo eſt omne animal: cuius nimirũ ratio hæc eſt, Quippè in enunciatione prędicatum per modum formæ ſe habere olim dictum eſt, ſubiectum verò per modum materiæ, atque ideo, quum indiuidualis diuiſio, quam tum particulare, tum vniuerſale ſignum efficit, ad materiam ſpectet, non conuenienter apponitur ſignum vllum prædicato, ſed potius ſubiecto. Communem igitur terminum, vtpotè prædicatum, ſimpliciter ſupponere, neceſſe eſt. Dicitur autem actus uerbi ad prędicatum terminari hoc modo, ut ſi dicas, ſorbuit ille uinum, ignis exuſsit ligna. Neque enim in eiuſmodi enunciationibus ſubiecto prædicatum ineſſe ſignificatur: ſed potius in id actus uerbi tranſire. Nempe nec propriè prædicata ſunt, ſed potius poſt prædicata. Quod ſanè apertè liquet, ſi uerbum reſolueris. Hoc igitur pacto non ſimpliciter, ſed perſonaliter in prędicato ſupponunt termini.

Tex. 38. 7. regula.

Cuiuslibet prædicatum propoſitionis negatiuæ, confuſè diſtributiuè ſupponere poteſt.

Dilucidatio.

Quanquam propoſitionis negatiuę prędicatum pro natura directè ſupponit; tamen gratia negationis (ut paulò infra dicetur) pro ſuppoſitis quoque confuſè diſtributiuè ſupponere poteſt, ut quidam homo non eſt equus. Negatio ſiquidem, prædicatum pro omni ſuppoſito à ſubiecto remouet: quare ſub eo copulatiuè deſcendere licet, & conſequenter confuſè diſtributiuè ſupponit.

Tex. 39. 8. regula.

H *Quotieſcunque uniuerſalis affirmatiuæ, aut negatiuæ, prædicatum, de ſubiecto non abſolutè, ſed ſecundum quid uerificatur, ſubiectum diſtributiuè accommodè ſupponit.*

Dilucidatio.

Huius octauę regulę tale occurrit exemplum, omnes homines indigent pœnitentia, appoſitiuè peccatores. Nã infans poſt baptiſmum eſt homo, nec tunc indiget pœnitentia. Quo fit ut ſub homine diſtributo, niſi appoſito illo addito, peccatores, copulatiuè rectè deſcendere poſsit.

Tex. 40 9. regula.

In qualibet propoſitione etiam uniuerſali affirmatiua cuius prædicatum de ſubiecto pro omnibus ſub ipſo contẽtis, niſi ſimul ſumptis uerificatur, ſubiectum collectiuè ſupponit.

Dilucidatio.

In promptu eſt huius regulę exemplum, ut omnia mundi elementa ſunt quatuor. Nam ſi ſub ſubiecto deſcenſus fiat diſiunctus, ſiue quocunque alio

alio modo, niſi coniunctim, manifeſtè erit falſus. Prædicatum enim numerale, quatuor, de ſubiecto, A elementa, niſi coniunctim natum eſt verificari.

De ſignis ſyncategorematibus & terminis, virtutem confundendi habentibus.

Tex 41. 1. regula. *Cuiuslibet propoſitionis excluſiuæ primi ordinis, tã affirmatiuè, quàm negatiuè, modò ſuper excluſionis notam non cadat negatio, ſubiectum terminus communis, confuſè tantum ſupponit.*

Dilucidatio. Quanquam plurimæ, variæq; ſunt regulæ terminorum habentium virtutem confundendi, & diſtribuendi, nonnullas tamen, quas credimus fore generales, ac opportunas, in medium, ſolummodo adducemus: nec alias vltra cumulandas credidimus, ne potius obnubilentur, quàm illuſtrentur ingenia. Agè itaque, excluſiua primi ordinis fit, cum excluſionis nota, ſuum antecedit ſubiectum, vtpotè quia ſuper illud cadit, ac ſi exemplariter dicatur, tantum B homo eſt doctus, tantum homo non eſt albus. Nempe ſub vtriuſque propoſitionis ſubiecto, neque diſiunctim, neque diſiunctiuè, neq; quouis alio modo deſcendere licet; atque idcirco vtrunque confuſè tantum ſupponit. Nec in negatiua ſuper excluſionis notam cadit negatio, ſicut in iſta, non tantũ homo eſt albus, tunc vtique gratia negationis mutatur ſuppoſitio, atque de confuſa tantum (quia copulatiuè deſcendere licet) fit proculdubio diſtributiua accommoda.

Tex. 42. 2. regula. *Dictio exceptiua, necnon reduplicatiua in propoſitione facta in materia neceſſaria, terminum communem immediatè ſequentem ad naturalem ſimplicem trahit ſuppoſitionem.*

Dilucidatio. Duas hæc ſecunda regula continet partes, quarũ prima docet, dictionẽ exceptiuã terminũ cõem C ſuum caſuale ad ſimplicem naturalem trahere ſuppoſitionem, modo in materia neceſſaria ſupponat: vt omne animal præter hominẽ, eſt irrationale, hoc eſt, nullum animal eſt natum ratione vti, præter naturam humanã, quę eſt rationis capax. Nempe homo à parte conſtituitur prædicati: quod in enunciationibus huiuſmodi, quę ſunt in materia neceſſaria, pro natura ſupponit. Idem quoque dicimus (vt ſecunda pars regulę nos admonet) de dictione reduplicatiua, quia huiuſmodi terminus communis tanquàm prædicatum, non vt ſubiectum, in materiaq; neceſſaria ſe habet. Idem enim eſt dicere homo inquantum homo eſt rationalis, & rationale eſt hominis natura: datus igitur terminus ſimpliciter naturaliter ſupponit.

Tex. 43 3. regula. *Aduerbia numeralia, localia, temporalia, uerbo adhærẽtia, D cuius actus ſuper idem numero reiterari poteſt, terminum communem ſequentem ſigno uniuerſali minimè determinatum, ſupponere determinatè inſinuant: at ſi eius actus ſuper idem numero reiterari nunquam poteſt, confuſè tantum datum terminum confundunt.*

Dilucidatio. Aduerbia adhærentia verbo, cuius actus ſuper eadem re, numero, reiterari poteſt, terminum immediatè ſequẽtem, quum ſub eo tam diſiunctiuè, quàm diſiunctim, deſcendere licet, determinatè ſupponere docent, vt bis vidi hominem, ergo bis uidi hunc, vel illum hominem: at quum apponitur ſignum vniuerſale, diſtributiuè (quia copulatiuus verus ſit deſcẽſus) ſupponere dicimus. Quod nec vnquàm euenit, ſi actus verbi ſuper idem, numero, reiterari non A poteſt, vt bis comedi panem. Sanè ſequens terminus communis, panem, confuſè tantum ſupponit. Nam eius deſcenſus eſt manifeſtè falſus, panis enim ſemel comeſtus, non eſt iteratò comeſtibilis.

Termini modales, nominaliter, uel aduerbialiter, ſumpti, in ſenſu diuiſo, terminos ſupponere faciunt, quẽadmodũ in propoſitionibus ſimplicibus ſupponunt, in ſenſu autem compoſito minimè. Tex. 44. 4. regula.

Quarta regula docet terminos eandem habere ſuppoſitionẽ in propoſitionibus modalibus in ſenſu diuiſo, ſicut in ſimplicibus ſupponunt, vt omnem hominem eſſe album, eſt poſsibile, vel hominem eſſe album, eſt poſsibile, quia in iſta, omnis homo eſt albus, homo diſtributiuè abſolutè; & item in hac, homo eſt albus, determinatè ſupponit; ideoque in prima modali diſtributiuè abſolutè ſupponit homo, B terminus communis, & in ſecunda determinatè. Itidem, homo eſt animal, cum prædicatum, animal, pro natura ſupponat, ita quoque, hominem eſſe animal, eſt neceſſarium, animal, prædicatum dicti pro animalis natura ſupponere conſtat. De ſuppoſitione reſtricta, vel ampliata, quam huiuſmodi termini, ac cæteri alij efficiunt, in ſequentibus ex propoſito, ſuo dicetur loco. Verumenimuero, album eſſe nigrum eſt impoſsibile, in ſenſu compoſito, ſub albo per ſe termino communi, nullus poteſt fieri deſcenſus. Nam ſenſus eſt, hoc dictum album eſſe nigrum eſt impoſsibile: atque idcirco propoſitio protinus efficitur ſingularis, & ita totum dictum gerens vices vnius termini ſingularis, diſcretè materialiter ſupponit. Dilucidatio.

C *Omne ſignum uniuerſale, tam affirmatiuũ, quàm negatiuũ, non impeditum, poſitum in recto, ſiue in obliquo, terminum cõmunem immediatè ſequentem diſtributiuè ſtare facit, ſequentem uerò mediatè, niſi actus uerbi ad ipſum terminetur, ſi eſt in materia neceſſaria naturaliter ſimpliciter: ſed negatiuum itidem non impeditum, atque omnis negatio illum diſtributiuè ſupponere facit.* Tex. 45. 5. regula.

Quinta regula quatuor complectitur partes, primam hac conditione circunlocutam; omne, ſcilicet, ſignum vniuerſale affirmatiuum non impeditum poſitum in recto, ſiue in obliquo, terminum diſtribuit communem immediatè ſequentem; vt omnis homo eſt animal. Quippè terminus communis, homo, pro omnibus ſuis diſtribuitur ſuppoſitis: quoniam ſub eo copulatiuè deſcendere licet. Quod equidem non decet, cùm per aliud ſignum diſtributiuum, aut aliud ſyncategorema impeditur, vt non D omnis homo currit, Sanè, homo, terminus communis, gratia ſuperuenientis negationis, non amplius diſtribuitur, equipollet enim huic, quidam homo non currit, Similiter in obliquo poſitum, nec impeditum, terminum communem, cui ſtatim adhæret, diſtribuit; vt videns omnẽ hominem eſt animal. Nec terminus, vidẽs, nec terminus animal, ſed ſolũmodo ille obliquus, hominem, diſtribuitur. In recto verò (inquit ſecunda pars regulæ) terminum communem mediatè ſequentem, niſi actus verbi (vt in ſuperioribus dictũ eſt) ad ipſum terminetur, ſi eſt in materia neceſſaria naturaliter ſimpliciter eũ ſupponere permittit, vt omnis homo eſt animal. Nam ter- Dilucidatio.

minus, animal, naturaliter ſimpliciter ſupponit, hoc eſt, pro natura animalis, vt per modum infor-mãtis eſt in ſuppoſitis, & vt ſic nõ pro ipſis ſuppoſitis ſupponit: & ſenſus eſt, omni homini ineſt natura animalis, & non quòd omnis homo eſt natura animalis. Quare eſt prædicatio formalis, hoc eſt, ſupponit animal pro ipſa natura animalis, per eum importata, quatenus informat ſubiectum. Quum etiam definientes dicimus, homo eſt animal rationale mortale, terminus, animal, pro ſingularibus ſupponere non poteſt. Singularia nanque animalia (autore Ariſtotele ſeptimo methaphyſicę) de definitione ſpeciei nequaquàm ſunt. Quod & idem dicim⁹, quum ſuperius de inferiori eſſentialiter prædicatur: alioquin prędicatio formalis in primo modo per ſe nunquàm eſſet. Id enim prędicatur, pro quo terminus ſupponit, & natura per huiuſmodi prædicatum importata prædicatur, ergo & huiuſmodi prædicatum pro natura ſupponit. Tertia quoque pars eiuſdem regulæ docet omnia ſigna vniuerſalia negatiua, aut ſyncategoremata negatiua non impedita, poſita in recto, ſiue in obliquo, terminum communem immediatè ſequentem diſtributiuè ſupponere facere, vt nullus homo eſt equus. Nempe ſubiectum, homo, cum ſub eo copulatiuè ritè deſcendere poſſit, abſque vllo diſtribuitur ſcrupulo. Demum quarta pars inſinuat, terminum communem mediatè ſequentem ſignum vniuerſale negatiuum; immo & omnem negationem negantē pro omnibus ſuis diſtribuere ſuppoſitis. Negationem, inquam, negantem, quia negatio priuans, vel infinitans, huic non deſeruit intento: ſed quem ſanè effectum efficiunt, iam pridem in terminorum tomo dilucidauimus. Quippè nihil prohibet eundem terminum communem in vna, eademque propoſitione interdum pro natura, interdum verò pro eiuſdem naturæ ſuppoſitis diuerſè conſideratum ſupponere. Nimirum quatenus terminum communem in prædicato poſitum pro natura ſupponere non ambigimus; vt nullus homo eſt leo, hoc eſt, leonina natura alicui hominum non ineſt, quemadmodum natura ineſt ſuppoſitis: ſed relatum ad negationem, quam conſtat habere virtutem diſtribuendi pro omnibus ipſius naturæ ſuppoſitis, proculdubio pro eis ſupponere poteſt, in cuius ſignum ſub eo copulatiue uerus fit deſcenſus, vt nullus homo eſt leo, & hi ſunt omnes leones; igitur nullus homo eſt hic leo, & cætera. Quo fit vt prædicata in propoſitionibus negatiuis ob virtutem negationis ſuper ea cadentis, pro omnibus ſuis ſuppoſitis à ſubiecto dimouetur: quòd ſecus eſſe in affirmatiuis, clarum patet, atque conſpicuum. Signum autem impeditur, aut quum apponitur ſubiecto in obliquo, ut nullius hominis equus currit, neque equus, neque currit, etiam ſi per hypotheſin ſupponeret. ſed tantum ille obliquus, hominis, diſtribuitur. Nam virtus ſigni negatiui vltra obliquum, cum quo conſtruitur, nõ ſe extendit. Aut ſi aliud diſtributiuum negatiuum ſuperueniat ſyncategorema, vt nonnullus homo diſputat, hoc eſt, quidam homo diſputat.

Tex 14 4.regula. *Gradus poſitiuus, & comparatiuus, terminum communem à ſe rectum ex natura comparationis, aut ex natura exceſſus, perſonaliter ſupponere innuit, ſicut ſuperlatiuum terminum cõmunem à ſe rectum collectiuè ſupponere docet.*

Sexta regula tres habet partes, quarum primæ tale affertur exemplum; leo eſt magis fortis quàm homo. Perſonaliter nanque determinatè ſupponit homo, ſub quo tam disiunctiuè, quàm disiunctim deſcendere licet, ſi tamen apponeretur ſignum uniuerſale, virtute eius diſtribueretur. Exemplum ſecundæ partis, equus eſt maior leone altitudine cubiti. Terminus, leone, ex natura comparationis rectus, & terminus altitudine cubiti, ex natura exceſſus rectus, determinatè ſupponunt; quoniam ſub eis & disiunctim, & disiunctiuè deſcendere licet. Exemplum tertię partis; Achilles fuit fortiſsimus grecorum, ſubintelligitur omnium. Signum nanque diſtributiuum, quandoque ſuperlatiuo non apponitur, quandoq; ad maiorem expreſſionem ei apponitur, ut granum ſynapis minimum quidem eſt omnibus ſeminib⁹ pro omnium ſeminum. Quocirca ſemper collectiuè ſupponit, cum eius deſcenſus, incongrua eſſet locutio, vt Achilles fuit fortiſſimus iſtius, & illius, quod in grãmatica eſt vitium. Dilucidatio. De ſuppoſitione relatiuorum,

Relatiuum, ſuam accipit ſignificationem, atque idcirco & ſuppoſitionem ſuo ab antecedente, quare eodem modo generali ſicut & ſuum ſupponit antecedens. Tex.48. 1.regula.

Nihil prohibet vnum, & idem ſecundum diuerſam conſiderationem à pluribus ſpeculari ſcientijs, ideoque relatiuum quatenus congruam, vel incongruam conſtituit orationem, à grammatico contemplatur, ſed à logico ſecundum quòd ex vario modo ſupponendi veram, vel falſam eam ipſam reddit orationem, abſque ullo conſideratur ſcrupulo. Agè igitur, relatiuum eſt, quod refert rem ante latam, hoc eſt, rem ante dictam dicit iterum. Hinc ſuam ſignificationem à re ante lata, quam dicit iterum, quomodolibet accipere conſtat. Nam ſi rem ante latam dicit iterum, vtique eam quoquo modo importat, atque ſignificat. Adde autem, terminus (cum ſuppoſitio, acceptio ſit termini pro aliquo ſuo ſignificato) ſolummodo pro eo ſupponit, quod ſignificat, igitur quemadmodum relatiuum ſuam ſignificationem, ſic pariter & ſuppoſitionem à ſuo mutuatur antecedente, ac per hoc ſupponit eodem modo generali, ſicut & ſuum antecedens. Modi vero ſupponendi generales, hi ſunt, materialiter, formaliter, naturaliter, accidentaliter, perſonaliter, ſimpliciter, communiter, atque diſcretè ſupponere. Dilucidatio.

Quocirca ſi antecedens ſupponit diſcretè, & relatiuum ſimiliter, vt Sortes eſt animal, & ille eſt rationalis, ſed ſi materialiter, & relatiuum itidem, vt homo eſt nomen, quod eſt primitiuæ ſpeciei. Quod ſi antecedens naturaliter, & relatiuum naturaliter ſupponit. Idem ſecundum analogiam dicimus de reliquis. Ex hac autem regula manifeſtum eſt, ſigna uniuerſalia, negationes, ſigna confuſiua, & cætera id genus, nihil agere in relatiuum ſequens. Nam ab illis non accipit relatiuum ſuppoſitionē, ſed ſolum ab antecedente, vt homo eſt animal, & leo non eſt illud Relatiuum, illud, naturaliter ſupponit determinatè, velut & ſuum antecedens. Nec obſtat negatio præcedens, cum eius virtus in relatiuum

tiuum minimè cadat.

Tex. 49
2. regula.

Relatiuum identitatis ſubſtãtiæ in eadem categorica ſui antecedentis, eodem modo particulari ſupponit ſemper, quo & ſuum ſupponit antecedens.

Dilucidatio.

Relatiuorum, quoddam relatiuum ſubſtantiæ appellatur, & definitur eſſe, quod refert antecedens ſubſtantiuum: & id in relatiuum identitatis ſubſtãtiæ, & diuerſitatis diducitur. Relatiuum identitatis ſubſtantiæ, eſt quod refert idem numero cum ſuo antecedente. Hoc autem eodem quippè modo particulari ſemper ſupponit in eadẽ categorica ſui antecedentis, quo ſuum ſupponit antecedens. Modi vero ſupponendi particulares, diſtributiuè, determinatè, confuſè tantum ſupponere, & cætera id genus dicũtur, vt exemplariter dicatur, omnis homo, qui currit, mouetur. Relatiuum identitatis ſubſtantię, qui, diſtributiuè, ſicut & ſuum ſupponit antecedẽs: ſed in hac categorica, homo, qui diſputat, ſedet, determinatè: ſic pariter omnis homo videt ſe, relatiuum, ſe, & antecedens, homo, diſtributiuè ſupponunt: ſimiliter aliquis homo diligit filium ſuum, tã antecedens, homo, quàm relatiuum ſuum, ſtant determinatè.

Tex. 50
3. regula.

Relatiuum non poſſeſſiuum, tam reciprocum, quàm non reciprocum, in comparatione ad alterum extremorum, ſupponit pro eodem numero, pro quo & ſuum ſupponit antecedens.

Dilucidatio.

Relatiuorum, quædam (ſiue ſint nomina, vt qui, quæ, quod; ſiue pronomina, ut ille, ipſe, iſte, & is) reciproca dicũtur, ut ſui, ſibi, & poſſeſſiuum, ſuus, ſua, ſuum: quædam non reciproca, ut ille, iſte, & is. Relatiuum identitatis ſubſtantię eſt, quod per modum patientis ſuum refert antecedens, ut Cęſar percutit ſe. Relatiuum, ſe, quia percuſſio in Cæſare recipitur. per modum patientis refert Cęſarem. Huiuſmodi quoque relatiuum non in recto, ſed in obliquo in oratione collocatur; quoniam rectus nunquam habere modum patientis: ſed tantum patiens eſſe poteſt, ut ſeruus uerberatur; vnde in obliquis ſemper eſt modus patientis. Relatiuum autem non reciprocum, ſuum refert antecedens, ſed non per modum patientis, ut Socrates eſt doctus, & ipſe eſt græcus. Tam igitur relatiuum reciprocum, quàm non reciprocũ (mõ nõ ſit poſſeſſiuum) in comparatione ad alterum extremum, ſupponit pro eodem, numero, pro quo & ſuum ſupponit antecedens; vt aliquis homo eſt iuſtus, & ille defendit iuſtitiam. Relatiuum, ille, non ſupponit indifferenter pro aliquo homine, ſed pro aliquo homine iuſto; ideoque rectè dictum eſt, in comparatione ad alterum extremorum. Nam iuſtus, quia eſt prædicatum, extremum eſt primæ categoricæ. Similiter omnis homo videt ſe, ſicut ſubiectum, homo, diſtribuitur, ſic pariter relatiuum reciprocum, ſe; Nec ſenſus eſt, quòd omnis homo videat abſolutè omnem hominem: ſed referendo ſingulos ad ſeipſos, ſic deſcendendo, omnis homo videt ſe; ergo iſte homo videt ſe, & ille videt ſe, & cętera.

Tex. 51
4. regula.

Relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ non ſemper eodem modo particulari ſupponet, quo & ſuum ſupponit antecedens.

Dilucidatio.

Relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ refert antecedens, diuerſum à conſequente. cum quo concordat ſub eodem genere, vel ſpecie. Quanuis enim diſcordet ab antecedente, tamen eiuſdem eſſe, vel generis, vel ſpeciei cum conſequente refert. Nam ſi dico, placet mihi accipenſer, & alii piſces, oſtendo quidem accipenſerem eſſe piſcem: ſed differre à cęteris ſpecie. Age itaque, relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ, eodem modo particulari non ſemper, ſed interdum aliter ſupponit, quo & ſuum ſupponit antecedens, vt vnus ſcholaſticus diſputat, & alius dormit.

Relatiuum diuerſitatis ſubſtantię, alius, eodem quippè modo particulari, ſcilicet, determinatè ſupponit, quanuis non pro eodem numero, quo & ſupponit ſuum antecedens. Item diuerſo modo quãdoque ſupponit; vt omnis homo iuſtus iuſtè viuit, & alius iniuſtè. Nempe antecedens, homo, diſtributiuè accommodè ſupponit, & relatiuum, alius, determinatè.

Tex. 52
5. regula.

Relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ, necnon poſſeſſiuum, ſupponit pro alio, pro quo & ſuum ſupponit antecedens.

Dilucidatio.

Hæc regula ex ſuperiori manifeſta relinquitur, vt duorum contrariorum immediatorum, vnũ eſt in ſubiecto, alterum nequaquam. Nam conſtat, ꝗ pro alio contrario, ut puta ſano, ſupponit antecedens, vnum; & pro alio, puta ęgro, relatiuum, alterum. Itidem aliquis homo dormit, et ſuus equus currit, liquet certè antecedens, homo, pro homine, & relatiuum poſſeſſiuum, ſuus, pro equo ſupponere. Verum, duo, relatiuum poſſeſſiuum ſignificat, vnũ quippè in recto, ſcilicet, rem poſſeſſam, alterum in obliquo, ſcilicet, poſſeſſorem: vt in exemplo dato, relatiuum, ſuus, in recto ſignificat equum, & poſſeſſorem in obliquo. At quia ſuppoſitio in recto eſt principaliter, ideo regula de ſuppoſitione in obliquo nullam ſermonem fecit.

Tex. 53
6. regula.

Relatiuum identitatis accidentis non pro eodem numero, ſed pro alio ſimili, aut æquali ſupponit, pro quo & ſuum ſupponit antecedens.

Dilucidatio.

Relatiuum accidentis refert antecedens adiectiuum, vt Sortes eſt albus, et talis eſt Plato. Relatiuum accidentis, talis, idem accidens ſecundum ſpeciem refert, ſed non idem numero: eo quòd idem accidens numero in diſtinctis ſubiectis eſſe non poteſt. Sed Relatiuum accidentis identitatis refert idem accidens in ſpecie, ac etiam pro eodem ſecundum ſpeciem ponitur: ideoque non pro eodem. numero, ſed alio ſimili, aut ęquali ſupponit, pro quo & ſuum ſupponit antecedens, vt Tullius eſt albus, qualis eſt Scipio. Quippè relatiuum accidentis identitatis, qualis, non ſupponit pro Tullio albo, ſed pro Scipione albo, qui eſt alius à Tullio albo, ſed ei ſimilis in eadem ſpecie albedinis. Quocirca huiuſmodi relatiuum nuncupatur relatiuum identitatis accidentis, quatenus eandem refert qualitatem ſecundum ſpeciem, ſiue idem accidens in ſpecie.

Tex. 54
7. regula.

Relatiuum diuerſitatis accidentis ſupponit pro diſſimili ei, aut inæquali eidem, pro quo & ſuum ſupponit antecedens.

Dilucidatio.

Relatiuum accidentis diuerſitatis refert idem accidens in ſpecie, ſed ponitur pro alio ſecundum ſpeciem diſtincto; vt Calippus eſt bicubitalis, & alteriuſmodi eſt Theophraſtus, puta, quia cubitalis: Quo fit, vt ſupponat pro diſſimili, aut inæquali ei, pro quo & ſuum ſupponit antecedens, ut nix eſt alba & aliuſmodi eſt fuligo, vt pote, quia nigra. Verum

rum de ijs hactenus.

Tex. 55.

Ampliatio eſt extenſio termini communis à minore ſuppoſi- E *tione ad maiorem.*

Diluci-datio.

Suppoſitio duas haber ſpecies, ampliarionem, ſcilicet, & reſtrictionem. Nam omnis terminus ſupponens, aut amplè, aut ſtrictè ſupponit. Amplè quidẽ, aur cum reſpectu diuerſorum temporum accipitur, vr homo fuit currens: ſubiectum vtique homo ſupponir pro hominibus, qui ſunt, aut fuerunt; homo erit currens, pro ijs, qui ſunt, vel erunt, aur cum enunciationis copula abſtrahit ab omni differentia temporis, vt in enunciationibus, quæ ſunt in materia tam remota, quàm neceſſaria. Strictè cum reſpectu vnius temporis ſolummodo ſumitur, vt homo eſt currens, ſubiectum tantum pro pręſentibus capitur. Nempe ampliatio termini eſt ampliata ſuppoſitio termini reſpectu verbi, aut participij, cui cõiungitur pro diuerſa temporis differentia, aut quod F abſoluitur ab omni differentia temporis. Pariter & reſtrictio eſt reſtricta ſuppoſitio termini reſpectu verbi, aut participij, cui additur, pro vna duntaxat differenria temporis. Quocirca hoc in loco de reſtrictione, & ampliatione agitur, in cuius definitione extenſio metaphoricè ſumpta tanquàm genus collocatur. Nam ſicut extenſio propriè eſt dilatatio alicuius quanti, velut cęra congelata, ſi liquefiat, extenditur, quoniam maiorem occupat locum, ſic quoque in propoſito extenſio eſt dilatatio termini communis in ordine ad verbum, quatenus, aut omnino abſtrahit à tempore, aut pro diuerſa remporis differentia ponitur, & conſequenter terminus ipſe communis pro pluribus ſuppoſitis ſumitur, quàm antea ſumebatur. Quippè terminus diſcretus, cum G pro vno tantum ſuppoſito determinatè capitur, nequit interdum pro pluribus ſuppoſitis, interdum pro paucioribus ſupponere. A minore ergo ſuppoſitione ad maiorem, dicitur, ad differentiam reſtrictionis, quæ è diuerſo fit.

Tex. 56 1. regula.

Subiectum propoſitionis in materia contingenti ſupponens reſpectu copulæ præteriti tẽporis, aut prædicati participii præteriti temporis, niſi ſubiecta materia, aliud expoſcere uideatur, ampliatur ad ea, quæ ſunt, uel fuerunt.

Diluci-datio.

Hæc prima regula de copula pręteriti temporis (ſi tamen enunciatio eſt in materia contingenti) aſsignatur, & participio præteriti temporis, æquipollente ipſi copulæ præteriti temporis, ac per hoc eandem habente ampliandi vim, cuius quidem regulæ hoc ſumatur exemplum, homo fuit currens. Subiectum homo ampliatur ad ea, quæ ſunr, vel fue H runr, ratione copulæ præteriti temporis ipſum ampliantis. Similiter, homo eſt mortuus (vt mortuum ſit idem, quòd morre extinctum, & pręteriti participij vim obtineat) ſubiectum ampliatur ad ea, quæ ſunr, vel fuerunt, ratione participij præteriti temporis ipſum ampliantis. Niſi (ſubinſertur) ſubiecta materia aliud expoſcere videatur, vt eſt illud Euangelicum, reſpectu verbi de præterito: diſcipuli eius, id eſt (vt exponit diuus Auguſtinus) qui futuri erãt diſcipuli, crediderunt in eum. Item reſpectu verbi de pręſenti, vt cæci vident, claudi ambulanr, quòd certè non niſi de ijs, qui cæci fuerant, vel claudi, intelligi poteſt. Similiter de verbo futuri temporis, vt reſurget frater tuus, de eo proculdubio, qui frater fuerat, inrelligitur. Hęc autem regula, ſicut & ſequẽtes omnes, intelligenda eſt, ſi ſubiecto non addatur quicquam reſtringens, aut ampliationẽ impediens. Inſuper ſi aliquid ampliationi obſtans adiectum ſubiecto fuerit, nil mirum, ſi ipſum non ampliatur, vt homo, qui eſt, fuit currens, homo, qui fuir, eſt mortuus. Hic ſubiectum pro pręteritis ſolũ, & illic tantum pro pręſentibus capitur.

Tex. 57. 2. regula.

Subiectum propoſitionis in materia contingenti ſupponens reſpectu copulæ futuri temporis, aut prædicati participii futuri temporis, niſi ſubiecta materia aliud expoſcere uideatur, ampliatur ad ea, quæ ſunt, uel erunt.

Diluci-datio.

Secunda regula, de copula, & participio futuri temporis illi ęquipollente, datur. Vtuntur enim doctores interdũ loco orationis de verbo futuro, participio futuri temporis, vt Socrates eſt venturus, & Socrates erit veniens, & tunc nullum habent diſcrimen; atque idcirco eandem habent ampliandi virturem. Itaque per hanc regulam, huius propoſitionis, homo erit currens, ſubiectum, ampliatur ad ea, quæ ſunr, vel erunt, ratione copulæ futuri temporis ipſum ampliantis per primam partem regulæ, & homo eſt uenturus, ſubiectum, homo, ampliatur ad ea, quæ ſunr, vel erunr per ſecundam partem regulę ratione participij futuri temporis; ſimiliter homo eſt generandus, ſubiectũ ampliatur ad ea, quæ ſunt, vel erunt. Ex iſtis duabus regulis cognoſcuntur iſtæ propoſitiones, quæ ſophiſmatibus ſolum aptę ſunt eſſe veræ; puer fuir ſenex; vinum eſt mortuum, futurum eſt præteritum; Album fuit nigrum, Senex erit puer, mortuum eſt generãdum, præteritum eſt futurum, nigrum fuit album: quæ vtique explicata ampliatione ſubiecti, nihil habent difficultatis, & apparentem ſolùm præ ſe ferunt veritatis repugnãtiam. Subiectum enim terminus concretus quamuis ſupponat pro ſubiecto formato, & nõ ſeorſum accepto ab ipſa forma, puta album pro re alba, & puer pro re, quæ eſt, vel fuit puer, non tamen in ſimilibus propoſitionibus ſupponit pro ſubiecto formato, vt formatum eſt, puta pro re alba, vt alba eſt, nec puer pro puero, vt puer: ſed pro ipſo ſimpliciter, & abſolutè ſumpto, ſeu ratione ſui, & non gratia ſuæ formæ accidentalis.

Tex. 58 3. regula.

Subiectum propoſitionis in materia contingenti ſupponens reſpectu copulæ præſentis temporis, modò non ponatur aliqua dictio amplians in eadem propoſitione, tenetur pro præſentibus ſolum.

Diluci-datio.

Tertia regula datur de propoſitionibus etiam in materia contingenti habentibus copulam de præſenti, modò pręđicatum, accidens ſit ſeparabile, quarum ſubiectum renetur pro præſentibus ſolũ, dummodo non ponatur aliqua dictio amplians in eadẽ propoſitione. Si enim ſequeretur dictio amplians in eadem propoſitione, vt homo eſt genitus, homo eſt naſciturus; ſubiectum non teneretur pro præſentibus ſolum. Exemplum ipſius regulæ, homo eſt legens, ſubiectum, homo, non ampliatur, quia non ſupponit pro aliquo, vel aliquibus, reſpectu diuerſorum temporum, ſed ſolum reſpectu vnius temporis, utpotè præſentis, cum ſubiectum propoſitionis in materia contingenti ſupponens reſpectu copulæ

pulæ præſentis temporis ferè pro præſentibus ſolum teneatur.

Tex 59 4. regula.

Verba, actum interiorem animæ importantia, ampliant ſuos terminos ad ea, quæ ſunt, fuerunt erunt, uel poſſunt eſſe.

Verba autem, actum interiorē animæ importantia ſunt hæc, intelligo ſcio, cognoſco, conſidero, contemplor, & ſimilia.

Sui uerò termini ſunt, qui ab ipſis reguntur in re patiente.

Dilucidatio.

Quarta regula de verbis aſsignatur, actum interiorem animæ importantibus. Sunt autem verba actum interiorem animæ importantia, quæ actum cognoſcendi, intelligendiq́; deſignant, qualia ſunt, intelligo, ſcio, cognoſco, & ſimilia, quæ ampliant ſuos terminos, ſiue pręcedentes, ſiue ſequentes ad tres temporum differentias, necnon ad ea, quæ poſſunt eſſe, eò quòd ab omni tempore abſtrahunt, nec magis in vna differentia temporis, quàm in alia, ſed in omni tempore etiam imaginario, enūciationem efficiunt veram. Horum autem verborum (ſi actiuæ fuerint vocis) termini ſunt accuſatiui poſt recti. B Nam reguntur in re patiente, cum ſecundum grammaticos verba actiua regant nominatiuum in re agente, & accuſatiuū in re patiente. Quòd ſi paſsiuę fuerint vocis, eorum termini, ſunt nominatiui à parte ante pro ſuppoſito conſtituti. Reguntur enim in re patiente. Et quia nominatiuus ante verbum rectus, & poſt verbum, pertinet ad idem, & nominatiuus à parte ante à verbo paſsiuo rectus, regitur in re patiēte, ergo & nominatiuus à parte poſt rect⁹, regitur in re patiēte. Quare ſicut qui ante regitur, ampliat͛, ita & qui poſt regit͛, vt hō cognoſcit͛ currens, vterq́; terminus, hō, & currens, amplia͛t. Ego cognoſco currentē, accuſatiuus ibidem ampliatur.

Tex. 60. 5. regula.

Copula propoſitionum, tam in materia remota, quàm naturali ab omni differentia temporis abſoluitur, ad omnia tamen tempora etiam imaginaria, & ſubiectum, & prædicatum ampliatur.

Dilucidatio.

C Quinta regula docet primum, extrema propoſitionum, tam in materia remota quàm naturali ab omni differentia temporis abſtrahere, quemadmodum genus à ſuis abſtrahit ſpeciebus. Nempe ſicut genus, ut puta animal, neque hominem, neque leonem, neque quancunque aliam ſpeciem animalis actualiter includit, aut ſignificat, quinimo ab omnibus ijs abſoluitur, tamen de ſingulis ſigillatim (quāuis non magis de vna quàm de altera) ac omnibus ſimul ſumptis veraciter prędicatur, vt verè dicatur, homo eſt animal, leo eſt animal, homo, & brutum eſt animal: ita quoque copula propoſitionem, tam in materia remota, quàm naturali ab omni differentia temporis abſtrahit, vtpotè, quia ſecundum ſe neque præſens, neque præteritum, neque futurum tēpus actualiter includit, ſed illa ſignificat prędicatū etiam pro omni ſuppoſito neceſſariò repugnare. ſubiecto, hæc uerò ſubiecto pro omni ſuppoſito neceſſariò ineſſe prædicatum. Nec refert an in hoc, vel illo, aut quouis tempore id accipiatur, modo verum neceſſariò dicatur. Nam cum verum neceſſarium (authore Ariſtotele quinto metaphyſices) aliter ſe habere non poſsit, ſemper & in omni tempore etiam imaginario, quod neceſſarium eſt, ſic quoque verum omnino eſt. Quocirca huiuſmodi copula, extrema earum propoſitionum, quæ in materia, A ſiue remota, ſiue naturali, ſiunt, ad omnia tempora tam realia quàm imaginaria (etſi non magis ad vnā temporis differentiam, quàm ad alteram) abſque ullo dubio ampliare dicimus.

Tex 61 6. regula.

Prædicatum propoſitionis in materia contingenti ſupponens poſt copulam, ſemper ſupponit ſecundum exigentiam copulæ.

Dilucidatio.

Sexta regula de prædicati acceptione mentionē facit, quòd copulæ acceptionem & conditionem ſequitur, propoſitionis in materia contingenti: dūmodo prędicatum non ſit accidens inſeparabile. Si itaque copula pręſentis fuerit temporis, prædicatum ſupponit pro pręſentibus ſolum, ut homo eſt ſedens: ſi fuerit pręteriti temporis, pro pręteritis ſolum, vt homo fuit ſedens, ſed ſi futuri temporis copula fuerit, prædicatum pro ijs quę erunt ſumetur, & non ampliatur. Nec obſtat quod participium nō ſupponat, quoniā à parte pręd icati in huiuſmodi enunciationibus ſuum ſanè ſubintelligitur ſubſtantiuum, ut homo fuit ſedens, id eſt, qui eſt, vel fuit homo, fuit homo ſedens, & ſic à parte ſubiecti, ſed nō à parte pręd icati ampliatur homo. Verum ſi copula fuerit ex duobus temporibus conſtituta, ut præſenti, & pręterito, pręſenti & futuro, pręterito & futuro, pręd icatum pro eorundem temporum ſuppoſitis accipitur, ut homo eſt, uel fuit ſedens, hoc ē, qui eſt, vel fuit homo, eſt, uel fuit homo ſedens: ſimiliter ſecundum analogiā dicatur, eſt, vel erit ſedens, fuit uel erit ſedens.

Tex. 62 7. regula.

Quæcunque dicuntur de prædicato materiali, intelliguntur & de prædicato formali.

Prædicatum autem materiale eſt propoſitionis extremum, quod dicitur de altero.

Formale uerò eſt copula prædicatum ſubiecto connectens.

Dilucidatio.

Septima regula nos admonet, eodem modo ampliari, aut reſtringi, pręd icatum formale, ſicut materiale, & quicquid de materialis pręd icati acceptione dicitur, etiam de formali pręd icato, ſiue copula intelligi debet, ut homo eſt ſedens, pręd icatum non ampliatur, ſed ſolum ſtat pro pręſentibus, ſic pariter tempus importatum per copulam, tantum pro pręſenti tempore ſumitur, & cum dicimus, homo fuit currens, prædicatum ſolum pro præteritis, & etiā tempus importatum per copulam ſumitur; conſimiliter homo erit docens, pręd icatum pro futuris ſolum, & copula itidem ſumitur.

Tex. 63 8. regula.

Subiectum, & prædicatum ſupponens reſpectu copulæ de poſsibili, aut contingenti, ad ea quæ ſunt, uel erunt: ſed reſpectu copulæ de neceſſariò, aut impoſsibili, ad ea, quæ ſunt, fuerunt, erunt, uel poſſunt eſſe ampliantur.

Dilucidatio.

D Octaua regula de propoſitionum modalium extremis, quo pacto accipiantur docet: de modalibusque diuiſis duntaxat, intelligitur. Nam in modalibus compoſitis, neque modus uim habet ampliandi, neque extrema amplè accipiuntur; ut hominem eſſe animal eſt neceſſe, hominem eſſe equū eſt impoſsibile. Neque enim ſubiectum, neque prædicatum, cum non ſupponat ampliatur: ſed ob defectum unius uocis, ponuntur uice unius termini ſingularis ad ſignificandum ipſum dictum. Quare ſupponit materialiter diſcretè, hoc dictum, hominem eſſe animal eſt neceſſarium, ſicut & hæc, iſta propoſitio, homo eſt animal eſt neceſſaria, ſimiliter hoc dictum,

dictum,hominem eſſe leonem eſt impoſsibile , non minus quàm hæc , iſta propoſi:io , homo eſt leo eſt impoſsibilis. Sed terminum diſcretum, aut ei æquiualentem conſtat,minime poſſe ampliari:atque idcirco neque modus habet vim ampliandi extrema ipſius, ſicut neque & ipſum dictum . Secus autẽ eſt in diuiſis, ubi tam ſubiectum,quàm prædicatũ ſupponens reſpectu copulæ de poſsibili, & contingenti,ad ea quæ ſunt,vel erunt ampliatur, ut hominem eſſe docentem eſt poſsibile , lignum eſſe candidum eſt contingens, uel modum nominalem,transferendo in aduerbialem,ut homo poſsibiliter eſt docens, lignum coutingenter eſt candidum . Vtrobique enim extrema conſimiliter pro præſentibus,& futuris ſupponunt . Reſpectu uerò copulæ de neceſſe , aut impoſsibili , eo modo quo dictum eſt in quinta regula,ad ea quæ ſunt,ſuerunt,erunt,uel poſſunt eſſe, tam ſubiectum, quàm prędicatum ampliatur, vt hominem eſſe leonem eſt impoſsibile , leonem eſſe animal eſt neceſſe: vel homo impoſsibiliter eſt leo, leo neceſſariò eſt animal , ſimiliter vtrobique extrema pro ijs quæ ſunt,fuerunt,erunt,vel poſſunt eſſe, ampliantur. Denique per ſeptimam regulam , ſicut prædicatum pro ijs quę ſunt,ſuerunt,erunt,vel poſſunt eſſe,capitur,ſic & tempus importatum per copulam pro ıſdem temporum differentijs ſumitur.

Tex.64 9.regula. *Omnis terminus ſupponens à parte ante , uel à parte poſt, reſpectu horum uerborum,incipit,deſinit,poteſt, & contingit, & nominum uerbalium in bilis, uel in bile , aut in iuum, uel in or,ut plurimum ampliatur ad ea,quæ ſunt,uel incipiunt, uel deſinunt,uel contingunt, uel poſſunt eſſe.*

Diluci-datio. Nona regula nominum verbalium , & terminorum ſupponentium tam à parte ante quàm à parte poſt reſpectu horum verborum incipit,deſinit,po- G teſt, & contingit , ampliatiuam declarat virtutem, quæ regula ſicut & aliç à multis negatur , tamen cũ in uſu primorum autorum ſint , hic unà cum ea inſertę ſunt.Et quidem quòd autores primi ijs ampliationum modis utantur, clarũ patet, pręcipuè apud Ariſtotelem. Nam primo priorum, utitur ampliatiuè hoc verbo cõtingit,& primo Elenchorum , hoc futuro,ſanabitur,& ſecundo periermenias hoc verbo poteſt.In multis nanq; oportet credere primis inuentoribus,nec aliam quęrere certam rationem. Acribologia enim,ſeu diligens & certa ratio (inqt philoſophus ſecundo Metaphiſicæ) non eadem in omnibus eſt expetenda. Exemplũm reſpectu huius verbi incipit, album incipit eſſe, id eſt , quod eſt album, uel incipit eſſe album,incipit eſſe,idẽ dicimus de cęteris datis verbis. Verbalia autem in bilis ter- H minata,explicantur frequenter per verbum , & infinitiuum paſsiuũ. Nam ut plurimum paſsiuam habent ſignificationem, ut viſibile , quod poteſt videri. Vt plurimum dixi , quoniam apud Ariſtotelem in libro de anima actiuam etiam habent ſignificationem,vt ſenſibile quod poteſt ſentire. In iuus autem per verbum poteſt,& infinitiuum actiuum explicantur.Nam actiuam habent ſignificationem,ut calefactiuum, quod poteſt calefacere,motiuũ quod poteſt mouere . Hiuc huiuſmodi nomina uerbalia non ſolum ampliant ſubiectum ad ea quæ ſunt , & poſſunt eſſe, ſed virtute huius uerbi poteſt, quod in-E cludunt,ampliant copulam & prædicatum includens terminum ſuç ampliationis. hoc eſt,terminum ampliatum,ut color eſt viſibilis,ſic ampliatur,color poteſt uideri, in hac item propoſitione,ignis eſt calefactiuus, ſubiectum ad ea quę ſunt,& poſſunt eſſe ampliatur,& copula,& prędicatum,ſicut in iſta ęquiualenti ignis poteſt calefacere . Apud doctores tamen huiuſmodi uerbalia nõ exponuntur per verbum poteſt,ſed per terminum aptum natum,ut color eſt uiſibilis,id eſt,aptus natus uideri ; ignis eſt calefactiuus, id eſt , aptus natus caleſacere . Nomina quoque aliquod officium ſignificantia , terminata in or ad ea quæ ſunt , & poſſunt eſſe , ut plurimum ampliantur,ut doctor dicitur,qui utique docere poteſt,& lector,qui legere poteſt At quia non ſolum ſecuudum placitum inſtituentium,ſed ſecundũ humanum uſum variantur nomina,atque à quàm plu- F rimis variè ſumuntur , ideo in hac regula , particula illa,vt plurimum, rectè appoſita eſt. Quo circa meritò habent uim ampliandi ad omnia tempora , ſeu ad ea quę ſunt,ac poſſunt eſſe,

Prius ampliat terminũ præcedentem ad ea,quæ ſunt,uel fuerunt, & terminum ſequentem ad ea,quæ ſunt,uel erunt, & poſterius contra ampliat;quodquidem de priori,& poſteriori tempore intelligitur. Tex. 65 10.regula.

Decima regula, prioris,poſteriorisque uim ampliatiuam manifeſtat , ut temporis prioritatem , & poſterioritatem deſighant , & prius ſit quod alterũ tempore præcedit,poſterius verò quod tempore alterum ſequitur, in alıjs ſiquidẽ acceptionibus,hanc ampliandi rationem non habent. Sanè per hanc regulam,huius propoſitionis.homo eſt prior currente,ſubiectum ampliatur ad ea quæ ſunt,uel fuerunt, totum uerò prædicatum non ampliatur, immo pro pręſentibus tantum accipitur. Secunda autem pars prædicati ampliatur ad ea,quę ſunt, uel erunt,ſed in iſta homo eſt poſterior currente, è diuerſo ſubiectũ ampliatur ad ea , quæ ſunt , uel erunt totius autem prædicati ſecunda pars ampliatur ad ea , quæ ſunt, uel ſuerunt . Dicitur autem terminos præcedens comparatiuos.prius,& poſterius, illorum cõparatiuorum , ſubſtantiuus ante copulam poſitus , ſequens uerò eſt ablatiuus ui comparatiui ab illis rectus,ut homo eſt prior currẽte, homo eſt terminus præcedens comparatiuum,currente uerò terminus ſequens; & ſub iſtis debent comprehendi dictiones inceptionem,aut definitionem deſignantes, vt incipit,generatur,fit,acquiritur,deſinit,deperditur,corrumpitur . Nempe uim ampliandi habent eandem, ut album fit nigrum,& calidum fit frigidum.

Ampliatio poteſt omnem terminum ampliatum impedire, pariter & explicare. Tex. 66 11.regula.

Diluci-datio. . Vndecima regula implicationis naturam declarat. Eſt autem implicatio aggregatum ex relatiuo qui,quæ,quod.& verbo,eſt, ſecundo adiacente , ut quod eſt,quod fuit,quod erit,& ęquiualentes, & eius duplex eſt uis.Prima impediendi terminum ampliatum eſt,cum termino ampliato adiungitur implicatio unius eorum temporum , ad quæ terminus ampliatur,ut homo fuit ſedens,ſic impeditur ſubiecti ampliatio. Homo qui eſt,fuit ſedens, uel ſic, homo qui fuit , fuit ſedens : & impeditur toties terminus,

nus, & per tot ſigillatim implicationes, ad quot tempora huiuſmodi terminus ampliatur. Secunda implicationis poteſtas eſt, quòd poteſt omnẽ ampliationem explicare, tot ſimul iunctas implicationes termino ampliato addendo, ad quot tempora ampliatur: & æquiualent propoſitio explicans & explicata. Hæc latentior, illa patentior, ut homo fuit ſedens, ſic explicatur, homo qui eſt, vel fuit, fuit ſedens. ſed de ijs ſatis.

Tex. 67. *Reſtrictio eſt coartatio termini communis à maiore ſuppoſitione ad minorem.*

Dilucidatio. Poſt regulas ampliationis, de reſtrictione fit determinatio, quæ per analogiam appoſiti ita definitur. Reſtrictio ẽ coartatio termini communis à maiore ſuppoſitione ad minorem, vt homo eſt currẽs. Subiectum homo, & prędicatum currens, reſtringitur, quia per primam regulam (vt mox dicetur) nõ ampliatur.

Tex. 68. 1. regula. *Terminus ſupponens, qui non ampliatur, reſtringitur.*

Dilucidatio. Inquit hæc prima regula, terminus ſupponens, qui non ampliatur reſtringitur, vt in iſtis, homo qui fuit, fuit currens, homo qui erit, erit currens, prædicatum reſtringitur, cum non amplietur, ſed in una pro præteritis ſolum, & in alia pro futuris tantum capitur.

Tex. 69. 2. regula. *Determinatio reſtringit ſuum determinabile, & uerbum reſtrictum, ſua extrema.*

Dilucidatio. Pro hac ſecunda regula prętermittendum non eſt, inter multa determinationum genera quandam eſſe determinationem contrahentem, quę addita determinabili, facit ipſum ſtare pro paucioribus ſuppoſitis, quàm per ſe ſtaret, & de tali ſolummodo intelligitur hæc prima regulæ pars, vt homo albus eſt currens. Determinatio, albus, reſtringit ſuum determinabile, homo. Nempe adiectiuum, determinatio eſt ſubſtantiui, & dictio recta, dictionis regentis. Vnde homo per ſe pro omni homine accipitur, ſed homo albus, pro hominibus ſolum albis, atque idcirco pro paucioribus accipitur ſuppoſitis. Verum prima hęc pars intelligenda eſt, cum determinatio immediatè adiungitur ſuo determinabili. Si enim interiaceret copula, vt homo eſt albus: non haberet hæc regula uſum, neque locum. Intelligitur itidem, cum determinabile non fuerit ampliatum. Nam ſi eſſet determinabile ampliatum, determinatio eius non tolleret ampliationẽ, ſed pro paucioribus ſuppoſitis ipſum ſtare faceret, ut homo fuit ſedens, & homo albus fuit ſedens. In vtraque ſubiectum ampliatur, in prima quidem pro plurib⁹, in ſecunda pro paucioribus. Sanè quædam dictiones reſtringuntur quo ad tempus, quæ ſolum reſpectu unius differentię temporis ſupponunt, aliæ verò quò ad ſuppoſita, quæ propter alicuius additionem pro paucioribus ſumuntur ſuppoſitis, quàm per ſe poſitæ ſumerentur, vt determinabile adiunctum ſuæ determinationi, ſiue determinatio adiectiua ſit, ut homo albus eſt docens; ſiue ſubſtantiua, ut equus regis eſt animoſus, animal homo ambulat; ſiue aduerbialis, vt Cælum mouetur circulariter. Et de hac poſteriori reſtrictiõe, hæc prior pars intelligitur, de priori uerò & præcedens regula, & præſentis regulę ſecunda pars intelligenda eſt. Vnde aliqua dictio reſtringitur quoad tempus, & non quoad ſuppoſita, vt ſubiectum huius propoſitionis, homo eſt docens: è diuerſo aliqua pro ſuppoſitis reſtringitur, & non pro tempore, ut homo albus fuit ſedens; alia verò et reſpectu ſuppoſitorum, & temporis, reſtringitur, vt prior pars ſubiecti huius propoſitionis, homo albus eſt ſedens. Verbum autem reſtrictum eſt copula verbalis reſtricta, & ea reſtringit extrema, quæ copulat, ſcilicet, ſubiectum, & prædicatum, vt homo fuit heri legens. Verbum fuit, eſt reſtrictum per aduerbium temporis Non enim pro quolibet in tẽpore præterito accipitur, ſed ſolum pro heſterno. Quare extrema, homo, & legens, ſolum pro heſternis hominibus, & legentibus ſumuntur. Et iſta, homo erit cras legens, copula verbalis reſtringitur per aduerbium temporis. Sunt enim determinationes importantes tempus, ſoliusque copulæ determinationes. Quocirca ſua extrema itidem reſtringuntur, ut homo pro craſtinis hominibus, & legens ſolum pro ijs, quæ cras erunt legentia, accipiatur. Hanc uerò reſtrictionem arbitror eſſe peripateticam, quam Ariſtoteles primo priorum appellat determinationem, de qua à Logicis uariæ aſsignantur regulæ, quas relinquendas non immeritò duximus: cum expreſſa earum notitia in ſuperioribus ampliationum regulis habeatur. Idcirco hæc pauca ſufficiant.

Appellare eſt terminum in propoſitione comiter aliquid alteri adiacere, uocare. Tex. 70.

De appellatione, quæ cum ſit etiam, proprietas termini in propoſitione accepti modò non ab re ſuſcipitur determinatio. Nam licet apud autores appellare multifariam dicatur. Poetę tamen appellare eſſe idem dicunt, quòd comiter, ſeu familiariter uocare. Vnde Ouidius, iamque potens miſſo genitorẽ appellat amico. Suetonius in Cæſare, appellatiſque de republica patribus, ideſt familiariter vocatis. Quocirca non ab re aliquis terminus in propoſitione dici poteſt appellare, cum familiariter, ſeu comiter, aliquid alteri adiacere vocat, vt cognoſco Coriſcum. Non ille terminus, cognoſco, appellat, vt uulgus credit, ſed ille terminus, Coriſcum, qui uirtute verbi propriam appellat rationem adiacere cognoſcenti, vt philoſophus innuit Elenchorum ſecundo. Omnis itaque terminus, qui aliquid uocare poteſt ad aliud, vel cum alio, dicitur appellare. Dilucidatio.

Appellationum, alia eſt formæ, aliæ rationis. Tex. 71. Vnica diuiſio.

Appellatio formæ eſt, qua aliquis terminus in propoſitione acceptus, comiter uocat formam, ſiue accidens, ſiue priuationem adiacere alicui, cum quo conuertitur.

Appellatio rationis eſt, qua aliquis terminus in propoſitione acceptus, comiter proprium uocat rationem, qua aliquid eſt cognoſcibile, alteri adiacere.

Quanquam de appellatione, Græci Peripatetici nihil meminere, Ariſtoteles tamen loco ſuperius allegato duas innuit appellationis ſpecies in littera deſcriptas. Altera rationis, altera uerò formę: & hæc propriè non eſt niſi in terminis connotatiuis, vt homo albus currit. Terminus connotatiuus albus appellat, quia ſignificat Dilucidatio.

albedinẽ adiacere illis, pro quibus accipitur homo in illa propoſitione. In hac item, pauper vbique iacet, (E) pauper priuationem diuitiarum appellat. Similiter animal humanum eſt politicum, terminus humanum, non accidens, neque priuationem, ſed formam appellat adiacere animali. Atque idcirco ſiue terminus appellet accidens, ſiue priuationem, ſiue formam, ac differentiam ſubſtantialẽ, dicitur appellare formam. Quare appellare formam in plus eſt, quàm ſupponere formaliter ſimpliciter, hoc eſt, per modum informantis, prout terminus ſupponit pro natura in concreto ſumpta, ut eſt in ſuppoſito, vel ſubiecto; quoniam omnis terminus ita ſupponens appellat formam, at non contra. Nã terminus ſupponens perſonaliter, quandoque appellat formam, ſeu priuationem, vt in exemplo dato, manifeſtum euaſit, & tamen pànper per mòdum informantis minimè ſupponit. (F) Altera autem appellationis ſpecies, ſcilicet, rationis, communis eſt terminis abſolutis, & concretis, ſiue connotatiuis, ut cognoſco Coriſcum. Terminus, Coriſcum, appellat rationẽ propriam, qua Coriſcus eſt Coriſcus, à cæteriſque differens, alteri adiacere, ſcilicet, mihi cognoſcenti. Eſt autem propria ratio, propria notio, ſiue proprius conceptus, quo terminus ſignificare dicitur. Terminus namq; rem ad extra ſignificat mediante ſuo proprio conceptu. Idem enim eſt motus (ut de ſenſu & ſenſato Ariſtoteli placet) in imagine, & id, cuius eſt imago. Quò fit ut ipſum conceptum, & rem conceptam, ſimul ſignificet, ſed rem conceptam mediante ſuo proprio conceptu ſignificat, quoniam prius concipitur res, demum ſignificatur, (G) ſicut iam concepta, ſeu intellecta eſt. Idcirco cuique termino ratio propria eſt, & ab alterius termini ratione diuerſa, niſi ſint ſynonymi termini, qui penitus eandem participant rationem, vt tunica, ueſtis, indumentum. Quocirca cum dico cognoſco currentem, propriam appellat rationem, qua currens eſt, & à cæteris differens adiacere alteri, ſcilicet, mihi cognoſcenti.

Tex. 72. 1. regula. *Verba, aut participia actum interiorem animæ importantia, faciunt ſuos terminos ſequentes ſe, ſuam propriam rationem appellare.*

Dilucidatio. Quia actus verbi cadit ſuper terminum à ſe rectum à parte poſt, ſiue ſecundum ſitum præcędat, ſiue ſequatur, ideoque propoſitio ſemper eundem retinet ſenſum, ſiue pręcedat, ſiue ſequatur. Verba enim (inquit Philoſophus ſecundo periermenias) (H) tranſpoſita, niſi in definitionibus, idem ſignificant, vt ſermo quoque rhetoricus atteſtatur, atque idcirco dicere Deum trinum, & unum cognouit Ariſtoteles, & Ariſtoteles cognouit Deum trinum, & vnum, ſemper eſt idem. Quare eodem modo accuſatiuus in vtraque propoſitione appellat rationẽ propriam, qua Deus eſt trinus, & vnus, à cæteriſque differens, adiacere intellectui Ariſtotelis, qua de cauſa ſtatim efficitur falſa. Et virtute huius primę regulę, multa ſophiſmata ſoluit Ariſtoteles ſecundo Elenchorum. Primum, bonum noſti, & quod uolo à te petere eſt bonum, ergo quod volo à te petere noſti. Secundum, uenientem noſti, & Coriſcus eſt veniens, ergo Coriſcum noſti. Tertium, Coriſcum noſti, abſconſum eſt Coriſcus, ergo abſconſum noſti. Soluit autem data ſophiſmata, quòd maiore de termino appellante, & minore abſoluta nihil ſequitur. Nam in maiore bonum appellat rationem propriam, in minore verò nõ appellat; eodẽ quoq; modo ſoluit alia. ex quibus ſolutionib' colligitur prima regula.

Tex. 73. 2. regula. *Terminus connotatiuus, ſi coniungitur termino abſoluto, ſignificatum formale, ſiue formam appellat adiacere rei, pro qua accipitur terminus abſolutus.*

Dilucidatio. De appellatione formę fiunt alia ſophiſmata, primum, canis eſt tuus, & canis eſt pater, ergo canis eſt pater tuus. In libro quoq; de interpretatione argumentatur, tu es bonus, & tu es cerdo, ergo tu es bonus cerdo, pro quorum ſolutione datur ſecunda, & tertia regula. Exemplum ſecundæ, homo albus currit, terminus connotatiuus albus, appellat albedinẽ adiacere eis, vel ei pro quo ſupponit homo.

Tex. 74. 3. regula. *Si a parte eiuſdem extremi ponuntur connotatiui, & connotatum unius poteſt conuenire connotato alterius, tunc unus appellat ſignificatũ formale adiacere ſignificato formali alterius.*

Dilucidatio. Exemplum tertiæ regulæ, ut Socrates eſt niger monachus, terminus connotatiuus, niger, appellat nigredinem adiacere ſignificato formali alterius termini connotatiui, ſcilicet, habitui Monachali. Et per hanc regulam dicendum eſt non ualere (ut in ſuperioribus enucleatum eſt) à diuiſis ad coniuncta: quoniam mutabitur appellatio. Cum enim dico, Socrates eſt bonus, terminus connotatiuus bonus, appellat bonitatem adiacere Socrati: ſimiliter cum dico, Socrates eſt cerdo, terminus cerdo appellat cerdonicam artem adiacere Socrati, at cum infertur, ergo Socrates eſt bonus cerdo, bonus appellat bonitatem adiacere cerdonicæ arti, ſed de iis tanta ſufficiant.

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM

DECIMVSTERTIVS TOMVS.

In probationes terminorum.

Text. 1. PROPOSITIO exponibilis, eſt, propoſitio, obſcurum habens ſenſum, expoſitioneq; indigens propter aliquod ſyncategorema in ea poſitum.

Propoſitio exponens, eſt, propoſitio manifeſtior, per quam propoſitio exponibilis explicatur,

Hæc autem adminus duplex eſt, quarum prima præiacens, ſecunda uniuerſalis negatiua ſibi correſpondens, nuncupatur, ex quibus infertur propoſitio exponibilis.

Dilucidatio. Quanquam in doctrina peripatetica, modus aliquid probandi, eſt, multiplex, in propoſito tamen ſumitur, prout ad aliquam, uel aliquas propoſitiones notiores nobis, propoſitio exponibilis reducit: ideo nulla propoſitio ſingularis cũ pnomine demõſtratiuo, cũ nõ habeat notiorẽ ſe, probari põt. Quare intẽtio huius tomi, eſt, declarare, p quã, aut quas propoſitiones notiores nobis, probeẽ quęlibet propoſitio

poſitio (præter ſingularem cum pronomine demonſtratiuo) gratia alicuius termini obſcurum habens ſenſum. Sunt autem huiuſmodi termini, ut cõmuniter enumerantur, ſexdecim. Primum ſyncategorema, ſignum vniuerſale, ut omne. Secundum, ſigna exceptiua, ut præter. Tertium, ſigna excluſiua, vt tantum. Quartum, ſigna reduplicatiua, ut inquantum. Quintum, ſigna immediationem ſignificantia, ut immediatè. Sextum, ſigna neceſsitatem ſignificantia, vt neceſſario. Septimum, ſigna contingentiam ſignificantia, vt contingenter. Octauum, aduerbia perpetuitatem ſignificantia, ut ſemper. Nonum, uerba principium importantia, ut incipit: aut finem, vt deſinit. Decimum, ſyncategorema totalitatem ſignificans, ut totus. Vndecimum, ſyncategorema æternitatem ſignificans, vt ab æterno. Duodecimum, ſyncategorema infinitatem ſignificans, vt infinitum. Tertiumdecimum, verba deſignantia diuerſitatem, vt differt. Quartumdecimum, gradus poſitiuus cõparabiliter ſumptus, vt magis ſapiens. Quintumdecimum, gradus comparatiuus, vt fortior. Sextumdecimũ, gradus ſuperlatiuus, vt fortiſsimus. Sunt & alia, verum hæc currunt per ſcholas.

Tex. 2.

Vniuerſalis affirmatiua, ſi fiat in recto, & non per uerbum ampliatiuum, tam in ſingulari numero, quàm plurali, exponitur per duas exponentes, quarum prima eſt ſua præiacens indefinita, & ſecunda uniuerſalis negatiua, in qua ponitur hæc dictio, quin, inter ſubiectum, & prædicatum, eiq; ſubiungitur pronomen relatiuum ille, illa, illud.

Dilucidatio.

Inter ſyncategoremata modò enumerata, quæ efficiunt propoſitionem obſcuram, ſignum vniuerſale eſt primum, ideoq; ab vniuerſali affirmatiua inchoat, cuius hoc ſumatur exemplum, omnis homo currit, ſic exponitur, homo currit, & nullus eſt homo, quin ille currat, ergo omnis homo currit. In plurali autem numero ſic, homines currunt, & nulli ſunt homines, quin illi currant, ergo omnes homines currunt. In obliquo vero ſic, hominis equus currit, & nullus eſt homo quin illius equus currat, ergo cuiuslibet hominis equus currit. Item, contradictoriorum, altera pars eſt vera, altera falſa, & nulla ſunt contradictoria, quin illorum altera pars ſit vera, & altera falſa; ergo omnium contradictoriorum altera pars eſt uera, & altera falſa. Facta vero per verbum ampliatiuum, ſiue in recto, ſiue in obliquo, eodem modo exponenda eſt, excepto quòd in vniuerſali negatiua exponente, verbum ſumitur diſiunctim, ut homo morietur, & nullus eſt, vel erit, homo, quin ille morietur, ergo omnis homo morietur, idem dicimus de participio D ampliatiuo. Sed facta de extremo compoſito, puta de ſubiecto diſiuncto, ita exponitur, homo, vel leo, eſt leo, & nihil eſt homo, quin illud, uel leo, ſit leo; ergo omnis homo, uel leo, eſt leo. Vniuerſalis vero negatiua per ſuam affirmatiuam ſibi oppoſitam (vt patet in præcedenti tomo) probari habet.

Tex. 29

Exceptiua affirmatiua exponitur per duas exponentes, in quarum prima à parte extra-capta remouetur prædicatum, & in ſecunda de ſubiecto exceptiuæ, ſumpto cum parte extra-capta negata, uniuerſaliter affirmatur.

Negatiua exponitur per duas exponentes; in quarum prima prædicatũ exceptiuæ de parte extra-capta affirmatur, & in ſecunda de ſubiecto exceptiuæ, ſumpto cum parte extracapta negata, uniuerſaliter negatur.

Dilucidatio.

Exceptiua hoc in loco ſumitur, prout à conſortio prędicati per eam excipitur aliqua pars ſubiecti uel alicuius communis. Nam dicitur exceptiua, quãdo capitur pars extra totum: quæ non participat cum toto reſpectu alicuius prædicati, vt omnes homines præter chriſtianos, ſunt infideles. Terminus, chriſtianos, caſuale dictionis exceptiuę, eſt pars extracapta: quoniam capitur extra totum, ſcilicet, homines, nec cum eo participat reſpectu infidelitatis, Totum autẽ eſt terminus communis vniuerſaliter ſumptus, vt omnis homo præter Sortem ambulat. Terminus, homo, ſigno vniuerſali determinatus, eſt totum. Hæc autem exceptiua ſic exponitur, Sortes non ambulat, & omnis homo, qui non eſt Sortes, ambulat; ergo omnis homo præter Sortem, ambulat. Negatiua verò ſic, homo eſt rationalis, & nullũ animal, quod non eſt homo, eſt rationale; ergo nullum animal præter hominem, eſt rationale.

Tex. 4.

Excluſiua affirmatiua exponitur per duas exponentes, quarum prima eſt ſua præiacens indefinita, & ſecunda uniuerſalis negatiua de ſubiecto excluſiuæ negato.

Negatiua exponitur per duas exponentes, quarum prima eſt ſua præiacens indefinita, & ſecunda affirmatiua, cuius ſubiectum eſt pronomen demonſtratiuum, aliud, hac præpoſitione, ab, adiuncta termino immediate ſequenti.

Dilucidatio.

Expoſitio de excluſiua in hac littera data, aſsignatur ſolũmodo excluſiuę affirmatiuę primi ordinis, vtpote, quę magis eſt in vſu (dũmodo extrema non ſint termini numerales) vt homo eſt rationalis, & nihil, quod non eſt homo, eſt rationale; ergo tantũ homo eſt rationalis: quę eſt excluſiua primi ordinis, cũ nota excluſionis antecedat ſubiectum, cadatq; ſuper illud. Quòd ſi extrema ſint termini numerales, ſic exponitur; prædicabilia ſunt quinq;, & nõ ſunt plura quinq;; ergo tantum quinq. ſunt prędicabilia. Excluſiua ſecundi ordinis cõſtituitur per dictionem excluſiuam mediantẽ, inter ſubiectum, & prædicatum, ut homo eſt tantum homo, quę ſic exponitur, homo eſt homo, & homo non eſt non homo, ergo homo eſt tantum homo. Excluſiua verò tertij ordinis, fit, per dictionem excluſiuam, mediantem inter partes prædicati, vt Sortes eſt animal tantum bipes: & ſic exponitur, Sortes eſt animal bipes, & Sortes non eſt animal, quod non ſit bipes, ergo Sortes eſt animal tantum bipes. De negatiua quoque exemplum, non tantum homo ſentit, ſic exponitur, homo ſentit, & aliud ab homine (puta brutum) ſentit, ergo non tantum homo ſentit. Scire tamen decet, quòd dictio excluſiua non excludit à concomitantibus, vt ſolus Plato diſputat, non excluditur hoc riſibile à diſputatione, & conſequenter à fortiori, nec eſſentialia, animal, & rationale.

Tex. 5.

Reduplicatiua exponitur per tres exponentes, in quarum prima de ſubiecto affirmatiuæ prædicatur terminus reduplicatus, in ſecunda reduplicatiuæ propoſitionis prædicatum de eodem ſubiecto prædicatur: in tertia uerò idem prædicatum conditionaliter de termino reduplicato per terminum tranſcendentem, aliquid, itidem prædicatur.

Dilucidatio. Dictio reduplicatiua, velut inquantum, & cætera id genus, quandoq; ſumitur ſpecificatiuè, & tunc E quoniam ſpecificat propriam rationem termini ſu per quem cadit, ideo deſcriptibiliter probanda eſt, vt Tullius inquantum hęres Ciceronis debet mihi centũ, ſic probatur. Tullius ea ratione, qua eſt hęres Ciceronis, debet mihi centũ, ergo Tullius inquantũ hæres Ciceronis debet mihi centũ. Quandoq; aũt capit reduplicatiuè: ut omnis hõ inquãtũ ẽ animal, eſt ſenſitiuus, & ſic exponitur, hõ eſt animal, hõ eſt ſenſitiuus, etſi aliquid eſt animal, illud eſt ſenſitiuũ; ergo omnis hõ inquantũ eſt animal, eſt ſenſitiuus. Idem dicimus de negatiua, vt Plato inquantum homo, non eſt irrationalis, ſic exponitur. Plato eſt homo, & Plato non eſt irrationalis, & ſi aliquid eſt homo, illud non eſt irrationale, ergo Plato inquantum homo, non eſt irrationalis. Quòd ſi negatio pręcedit dictionem reduplicatiuã, non eſt probanda propoſitio exponibiliter, ſed per ſuum oppoſitum contradictorium, vt homo non inquantum homo, eſt non iuſtus, ſua contradictoria, homo inquantũ homo, eſt non iuſtus, eſt falſa, ergo ipſa eſt vera: ſequela patet, antecedens probatur per illam maximam, quòd conuenit alicui inquantum tale, conuenit omni tali, & per antecedens conuenit homini inquantũ homo, eſſe non iuſtũ, ergo omnis homo eſt non iuſtus: quod eſt manifeſtè falſum; igitur & cætera.

Text. 6. *Gradus poſitiuus comparabiliter ſumptus, exponitur per tres exponentes, per duas quippe comparationis extrema adinuicem conueniunt, & per tertiam negatiuam, in qua res ſecundum quam ſit comparatio, ab altero extremo negatur.*

Dilucidatio. In omni vera, propriaque comparatione tria opus eſt inuenire, duo quidem comparationis extrema, participantia id, in quo ſit comparatio: tertium vero, ſecundum magis, aut minus, aut ęqualiter, alterum extremum, illud participare habet. Quocirca tam poſitiuus gradus, quàm comparatiuus, necnon ſuperlatiuus, ſi comparatiuè ſumantur, per tres habent exponentes probari. Nam propter primum, & ſecũdum, datur prima exponens, & ſecunda, ſed rõne tertij, ritè tertia additur exponens. Vt de gradu poſitiuo exemplariter dicatur. Sortes eſt fortis, & Plato eſt fortis, & Sortes nõ eſt tam fortis, quàm Plato; ergo Sortes eſt minus fortis, quàm Plato.

Text. 7. *Gradus comparatiuus exponitur per tres exponentes, per duas utique comparationis extrema adinuicem conueniunt, & per tertiam ſecundum extremum negatur a primo, per poſitiuum comparabiliter ſumptum cum nota æqualitatis, ita.*

Dilucidatio. Comparatiuum propriè, hoc eſt, comparatiuè H ſumptum, ſic exponitur; Ariſtoteles eſt doctus, & Plato eſt doctus, & Plato non eſt ita doctus, ſicut Ariſtoteles; ergo Ariſtoteles eſt doctior Platone; impropriè vero ſumptum magis ſpectat ad grammaticum quàm logicum.

Text. 8. *Gradus ſuperlatiuus comparatiuè ſumptus, exponitur per tres exponentes, per duas quidem comparationis extrema adinuicem conueniunt, & per tertiam id in quo ſit comparatio, per comparatiuum ſignificatum, cum multò aduerbio, ſecundumq; extremum regens, prædicatur de altero extremo.*

Dilucidatio. Superlatiuus abſolutè ſumptus ita ſecundũ grammaticum explanari habet; Demoſtenes fuit eloquens, & Demoſtenes fuit valdè eloquens, ergo Demoſtenes fuit eloquentiſsimus. Sed ſumptũ cõparatiuè apud logicũ ita exponitur; Achilles fuit fortis, & Græci fuerunt fortes, & Achilles fuit multò fortior Gręcis, ergo Achiles fuit fortiſsimus Gręcorũ.

Text 9. *Differt, aliud, & non idem, exponuntur per tres exponentes, quarum duæ ſunt affirmatiuæ de ſecundo adiacente, & tertia eſt negatiua, in qua negatur prædicatum de ſubiecto.*

Dilucidatio. Differt, aliud, & non idem, in propoſito poſitiuè ſumuntur, quod equidem euenit, cum extrema, quæ differunt, poſſunt eſſe in eodem tempore, ut Sorte exiſtente eodem tempore, quo exiſtit Plato, dicitur, Sortes differt à Platone, aut Socrates eſt aliud à Tullio. Nam aliud, & non idem, ſubſtantiuè in neutro genere, diſtinctionem importat eſſentialem, at in alio genere, ſiue adiectiuè, perſonalem, vel ſuppoſitalem: atque idcirco Socrates eſt alius, & aliud à Tullio. F Aliud ſanè, quoniam aliam habet naturam: ſed alius, quia aliam habet perſonam. Si autem extrema, quę differunt non eodem tempore exiſtunt, quoniam vnum eſt ens, & aliud non ens, per duas tantum exponentes de ſecundo adiacente, alteram affirmatiuam, alteram negatiuam, exponũtur, vt homo eſt, Chimera non eſt; ergo homo non eſt idem Chimera. Quòd ſi extrema eodem tempore ſanè exiſtunt, ita exponuntur, homo eſt, leo eſt, & homo non eſt leo; ergo homo differt à leone, aut homo eſt aliud à leone.

Tex. 10 *Propoſitio de immediatè exponitur per duas exponentes, quarum prima eſt ſua præiacens, & ſecunda eſt uniuerſalis negatiua ſibi correſpondens.*

Dilucidatio. Immediatè aduerbialiter ſumptum ita exponitur, G ante hoc inſtans fuit pluuia, & nullum fuit tempus ante hoc inſtans, terminatum ad hoc inſtans, quin in illo fuerit pluuia; ergo immediatè ante hoc inſtans fuit pluuia. Pariter & iſta exponi habet, poſt hoc inſtans erit pluuia, & nullum erit tempus poſt hoc inſtans, cuius initium ſit hoc inſtans, quin in illo erit pluuia; ergo immediatè poſt hoc inſtans erit pluuia.

Tex. 11 *Propoſitio tàm de neceſſariò quàm contingenter exponitur per duas exponentes, quarum prima eſt ſua præiacens, & ſecunda eſt qualitatis oppoſitæ, ſecundum exigentiam uerbi.*

Dilucidatio. Syncategoremata, neceſſariò, contingenter, aduerbia, propoſitionem efficiunt exponibilem, cuius ſecunda exponens erit ſecundum exigentiã uerbi, quia eius uerbum eſt eiuſdem temporis cum verbo principali propoſitionis exponendæ, vt de præſenti; Cęlum mouetur, & non poteſt eſſe, quin Cęlum moueatur, ergo neceſſariò Cęlũ mouetur. De præterito; diluuium fuit, & non potuit eſſe, quin diluuium fuerit, ergo neceſſariò diluuium fuit. De futuro; iudicium erit, & non poterit eſſe, quin iudicium erit, ergo neceſſariò iudicium erit. Idem dicimus de negatiua, niſi quòd in ſecunda exponente non ponitur illa dictio, quin, ſed hæc dictio, quòd; vt vacuum non eſt, & non poteſt eſſe, quòd uacuũ ſit, ergo neceſſario uacuum non eſt. Verum ſi negatiua eſt cum negatione præpoſita, probanda eſt per ſuum contradictorium, ut non neceſſario Sortes ſeruatur, ſua cõtradictoria, neceſſario Sortes ſeruatur, eſt falſa, igitur ipſa eſt uera.

Tex. 12 *Propoſitio in qua ponitur ab æterno aduerbium exponitur per duas exponentes, quarum prima eſt ſua præiacens, & ſecunda uniuerſalis negatiua ſibi correſpondens: cui apponitur hæc dictio, quin, ſecundum exigentiam uerbi.*

Propoſitio tam de ſemper, quàm de toto, & infinito, exponitur per duas exponentes, quarum prima eſt ſua præiacens, et ſecunda negatiua ſibi correſpondens.

Diluci-datio. Abæterno ablatiui caſus, propoſitionem conſtituit indefinitam, aut particularem, reſoluendam; vt abæterno mundus fuit creatus, ſic reſoluitur, ab hoc mundus fuit creatus, & hoc eſt æternũ, demonſtrato deo, ergo abæterno mundus fuit creatus. Si autem aduerbialiter ſumatur, ſic exponitur, ante aliquod tempus fuit deus, & nullum fuit tempus, quin ante illud fuerit deus, ergo abæterno fuit deus. Idem & in alijs temporibus ſecundum exigentiam verbi, obſeruandum eſt. Pręterea propoſitio de ſemper ſic B exponitur; aliquo tempose fuit mundus, & nõ fuit aliquod tempus, in quo nõ fuerit mundus, ergo ſemper fuit mũdus. Negatiua autem ſic; aliquo tempore erit abundantia, & erit aliquod tempus, in quo non erit abundantia, ergo ſemper non erit abundantia. Quod profectò obſeruandum eſt in aliis tẽporibus: ipſa tamen negatiua, ſi in ea negatio pręcedit, per ſuam cõtradictoriam probanda eſt. Totum inſuper categorematicè, & ſyncategorematicè ab expoſitoribus diſtingui ſolet: & categorematicè idem eſt, quòd perfectum in ſua natura, quamuis non econtrario: cum perfectum dicatur quoq; de ſubſtantiis ſeparatis, de quibus non dicitur totum categorematicè, proprieq; ſumptum, quoniam non ſunt quantę, ſed incorporeę. Perfectum nanq; (teſte philoſopho tertio phyſicorum) eſt, cui nihil deeſt, quod C ſpectet ad integritatem ſui. Quare hoc pacto ſumitur pro re completa, atque in ſua natura perfecta: & ſic probatur, nix eſt alba, & nullus gradus albedinis ſibi deeſt; ergo eſt nix, tota alba. Syncategorematicè ſumitur pro qualibet parte alicuius totius, & ſic exponitur, aliqua pars domus eſt minor domo, & nulla eſt pars domus, quæ non ſit minor domo; ergo tota domus ẽ minor domo. Amplius & infinitũ categorematicè, necnon ſyncategorematicè à logicis ſimiliter conſueuit diſtingui, & categorematicè, propriè ſignificat, quod nõ habet principium, neq; finem, vt motus cæli, & tempus ſunt infinita in via Ariſtotelis, quia apud eum ſunt æterna: reuera tamẽ neque mundus ſemper fuit neque motus cæli, neq; tẽpus, infinita ſunt, neq; æterna. Et ſic reſoluitr; hoc eſt infinitũ, et hoc eſt Deus, ergo Deus eſt infinitus. D Syncategorematicè aũt ſignificat, ꝙ quacũq; re data, poteſt dari maior, vel quibuſcunq; datis, poſſunt dari plura. & ſic exponitur, aliquantum corpus eſt, & nõ eſt corpus finitum, quin eo ſit maius, ergo infinitum corpus eſt. Item aliquantum corpus fuit, et non eſt, vel fuit corpus finitum, quin illo fuerit maius ergo infinitum corpus fuit: pari modo ſecundũ analogiam de futuro dicatur. In plurali numero nõ exponitur per comparatiuum maius, ſed per comparatiuũ, plura, vt infinita corpora ſunt, ſic exponitur, aliquot corpora ſunt, & non ſunt corpora finita, quin plura illis ſint, ergo infinita corpora ſunt.

Tex. 13 *Propoſitio de incipit in rebus permanentibus exponitur per unam copulatiuam, cuius prima pars eſt affirmatiua de præ- A ſenti; ſecunda negatiua de præterito.*

Propoſitio de deſinit in rebus permanentibus exponitur per unam copulatiuam, cuius prima pars eſt affirmatiua de præſenti, & ſecunda negatiua de futuro.

Propoſitio uidem de incipit in rebus ſucceßiuis exponitur per unam copulatiuam, cuius prima pars eſt negatiua de præſenti, ſecunda affirmatiua de futuro.

Propoſitio de deſinit in rebus ſucceßiuis exponitur per unã copulatiuam, cuius prima pars eſt negatiua de præſenti, & ſecunda affirmatiua de præterito.

Entia permanentia, ſunt, quorum eſſe totum acquiritur ſimul, aut ſi corrumpuntur, totum deperditur ſimul, nec vna pars ſuccedit alteri, immo omnes ſunt ſimul, vt homo, lignum: & in iis datur primum inſtans ſui eſſe, id eſt, primum inſtans, in quo res generata eſt. Quocirca verum eſt dicere, iam iſta B res eſt, & immediatè ante hoc inſtans non fuit: & quia incipit ſignificat inceptionẽ alicuius eſſe, ideo eius affirmatiua propoſitio in datis rebus permanẽtibus, exponitur per poſitionem, ſiue affirmationẽ de pręſenti, & negationem de pręterito, vt homo nunc eſt, & immediatè ante hoc inſtans nõ fuit, ergo homo incipit eſſe. Sed horum permanentium nõ datur vltimum inſtans ſui eſſe, ſicut datur primum inſtans ſui nõ eſſe poſt eſſe, id eſt, inſtans, in quo corrumpuntur; tamen non datur vltimum inſtans ſui non eſſe, ante eorum eſſe: & quoniam deſinit ſignificat deſinitionem alicuius eſſe, iccirco eius affirmatiua propoſitio exponitur per poſitionem de præſenti, & negationem de futuro, vt Callias nunc eſt homo, & immediatè poſt hoc inſtans non erit hõ, C ergo Callias deſinit eẽ homo. Entia verò ſucceſsiua ſunt, quorum eſſe acquiritur ſucceſſiuè, & in iis non datur primum, nec vltimum inſtans ſui eſſe, ſed tantum datur vltimum inſtans ſui non eſſe ante eorum eſſe: vt puta in primo inſtanti temporis menſurantis motum, non eſt motus, & immediatè poſt illud inſtans erit motus, ergo motus incipit eſſe. atque iccirco in ijs exponitur deſinit per negationẽ de pręſenti, & affirmationẽ de præterito, vt Socrates nũc non eſt rubeus, & immediatè ante ipſum nunc fuit rubeus; ergo Socrates deſinit eſſe rubeus. (Diluci-datio.)

Reſolutio denotat reductionem propoſitionis probandæ in ſua ſingularia principia, ex quibus notificatur ueritas eius. Tex. 14

Per reſolutionẽ tres propoſitionum ſpecies probari poſſunt, indefinita, particularis, & ſingularis (Diluci-datio.) ſine pronomine demonſtratiuo, tam affirmatiuè, D quam negatiuè, quæ profectò fieri debet per ſyllogiſmum expoſitorium: & ſumendæ ſunt duæ propoſitiones ſingulares cum pronomine demonſtratiuo, cuius prædicatum primę eſt prædicatum propoſitionis reſoluẽdæ, & eius ſubiectũ eſt pręedicatũ ſecũdæ, ex quibus tandem infertur propoſitio reſoluenda, vt hoc eſt album, & hoc eſt homo, ergo homo eſt albus.

Propoſitio deſcriptibilis, eſt illa, cuius uerbum concernens actum mentis, determinat prædicatum, modò ipſum uerbum nullus terminus mediatus præcedat. Tex. 15.

Termini immediati in præſenti tomo, ſunt termi- (Diluci-datio.) ni incomplexi non reſolubiles in alios notiores, velut pronomina demonſtratiua ſingularis numeri,

qualia

qualia ſunt, ego, tu, ipſe, iſte, hic, & is, et aduerbia demonſtrandi, en, ecce. Nam demonſtrant ad ſenſum, cuius cognitio eſt homini valdè familiaris, certaq;, & patens, ideo termini dati non habent notiores ſe ratione noſtri: ſed mediati ſunt cæteri termini præter ſupradictos. Dicatur ergo, ſi aliquis terminus mediatus pręcedit verbum concernens actum mentis, probanda eſt propoſitio ſecundum exigentiam termini mediati: vt ſi fiat propoſitio indefinita, particularis, aut ſingularis ſine pronomine demonſtratiuo, reſoluenda eſt. Si autē fiat vniuerſalis affirmatiua, exponēda eſt. Si verò nullus terminus mediatus p̄cedit, ſic deſcriptibiliter probatur, cognoſco aliquid ſub ratione, qua me genuit, ergo cognoſco patrē. Similiter cognoſco aliquid ſub ratione qua Sortes, ergo cognoſco Sortem. Item credo adęquatum ſignificatum huius propoſitionis, Deus eſt trinus, & vnus; ergo credo hanc propoſitionem, Deus eſt trinus, & vnus.

Tex.16 *Propoſitio officiabilis eſt, cuius dictum, ſiue oratio infinitiua, determinatur, in ſenſu compoſito, aliquo ſex terminorum modalium, uel uerbo concernente actum mentis, uel denique ijs terminis, per ſe, per accidens, per ſe primo, per ſe non primo.*

Dilucidatio. Propoſitio officiabilis, ſiue fiat per terminū modalem, ſiue per verbum ſignificans actum mentis, ſiue per hos terminos per ſe, & per accidens, per ſe primò, per ſe non primò, in ſenſu compoſito, ſic officianda venit, hæc propoſitio; Deus eſt, eſt neceſſaria, quæ adæquatè ſignificat Deum eſſe, ergo neceſſe eſt, Deum eſſe. Item hęc propoſitio, homo eſt riſibilis, eſt per ſe primò, quæ adęquate ſignificat hominem eſſe riſibilem, ergo per ſe primò homo eſt riſibilis. In ſenſu verò diuiſo reſoluenda eſt, vt hoc neceſſe eſt eſſe, & hoc eſt Deus, ergo neceſſe eſt Deum eſſe: Sed de ijs ſatis.

CATENAE AVREAE
IN TOTAM LOGICAM
DECIMVSQVARTVS TOMVS.
In conſequentias.

Tex.1. *Argumentatio eſt, unius propoſitionis ex alia per conſequentiæ notam illatio.*

Quare argumentationem, conſequentiamq; idem eſſe dicimus.

Dilucidatio. Argumētatio communiter ſumpta, & conſequentia quomodolibet accepta re vera idem ſunt. Nam complectuntur tam apparentes argumentationes, & malas conſequentias, quàm veras argumentationes, & bonas conſequentias: quæ quidem apparentes argumentationes, & malæ conſequentię ita a logica rejciuntur, ſicut ſolœciſmus, & barbariſmus (quæ non latina eſt locutio, ſed eſſe videtur) a grāmatica. Propriè vero accepta, argumentatio, & bona conſequentia idem ſunt: & hæc potiſſimum logicæ cōſiderationis eſt, vt recta locutio latina grammaticę. Quo circa hic definitur argumentatio propriè ſumpta, vt per eam, tanquam per ſuum oppoſitum, ap-E parens argumentatio agnoſcatur, & ita argumentatio cōiter ſumpta, ad quā ſe extēdit tomus iſte, vt ex dicendis apparebit. Itaq; argumentatio hic definita, cum ſit propoſitio aggregata ex antecedente & cōſequēte per notam illationis: iccirco quid ſit argumentatio per analogiā propoſitionis hoc modo intelligatur. Nā ſicut in propoſitione ſunt tria, ſubiectum, prædicatum, & copula: ita quoque in argumentatione ſunt antecedens, conſequens, & illationis nota Antecedens in argumentatione eſt, vt ſubiectum in propoſitione: vtrunque enim eſt prima pars. Conſequens in argumentatione eſt, vt prædicatum in propoſitione: quia vtrunque eſt ſecunda pars. Sed nota illationis in argumentatione eſt, vt copula verbalis in propoſitione: quia vtrunque ſui totius partes coniungit. Huius tale ſumatur F exemplum. Hæc eſt argumentatio, homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia. Nam eſt illatio vnius propoſitionis, ſcilicet, conſequentis, homo eſt ſubſtantia, ex altera, ſcilicet, antecedente, homo eſt animal, per notam conſequentiæ, ſcilicet, coniunctionem illatiuam, ergo. Quocirca hæc argumentationis definitio æquipollet ei, quæ dari conſueuit de ipſa conſequentia, ſcilicet, conſequentia eſt illatio conſequentis ex antecedente per notam illatiuam, hoc eſt, conſequentia eſt neceſſaria ſequela, ſine dependentia conſequentis ex antecedente mediante nota illationis. In hac item definitione, ſimiliter & cæteris ſequentibus, termini indifferenter ſecundū numerum accipiuntur: vt ſit ſenſus, argumentatio eſt illatio vnius propoſitionis, aut plurium, ex altera, aut ex alijs pluribus Hinc vocabula artis ſunt, ex vno vnum, ex pluribus vnum, ex vno plura, ex plu-G ribus plura. Nam ſicut quatuor modis poteſt variari propoſitio penes extremorum incomplexionē, vel complexionem: Primò, poteſt eſſe ſubiectū incomplexum, pariter & prædicatum, vt homo eſt animal: Secundò, ſubiectum complexum, & prędicatum incomplexum, vt homo albus eſt animal; Tertio, ſubiectum incomplexum, & prædicatum complexum, vt homo eſt animal album; Quartò, tam ſubiectum, quàm prędicatum complexum, vt homo albus eſt animal bipes: ita quoque argumentatio quadrifariam variari poteſt penes antecedentis, & conſequentis ſimplicitatem, ac compoſitionem. Primò, antecedens poteſt eſſe ſimplex, & vnica propoſitio, ſimiliter & conſequens, ut homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia. Secundò, antece-H dens compoſitum, & ex pluribus propoſitionibus conſtitutum, & conſequens ſimplex, vt omnis iudicans iniquè eſt iudex iniquus: & Pompeius iudicat iniquè, ergo Pompeius eſt iudex iniquus. Tertiò, antecedens ſimplex, & conſequens compoſitum, vt homo eſt animal; ergo homo ſentit, & eſt animata ſubſtantia. Quartò, antecedens compoſitum, et cōſequens compoſitum, vt omne animal eſt ſenſibile, & omnis homo eſt animal; ergo omnis homo eſt ſenſibilis, et omnis homo eſt animata ſubſtantia. Primus quidem modus conſequentiæ, primo modo propoſitionis reſpondet, ſecundus ſecundo, et ita deinceps: atque iccirco rationabiliter artis vocabula

tabula ſunt prenumerata.

Tex. 2 *Antecedens ſiue aſſumptum eſt prima pars materialis argumentationis, alteram propoſitionem inferens.*

Conſequens ſiue concluſio eſt ſecunda pars materialis argumentationis, quæ ex altera propoſitione infertur.

Nota conſequentiæ ſiue illationis eſt coniunctio illatiua, unã ex altera propoſitionem ſequi denotans.

Dilucidatio. In hac argumentatione, homo eſt animal, ergo homo eſt corpus animatum, iſta propoſitio, homo eſt animal, eſt antecedens: quia eſt prima pars materialis argumentationis, quæ alteram infert propoſitionem, ſcilicet, conſequens. Iſta vero propoſitio, homo eſt corpus animatum, eſt conſequens: quia eſt ſecunda pars materialis argumẽtationis, quę ex altera propoſitione, ſcilicet, ex antecedẽte infertur. Sed iſta coniunctio, ergo, eſt nota illationis, quoniã eſt coniunctio denotans vnam propoſitionem, ſcilicet, conſequens inferri ex altera, ſcilicet, antecedente. Similiter & cæterę coniunctiones rationales, vt ideo, igitur, itaque, quare, & ſimiles ſunt notæ illationis. Verum quando illationis nota fuerit coniunctio cõditionalis, ſi, tunc antecedens eſt propoſitio, quæ ſtatim ſequitur coniunctionem, ſi: conſequens verò propoſitio, quę non immediate ſequitur dictam coniunctionem, ſed aut præcedit, vt homo eſt ſubſtantia, ſi homo eſt animal, aut mediatè ſequitur (quod frequentius fit) vt ſi homo eſt animal, homo eſt ſubſtanria. In vtraque harum conſequentiarum, iſta propoſitio, homo eſt animal, eſt antecedens, & hęc, homo eſt ſubſtantia, eſt conſequens: nõ quidem ſecundum ſitum, ſed ratione inferendi, cum vera conditionalis, bona ſit conſequentia. In data autem argumentatione non eſt maior, aut minor, cũ antecedens ſit ſimplex, & vnica propoſitio: cum verò antecedens eſt compoſitum, & conſtitutum ex pluribus propoſitionibus coniunctione copulatiua, aut æquiualente adinuicem coniunctis, tunc ſi eſt ſimplex ſyllogiſmus, prima eius pars eſt maior, & ſecunda pars (quæ, ſcilicet, coniunctionem copulatiuam ſequitur) eſt minor, vt in hac argumentatione, omne animal eſt ſubſtantia, et omnis homo eſt animal; ergo omnis homo eſt ſubſtanria. Iſta propoſitio, omne animal eſt ſubſtantia, eſt maior (vt ſuo loco ſatis dictum eſt) & iſta, omnis homo eſt animal, eſt minor: totum autem ex maiore, & minore conſtitutum eſt antecedens argumentationis. Sed aliquando altera partium antecedentis, & ſępius maior, ſpeciali nomine dicitur ſequela, cum, ſcilicet, ipſi adiungitur coniunctio, ſi, & verbum coniunctiuum aliquam ſequelam denotans: vt ſi cœlum eſſet corruptibile, ſequeretur quòd cœlũ haberet contrarium, ſed hoc eſt falſum; ergo & illud ex quo ſequitur: Maior, ſi cœlum eſſet corruptibile, ſequeretur quòd cœlum haberet contrariũ, vocatur ſequela. Definitio quoque antecedentis, & conſequentis, velut maioris, & minoris definitio in ſyllogiſmorum tomo, intelligenda eſt de parte principaliori, & propinqua: quæ ſolum eſt pars totius, & non pars partis; atque iccirco non de parte minus principali, & remota, quę non ſolum eſt pars totius, ſed etiam eſt pars partis, quomodo litera, & ſyllaba, atque terminus, pars eſt argumentationis, antecedentiſve, & conſequentis; de qua præſens litera non intendit. A

Tex. 3 *Ad argumentationem in diſputatione vt quæſtionem, ne reſpondeas priuſquam repetiueris illam.*

Nam præceps & impræmeditata reſponſio carere uitio non ſolet.

Dilucidatio. Definita argumentatione modo docet præſens litera eius præceptiones in diſputatione obſeruandas. Nam præceptio eſt certa lex, ſiue regula, aliquid rectè agere docens: iccirco definita argumentatione meritò nunc edocet diuerſis pręceptionibus in diſputatione rectè argumentari. Ratio huius primę regulę eſt, quia cum argumentatio, aut quæſtio propoſita reſumitur a reſpondẽte, melius ab eo intelligitur: & ſi inter reſumendum reſpondens errauerit, perperamque intellexerit, ab opponẽte dirigitur. Inſuper interea proculdubio conceditur ei B tempus meditandi, excogitandique argumentationis ſolutionem: aut rectã quęſtionis propoſitę reſponſionem. Quocirca reſumendę argumentationis, quæſtionisque conſuetudinem iuuenes aſſumere debent. Nam oppoſita eueniunt mala, ſi quis ſine reſumptione, reſpondere tentauerit: ſcilicet, quòd interdum non exactè intelligat, quòd a recta formatione aberret, quòd ſolutionem aptam aſsignare non valeat.

Tex. 4 *Diſputatio eſt, mutuæ exercitationis gratia de aliquo propoſito duorum diſceptatio.*

Dilucidatio. Definitur hic conſequenter ad argumentationẽ diſputatio per triplicem cauſam. Primò, per materialem, circa quam verſatur: cum dicitur, de aliquo propoſito. Nam propoſitum hic, eſt propoſitio, C quam reſpondens veram defendit, & opponens impugnat: quam vulgo poſitionem vocant. Secundo, per cauſam efficientem: cum dicitur, duorum, ſcilicet, opponentis, & reſpondentis. Quòd ſi quis apud ſeipſum diſputet, ipſe vnus eſt re ipſa, ſed duo ratione: cũ uiciſſim duorum fungatur officio, primò opponentis, deinde reſpondentis. Neque ibi nomen duorum denotat numerum diſputantium: poſſunt enim plures duobus inter ſe diſputare, ſed exercentium officia in diſputatione, quę ſolũ ſunt duo, ſcilicer, opponentis, & reſpondentis. Tertio per cauſam finalem, cum dicitur, mutuæ exercitationis gratia. Nam ad hunc finem potiſſimum adoleſcentũ diſputatio debet ordinari, vt ex mutua exercitatione euadant promptiores. Er quoniam diſputatio, aur ſophiſtica eſt, aut dialectica, aut tentatiua, D aut doctrinalis: de ſophiſtica quidem, quę ad gloriam tendit, vt ſapiens eſſe videatur, nunc data definitio non aliquid diſſerit, dialecticam, quę ex probabilibus, & ex communibus procedit, & ad fidẽ, vel opinionem tendir, libris Topicorum relinquir, quemadmodum ſophiſticam libris elenchorum: ſed de ea, quam græci piraſticam, hoc eſt, tentatiuam (quæ ordinatur ad experimentum ſumendum de aliquo per ea, quę videntur reſpondenti gratia mutuę exercitationis) vocant, determinat. Quippè diſputatio hęc fit ad habendum experimentum de ſcientia reſpondentis: At experientia ſuę ſcientiæ ſumitur arguendo ex iis, quæ videntur, ac probabilia ſunt reſpondentis; Propterea tentatiua diſputatio

tio non procedit ex neceſſariis, contingentibus, aut impoſſibilibus, niſi inquantum ſunt probabilia reſpondenti. Neque agit de ea, quam dicunt didaſcalicam, hoc eſt doctrinalem: qua vtitur Ariſtoteles pro veritatis inuentione contra antiquos, qui ob ignauiam credentes vera dicere, poſitiones impoſſibiles conſtituerunt, vt exercuit primo Phyſicorum contra Parmenidem, & Melliſſum, qui dixerunt omnia eſſe vnum, & contra Anaxagorã docentem rerũ principia eſſe infinita. Sed hæc neque ſophiſtica, neque dialectica, neque tentatiua, ſed doctrinalis, vtpotè quæ fit gratia doctrinæ, nuncupatur.

Tex. 5 *Queſtio eſt, cum nota interrogationis ſumpta, dubitabilis propoſitio.*

Interrogationis notæ ſunt, cur, quare, quid, an, ne, & ſimiles.

Dilucidatio. Ad quæſtionem, quę hic definitur, duo requirũtur. Primo, quòd propoſitio, quæ interrogatur ſit dubitabilis, hoc eſt, nata ſit dubitari: & non ſit propoſitio manifeſtè vera, aut manifeſtè falſa. Quocirca hęc non eſt quęſtio, vtrum totum eſt maius ſua parte? vtrum homo eſt lapis? Nam prima eſt manifeſtè vera & ſecunda, manifeſtè falſa. Secundò exigitur, quòd huiuſmodi propoſitio ſumatur cum ſigno interrogatiuo, ſiue aduerbio interrogandi: quòd ſi omitteretur non eſſet perfecta quęſtio. Nẽpe (prout hic definitur) eſt quęſtio, aggregatum ex ſigno quęſitiuo, ſeu interrogatiuo, & propoſitione interrogata, vt exemplariter dicatur, vtrum omnis homo eſt ſuſceptiuus diſciplinæ? vtrum ſolus homo habet intellectum?

Tex. 6. *Modi reſpondendi ſunt tres, concedere, negare, diſtinguere.*

Propoſitio uera concedenda eſt, falſa neganda, multiplex diſtinguenda; ſic & de conſequentia idem dicimus.

Concedere propoſitionem, eſt ipſam ueram eſſe admittere.

Negare propoſitionem, eſt aſſerere ipſam eſſe falſam.

Diſtinguere propoſitionem, eſt ipſam multiplicem in plures ſenſus dirimere ac diuidere.

Propoſitio multiplex eſt propoſitio, diuerſos habens ſenſus.

Dilucidatio. Modi in diſputatione reſpondendi, quibus in argumentorum ſolutione vtitur reſpõdens, ſunt tres. Nam omnem propoſitionem in argumentatione propoſitam, aut debet concedere, aut negare, aut diſtinguere. Sed vera eſt concedenda, vt hæc propoſitio, homo eſt animal, eſt concedenda, quia eſt vera; & iſta homo eſt lapis, eſt neganda, quia eſt falſa; hæc verò, canis eſt animal, eſt diſtinguenda, quia eſt multiplex. Ita hęc conſequentia, lignum eſt ignitum, ergo lignum eſt calidum, in diſputatione eſt concedẽda, quia eſt bona conſequentia; & hæc, homo eſt ſedens, ergo homo eſt albus, quia eſt mala, eſt neganda, hęc verò, omne animal ſentit, ergo canis ſentit, eſt diſtinguenda, quia eſt multiplex. Tunc enim propoſitio conceditur, cum à concedente admittitur ipſam eſſe veram, vt homo eſt viuens. Propoſitio autem negatur, cum ipſa aſſeritur eſſe falſa, vt nullus homo eſt viuens. Tunc verò diſtinguitur, cũ ipſa in plures ſenſus diuiditur, vt iſta propoſitio, canis eſt animal, hoc modo diſtinguitur: Si eius ſubiectum capitur pro cane domeſtico, aut ęquoreo, ipſa eſt vera; ſi verò pro cane cæleſti, eſt falſa, & data propoſitio eſt multiplex, quia diuerſos habet ſenſus, qui modò ſunt enumerati.

Tex. 7. *Propoſita ab opponente argumentatione, eadem a reſpondente ſimel repetita, ad ſingulas eius partes iterum ſigillatim reſumendas, quæ proponuntur ſerie particulatim eſt reſpondendum.*

Dilucidatio. Præſens ſiquidem pręceptio oſtẽdit ordinem in diſputatione ſeruandum à reſpondente, in ſolutione alicuius argumenti propoſiti. Debet nanque primò, argumentum integrum reſumi, vt præcedens nunc admonuit regula; in qua repetitione maximè enitendum eſt, vt in eadem forma repetatur, qua ab opponente eſt propoſitum, non mutata adminus ſententia. Deinde quælibet pars ſigillatim eſt repetenda, & ad eam eſt reſpondendum, vt primò, ſecundum quòd opus fuerit, repetenda eſt per ſe maior, ſeu prima pars antecedentis, & ad eam danda eſt reſponſio. Poſtea reſumendum eſt conſequens, & ad ipſum reſpondendum eſt, nunquam id negando, ſi argumentum eſt bonum, aut conſequẽtia bona: ſed diſtinguendo, vel aliter reſpondendo, vt potè tanquam non oppoſitum propoſito, quod diſputatur. Denique ad conſequentiam adhibenda eſt reſponſio.

Tex. 8 *Omnis propoſitio ab opponente propoſita, cum peculiari ſuæ denominationis, ut antecedentis, conſequentis, maioris, aut minoris expreſſione à reſpondente eſt concedenda, neganda, aut diſtinguenda.*

Dilucidatio. Docet hæc poſterior regula reſpondentem non debere concedere, negare, aut diſtinguere aliquam propoſitionem inter reſpondendum, niſi adiecto, et expreſſo ſpeciali nomine ſuę denominationis, quo deſignatur eſſe pars illius argumentationis: vt ſi ſit antecedens, expreſſo nomine antecedentis, & ſic conſequens, adiecto ad dicta verba nomine conſequentis, & ita de aliis. Exempli gratia, ſi ad maiorẽ habeat reſpondere, nõ ſufficit dicere, concedo, nego, aut diſtinguo, nullo amplius addito: ſed adijciendum eſt maioris nomen ad prędicta verba, ſic, concedo maiorem, nego maiorem, diſtinguo maiorem, & ita de cæteris argumentationis partibus.

Tex. 9 *Opponens eſt, qui alteri argumentum proponit, negatum probat, & datam ſolutionem ſequenti obiectione impugnat.*

Dilucidatio. Nunc ponitur definitio opponentis in argumentatiua diſputatione, exprimens tria eius officia. Primum eſt, quòd opponens reſpondenti, argumentum, hoc eſt, obiectionem, contra aliquod reſpondentis propoſitum, format. Secundum, quòd opponens, propoſitionem ſuę obiectionis à reſpondente negatam probat. Tertium eſt, quòd opponens, ſolutionem pręcedentis obiectionis à reſpondente datam, vlteriori obiectione impugnat: quod vulgo replicare vocant, & oppoſitum eius, quod reſpõdens in ſolutione aſſeruit, ſequenti inſtantia probare nititur.

Tex. 10 *Reſpondens eſt, qui argumentationem ab altero propoſitam diluit, atque diſſoluit.*

Dilucidatio. Definitio reſpondentis, vnicum eius officiũ exprimit, ſcilicet, ſoluendi obiectionem ab opponẽte propoſitam, ſub quo cõprehenduntur cætera eius particularia officia, vt potè cõcedẽdi, negãdi, & diſtinguendi, quę in reſpondendi officio includũtur.

Cum

Tex. 11. *Cum argumentandi, reſpondendiq́; , promptitudo, potiſsi-
mum uſu, ac exercitatione (quemadmodum ars omnis, & do-
ctrina) paratur, ut à primis dialecticæ rudimentis adoleſcen-
tes, diſputationi aſſueſcant, curandum profectò eſt.*

*Exercitatio eſt frequens, & aſsiduus, unius, eiuſdemq́; rei
uſus.*

*Vſus eſt frequens, & aſsiduus unius, eiuſdemq́; rei opera-
tio.*

Diluci-
datio.
Poſtremum hic perutile dogma adoleſcentibus
logicam audituris tribuit, eos, ſcilicet, frequenter
diſputationem exercere debere; idq́ue vt faciant,
admonet. Nam ex crebra diſputatione acquiri-
tur in eis promptitudo opponendi, pariter & re-
ſpondendi: quæ non niſi aſsidua exercitatione ha-
beri poteſt. Quando quidem ars omnis, & doctri-
na, frequenti vſu paratur: vt ſæpe ſcribendo, eua-
dit quis ſcriptor; frequenter pingendo, pictor; &
crebro latinè loquendo, grammaticus. Tolle enim
vſum, exercitationemque remoue, omnem pari-
ter tollis artem, & ſcientiam, & ne unam quidem
perfectè conſequeris. Hinc antiqui, vſum, doctri-
næ patrem dixere; quòd ex vſu, exactiſsima quæ-
que doctrina gignatur, & ſine eo, nulla prorſus.
Proinde ſæpius admonendi ſunt adoleſcentes, iuue-
nesq́ue, vt diſputationis, & eorum, quæ diſcunt,
exercitationem in primis habeant, ſi ad perfectam
ſcientiarum cognitionem peruenire volunt. De e-
xercitatione vt exemplariter dicatur; exercitatio
ſcribendi, eſt frequens, & aſsidua ſcriptio; exerci-
tatio pingendi, eſt crebra, ſæpiusq́ue iterata depi-
ctio; & exercitatio loquendi latinè, eſt frequens,
& continua, ſecundum grammaticæ regulas locu-
tio, & ità de aliis. Quocirca uſus eſt frequens, & aſ-
ſidua, unius, eiuſdemq́ue rei operatio; ut exempla
data luce clarius declarant. Quare debet diſcens e-
xercere frequenter, & indefeſſe operationem, cu-
ius artem, & ſcientiam vult aſſequi; neque quic-
quam pro eo is facere poteſt, cuius operatione eua-
dat promptior, & peritior.

Tex. 12. *Concedere conſequentiam, eſt, datam argumentationem bo-
nam eſſe admittere.*

*Bona conſequentia eſt argumentatio, cuius ſi antece-
dens ſit uerum, conſequens ſimul uerum eſſe neceſſe eſt.*

Diluci-
datio.
Argumentatio, cum ſit conſequentia, cuius de-
terminationẽ præſertim agit preſens tomus, quam-
obrem vt tandem ad conſequentiæ notitiam peni-
tus deueniat, exordium ab argumentatione ſum-
pſit: quæ porrò (ut ait) conceditur, cum ipſa ad-
mittitur eſſe bona, ut homo eſt animal, ergo ho-
mo eſt ſubſtantia. Deinde intentum primarium ag-
greditur, dicens. Conſequentia bona eſt, cuius
non poteſt antecedens eſſe uerum, & conſequens
ſimul falſum, vt ea, quæ modò data eſt. Non enim
poteſt iſta eſſe uera, homo eſt animal; & ſimul iſta
falſa, homo eſt ſubſtantia: quoniam ſubſtantia,
cum ſit de definitione animalis, ab eo inſeparabilis
eſt; atque idcirco oppoſitum conſequentis repu-
gnat antecedenti. Quod vtique repugnat, quando
ex antecedente, & conſequentis oppoſito, nec po
teſt fieri vna copulatiua, cuius vtraque pars ſit poſ-
ſibilis, nec eidem alteri compoſsibilis. Hæc enim
copulatiua, homo non eſt ſubſtantia, & homo eſt
animal, eſt impoſsibilis, quoniam prima pars, ho-
A mo non eſt ſubſtantia, eſt alteri parti, homo eſt a-
nimal, incompoſsibilis; atque idcirco per eius de-
finitionem tota efficitur impoſsibilis. Vnde boni-
tas conſequentiæ non pendet ex eo, quòd antece-
dens eſt verum, aut conſequens verum, ſed ex ne-
ceſſaria habitudine, ac connexione antecedentis
ad conſequens penes veritatem. Nempe poteſt bo-
næ conſequentiæ antecedens eſſe verum, & con-
ſequens verum; vt homo eſt rationalis, ergo homo
eſt riſibilis: poteſt & antecedens eſſe falſum, con-
ſequente exiſtente vero; vt homo eſt equus, ergo
homo eſt animal, denique poteſt & antecedens eſ-
ſe falſum, & conſequens falſum; vt homo eſt equus,
ergo homo eſt irrationalis. Sed nunquàm antece-
dens eſſe uerum, & conſequens falſum, quoniam
ex veris (autore Ariſtotele in prioribus) nil, niſi
B verum.

*Negare conſequentiam, eſt aſſerere datam argumentatio-
nem eſſe malam.* Tex. 13.

*Mala conſequentia eſt argumentatio, cuius etſi antece-
dens ſit uerum, eius conſequens non oportet ſimul eſſe
uerum.*

Negatur conſequentia, quando ipſa aſſeritur eſ- Diluci-
ſe mala, vt homo eſt ſedens, ergo equus eſt ambu- datio.
lans. Mala verò conſequentia eſt, cuius antecedens
poteſt eſſe uerum, & conſequens ſimul falſum.
Tunc vtique oppoſitum conſequentis non repu-
gnat antecedenti, quinimo ſimul ſtant in veritate,
& falſitate. Quæ definitio eſt eiuſdem ſententiæ,
cum definitione poſita in litera, vt prius data con-
ſequentia, cuius antecedens, ſcilicet, homo ſedet, po
teſt eſſe verum; & conſequens, ſcilicet, equus eſt am
C bulans, ſimul eſſe falſum, ſcilicet, omni equo ſtantẽ
dum homo ſedet. Non enim oportet, ſi homo ſe-
deat, protinus equum ambulare. Poteſt ſiquidem
malæ conſequentię antecedens eſſe verum, conſe-
quente exiſtente falſo, vt homo eſt animal, ergo ho
mo eſt brutum. Poteſt & antecedens eſſe uerum, &
accidere conſequens eſſe uerum, vt homo eſt, ergo
equus eſt. Pręterea poteſt antecedens eſſe falſum, &
conſequens uerum, ut nullus homo eſt, ergo equus
eſt. Denique poteſt antecedens eſſe falſum, & con-
ſequens falſum, vt nullus homo eſt, ergo nullus e-
quus eſt. Hę autem duę definitiones tantam habent
veritatis neceſsitatem, vt non modò veriſsimæ ſint:
ſed prima logicæ principia, neque earum quæren-
da eſt probatio, cum nullas habeant manifeſtiores
propoſitiones, per quas oſtendi poſsint. Obiectio-
nes vero, quæ contra eas fiunt, ſophiſticæ ſunt, &
D ſuis locis diluendæ: de quibus nihil modò dicẽdum
eſt. Ex iis nõ eſt difficile depręhendere conſequen-
tiam malã non eſſe conſequentiam ſimpliciter, &
abſque ullo addito. Nam illa additio, mala, eſt condi
tio diminuens, vt pictum, & ſtatim ad cõſequentiã
appoſita, eius rationem diluit. Sed quia habet aliquã
propoſitionem quaſi antecedens, & alteram ut con
ſequens, & coniunctionem illatiuam, conuenien-
tiam, & ſimilitudinem ad ipſam bonam conſequen
tiam habere conſtat, ideo dicitur conſequentia, hac
tamen dictione diminuente, mala, appoſita.

Diſtinguere conſequentiã, eſt ob aliquam diuerſitatẽ ei acci- Tex. 14.

dentalem, ipſam modo bonam & modo malam, eſſe oſtendere.

Diluci-datio. Diſtinguitur conſequentia, cũ propter aliquam E veritatem in ea exiſtentem, ipſa oſtenditur aliquando eſſe bona, aliquando quoque mala: vt hæc conſequentia, omne animal eſt ſenſibile, igitur canis eſt ſenſibilis, hoc modo diſtinguenda eſt. Si in conſequente, canis, ſumitur pro ſidere cæleſti, ipſa mala eſt, cum antecedens eius ſit verum, & conſequẽs falſum: ſi verò in conſequente, canis, capitur pro cane domeſtico, vel marino, ipſa eſt bona, atque eius conſequens eſt verum, ſicut & antecedens. Neque iccirco concedendum eſt eandem conſequentiam eſſe bonam, pariter, & nullam. Nam illa non eſt eadem ſecundum vocem, & rem ſimul; ſed ſecũdum vocem tantum. Idem enim in tota logica ſumitur pro eo, quod idem eſt nomine, & re ſimul. Quemadmodum iſta propoſitio, canis eſt animal, in diuerſis ſenſibus, accepta, aliquando eſt vera, & F aliquando falſa: ſed quia non eſt eadem ſecundum rem, & vocem ſimul, iccirco non ſequitur eandem propoſitionem ſimul eſſe veram, & falſam. Conſequentia nanque multiplex, ita ſe habet ad bonitatem, aut inualiditatem: ſicut propoſitio multiplex ad veritatem, & falſitatem.

Conſequentiarum, alia formalis, alia materialis.

Tex.15. 1. Diuiſio. *Formalis eſt conſequentia, quæ in omni valet materia ſimili forma arguendi retenta.*

Materialis eſt conſequentia, quæ etſi in aliqua materia ſit bona, in alia tamen, altera ſibi ſimilis in forma, non eſt bona.

Diluci-datio. Conſequentia dicitur formalis, eo quòd eius forma, quæ, talis eſt modus arguendi, vbique, & in omni materia tam contingenti, quàm remota, necnõ G neceſſaria, in omnibus que terminis, ſiue conuertibilibus, ſiue non conuertibilibus, & vt ſummatim dicam, ad omnes propoſitiones ad quas applicatur, bona, & neceſſaria, ſemper eſſe depræhenditur. Vt cum arguitur à ſubalterna ad ſubalternatam, huiuſmodi forma arguendi talis conſequentiæ vbiq; bona conſpicitur: quoniam ſemper in ea in quacunque materia oppoſitum conſequentis infert oppoſitum antecedentis: eo quòd oppoſitum conſequẽtis contradictoriũ (quod per excellentiam hic ſemper intelligunt logici) repugnat antecedenti, ſiue contradictoriè, ſiue contrariè, aut quomodolibet aliter repugnet antecedenti, vt omnis homo malè odorat, ergo homo malè odorat. Oppoſitum contradictorium conſequentis, nullus homo malè odorat, repugnat contrariè antecedenti, omnis homo H malè odorat. Repugnantia enim ſunt, quæ ſimul eſſe vera non poſſunt. Quod equidem principium ſupponendum eſt. Nam principia ſunt, quibus negatis, tota logica ruit, et neruis ſuccisis, redditur manus trunca, & manca. Vnde in prædicamento ſubſtantiæ volens philoſophus, hanc conſequentiã, homo eſt animal, ergo aliquis homo eſt animal, probare, ſic procedit: Quia ſi de nullo homine dicitur animal, neque de homine dicitur, hoc eſt, ſi nullus homo eſt animal, homo non eſt animal. Eodem modo primo Priorum probat iſtam, ſi nulla voluptas eſt bonum, nullum bonum eſt voluptas. Quocirca & intelligendum eſt datum principium in omni bona conſequentia, ſine quo nulla erit conſequentia, nec formalis, nec materialis. Conſequentiæ autem formalis exemplum, omnis homo eſt animal; ergo quidam homo eſt animal. Nempe ſeruata conſimili forma argumentandi, ex quibusuis terminis conſtituta, conſequentia erit bona. Conſequentia denique materialis eſt conſequentia, non in omnibus terminis bona, ſimili forma argumentandi retenta; vt quidam homo eſt rationalis, ergo omnis homo eſt rationalis. Non enim ſimili forma ſequitur, quidam homo abundat prædijs, ergo omnis homo abundat prędijs; cum poſsibile ſit, antecedens eſſe verum, conſequente exiſtente falſo. Quocirca materialis conſequentia dicta eſt, quaſi bona de materia, aut ratione materiæ, in qua eſt: ſed non in alia, ut in ſecunda figura in terminis conuertibilibus ex puris affirmatiuis; bona vtique eſt conſequentia, quod nequaquam euenit in alijs terminis; atque idcirco talis forma, aut modus arguendi ex ſe non eſt bonus, niſi gratia materię, in qua eſt.

Conſequentiarum, alia perfecta, alia imperfecta. Tex.16 2. Diuiſio.

Perfecta eſt conſequentia, quæ, ut ſit, & appareat neceſſaria, nulla alia eget manifeſtiore.

Imperfecta eſt conſequentia, quæ, ut ſit, & appareat neceſſaria, alia manifeſtiore ſe, opus habet.

Secunda diuiſio, iam in tomo de ſyllogiſmo formali dilucidata eſt, fundaturque in diuiſione ab Ariſtotele in prioribus data de ſyllogiſmo perfecto, & imperfecto. Syllogiſmus nanque perfectus (veluti quatuor primi modi, barbara, celarent, darij, ferio) cuius conſeqnentia, ex ſe eſt euidens, & neceſſaria, nulla alia manifeſtiore indiget. Hinc dati modi, nec ad ullum alium reducuntur modum, ſicut cæteri, qui ad eoſdem reduci habent, ideoque eorum conſequentia, vt ſit, & appareat neceſſaria, alia eget manifeſtiore. Diluci-datio. Tex.31 10. regula.

REGVLAE VNIVERSALES.

Si ad oppoſitum conſequentis, ſequitur oppoſitum, ſiue repugnans, antecedenti, conſequentia valet. Tex.17 3. Diuiſio.

Prima regula quamuis duas partes videatur habere, re tamen ipſa eſt una, & fulcitur in principio, modò dato, ſcilicet: conſequentia eſt bona, cuius oppoſitum contradictorium conſequentis, repugnat antecedenti. Prima, ſi ad alicuius conſequentię datę oppoſitum conſequentis, ſequitur contradictorium, ſiue oppoſitum antecedentis, data conſequẽtia valet: vt ſit data conſequẽtia, Socrates diſputat, ergo hõ diſputat, quã quis dubitet eſſe bonũ, cõcedat tñ ad oppoſitũ conſequentis, nullus homo diſputat, ſequi oppoſitum antecedentis, Socrates non diſputat, datam conſequentiam concedere oportet. Secunda, quo ad ipſa vocabula, pars, ſi ad datæ conſequentię oppoſitum conſequentis ſequitur repugnans antecedentis, conſequentia data ualet: vt ſit data conſequentia, Sortes ambulat, ergo animal ambulat, quæ dubitetur eſſe bona, concedatur tamen ad oppoſitum conſequentis, nullum animal ambulat, ſequi repugnans antecedentis, nullus homo ambulat, neceſſe Diluci-datio.

neceſſe eſt, & primam conſequentiam eſſe bonam. Quoties verò oppoſitum conſequentis ſtat ſimpliciter cum antecedente, veriſimile tamen, ac perſuaſiue videtur ipſum illi repugnare, conſequentia eſt contingens, ſeu rhetorica; vt Dionyſius Syracuſanus à Syracuſanis petens munitiones tyrannizauit, ergo & Cæſar petens munitiones à Romanis tyrannizabit: quę fundatur in veriſimili, ſcilicet, omne petẽs munitiones tyrannizat, quod non eſt neceſſarium, ſed veriſimile contingens. Vnde copulatiua compoſita ex oppoſito conſequentis, & ipſo antecedente, Cæſar petens munitiones à Romanis non tyrannizabit, & Dionyſius Syracuſanus à Syracuſanis petens munitiones tyrannizauit, eſt poſſibilis, ſed non veriſimilis, nec perſuaſiua.

Tex. 18 2. regula. *Si ad alicuius conſequentiæ datæ antecedens ſequitur conſequens, ad oppoſitum conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis.*

B

Dilucidatio. Secundæ regulæ (quæ in tota logica eſt magni momenti, nec differt à prima, niſi ſecundum vocabula) exemplum. Nam rectè ſequitur, homo ſedet, ergo animal ſedet; igitur ad oppoſitum, ſiue contradictorium conſequentis, nullum animal ſedet, ſequitur oppoſitum antecedẽtis, nullus homo ſedet: quoniam omnis homo eſt animal, vt in celarent ſic arguatur, nullum animal ſedet, & omnis homo eſt animal, ergo nullus homo ſedet. Hæc autem regula propter tyrunculos hac in litera duntaxat poſita eſt, quemadmodum, & præcedens, in duas quoq; partes diuiſa eſt.

Tex. 19 3. regula. *Quicquid antecedit ad antecedens, antecedit ad conſequens; & quicquid ſequitur ad conſequens, ſequitur ad eius antecedens.*

Corollarium. *Quare à primo ad ultimum, ualet conſequentia.*

Dilucidatio. Tertia regula, duas amplectitur partes, cum vero corollario exemplum primæ, brutum currit, ergo animal currit. Sanè ad antecedens, brutum currit, antecedit, hoc eſt, poteſt eſſe eius antecedens in conſequentia neceſſaria, iſta, equus currit: quia omnis equus eſt brutum; ideo antecedit etiam ad cõſequens, animal currit, quoniam omnis equus eſt animal. Similiter benè ſequitur, homo eſt, ergo animal eſt; ad quod quidem conſequens, ſequitur alterum conſequens, ſubſtantia eſt; quare quoque dærum vltimum conſequens, ſubſtantia eſt, ſequitur ad primum antecedens, homo eſt: atque iccirco valet, homo eſt, ergo ſubſtantia eſt, quoniam omnis homo eſt ſubſtantia. Quamobrem a primo antecedente vſque ad vltimum conſequens, ſi omnes conſequentię intermediæ ſint bonæ (quod præcipuè euenit, cum id, quod eſt conſequens prioris cõſequentiæ, totum aſſumitur, nulloque pacto variatum, pro antecedente poſterioris conſequentiæ) eſt bona, ac neceſſaria conſequentia, vt ſit primum antecedens, Plato eſt: & vltimum conſequens, ſubſtantia eſt: tunc ſic, Plato eſt, ergo homo eſt: homo eſt, ergo animal eſt: animal eſt, ergo corpus animatum eſt: corpus animatum eſt, ergo ſubſtãtia eſt: ergo a primo ad vltimum valet, Plato eſt, ergo ſubſtantia eſt; quoniam Plato eſt ſubſtantia.

Tex. 20 4. regula. *In omni bona conſequentia, antecedente exiſtente uero, neceſſe eſt, & conſequens eſſe uerum; ſed non contra.*

A *Sed ſi antecedens eſt uerum, & conſequens falſum, conſequentia nulla eſt.* Corollarium.

Dilucidatio. Proprietates bonarũ conſequentiarum ſunt præcipuè tres, quas ponit Ariſtoteles in prioribus. Prima, quæ eſt quarta regula, & ſic deinceps in tribus ſequentibus, ſi antecedens eſt verum, & conſequẽs ſimiliter, ſed non contra. Ex falſis enim (vt primo Priorum Ariſtoteli placet) ſequitur verum, ex veris uil niſi verum: quo dato ſequitur, ſi conſequens eſt falſum, & antecedens ſimiliter, vt homo eſt hinnibilis, ergo homo eſt equus. Sed ſi antecedens eſt verum, & conſequens falſum, illa conſequentia (vt dictum eſt) non valet.

Quare ſi conſequens eſt falſum, & antecedens ſimiliter.

Tex. 21. 5. regula. *Si alicuius bonæ conſequentiæ antecedens eſt poſſibile, & conſequens ſimiliter eſt poſſibile; ſed non contra.*

Corollarium. *Quare ſi antecedens eſt poſſibile, & conſequens impoſſibile, conſequentia non ualet.*

Dilucidatio. Secunda proprietas deſignata per quintam regulam, eſt, ſi antecedens eſt poſſibile, & conſequẽs itidem eſt poſſibile, vt homo diſputat, ergo loquitur, ſed non contra: & hæc regula in principio modò dato firmatur, quoniam, ſcilicet, ex veris ſolum verum, ſed ex falſis, & impoſſibilibus interdũ etiã ſequitur verum, & poſſibile, vt homo volat, ergo mouetur. Nam antecedens eſt impoſſibile, & conſequens poſſibile. Ex iis autem ſequitur, ſi antecedens eſt poſſibile, & conſequens impoſſibile, nulla erit conſequẽtia, vt homo ſedet, ergo equus volat?

Tex. 22. 6. regula. *Si antecedens alicuius bonæ conſequentiæ eſt neceſſarium, conſequens itidem eſt neceſſarium, ſed non contra.*

Corollarium. C *Quare ſi antecedens eſt neceſſarium, & conſequens contingens, conſequentia non eſt bona.*

Ad impoſſibile ſequitur quodlibet, neceſſariũ ex quolibet.

Dilucidatio. Quemadmodum ex veris non ſequitur, niſi verum, ita quoque ex neceſſariis non deducitur, niſi neceſſarium. Quare ait ſexta regula, ſi antecedens eſt neceſſarium, & conſequens ſimiliter. Vt homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia. Quòd ſi conſequens eſt contingens, antecedens autem neceſſarium, non eſt bona conſequentia, vt leo eſt animal, ergo baculus ſtat in angulo? Sed non è diuerſo, ſi conſequens eſt neceſſarium, non eſt neceſſe, antecedens eſſe neceſſarium. Nam vtique neceſſarium ſequitur, ſeu eſt aptum natum ſequi (vt docet ſecunda pars ſeptimæ regulæ) ex quolibet, hoc eſt, ex omni genere propoſitionum materiæ cuiuſque, vt exẽplariter dicatur in materia neceſſaria, homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia: in remota, homo eſt D leo, ergo homo eſt ſubſtantia: in contingenti homo ambulat, ergo homo eſt ſubſtantia. Prima verò eiuſdem regulæ pars, oſtendit, quòd ad impoſſibile ſequitur quodlibet, hoc eſt, ex antecedẽte impoſſibili eſt aptum natũ ſequi quodlibet genus propoſitionum cuiuſuis materię: vt in neceſſaria, leo eſt homo, ergo leo eſt animal: in remota, leo eſt homo, ergo leo eſt rationalis: in contingenti, leo volat, ergo leo mouetur.

Tex. 23 1. regula. *Regulæ conſequentiæ formalis penes ſuperius, & inferius.*

Argumentari a non diſtributo ad diſtributum, conſequentiam impedit eſſe formalem.

Diluci-datio. Prima regula hic inſerta, vnam continet partem, quę talis eſt. Argumentari à non diſtributo ad diſtributum, ideſt, a termino communi particulariter ſeu non vniuerſaliter ſumpto in antecedēte, ad eundem vniuerſaliter ſumptum in conſequente, impedit conſequentiam eſſe formalem, vt non formaliter ſequitur, omnis homo eſt albus, ergo omne album eſt homo: Nam album in antecedente particulariter ſumitur, in cōſequente verò vniuerſaliter: id tamen non impedit conſequentiam materialem: Nam rectè ſequitur aliquis homo eſt riſibilis, ergo omnis homo eſt riſibilis: in cuius antecedente homo particulariter, in conſequente verò, vniuerſaliter ſumitur.

Tex. 24 2. regula. *Ab inferiore ſubiecto, in propoſitionibus particularibus affirmatiuis, ad ſuperius per ſe prædicatum, eſt formalis conſequentia.*

Diluci-datio. Conſequentię penes inferius, & ſuperius, videntur eſſe Ariſtotelis in topicis, quibus præpoſita eſt altera præcedens data, quia iſtis eſt ſatis proxima: & hoc pacto ad normam reduci poſſunt. Nam cōſequentia, quoniam eſt argumentatio ex vna ad alteram propoſitionem: ideo vel poſſumus argumentari ex vna ad alteram propoſitionem argumētatione ſumpta ab inferiori ad ſuum ſuperius, aut ė contrario. Si ab inferiori ad ſuperius, aut ex parte ſubiecti, aut pręedicati, vel vtriuſque, & hęc, aut in vniuerſalibus propoſitionibus, vel particularibus, affirmatiuis, vel negatiuis: tunc prima regula, quæ ponitur ſecunda in ordine literæ, eſt hæc. In affirmatiuis particularibus ab inferiore ſubiecto ad ſuperius per ſe prędicatum, conſequentia eſt formalis; vt homo loquitur, ergo animal loquitur. Nam animal in conſequente poſitum, eſt ſuperius per ſe ad hominem in antecedēte collocatum. Per ſe enim G ſuperius hoc in loco intelligitur, quod natum eſt de ipſo inferiori, in primo, vel ſecundo modo dicendi per ſe, prædicari, hoc eſt, eſſe prædicatum propoſitionis in materia naturali de ipſo inferiori, vt in exēplo dato luce clarius patet. Hinc album, & ſimilia prędicata, licet ſit ſuperius ad hominem, cum de pluribus prædicetur: non tamen per ſe, ſed per accidēs, & in materia contingenti de homine prædicatur: Nec eſt neceſſaria expoſitio ſubtrahens hanc regulam à ſuppoſitione materiali, quia non ſequitur, homo eſt nomen biſyllabum, ergo animal eſt biſyllabum: eo ꝙ termini in propoſitionibus, ſermonibusq́;, intelligendi ſunt formaliter, & non materialiter, niſi ſubiecta materia, de qua ſit ſermo, aliud exigat; ideo data regula ſecundū ſignificata formalia, & non materialia, terminorum, intelligenda eſt.

Tex. 25. 3. regula. *Ab inferiore prædicato, in propoſitionibus particularibus affirmatiuis, ad ſuperius per ſe prædicatum, eſt formalis conſequentia.*

Diluci-datio. In eiſdem propoſitionibus inquit hęc tertia regula, ab inferiore prædicato ad ſuperius per ſe prædicatum, valet formaliter conſequentia, vt leo currit, ergo leo mouetur. Motus enim eſt de ratione curſus: cum non ſit curſus, niſi motus velox; atque iccirco de eo per ſe prædicatur.

Tex. 26. 4. regula. *In propoſitionibus particularibus affirmatiuis, ab ea de ſubiecto, & prædicato, inferioribus, ad propoſitionem de eiſdem extremis per ſe ſuperioribus, eſt formalis conſequentia.*

B Diluci-datio. Docet hæc quarta regula quòd in ſimilibus propoſitionibus à propoſitione de ſubiecto, & prędicato, inferioribus, ad propoſitionem de eiſdem extremis ſuperioribus, valet conſequentia formalis, vt equus currit, ergo animal mouetur.

Tex. 27. 5. regula. *Ab inferiore ſubiecto, in propoſitionibus particularibus negatiuis, ad ſuperius per ſe prædicatū, eſt formalis conſequētia.*

Diluci-datio. In negatiuis, & non vniuerſalibus, ab inferiore ſubiecto ad ſuperius per ſe prædicatum, ſimiliter valet conſequentia formalis; vt Socrates non legit, ergo homo non legit.

Tex. 28 6. regula. *Ab inferiore prædicato, in propoſitionibus particularibus negatiuis, ad ſuperius per ſe prædicatum, non eſt formalis conſequentia.*

Diluci-datio. Ab inferiore prædicato ad ſuperius per ſe prędicatum, non valet formaliter conſequentia. Non F enim ſequitur; Socrates non currit, ergo Socrates non mouetur.

Tex. 29 7. regula. *A ſubiecto, & prædicato, inferioribus, in propoſitionibus particularibus negatiuis, ad ſubiectum, & prædicatum ſuperiora, nulla eſt conſequentia formalis.*

Diluci-datio. A ſubiecto, & prędicato, inferioribus, ad ſubiectum, & prædicatum, ſuperiora, minimė tenet conſequentia formalis, vt Sortes nō currit, ergo homo non mouetur: Verum hæc in particularibus negatiuis.

Tex. 30 8. regula. *Neque ab inferiore ſubiecto, ad ſuperius prædicatum, neque ab inferioribus, ſubiecto, & prædicato, ad ſuperiora, ſubiectum, & prædicatum, in propoſitionibus uniuerſalibus, ſiue affirmatiuis, ſiue negatiuis, eſt conſequentia formalis.*

Diluci-datio. In vniuerſalibus, & affirmatiuis, ab inferiore ſubiecto, non ſequitur ſuperius prędicatum, vt omnis homo currit, ergo omne animal currit? Ab inferioribus autem, ſubiecto, & prædicato, ad ſuperiora, ſubiectum, & prædicatum, non valet formaliter conſequentia; vt omnis homo currit, ergo omne animal mouetur: Ita quoque in negatiuis, nullatenus formaliter tenet conſequentia.

Tex. 31. 9. regula. *In propoſitionibus uniuerſalibus affirmatiuis, ab inferiore prædicato, ad prædicatum per ſe ſuperius, eſt conſequentia formalis.*

Diluci-datio. Ab inferiore prædicato ad ſuum ſuperius affirmatiue valet formalis conſequentia. Nempė ſequitur, omnis homo currit, ergo omnis hō mouetur.

Tex. 32 10. regula. *In propoſitionibus particularibus affirmatiuis, nec in ſubiectis, nec in prædicatis, nec in utriſque, a ſuperiori ad ſuum inferius, eſt bona conſequentia, ſed in uniuerſalibus affirmatiuis, à ſubiecto ſuperiore, ad ſubiectum inferius, ualet conſequentia formalis: à prædicato autem ſuperiore ad prædicatum inferius, nec ab utriſque ad utraque formaliter tenet conſequētia.*

H Diluci-datio. Si argumentatio ſumitur à ſuperiori, in particularibus affirmatiuis, nec in p̄dicatis, nec in ſubiectis, nec in vtriſque eſt formalis conſequentia. Sed in vniuerſalibus affirmatiuis à ſubiecto ſuperiori, ad ſubiectum inferius valet vtiq́; conſequentia formalis, vt omne animal eſt ſubſtantia, ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Sed à prædicato ſuperiore ad prędicatum inferius nulla eſt conſequentia formalis, vt omne animal eſt ſubſtantia, ergo omne animal eſt corpus? Nec ab vtriſque ad vtraque formaliter tenet conſequentia, vt omne animal eſt ſubſtantia, ergo

omnis homo eſt corpus?

Tex. 33. 1. regula. *In negatiuis in omnibus extremis, quouiſmodo argumentum fiat superiori ad ſuum per ſe inferius, eſt conſequentia formalis.*

Dilucidatio. In negatiuis ſequitur in omnibus extremis quouiſmodo fiat argumentatio. Nam rectè quidem ſequitur, nullum animal eſt ſubſtantia, ergo nullus homo eſt ſubſtantia: iterum ſequitur, nullum animal eſt color, ergo nullum animal eſt albedo: itidem ſequitur, nullum animal eſt ſubſtantia, ergo nullus homo eſt corpus.

Regulæ iuxta propoſitionum quantitatem.

Tex. 34. 1. regula. *Ab vniuerſali ſubalterna, ad ſuam particularem ſubalternatam tam affirmatiuè quàm negatiuè, eſt formalis conſequentia: ſed non contra, niſi gratia materiæ.*

Dilucidatio. Cum olim harum regularum ratio, ſigillatim ſuo proprio loco dilucidata ſit, veluti huius primę regulæ, quoniam, ſcilicet, pręducatum (ut ſubalterna vniuerſalis ſignificat) pro omnibus ſuis ſuppoſitis B conuenit ſubiecto, quo fit, vt ei pro aliquo quoque illorum (ſicut aſſerit particularis ſubalternata) conueniat, & ita deinceps de alijs, idcirco in hac dilucidatione ſolum earum propria adducere exempla, ſufficere ſatis, merito duximus. Prima autem regula tres complectitur partes, quarum primæ ſumatur exemplum, omnis homo eſt diſciplinabilis, ergo quidam homo eſt diſciplinabilis: quod idem eſt de ſua indefinita, ſingulari itidem ſubalternata, vt omnis homo eſt diſciplinabilis, ergo Socrates eſt diſciplinabilis. Secundę partis, vt nullus cygnus eſt niger, ergo nec iſte cygnus eſt niger. Tertiæ verò, vt non ſequitur, quidam homo delirat, ergo omnis homo delirat? Quod quandoque valet gratia materiæ, vt in neceſſaria, & remota. Nam rectè ſequitur, quidam homo eſt rationalis, ergo omnis homo eſt rationalis. Similiter quoddam ſenſibile non eſt inanimatum, igitur nullum ſenſibile eſt inanimatū.

Tex. 35. 2. regula. *Ab vniuerſali, ſiue affirmatiua, ſiue negatiua, ad omnes ſuas ſingulares, quamuis non collectiuè, eſt formalis conſequentia.*

Dilucidatio. Secūda regula duas continet partes, quarum prima eſt, ꝙ ab vniuerſali affirmatiua ad omnes ſuas ſingulares, ſimiliter tenet conſequentia; vt omne animal eſt ſenſitiuum, & hæc ſunt omnia animalià, ergo hoc animal eſt ſenſitiuum, & hoc animal eſt ſenſitiuum, & ita de cæteris. In negatiua quoque valet, vt nullus equus eſt lapis, & iſti ſunt omnes equi, ergo nec eſſe eſt lapis, nec iſte eſt lapis & ſic de ſingulis: nō tamen collectiuè, vt omnia elementa mundi ſunt quatuor; ergo ignis, & aqua, elementa, ſunt quatuor? quod minimè ſequitur, cum omnia non diuiſiuè, ſed collectiuè, & ſimul ſumpta ſunt quatuor.

Tex. 36. 3. regula. *Ab æquipollenti ad ſuam æquipollentem, eſt formalis conſequentia.*

Dilucidatio. Tertię regulæ exemplum, vt nullus homo eſt rudibilis, ergo omnis homo non eſt rudibilis.

Tex. 37. 4. regula. *A conuerſa ad ſuam conuertentem, formaliter valet conſequentia: ſed non contra, niſi gratia materiæ.*

Dilucidatio. Quartæ regulæ exemplum, vt omnis cygnus eſt albus, ergo quoddam album eſt cygnus: ſed nō contra, niſi gratia materiæ, puta in terminis conuertibilibus, vt omnis homo eſt rationalis, ergo omne rationale eſt homo: & peculiariter in nonnullis propoſitionibus, quemadmodum in negatiua, & A particulari affirmatiua per conuerſionem ſimplicem.

Tex. 38. 5. regula. *A particulari ad ſuam indefinitam & contra formaliter tenet conſequentia.*

Dilucidatio. Quintę regulæ exemplum, vt quidam lupus rapit; ergo lupus rapit, & è contrario.

Tex. 39. 6. regula. *A particulari, vel indefinita, ad omnes ſuas ſingulares disiunctiuè ſumptas, eſt conſequentia formalis.*

Dilucidatio. Sextę regulę exemplum, vt quoddam animal videt, ergo hoc animal videt, vel hoc animal videt, & ſic de reliquis.

Tex. 40. 7. regula. *Ab omnibus inducentibus ſufficienter enumeratis ad ſuam inductam, formaliter tenet conſequentia.*

Dilucidatio. Inducentes de quibus loquitur ſeptima regula, ſunt propoſitiones ſingulares ſufficienter enumeratę, & inducta eſt vniuerſalis, tā affirmatiua, quàm negatiua, Quocirca ſenſus eſt, ab omnibus ſingulaB ribus ſufficienter enumeratis ad ſuam vniuerſalem, tam affirmatiuè quàm negatiuè, tenet conſequentia formalis, vt hic homo ſedet, & hic homo ſedet, & ſic de ſingulis; ergo omnis homo ſedet: ſimiliter idem euenit in negatiuis.

Regulæ datæ gratia ſyncategorematum.

Tex. 41. 1. regula. *Ab excluſiua primi ordinis affirmatiua, ad ſuam vniuerſalem affirmatiuam de terminis tranſpoſitis in recto, valet conſequentia formalis.*

Dilucidatio. Cum excluſiua (vt in ſuperioribus dilucidatum eſt) tres habeat ordines, de excluſiua primi ordinis prima regula intelligitur. Non enim ſequitur, homo eſt animal tantum bipes, ergo omne animal eſt homo? Nam conſequens eſt falſum, & antecedens verum. Neque in negatiua, ſiue negatio notam excluſionis præcedat, vt non tantum homo eſt aniC mal, ergo omne animal eſt homo? ſiue ſequatur, modò fiat propoſitio negatiua, vt tantum accidens nō eſt ſubſtantia, ergo omnis ſubſtantia eſt accidens? Similiter nec in obliquo, vt tantum pecunia eſt hominis, ergo quilibet homo poſsidet pecuniam? Poteſt ſanè antecedens eſſe verum, conſequente exiſtente falſo. Termini ſiquidem tranſponuntur, cum ſecundum ſitum, mutantur, vt ſubiectum vnius fiat pręducatum alterius, & prædicatum ſubiectum, vt tantum homo eſt rationalis, ergo omne rationale eſt homo.

Tex. 42. 2. regula. *Ab exceptiua negatiua, ad excluſiuam affirmatiuam, ſibi correſpondentem, formaliter tenet conſequentia.*

Dilucidatio. Exceptiua negatiua, correſpondet excluſiuę, quando pars extra capta, fit excluſiuę, ſubiectum, & aggregatum ex ſubiecto, & prædicato exceptiuę, excluſiuę prædicatum, vt nullus homo præter D Socratem eſt ſapiens: ergo tantum Socrates eſt aliquis homo ſapiens. Ab exceptiua negatiua in ipſa ſecunda regula rectè dicitur, quoniam ab affirmatiua minimè valet, vt omnis homo pręter Chriſtum eſt mendax; ergo tantum Chriſtus eſt homo mendax? quod conſequens eſt nepharium, antecedensq́; verum.

Tex. 43. 3. regula. *Ab inferiore ſubiecto, ad ſuperius per ſe prædicatum affirmatiuè, dictione excluſiua addita ſubiecto, eſt formalis conſequentia: quod minimè tenet ab inferiore prædicato ad ſuum ſuperius, dictione excluſiua itidem appoſita ſubiecto.*

Dilucidatio. Tertia regula duas continet partes, quarum primę

mæ tale occurrit exemplum ; tantum homo ambulat, ergo tãtum animal ambulat. Secunda verò pars E eſt negatiua, cuius tale datur exemplum ; tantũ homo eſt albus, ergo tantum homo eſt coloratus ? Arguitur nanque ab inferiori, ad ſuum ſuperius in affirmatiuis vniuerſalibus : quod nõ licet, vt clarè liquet formando ex ipſis vniuerſalem affirmatiuam de terminis tranſpoſitis ; vt omne album eſt homo, ergo omne coloratum eſt homo ?

Regulæ penes terminos pertinentes, & impertinentes.

Tex 44 *E termino priuatiuo ad terminum infinitum, conſequentia eſt formalis : at non contra.*

Dilucidatio. Hæ octo conſequentiarum regulæ, quas Ariſtoteles in libro Periermenias poſuiſſe videtur, hic pariter ſigillatim in huius literæ principio poſitę fuere : quarum primę ſumatur exemplum ; hoc eſt inęquale, ergo eſt non æquale : amplius hoc eſt iniuſtum, ergo hoc eſt non iuſtum. Intelligitur autem F hæc regula omnibus conſimiliter in antecedente, et conſequente obſeruatis. Non enim ſequitur, culex eſt inęqualis elephanto, ergo culex eſt non ęqualis ? Poteſt nanque eſſe æqualis tabano, atque ideo debet inferri, ergo culex eſt non æqualis elephanto. Rurſus intelligitur data regula, quòd terminus ſupra quem cadit negatio infinitans, ſit poſitiuè contrarius termino priuatiuo. Hinc non ſequitur, hic eſt cæcus, ergo hic eſt non luſcus : ſed debet inferri, ꝙ hic ſit non videns. Quòd verò non ẽ contrario valeat conſequentia formalis, patet per inſtantiam in terminis : quoniam non valet, lapis eſt nõ iuſtus, ergo lapis eſt iniuſtus ?

Tex. 45. 2. regula. *Ab affirmatiua de prædicato priuatiuo, uel infinito, ad ne-* G *gatiuam de prædicato finito, conſequentia eſt formalis : è contrario uerò minimè in priuatiuis, niſi cum ſubiecti proprij conſiſtentia.*

Dilucidatio. Exemplũ huius ſecundæ regulę, hõ eſt nõ iuſtus, ergo hõ eſt iuſtus. Pręterea ſequitur, hõ eſt iniuſtus, ergo homo non eſt iuſtus. E contrario autem in prędicatis infinitis cum ſubiecti conſiſtentia valet, vt lignum non eſt iuſtum, ergo lignum eſt non iuſtum ; in quo exemplo pręſupponitur ſubiecti exiſtentia. Similiter quoque valet. Chimera non eſt iuſta, & chimera eſt, ergo chimera eſt non iuſta. Sed in terminis priuatiuis non valet, niſi itidem cum proprij ſubiecti conſiſtentia. Dicitur autem proprium ſubiectum, quod eſt aptum recipere formam per prędicatum, ſignificatam ; vt Socrates non eſt videns, H & Socrates eſt, ergo Socrates eſt cæcus : ſed non ſequitur, lapis non eſt videns, & lapis eſt ; ergo lapis eſt cęcus ?

Tex. 46. 3. regula. *Ab affirmatiua de prædicato finito, ad negatiuam de prædicato infinito, ſiue priuatiuo, conſequentia eſt formalis.*

Dilucidatio. Huius tertię regulę exemplum, homo eſt iuſtus, ergo homo non eſt non iuſtus. Similiter homo eſt iuſtus, ergo homo non eſt iniuſtus.

Tex. 47 4. regula. *A diuiſis ad coniuncta, modò unum eorum inſit per ſe, nec alterum formaliter, includet alterum, ualet conſequentia formalis.*

Dilucidatio. Quartæ regulæ exẽplum, bucephalus eſt equus, & flauus, ergo eſt equus flauus. Fallit autem (vt ſupra dilucidatum eſt) cum ea, quę diuiſim inſunt, per accidens ambo inſunt, vt Callias eſt cerdo, & bonus ; ergo Callias eſt cerdo bonus ? Secundò fallit, cum alterum eorum, quę diuiſim inſunt, in altero formaliter includitur, vt Socrates eſt homo, & animal, ergo Socrates eſt homo animal ? quia committitur in conſequente nugatio.

Tex. 48 5 regula. *A propoſitione de uerbo tertio adiacente, ad propoſitionem de uerbo, ſecundo adiacente, modò nulla ſit implicatio in adiecto, ipſumq; eſſe, & adiectum de ſubiecto æquè principaliter prædicentur, formaliter tenet conſequentia : ſed in materia neceſſaria, uel remota, à propoſitionibus de tertio adiacente, ad eam, quæ eſt de ſecundo, non ualet conſequentia.*

Dilucidatio. Huius quintę regulę exemplum, homo diſputat, ergo homo eſt. Hæc enim regula eſt generalis in affirmatiuis de ineſſe, & non in propoſitionibus affirmatiuis de neceſſariò ineſſe ; modò non ſit implicatio (inquit) in adiecto : & ipſum eſſe, & adiectũ æquè principaliter prædicentur de ſubiecto, defectu primę conditionis non ſequitur, homo eſt mortuus, ergo homo eſt ? amplius Cęſar eſt illic pictus, ergo Cæſar eſt ? Itidem defectu ſecundæ nec ſequitur, Homerus eſt poeta, ergo Homerus eſt ? quia eſſe prędicatur de Homero ratione poeticę artis, & ſic non principaliter. Quocirca per verbum de tertio adiacente intelligitur, aut verbum adiectiuum, quod reſoluitur in ſum es eſt, verbum ſubſtantiuum, & ſuum participium tertium adiacens, aut ipſum verbum ſubſtantiuum, ſi poſt eum, alius ſequitur terminus, ab ipſo rectus : & ſic data regula locum ſolùm habet in materia contingenti, in qua verba nõ abſoluuntur à tempore : ſicut euenit in neceſſaria, & remota, in quibus à tertio adiacente ad ſecundũ adiacens, nulla eſt conſequentia ; vt homo eſt animal, ergo homo eſt ? Similiter homo non eſt lapis, ergo homo non eſt ? Rurſus intelligitur, ſeruata in antecedente, & conſequente analogia temporis, ratione cuius non ſequitur, Adam fuit albus, ergo Adam eſt : ſed ſic debet inferri, ergo Adam fuit.

Tex. 49 6. regula. *A propoſitione de ſecundo adiacente ad propoſitionem de tertio adiacente, non ualet conſequentia formalis.*

Propoſitio de ſecundo adiacente, ſubiecti exiſtentiam ſignificat, illa uerò de tertio, extremorum connexionem importat ; idcirco non ſequitur, homo eſt, ergo homo eſt albus ? Conſequẽs enim poteſt eſſe falſum, antecedente exiſtente uero.

7. regula. *A propoſitione, tam de non ineſſe, quàm de ineſſe, de neceſſario ad propoſitionem de ineſſe, ſimpliciter, conſequentia eſt formalis : at non contra.*

Dilucidatio. Exemplum ſeptimæ regulę, neceſſe eſt hominẽ eſſe animal, ergo homo eſt animal. Præterea neceſſe eſt omnem cygnum eſſe album, ergo omnis cygnus eſt albus. Dicitur autem ad propoſitionem de ineſſe ſimpliciter, quia non ſequitur, neceſſe eſt nauale bellum eſſe, quando eſt, ergo nauale bellum eſt ? Nam hæc regula intelligitur procul-dubio, quãdo cætera in utriſque ſunt ęqualia : & ita ſequitur, neceſſe eſt nauale bellum eſſe, quando eſt, ergo nauale bellum eſt, quando eſt. Quę regula vera eſt in negatiuis, ſicut in affirmatiuis, quamuis non contra, vt patet per inſtantiam. Nempe non ſequitur, homo docet, ergo neceſſe eſt hominem docere ?

Tex. 50 8. regula. *A propoſitione de ineſſe ſimpliciter, ad propoſitionem de contingenti non ineſſe, & è propoſitione de non ineſſe ſimpliciter, ad propoſitionem de contingenti ineſſe, conſequentia eſt formalis*

formalis.

Diluci-datio. Octauæ regulæ exemplum, homo ambulat, de ineſſe; ergo contingit hominem non ambulare: Quia ineſſe alterum alteri, eſt, quod ineſt, & poteſt non ineſſe. Præterea ſequitur, homo non ambulat, ergo contingit hominem ambulare: quoniam alterum alteri non ineſſe, eſt illud eidem poſſe ineſſe. Hæc ſunt perſpicua ex ijs quæ tractata fuerunt in tomo de modalibus.

Tex. 52. 9. regula. *E propoſitione de futuro, tam de non ineſſe, quam de ineſſe ſimpliciter, ad propoſitionem de contingenti de ineſſe de præſenti, conſequentia tenet formaliter ſed non contra.*

Diluci-datio. Nonæ huius regulæ exemplū, naualе bellū erit, ergo contingit naualе bellū eſſe. Valet inſuper hęc regula de futuro non ineſſe, vt naualе bellum non erit, ergo contingit naualе bellū eſſe, ſed contra nequaquàm valet, vt contingit naualе bellum eſſe, ergo naualе bellum erit? quoniam cōtingens non eſt illud, quod erit, ſed illud quo poſito ineſſe, nullum ſequitur inconueniens, ſiue impoſsibile, ita quód ſibi non repugnat ineſſe.

Tex. 53. 10. regula. *Ab affirmatiua unius contrarij, aut diſparati, ad negatiuam alterius contrarij, uel diſparati, conſequentia eſt formalis, quāuis non contra, niſi in contrarijs immediatis cum ſubiecti conſiſtentia.*

Diluci-datio. Decima regula, duas præcipuè amplectitur partes, quarum primę tale datur exēplum, tu es albus, ergo tu non es niger. Amplius tu es homo, ergo tu non es leo. Termini nanque hoc in loco pertinentes dicūtur, quorum ſignificata, nullam habent adinuicem repugnantiam, quinimo poſſunt ſimul eſſe, vt album, & dulce in ſacharo, homo, & iniuſtum, ſiue iuſtum. Impertinentes verò, illi quorum ſignificata habent ad ſe mutuo oppoſitionem, nec ſe compatiuntur in eodem reſpectu eiuſdem: & hi alio nomine nuncupantur, termini diſparati, diſtantes, remoti, vt qualitates contrariæ, album, nigrum, & ſimilia, duę ſpecies eiuſdem generis, homo, equus, & cætera animantia in ſpecie. Exemplum ſecūdę partis; non enim ſequitur, tu non es niger, ergo tu es albus? Nam inter album, & nigrum, ſunt medij colores, qui poſſunt quippe affirmari ſine albo, ut croceus, palidus, & conſimiles. Dicitur autem niſi in contrarijs immediatis cum ſubiecti cōſiſtentia, quoniam in illis profectò valet conſequentia, ut Sortes eſt ſanus; ergo non eſt æger, & è contrario. Similiter Socrates iudex eſt iuſtus, ergo non eſt iniuſtus; & contra, Socrates iudex non eſt iniuſtus, ergo eſt iuſtus.

Tex. 54. 11. regula. *Ab uno conuertibili ad reliquum affirmatiuè, & negatiuè, eadem qualitate, & quantitate, ſuppoſitioneq; ſeruata, ualet conſequentia formalis.*

Diluci-datio. Vndecima regula docet quòd ab uno termino cōuertibili poſito in antecedente ad alterum terminū conuertibilem poſitum in conſequente, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè, conſequentia eſt formalis; ut Callias eſt homo, ergo eſt riſibilis, & contra quia vnus infert reliquum affirmatiuè, & negatiue, ut equus non eſt homo, ergo non eſt riſibilis: ſeruata tamen eadem qualitate, & propoſitionum quantitate, hoc eſt, quòd utraque ſit affirmatiua, aut negatiua. & eiuſdem quantitatis, nec variata terminorum ſuppoſitione, ratione cuius non ſequitur, homo mouetur; ergo tantum riſibile mouetur? Nam, homo, in antecedente ſupponit determinatè, &, riſibile, in cōſequente confuſe tantum.

Regulæ iuxta probationem terminorum.

Tex. 55. 1. regula. *Ab omnibus exponentibus ſimul ſumptis, ad ſuam expoſitam, & è diuerſo ab expoſita ad ſingulas ſuas exponentes, tam diuiſiuè, quàm collectiuè, eſt formalis conſequentia.*

Diluci-datio. In iſtis exponibilibus, quia hypotheticæ ſunt, ſumuntur pleræq; argumentandi formę ab exponibili, ad exponentes, aut ab exponentibus ad expoſitas, ſeu exponibiles, quas exercitationis gratia hic operæpræcium uiſum eſt adducere. In primis ſi exponibilis explicetur per copulatiuā ex duabus exponentibus compoſitam, ſex præſertim in ea fient conſequētiæ virtualiter in huius literę prima regula, incluſæ, quarum prima eſt. A tota exponibili, ad primam eius exponentem, eſt formalis conſequentia, ut tantum animal eſt homo, ergo animal eſt homo. Secunda à deſtructione primæ exponētis, ad deſtructionem exponibilis eſt formalis conſequentia, vt non animal eſt homo, ergo non tantū animal eſt homo. Tertia à tota exponibili, ad ſecundā eius exponentem, eſt formalis conſequentia, ut tātum animal eſt homo; ergo nihil quod non eſt animal, eſt homo. Quarta à deſtructione ſecundæ exponentis ad deſtructionem exponibilis eſt formalis conſequentia, vt nihil quod eſt animal, eſt homo, ergo non tantum animal eſt homo. Quinta à tota exponibili ad totam eius exponentem, eſt formalis conſequentia, ut tantum animal eſt homo, ergo animal eſt homo, & nihil, quod non eſt animal, eſt homo. Sexta à deſtructione totius exponētis ad deſtructionem totius exponibilis, eſt formalis conſequentia, vt non animal eſt homo, & nihil, quod eſt animal, eſt homo, ergo non tantum animal eſt homo. Sed cum hæ conſequentiæ nullum ad diſciplinas, uſum habeant, & à doctoribus illuſtribus conſultò neglectę ſint, non eſt diutius in his immorandum.

Tex. 56 2. regula. *A reſoluentibus ad reſolutam, eſt formalis conſequentia, & contra.*

Diluci-datio. Exemplum ſecundæ regulæ, ut hoc diſputat, & hoc eſt homo, ergo homo diſputat, & contra.

Tex. 57. 3. regula. *Ab officiantibus, ad officiatam, formaliter ualet conſequentia, & contra.*

Diluci-datio. Tertiæ regulæ exemplum, vt hęc propoſitió eſt neceſſaria, Deus eſt, quę adæquatè ſignificat Deum eſſe, ergo neceſſe eſt Deum eſſe, & è contrario.

Tex. 58. 4. regula. *A deſcriptione ad deſcriptum, formaliter ualet conſequentia, & contra.*

Quartę regulę exemplum, cognoſco aliquid ſub ratione qua pater eſt, ergo cognoſco patrem.

Tex. 59. 5. regula. *A ſenſu compoſito, ad ſenſum diuiſum, nec contra, ualet conſequentia.*

Diluci-datio. Exemplum huius quintæ regulę, album eſſe nigrum eſt poſsibile in ſenſu diuiſo; ergo in ſenſu cōpoſito, hoc dictum album eſſe nigrum eſt poſsibile? Quod equidem minimè ſequitur. Nam antecedens eſt poſsibile, & conſequens impoſsibile.

Tex. 60 6. regula. *A pluribus cauſis ueritatis, ad unam earum determinate, non ualet conſequentia.*

Diluci-datio. Huius ſextę regulę exemplum, Callippus habet pulſum

pulſum agitatum, ergo habet febrem? Quod nec ſequitur. Nam habere pulſum agitatum, prouenire poteſt ex pluribus cauſis per ſe ſufficientibus, puta ab ira, a labore, a cibo, a febre: nec ab iis ad vnam earum determinate valet conſequentia.

Regulæ penes copulatiuam.

Tex. 61. 1. regula. *A tota copulatiua affirmatiua, ad alteram eius partem formaliter ualet conſequentia: ſed non contra, niſi gratia materiæ.*

Dilucidatio. Quoniam ſuo proprio loco aliarum Hypotheticarum conſequentiæ præter copulatiuarum, iam dilucidatę fuere, modo ſupereſt poſtremo enucleare has regulas copulatiuarum, quarum primæ tale occurrit exemplum, Sortes loquitur, & Plato audit; ergo Sortes loquitur: ergo Plato audit. In negatiua verò non valet, vt non tu es homo, & tu es equus, ergo tu es equus? non valet. Nam quia affirmatiua contradictoria, tu es homo, & tu es equus, eſt falſa; negatiua ſibi oppoſita contradictoria, nõ tu es homo, & tu es equus, eſt vera: ideo non licet argumentari à tota copulatiua negatiua ad alteram eius partem determinatè, quoniam negatio vnam partem ab altera ſegregat, ſicut è diuerſo cõiunctio copulatiua in affirmatiua ambas connectit partes. Hæc valet econtrario, vt Socrates ſedet, ergo Socrates ſedet, & legit? niſi gratia materiæ, quando ad partem copulatiuæ, antecedit eſſentialiter aliquid, quod de eo prædicatur, nec ſine quo pars ipſa ſequitur, vt homo currit, ergo currit, & mouetur.

Tex. 61. 2. regula. *A propoſitione de extremo copulato diuiſim affirmatiue, ad alteram partem, formaliter tenet conſequentia: quamuis non contra, niſi gratia materiæ.*

Dilucidatio. Exemplum ſecundæ, Callias, & Iulius comedunt; ergo Callias comedit: ergo Iulius comedit. Idem euenit ex parte prædicati: ſed econtrario minime, niſi gratia materię eo, ſcilicet, modo ſecundum analogiam, ſicut dictum eſt in ſuperiori regula de ea ipſa copulatiua, vt Meliſſus eſt homo, ergo eſt homo, & albus? Similiter nec collectiuè, vt Sortes, & Plato ſunt duo; ergo Sortes eſt duo? Hæc talia, atque tanta, ſecundum qualitatem materiæ ſufficiant.

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM

DECIMVSQVINTVS TOMVS.

In artem definitiuam.

Tex. 1. *DEfinitio eſt oratio, quod quid erat eſſe ſignificans.*

Definitum eſt, de quo poteſt aſsignari definitio.

Dilucidatio. Quoniam (vt in principio prædicamentorũ dilucidauimus) prima intellectus operatio, interdum eſt ei admixtum aliquid alterum, puta compoſitio vel applicatio: idcirco, ut ſic indiget regula, quam quidem eſſe artem definitiuam aſſerimus. Nam trifariam definiendo errare cõtingit; in applicatione, ſcilicet, partium definitionis ad definitum, & in coniunctione partium definitionis inter ſe, atq; in applicatione totius definitionis ad definitum: omnes autem hos errores ars definitiua euitare docet; ideo non ab re, regula directiua intellectus in ſua prima operatione, quatenus eſt admixta compoſitioni vel applicationi, profectò aſsignatur. Hinc definitio in communi, vt eſt terminus ſecundę intentionis definitur; cuius definitio, ne procedat in infinitũ, nec amplius quouis modo definitur, ſed in ea ſtandum eſt; immo cõſiderandum eſt an omnibus conueniat definitionibus; atque eas denominet, ſicut cęteri termini ſecũdę intentionis denominãt primas: quo pacto hæc oratio, animal rationale mortale denominatur hominis definitio, & homo definitum; quare non incongruè ab autoribus definita, inuenta eſt. Itaque nemini dubium eſſe volo, quòd quidem hac definitur hoc modo a Platone. Definitio eſt oratio, quæ quid ſit, de quo agitur, quàm breuiſſimè oſtendit, in qua definitione oratio poſita eſt, vt à nomine diſtinguatur: quòd nomen quoque rei naturam inuolutè, & quomodocunque ſignificet, at ex vnica conſtat voce, definitio autẽ ex duabus ſaltem vocibus. Adiectum deinde eſt, quæ quid ſit, de quo agitur, oſtendit; quoniam inuenias orationes quidẽ, quas tamen definitiones nemo dixerit: quando quidem rei naturam non exponunt, cuiuſmodi orationes ſunt, quę Apophthegmata, ſeu dicteria dicuntur; vt noſce te ipſum, ne quid nimis: & id genus aliæ. Poſtremò adiectum eſt, quàm breuiſſimè, quo ab aliis diſtinguatur orationibus multò longioribus; vtpotè quæ certis conſtituuntur partibus, quales ſunt Ciceronis, & cæteræ huiuſmodi. Verum ab Ariſtotele in topicis eo modo, quo & in litera, definitur. Definitio eſt oratio, quod quid erat eſſe ſignificans; hoc eſt, oratio quid ſit definitum, per ſua eſſentialia, ſeu ſubſtantialia principia, conuertibiliter explicans; & ita, quid ſit rei natura, quiditas, eſſentiave apertiſsimè declarat: in qua definitione non tantum more græco præteriti imperfecti tempus pro pręſenti vſurpauit, ſed conſultò hic & alibi ſpecies rerum, naturaſque, quas philoſophi quiditates dicunt, Ariſtoteles quodquid erat eſſe appellat; quoniam eas tã in doctrina Academica, quàm peripatetica incorruptibiles, perpetuas, atque neceſſarias eſſe, nullibi eſt dubium: quod equidem per verbum præteriti imperfecti, ut potè communicans cum præſenti & pręterito, optimè deſignatur. Nec ob id ipſum ſuperfluit eſſe, eo quòd & genus ſignificat quid eſt, non tamen propriè quod quid erat eſſe. Ad hoc enim, vt aliquid propriè ſignificet quod quid erat eſſe, requiritur, vt cõuertatur, & ſit quaſi coæuum ei, cuius eſt: at genus non conuertitur cũ ſpecie, & licet proprium conuertatur, non tamen ſignificat quid eius propriè (vt dicetur infra) cuius eſt proprium. Definitum autem eſt, de quo poteſt aſsignari definitio, hoc eſt, dictio ſiue complexa, ſiue incomplexa, quæ a definitione per eſſentialia principia conuerſim explicatur. Nam ob vocabulorum penuriam dictio cõplexa ſæpe numero gerit

rit vicem dictionis incomplexæ, quando deeſt nomen rei ſimplex, vt corpus animatum, corpus quintum, licet plura ſint nomina, unam tamen naturam ſignificant: definitio autem naturam rei, quę ſemper eſt per ſe una, explicare habet, ideo huiuſmodi complexa, definitione gaudent. Cætera vero quæ vt complexa ſumuntur, quia non unam naturam, ſed plures ſignificant naturas, vt homo albus, naturam hominis, & albedinis importare videtur, proculdubio definiri nequeunt. Sed ne illud quidem omittendum puto, definitionem termini nomine, plerunque ab ipſo Ariſtotele appellari, à translatione terminorum terræ. Nam ſicut per illos fundi in agro à ſe inuicem diſpeſcuntur, ita quoque per definitiones res a ſe inuicem diſcernuntur. Quemadmodum nanque agri terminus eſt ille, citra quem non eſt ſtare; quoniam dominus agri de proprio perderet: nec vltra, quoniam dominus agri acciperet de alieno: ita definitio non prætermittit aliquid de eſſentia definiti, quoniam non competeret ſoli definito; nec accipit aliquid extra eſſentiam definiti, quia aut non competeret omni contento ſub definito; aut per intrinſeca non manifeſtaret naturam definiti. A termino item rei Ariſtoteles terminum eſſentiæ, ad definitiones ipſas tranſtulit. Nam ſicut rei terminus eſt, quo res ipſa clauditur, ac terminatur: ita definitione terminatur rei eſſentia, atque clauditur. Nempe rerum ſpecies ſunt, quemadmodum & numeri, quibus ſubtracta, vel addita aliqua vnitate, variantur numerorum ſpecies: ita quoque dempta, vel poſita aliqua particula in definitionibus, tota uariatur definitio; quare nec amplius terminat, nec claudit rei eſſentiam. Rurſus autem à nomine differt quoque definitio, quoniam id quod nomen inuolutè & obſcurè ſignificat, id definitio euidenter, & luce clarius exponit. Hinc dicitur oratio, quoniam definitio ex genere & differentijs eſt: quare vnica dictio non conſtituit definitionem, ſed oratio. Verum quia omnis definitio, per applicationem eius ad varia exempla particulatim declaranda eſt, & intelligenda; idcirco tale ſumatur exemplum. Hæc oratio, animal rationale mortale eſt hominis definitio, quia eſt oratio, explicans quid eſt homo. Nam quod ad quæſitiuum quid de aliquo conuenienter reſpondetur, eſt definitio, & quod interrogatur, eſt eius definitum: conuenienter autem reſpondetur ad quæſitiuum quid de homine, animal rationale mortale; vt quærenti quid eſt homo, recta datur reſponſio, eſt animal rationale mortale; igitur eſt hominis definitio. Quæſitiuum autem quid, capitur hic, ut eſt interrogatiuum definitionis, & non vt eſt interrogatiuum prædicati ſuperioris, quod in definitione primum, ſecundum ſitum, tenet locum: quia ad interrogationem factam per quid hoc ſecundo modo ſumptum, non reſpondetur definitio, ſed ſuperius ad quæſitum: ut ſi quæratur quid eſt homo, reſpondetur animal. Dicta quoque oratio, eo quod illa conuertibiliter dicuntur, quæ vniuerſaliter de ſe inuicem, & mutuò verificantur, nimi-

A rum explicat, quid eſt homo per eſſentialia principia conuertibiliter: quia eſt ſubſtantia, ſeu natura hominis, cum quo conuertitur. Omnis quippè homo eſt animal rationale mortale, & contra, omne animal rationale mortale eſt homo. Illa autem uox, homo, eſt eius definitum, quia eſt dictio, quæ à ſua definitione per eſſentialia principia conuertibiliter explicatur. Nam omnis definitio cum ſuo conuertitur definito, de eoque conuertibiliter dicitur: quoniam & definitio de definito vniuerſaliter ſumpto, & definitum contra de definitione vniuerſaliter ſumpta verificatur.

Quòd ſi interdum definitio videatur eſſe communior, & alicui conuenire, cui non conuenit definitum, hoc eo venit, quia non tota definitio ſumitur, ſed genus, aut alia particula definitionis o-

B mittitur; quæ tamen addenda erat, ut homo eſt mortalis, ſubticetur animal: quod & ſanè ſubintelligitur, aliter (præter quòd vnica dictio eſt) conueniret alteri a definito, ſcilicet, plantis. In cuiuſlibet nanque definitionis principio exprimendum eſt genus definiti, aut ſaltem intelligendum: quòd cum exprimitur, definitio eſt ſecundum vocem completa, modò in ea adſint omnes eius differentiæ, aut adminus ultima, ſi eſt proximum genus: quare in data definitione deficit quoque rationale, alioquin ideis competeret, ſuppoſita fictione Platonica. Cum vero intelligitur, eſt imperfecta ſecundum uocem, ſed perfecta ſecundum mentem. Differt inſuper definitio, & a deſcriptione, quòd deſcriptio quidem veluti opacæ alicuius picturæ

C imaginem gerit: definitio autem perfectæ picturæ faciem refert. Hinc adiectum eſt, quod quid erat eſſe ſignificans, vt definitio a deſcriptione, ac Etymologia, & interpretatione differat, quæ etſi nonnunquã fortaſſe quod quid erat eſſe declarent, non tamen per aliquod intrinſecum, eſſentialeque eum explicant.

Loco nominis poſiti in definitione alicuius, licet ponere eius rationem. Tex. 2.

Dilucidatio.

Docet modò quòd loco nominis definientis, licet ponere eius rationem, quod intelligitur quoad ea, quę intrinſecè cadunt in illius nominis ratione, & non quoad ea, quę cadunt vt additum. Puta ſi definiatur homo eſſe animal rationale mortale, loco animalis, poteſt poni tota ſua ratio, quia nihil habet in ſua ratione vt additum, vt, di-

D catur homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, vbi prius dicebatur animal. Loco vero rationalis non poteſt poni tota ſua ratio, vtpote quia includit aliquid vt intrinſecum, & aliquid vt additum. Quo ad ea, quę includit intrinſece, puta potens vti ratione, licitè poni poteſt ratio loco nominis. Quo vero ad id, quod includit, vt additum, puta animal, poni non poteſt ratio loco nominis, quia ſequeretur nugatio in definitione. Nam in ratione differentię clauditur genus, vt additum, ideoque ſi loco differentiæ liceret ponere totam eius rationem, genus bis ponere-

tur in definitione, ſemel gratia ſui, & ſemel ratione differentiæ.

Tex. 3. *Deſcriptio eſt oratio, conſtans ex aliquo loco generis, uel ex proprio genere, & ex aliquo loco differentiæ, quid eſt eſſe conuertibiliter ſignificans.*

Dilucidatio. Quoniam interdum propria rerum principia intrinſeca, & eſſentialia, qualia ſunt proprium genus, ac definitiuæ differentię, ſunt nobis ignota: neceſſe eſt definientem notificare quod quid erat eſſe per poſteriora, extrinſeca, atque accidentalia. Nam propria accidentia, quia emanant naturali ſequela à principijs intrinſecis, magnam partem conferunt ad cognoſcendum quodquid eſt: ideo ex aliquo loco generis, ſi eſt genus ignotum, aut ſi fuerit notũ, ſed differentię definitiuæ immanifeſtę, ex proprio genere, & ex aliquo loco differentiæ: aut ſi non fuerit poſsibile definire per proprium genus, & propriam differentiam abſque aliquo extrinſeco (vt liquidum erit infra) itidem ex aliquo, aut loco generis, aut loco differentiæ ſemper conſtruitur oratio explicans quodquid erat eſſe. Nec in alio diſcriminat deſcriptio à definitione, niſi quia deſcriptio ſemper conſtat ex aliquo extrinſeco, quod tanquam, aut genus, aut differentia in ea collocatur: vt exemplariter dicatur, homo eſt animal ſtaturæ rectæ, riſibile, ac beatificabile. Nam ſtatura corporis recta, & riſibilitas, ac beatificabilitas, etſi non ſint de ſubſtantia, aut de natura hominis, ſunt tamen proprietates conſequentes ſolam naturam humanam: quare tanquam differentiæ ponuntur.

Tex 4 *Etymologia, eſt, unius nominis minus noti per aliud magis notum in eodem idiomate explicatio.*

Interpretatio, eſt, unius nominis ex uno idiomate in aliud translatio.

Dilucidatio. Sæpenumero Etymologiam pro interpretatione, & interpretationem pro Etymologia autores non plurimum ſoliciti de vocabulis confundunt; ſed re vera iuxta literam ab inuicem diſcriminant: quoniam Etymologia propriè fit in eodem idiomate, vt qui magnam pecudum copiam poſsidet, pro pecunioſo; interpretatio vero ex vno idiomate in alterum fieri habet, vt phyſis græcè, natura latinè. Quocirca duplicem eſſe definitionem (autore Seuerino Boethio) colligere licet. Alia nanque dialectica eſt, alia rhetorica. Et dialectica quidem eſt, quæ communi tantum deſignatur nomine, & definitio appellatur: rhetorica vero alio nomine, aut deſcriptio, aut Etymologia, aut interpretatio vocatur, & hæc, quæ oratoribus apta eſt, non etiam Philoſophis ita conuenit, niſi exempli cauſa, aut ratione penuriæ, aut gratia rei definitæ: quæ tamen philoſophorum propria eſt, ea conuenire poteſt & oratoribus. Orator enim in dicendo rectè vſurpare, quæ philoſophorum ſunt, atque ijs uti poteſt. At contra philoſophus ex neceſſarijs procedens in diſputationibus ſuis: quæ oratorum propria ſunt, cuncta ferè contemnit. Hinc quoque definitionis, tres à Cicerone formę principales ponuntur. Ex ijs vna quidem, quæ ſubſtantialis dicitur, & philoſophorum maximè propria eſt, quã, Ariſtoteles, plenam, atque perfectam conſiſtere, ait, ex genere, & differentijs: vt cum homo definitur animal rationale mortale, & hęc eſt illa, de qua ſermonem fecit ſuperior litera. Altera vero, quam idem à partium enumeratione appellat, & per hanc enumeratis omnibus totius partibus, id, quod totum eſt, cognoſcitur, quid ſit: de qua definitione mundus à Cleomede in libro de mundo ita definitur. Mundus eſt, ex cœlo, terraque, necnon ex naturis, quæ intra hæc includuntur, conſtitutio. Nec eſt neceſſe, vbi quodammodo partium infinitas quædam eſt, vniuerſa explicite in ipſa partium enumeratione concludere: vt patet in data mundi definitione. Tertia vero eſt, quæ à Cicerone notatio, vtpote quia notam facit rem, de qua prædicatur, vel ab Ariſtotele ſymbolum, id eſt, origo vel Etymologia dicitur vocabulorum, per quam vis verbi, vel nominis per explicationem cognoſcitur: quo quidem pacto fidem definit Cicero officiorum primo. Fides (inquit) eſt, quia fiat, quod dictum eſt. Sola tamen prima (vt diximus) quæ ſubſtantialis eſt, & à toto dicitur, verè definitio nuncupatur: aliæ vero duę, nominis tantum gaudent honore. Sanè ſuſcipere aliquod nomen ſine additione aliqua, aut retinere nomen commune alicuius ſuperioris, oritur non ex una tantum cauſa, ſed pluribus. Quandoque enim hoc oritur ex perfectione, quia, ſcilicet, illius nominis ratio perfectè ſeruatur in illo, & non in alijs: ſicut Sortes dicitur homo abſque additione, Sortes vero pictus non dicitur homo ſimpliciter, ſed homo pictus, & hoc modo ſubſtantia vocatur ens ſine additione, accidens vero cum additione, ſecundum quid: & ſic ex hac radice pullulauit, vt definitionis nomen commune, & ad eam, quæ ſubſtantialis eſt, & ad deſcriptionem, ac ad alias, ea ipſa, quę ſubſtantialis eſt, abſque alio proprio nomine, & ſine additione ipſo iure obtinuit. Quandoque hoc oritur ex imperfectione, quia, ſcilicet, illud contentum ſub ſuperiori, adeo modicam perfectionem addit reſpectu alterius membri, ut non mereatur habere ſpeciale nomen, ſed commune retineat, quaſi nihil adderet: ſicut bruta conſueuimus dicere animalia, homini autem fieri iniuriã exiſtimamus, ſi animal ſimpliciter vocaretur; nec hoc pacto, appellata eſt hæc prima, quæ ſubſtantialis eſt, definitio. Nempe hæc, quę, philoſophis peculiaris eſt, ex genere & differentijs præcipuè conſtituitur, interim tamen ſumitur: aut à materia, vt ſi ſtatuam definias ex ære, uel alia qualibet materia, quę, huius, vel illius rei, referat ſimulacrum: aut à forma, ſiue ſpecie, vt ſi quis definiat iram, quod eſt vlciſcendi cupiditas, quæ eadem à materia definitur eſſe, ebullitio ſanguinis circa cor: aut à ſubiecto, vt ſi dicit quiſpiam; Aſtrologia eſt ars, quæ circa cęleſtia corpora verſatur: aut à fine, quem conſequitur, necnon & ab efficiente; vt medicina eſt ars in

humano

humano corpore ſanitatis effectrix. Quandoque autem ab omnibus ſimul ſumitur cauſis, ut ſi de- A finiatur domus eſſe cooperimentum ab ædificatore conſtitutum ex lapidibus, cęmento, & lignis, à pluuia, frigore, & calore defendens. Et hęc ab Ariſtotele primo poſteriorum demonſtratio ſola poſitione differens uocatur, quoniam id totum, quod eſt in demonſtratione, continet: ſed quia non eſt ordinata in modo, & in figura, ſic utique ab ea diſcrimen habet. Nempe demonſtratio, quam continet, hęc eſt, omne cooperimentum defendens à pluuia, frigore, & calore, eſt conſtitutum ab ædificatore ex lapidibus, cæmento, & lignis: at domus huiuſmodi eſt; igitur domus eſt cooperimentum ab ædificatore conſtitutum ex lapidibus, cæmento, & lignis, à pluuia, calore, & frigore defendens. Ad pleniſsimam autem dilucidationem in ſumma ipſius definitionis, ſiue differentiæ, ſiue ſpecies, numero quindecim ex Diuo Boethio colliguntur: vt prima ſit, quę ſubſtantialis, ſiue eſſentialis dicitur; utpotè quæ ſubſtantiam, eſſentiamue, rei cuiuslibet, proprie per principia intrinſeca demonſtrat; ut homo eſt animal rationale mortale. Secunda uero, quæ notio appellatur: hæc, rem non per ſubſtantiam, ſed per actum potius explicat, vt homo eſt, quòd rationali conceptione, & exercitio, cunctis præeſt animantibus. Hic quidem, non quid homo ſit, dictum eſt, ſed quid agat: atque ita quodam quaſi ſigno in notitiam deuocatur. Tertia à qualitate nomen accepit: hæc, quale quippiam ſit, oſtendit potius, quàm quid ſit; ut homo eſt, qui ingenio valet; artibus pollet; bonumque, ac malum diſcernit. Hic enim, non quid ho- C mo ſit, ſed magis qualis ſit, deſignatur. Quarta uero eſt, quæ, deſcriptio nuncupatur; ut luxurioſus eſt, qui uictus non neceſſarij, ſed ſumptuoſi, appetens eſt, delicijſque affluens, & ad libidinem proclinis. Quinta eſt, quę, ad verbum dicitur, ſed ſi eſt in eodem idiomate, etymologia appellatur, vt ſol eſt, qui ſolus ſuper omnia lucet, uel ſi eſt ex vno in alterum, interpretatio vocatur, vt Kyrios græcè eſt dominus latinè: Hæc, vocem illam, de qua quæritur, alio ſermone deſignat, ut conticeſcere eſt tacere. Sexta eſt, quę, per differentiam nominatur, ut cum quęritur, quid inter regem, & tyrannum interſit; vterque, adiecta differentia, patet quid ſit, hoc pacto. Rex eſt, qui pietate, & modeſtia erga ſuos utitur. Tyrannus, qui in ſuos ſęuit, & crudelitatem exercet. Septima eſt, quę, per translatio- D nem dicitur, vt adoleſcentia eſt flos ętatis; ſenectus ætatis occaſus. Octaua autem eſt, quæ, per priuationem eius contrarij, quod definitur, denominatur, ut bonum eſt, quod malum non eſt. Quo quidem genere definitionis vti licet, cum notum eſt alterum contrarium: vt virtus eſt vitium fugere; & ſapientia prima, ſtultitia caruiſſe. Nona eſt, quę, per quandam informationem appellatur: porrò hæc in indiuiduis ſemper uerſatur. Pręterea deſideratur & in nominibus æquiuocis, vt Aiax Oileus, & Telamonius: quo fit, ut quoties unum aliquem definire volumus à genere; à corpore; à factis; à dictis; ab animo, hoc genere definitionis vtimur. Decima deinde ſpecies eſt, quę, ſecundum figuram, uel exempli cauſa dicitur: cuiuſmodi definitio eſt, ut ſi quęratur, quid eſt animal, & reſpondeatur, vt homo. Vndecima eſt, quę, per indigentiam pleni ex eodem genere dicitur, ut ſi quæratur; quid ſit quadrans, & reſpondeatur, cui dodrans eſt, ut as ſit. Duodecima uero eſt, quę, per laudem dicitur, ut prima philoſophia eſt regina omniũ ſcientiarum. Tertiadecima eſt, quę, iuxta proportionem dicitur, ut cum maioris rei nomine, minor deſignatur, vt edictum eſt lex annua, & homo eſt minor mundus. Quartadecima eſt, quæ, ad aliquid dicitur, vt pater eſt, cui filius eſt. Poſtremum quintadecima eſt, quæ, cauſalis vocatur, vt quæ cauſam rei, de qua quęritur, reddat, ut dies eſt latio ſolis ſuper terram.

Definitio ſubſtantialis conſtat ex ijs, quæ inſunt uniuer- B ſaliter, quorum quodlibet eſt in plus, non tamen extra genus, & tot quouſque omnia non ſint in plus. Tex. 13.

Quare nihil aliud eſt in definitione ſubſtantiali, quàm genus primum, & differentiæ, alia uero genera media ſunt genus primum, & differentiæ comprahenſæ cum genere primo.

Qualia debent eſſe ea, quę definitionē integrãt, modo litera aggreditur, docens ex quibus conſtat definitio ſubſtantialis. Nam quęcunque ex neceſsitate inſunt, vniuerſaliter prędicantur, eo quòd de omni prędicata exiſtunt, & ea, quę prędicantur in eo quod qd eſt, ex neceſsitate inſunt; igitur quę p̄dicant̄ in eo quod qd eſt, vniuerſaliter prędicantur; quo fit vt ex ijs, quę inſunt vniuerſaliter, ſit cõpoſita definitio ſubſtantialis. Eorũ aũt quæ prædicantur de unoquoque ut ſemper, ſiue vniuerſaliter, quę- C dam inueniuntur, quę extenduntur in plus, quàm id, cui inſunt. In plus autem eſſe dicuntur, quæcunque uniuerſaliter inſunt alicui, ſed non ſolum ei, quinimo & alij. Eorum quoque quæ extenduntur in plus, quædam extra genus reperiuntur, ut ens, quod certè vniuerſaliter ineſt cuilibet definito, & cæteris quibuſcunque; nec eſt in genere ipſius definiti, nec in aliquo alio genere: quędam vero infra genus definiti ſunt contenta, ut impar reſpectu numeri ternarij. Impar enim ineſt omni ternario, & eſt in plus, quia etiam ineſt quinario; non tamen extra genus ternarij, quod eſt numerus, inuenitur: quia & quinarius in genere numeri collocatur; quin potius quod extra numerum inuenitur, nec par, nec impar dici poteſt. Quocirca in definitione accipienda ſunt talia, quæ quidem inſunt ſem- D per, ſiue vniuerſaliter, & in plus, non tamen extra genus, uſque ad hunc terminum, ut primo quidem, vnumquodque acceptum, ſit, in plus, omnia autem ſimul non ſint in plus, ſed cum re, quę definitur, conuertantur; vt homo eſt animal rationale mortale. liquet nanque animal in plus eſſe, quàm definitum homo: quia & bruta animalia ſunt; non tamen homo. Rationale quoque ſuppoſita fictione Platonica in plus eſt: quia & ipſis ideis competere aiunt. Mortale denique, & brutis, & plantis competere ſine ſcrupulo dicimus. Igitur & in plus eſt quodlibet acceptum in aſsignata definitione. Verumtamen omnia hæc ſimul iuncta ſignificant quodquid erat eſſe hominis, cum quo certiſsi-

Dilucidatio

mé conuertuntur, alioquin ſequeretur, quòd huiuſmodi collectio, uel oratio eſſet genus hominis nominatum, aut innominatum; quoniam prædicatur in quid. Et ſi ſic, ergo erit in plus, quoniam genus ſecundum potentiam in plus eſt, ſed non eſt in plus, ergo eſt definitio. Hinc in definitione ſubſtãtiali nihil aliud eſt quàm genus, atq; differentię. Nam ſi interdum in ea ponantur aliqua genera intermedia inter genus primum, quod eſt generaliſsimum, & ſpeciem, quæ definitur, illa tamen genera media, nihil aliud ſunt quàm genus primum, ac differentię compræhenſę in intellectu generis medii cũ genere primo: ſicut in data hominis definitione, animal gen⁹ intermedium, nihil aliud eſt quàm ſubſtantia, quæ eſt genus primum, cum nonnullis differentijs. Eſt enim animal, ſubſtantia animata ſenſibilis.

Tex.6. *Definitio ſubſtantialis, ex uno tantum genere, ſed ex pluribus differentijs conſtat.*

Dilucidatio. Semper nanq; genus poſterius formaliter ſecundum actum comprębendit prius cum aliqua differentia, ut animal compræhendit corpus animatum cum differentia ſenſibili, quia animal eſt corpus animatum ſenſibile; & corpus animatum, corpus cum differentia animatum, quia corpus animatum eſt corpus; inſuper & animatum, & corpus, ſubſtantiam genus primum cum differentia corporeum, quia corpus eſt ſubſtantia corporea, ideoque definitio ſubſtantialis reſoluitur in primum genus, & aliquas differentias, ex quibus (ut paulò ante diximus) omnibus componitur; quare ex uno tantum genere, & pluribus differentijs abſque ullo ſcrupulo conſtat. Nam ſi definiens plura in definitione aſſignaret genera, ſtatim apparet omnia ſuperiora genera uſque ad poſtremum aſsignatum, ſuperfluè eſſe aſsignata, eo quòd poſtremum genus formaliter in actu omnia ſuperiora illa genera includere diximus. Differentiæ autem poſteriores, ut ſunt omnes diuiſiuę differentiæ, quemadmodum & ſpecies, ſolummodo ſecundum potentiam in ipſo genere ſuperiori ſunt incluſę, quarum quælibet eſt in plus quàm definitũ, idcirco neceſſe eſt definientẽ in definitione oẽs illas differẽtias vſq; ad hunc terminũ, quòd ſit definitio propria, atque conuertibilis cum definito, proculdubio aſſignare. In cuius ſignum ſi diceret, definiendo, hominem eſſe ſubſtantiam animatam ſenſibilem mortalem, nec aliam apponeret differentiam, interimenda eſt definitio: quia & brutum eſt ſubſtantia animata ſenſibilis mortalis, & tamen brutum non eſt homo. Igitur quia hæc oratio ſubſtantia animata ſenſibilis mortalis non eſt cõuertibilis cũ definito, profectò alia differentia, ſcilicet, rationalis, addenda erat.

Tex.7 *Poßibile eſt, definitionem ſubſtantialem ex duobus conſtitui, quorum unum ſit genus, alterum ſit differentia.*

Dilucidatio. Differentiarum, alia ſubalterna, alia ſpecialiſsima, quæ alio nomine uocatur ultima, uel indiuidua differentia: eo quòd nec eſt amplius in alias differentias diuiſibilis, ſed conuertibilis cum ſpecie ſpecialiſsima, quę definitur. Hinc ſi quiſpiam definiendo aſsignaret in definitione proprium genus, ac vltimam differentiam, eſſet abſque ullo dubio conuertibilis definitio cum definito, de quo prædicaret in eo quod quid eſt: atque ideo eſſet rectè aſsignata definitio, modò proprium aſsignaret genus; quoniam ſi ſupremum, aut aliud ſuperius aſsignaret genus, neceſſe eſſet, & alias ſuperiores ponere differentias. Differentia nanque vltima, vel inferior differentia in ſuo conceptu formali quiditatiuo ſuperiores differentias non includit: quemadmodum è diuerſo poſterius genus ſuperiora genera formaliter ſecundum actum includere diximus: atque idcirco nullo modo multiplicationem generum definitio unquam recipere poteſt, ſed ſolum multitudinem differentiarum recipere nata eſt. Nam rationale formaliter nihil aliud eſt quàm potens ratione vti, at quoniam potens uti ratione, eſt homo, & homo eſt animal, quod eſt ſenſibile; ideoque implicitè rationale quoquo modo includit ſenſibile: non tamen explicitè in ſua ratione formali; quare addendæ erant & ſupperiores differentiæ, ut definitio explicitè, & manifeſtè totam declararet naturam definiti. Nec ob id ipſum aſſerimus differentiam inferiorem, ſiue vltimam, alteram dicere naturam à ſuperiori differentia: quinimo cum Ariſtotele ſeptimo methaphyſices affirmamus inferiorem, ſiue vltimam differentiam re ipſa omnes ſuperiores includere differentias, ac unam, eandemq; naturam, atque eſſentiam importare. ſed poſteriorem magis apertè, ac diſtinctè illam declarare naturam non formidamus; quare nec ſuperfluè in definitionibus aſsignatur, quoniam definitio eſt oratio explicatiua ipſius definiti. Verumenimuero, quoniam vltimis caremus differentijs, ac nobis uſque adeo ſunt incognitæ, ideo dictum eſt definitionem aſsignari per plures differentias, quarum quęlibet eſt in plus quàm definitum. Nec obſtat, ſi recenter cognoſceretur aliqua vltima differentia, quoniam quod in pluribus inuenitur logica probabilitate intuiti ſumus.

Definitio ſubſtantialis eſt ratio, ex differentijs unitatem habens. Tex.8

Quare partes definitionis debent abſque copula poni.

Quanquam, genus, & differentiæ, ſecundum potentiam plura apparent, ſecundum actum tamen unam naturam omnino ſignificant. Nam ex potentia, & actu (ſi Ariſtoteli credimus nono metaphyſices) neceſſariò fit unum per ſe, & genus in rebus ſumitur ab eo, quod eſt potentia, aut adminus potentiale, & differentia ab eo, quod eſt actus, aut adminus actuale: quo fit ut definitio, quę conſtat ex genere & differentia (eo quòd actus adueniens potentię facit per ſe unum cum ea) unam omnino naturam gratia ipſius differentiæ ſignificet. Differentia enim cum additur generi, non additur quaſi aliqua diuerſa eſſentia, aut extranea natura à genere, ſed quaſi in genere implicite contenta, ſicut determinans in ſuo determinabili, ex quibus ſtatim fit per ſe unum, quemadmodum ex anima & corpore fit vnum animal. Hinc partes definitionis debent in ipſa definitione abſque copula poni, vt rectè definitur homo, animal rationale mortale; perperam autem, ſi diceretur, homo eſt animal, & rationale, & mortale, quia hæc omnia per ſe vnum ſignificant. Sanè ad vtriuſque (generis, ſcilicet

ac

ac differentiæ)rationem exigitur, & ſufficit, quòd differentia quidem explicet certum, & limitatum gradum entis non extraneæ naturæ a natura generis, cuius eſt formaliter diuiſiua: genus verò explicet certam naturam determinabilem formaliter. Et primum quidem horum, quod de differentia dicimus, ſequitur ex eo, quòd differentia generi aduenìens conſtituit ſpeciem, ponitque illam in determinato gradu entis, illo, ſcilicet, quem certè explicat. Hinc apud Ariſtotelem octauo metaphyſices, ſpecies rerum aſſimilantur numeris, eo quòd ſicut numeros ſubtracta, aut addita vnitas variat: ſic differentia addita entibus, vel ſubtracta, ipſa diuerſificat. Secundum autem ſequitur ex eo, quòd differentia (autore Ariſtotele decimo metaphyſices) diuerſificare genus debet, ita vt non ſolum ipſa ſit altera ab altera ſecũdum ſpeciem: ſed natura generis, cui addita eſt, differentia ſpecifica, in hac ſpecie ſit diuerſa à natura generis, cui addita eſt altera differentia oppoſita in alia ſpecie. Natura enim animalis, quę nimirum eſt natura generica, eſt diuerſa, & in bruto, & in homine: quia differentię diuiſiuæ animalis, & conſtitutiuæ hominis, & bruti, ſic eam diuerſificant. Genus autem certam naturam ſignificare oportet, vt tranſcendentia excludantur, qualia ſunt ens, vnum, & cętera id genus, quæ nullam certam naturam ſignificant: determinabilem vero genus illam importat naturam, vt ſpecialisſima ſegregentur, quę nullam naturam per aliquam differentiam ſpecificam determinabilem, ſed duntaxat determinatam, ſignificant. Cum vero in eadem definitione plures fuerint differentiæ, habent inter ſe ordinem determinatum, quia inferior ſemper determinat ſuperiorem, quemadmodum diximus differentiam determinare ipſum genus, ideo in definitionibus (inquit Ariſtoteles ſeptimo methaphyſices, vt mox dicetur) non licet definitionis partes tranſponere, quoniam poſterior pars ſemper determinat priorem: alioquin ſequeretur inconueniens. ſicut ſi aliquis dicat definitionem hominis eſſe animal bipes habens pedes, ex quo enim dictum eſt bipes, ſuperfluum eſt apponere habens pedes. At ſi diceretur primò pedes habens ita, dicendo, homo eſt animal pedes habens, adhuc certè erat locus inquiſitionis, verum eſſet bipes. Nõ ſunt igitur definitionis partes tranſponendæ, quoniam poſterior ſemper determinat priorem: quo ſit vt definitio ex pluribus differentijs conſtructa, vnam omnino naturã ſignificet, quemadmodum & illa, quæ ex vno genere, ac vna differentia conficitur,

Tex. 9. *Differt quid prius, quidue poſterius in definitione prædicetur.*

Dilucidatio. Quoniam & viam, & vnitatem definitionis impediri ex nominum tranſpoſitione contingit: iccirco quia id in ſuperiori dilucidatione inchoatum eſt, modo non ab re hoc vna cum hac litera enucleare intendimus. Agè igitur, in via diuiſiua quidem, qua venatur definitio (vt infra manifeſtũ euadet) quantam differentiam faciat nominum tranſpoſitio, luce clarius pręter iam dicta demonſtratur. Nempe multum refert, ſi animal præpono, & diuido ipſum per domeſticum, & ſilueſtre: & ſi econtrario domeſticum prępono, et diuido ipſum per animatũ, & inanimatum. Tranſmutatur ſiquidem ex tali trãſpoſitione genus in differentiam, & contra differẽtia in ipſum genus. Vnitas quoque definitionis, ꝙ ex tali tranſpoſitione impediatur, ex eo liquet, ꝙ definitio debet explanare rem definitã ordine naturæ a prima potentia vſque ad vltimum actum, ita quòd (vt diximus) ſemper ex priori, & poſteriori fiat per ſe vnum, ſicut ex propria potentia, & proprio actu: hoc autem ſi poſtponenda pręponuntur fieri non poteſt, quoniam tali tranſpoſitione facta poſterius non erit actus, & prioris perfectio, cuius proprium eſt (autore Ariſtotele nono metaphyſicæ) diuidere, determinare, perficere, ac ſpecificare: ſed magis è diuerſo, quare differt quid prius, quidve poſterius in definitione prędicetur, in enunciatione vero minimè, quoniam, vt dicitur in ſecundo Periermenias capitulo primo, idem ſignificatur, cum dicitur, animal manſuetum & manſuetum animal.

Solius ſubſtantiæ, eſt, definitio ſubſtantialis. Tex. 10

Nam ſi aliarum, eſt, categoriarum, neceſſe eſt eſſe ex additione. Nunc oſtendere intendit, quæ definitionem recipiunt.

Dilucidatio. Duplex eſt (apud Ariſtotelem ſeptimo methaphyſices) definitio, altera quiditatiua, quę paſſim appellatur ſubſtantialis definitio: altera per additamentum, quæ vocatur deſcriptio. Definitio quiditatiua cõſtat, aut ex proprio genere, & propria differentia; aut ſaltem ex genere, & differentijs, quæ non ſunt extrinſeca definito; quinimo omnino ei intrinſeca, vtpotè quia ſunt eius ſubſtantia, atq; natura. Definitio vero per additamẽtum ea eſt, in qua ponitur aliquid, quod eſt extra eſſentiam definiti. Hinc dicitur per additamentum, quia in ea additur definito aliquid, quod ad eius naturam nequaquam attinet. Subſtantia autem in præſenti littera capitur pro ſubſtantia in recta linea prædicamenti ſubſtantiæ exiſtente, præter ſupremum genus, ſubſtantia: quod quidem, quia non habet ſuperius genus, quemadmodum nec alia generalisſima, definitione quiditatiua, quam dicimus ex genere, et differentia, aut differentijs conſtare, definiri nequit. Quare ſubſtantia, de qua ſit ſermo, eſt ſubſtantia omnis completa, atque perfecta in ſua ſpecie, quam ſolam habere definitionem quiditatiuam hęc litera docet. Nã huiuſmodi ſubſtantia, & eſſentiam, quam explicat definitio, habet completam, quia à nullo alio dependet; & proprium genus prędicamenti ſubſtantię, necnon proprias differentias eiuſdẽ profectò poſsidet: quo ſit vt definitionem ſubſtantialem, ſiue quiditatiuam recipere nata ſit. Nec id cuipiam aliorum entium competere poteſt, quare ſolius ſubſtãtię eſt definitio ſubſtantialis: aliarum vero categoriarum, & formarum quoque ſubſtantialium, quæ vllã materiam informare aptæ ſunt, neceſſe eſt eſſe ex additione. Nempe quęcunque habent eſſentiam Incompletam, vtpotè quia ab aliquo extrinſeco depẽdẽt, habent & definitionem ex addirione, quia eſſentia eſt id, quod per definitionem ſignificatur: & omnia accidentia, omneſque formæ ſubſtantiales, quę ſunt partes compoſiti, eſſentiam habent incompletam; igitur & omnia accidentia, & omnes formæ ſubſtãtiales, quę ſunt partes compoſiti, ex additione habent

ne habent definitionem. Nam vtriuſque eſſentia ad aliud refertur, tanquàm receptiuom. Forma ſiquidem ſubſtantialis eſſentialiter eſt entitas perſectiua materiæ, & accidens, cuius eſſe (autore Ariſtotele in prædicamentis) eſt ineſſe, eſſentialiter eſt entitas ſubiecti qualificatiua Neutrum enim eorum habet eſſe abſolutum à ſubiecto, inde pendens à receptiuo: ſed ſicut ex forma ſubſtantiali materiæ coniuncta fluit eſſe commune utriq;, ita ex coniunctione accidentis cum ſubiecto relinquitur eſſe commune vtrique. Quippè ex coniunctione albediuis cũ niue fit eſſe album, quo & albedo eſt, & nix eſt alba. Quare ſicut in definitione accidẽtis oportet poni ſuum ſubiectum, quod eſt extra eius genus, ita in definitione formę ſubſtantialis oportet ponere receptiuum; materiam, ſcilicet, quæ eſt extra eius genus proprium. Sanè genus formę (ut in ſecundo de anima extat) eſt actus: materiam autem, cum ens diuidatur (apud Ariſtotelem quioto methaphyſicæ) in actum & potentiam, ſub potentia contineri clarum eſt, & conſequenter eſſe extra actum, quod eſt genus formæ.

Tex 11. *Formæ ſubſtantiales, quæ ſunt partes compoſiti definiri nequeunt, niſi per ſubiectum, aut materiam, quam ſunt natæ informare.*

Dilucidatio. Formarum in doctrina Peripatetica, aliæ ſunt abſtractæ à materia, tam ſecundum eſſe, quàm ſecũdum ratiooem, quales ſunt ſubſtantiæ immateriales, ſiue iotellectuales, quas angelos dicimus, de quibus agitur in duodecimo methaphyſicæ: & hæ ſi poſſent ab humano intellectu quiditatiuè agnoſci, reciperent definitionem per proprium genus, & propriam differentiam; eo quòd ſunt ſubſtantiæ in ſua ſpecie completę: ſed quia intellectus humanus ad eas (autore Ariſtotele ſecundo methaphyſicę) ſe habet, ſicut oculus noctuæ ad lumen ſolis, quoniam cognitioni ſenſitiuæ (quæ eſt homini valdè familiaris) non ſubſunt, ideo per communia, poſterioraque, & effectus, quos in hoc mundo inferiori efficiunt, à nobis proculdubio cognoſcuntur, & ita quoque definiuntur. Aliæ autem ſunt formæ partes compoſiti ſubſtãtialis, vtpotè quia recipiuntur in materia, quam perficiunt, & informaot, & cui eſſe tribuunt, ut rerũ formæ naturalium, acſi exemplariter dicatur, anima recipitur in corpore, quod quidem informat, ac perficit, cuique viuum eſſe tribuit: in cuius ſignum ea ammota remanet cadauer omnibus operationibus vitalibus orbatum. Hinc huiuſmodi forma ſubſtantialis eſſentialiter eſt entitas perfectiua materiæ, ad quam, ut ad ſuum ſuſceptiuum, eius eſſentia refertur: ideo neceſſario per ipſum ſuſceptiuum, ſiue ſubiectum, in quo recipitur, definitur. Hoc autẽ (vt ex ſeptimo methaphyſicę elicitur) bifariam contingit: aut per proprium ſubiectum informe, vocatur ſubiectum informe, proprium ſuſceptiuum alicuius formæ abſque ulla additione, ut diaphanum reſpectu luminis: aut per ſubiectum formatum; Subiectum formatum dicitur proprium ſuſceptiuum alicuius formæ, adiuncto ſibi eo, quod ſortiť ex ſuſceptione illius formæ: vt diaphanum ſecundum actum reſpectu luminis. Nam eſſe actu diaphanum, ſeu tranſparens ex lumine ſuſcepto, diaphanum ſortitur. tenebroſum enim non tranſparet. Maniſeſtant autem Ariſtotelis opera utroque modo ſormas rectè definiri, quoniam ipſe de ſenſu, & ſenſato colorem per ſubiectum informe definiuit, dicens, colorem eſſe extremitatẽ perſpicui in corpore terminato: & in ſecundo de anima definiuit lumen per ſubiectum ſormatũ, dicens, lumen eſſe actum diaphani ſecundum actum. Verumenimuero inter prędictos duos modos definiendi formam, taotum intereſt, quòd primus manifeſtè eſt per priora, ſecundus autem difficultatem magnam continet. Quippè cum aperte conſtet, quod in tali modo definiendi admiſceatur in definitione formę, eius effectus, oportet certè unum horum dicere: aut quòd talis effectus non eſt poſtetior definito: aut quod huiuſmodi definitiones ſunt potius quædam deſcriptiones non per priora, ſed per poſteriora aſsignatæ: aut quòd ad circumloquendam occultam conditionẽ ſubiecti, vel formę, quæ quoquomodo definitur, eius effectus admiſceatur: aut quod talium entium, ſcilicet, formarum natura exigit hunc ſingularem definitionis modum. Quanquam autem huiuſmodi definitiones, ſiue deſcriptiones maximè manifeſtant definitorum ſubſtãtias, quia tamen poſterioritas effectus oegari non poteſt, nec ulla ratio ſufferre videatur veram definitionem per poſteriora dari debere; concludendum videtur, quòd quemadmodum loco differentiarum propriarum conſueuimus proprietatibus vti, ita quoque in definitione formarum, earum effectus ad circumloquendum, vel ſubiecti, vel formę, occultam conditionẽ priorem certiſsimè ponimus. Quo fit vt ſtatim cenſeatur potius quædã deſcriptio per poſteriora aſsignata, quàm defioitio, ſiue eius ſimpliciter deſcriptio, quam ex natura rei per priora aſsignare erat poſsibile. Nec obſtat quod maximè enucleare uidetur naturam definiti, quoniam per poſteriora id efficit, & ita de quo ad nos facit notitiam definiti.

Tex. 12. *In definitione accidentis in concreto, ſubiectum loco generis, & natura accidentis loco differentiæ collocatur, ſed in abſtracto è diuerſo fieri neceſſe eſt.*

Dilucidatio. Accidentium, quædam ſibi determinant hoc ſubiectum ſic. quòd nec in alio eſſe poſſunt: ſicut ſimitas eſt proprium accidens in naſo. Quędam uerò ſunt accidentia communia, uelnti albedo, & nigredo. Accidentia propria tam in concreto, quàm in abſtracto, neceſſe eſt, quòd in eorum definitionibus (quemadmodum pauloante de mente Ariſtotelis ſeptimo methaphyſicæ diximus) proprium recipiant ſubiectum, ut ſimitas eſt curuitas naſi, aut contra ſimum eſt naſus curuus. Accidentia uero communia ad aliquid tanquàm eorum, cuius ſunt propria, denique reducuntur. Nam licet albedo, propriũ nõ ſit accidẽs hominis, aut niuis, attamẽ color certiſsimè propriũ eſt accidẽs ſuperficiei rerũ generabiliũ. Omnis enim ſuperficies rerũ generabilium eſt colorata, nec color, niſi in ſuperficie eſſe poteſt: quare non ab re albedinem per colorem, & color per ſubiectum definitur, ſcilicet, per hoc, quòd eſt qualitas, cauſata ex admixtione lucis in perſpicuo terminato. Omne nanque accidens ſecundũ ſuam

radica-

radicalem aptitudinem (quamuis non ſecundum ſuam actualitatem) habet aliquod proprium ſubiectum, a quo fluit, in quo recipitur, & in quo fulcitur. Nempè aptitudo ad tale accidens non eſt, niſi a tali gradu, mediatè, vel immediatè, fluat, & conſequenter niſi in tali gradu, mediatè, vel immediatè, tanquam in ſubiecto, & recipiatur, & ſuſtentetur. Vt videre, licet ſit accidens ſeparabile, radicalis tamen aptitudo ad videndum ſeparari a tali animali non poteſt: nec natum eſt conuenire niſi tali ani- animali. Fluit enim aptitudo ad videndum ex ſuis principijs, atque iccirco ſiue mediatè, ſiue immediatè, in eo recipitur, & denique fulcitur. Quocirca omne accidens per ſubiectum neceſſariò definitur: verumtamen in concreto ſumptum, ſubiectum in recto tanquam genus, & natura accidentis tanquā differentia aſſignatur. Nam ſicut res bifariam conſiderari poteſt, & ſecundum ſuam naturam abſolutè, & vt ſic, vel ſic ſignificata, ita quoque natura definibilis poteſt dupliciter definiri, & ſecundum exigentiam ſuę naturæ ſimpliciter, & ſecundum quòd ſignificatur in concreto, vel abſtracto. Differunt autem plurimum iſti duo modi definiendi, quia quando res primo modo definitur, nihil ponitur in eius definitione in recto, niſi genus & differentia, licet in obliquo ponatur quandoque aliquid, vt additū, quod eſt extra eſſentiam rei, vt patet in definitionibus formarum tam ſubſtantialium, quàm accidentalium. Quando vero res definitur, vt ſic ſignificata, cōtingit poni in eius definitione, id quod eſt extra eſſentiam rei, quod vt additum ponendum eſſet, ſi ſecundum naturæ exigentiam definiretur, vt patet cum definitur accidens in concreto. Dicimus enim quod ſimum eſt naſus curuus, ponentes naſum in recto, vt genus, & tamen naſum extra ſimitatis eſſentiam eſſe conſtat, & ponendum in obliquo in eius definitione, ſi natura definita, ſolum reſpiceretur. Sanè accidens in concreto ex modo ſignificandi importat totum coniunctum, ſcilicet, accidens, & ſubiectum, quia connotat ſubiectū, ideo per modum rerum definitur compoſitarum: in quibus genus ſumitur (vt elicitur ab Ariſtotele octauo metha phyſicę) a materia, & differentia à forma. Hinc cū ſubiectum ſe habeat vt materia, loco generis ponitur: & natura accidentis, cum ſe habeat vt forma, loco differentiæ collocatur, vt ſimum eſt naſus curuus. Non ſic autem eſt, cum definitur accidēs in abſtracto, quod certè vt ſic (quemadmodum in prædicamentis diximus) propriè eſt in prędicamento. Tunc enim ponitur, vt genus, id. quod eſſentia ipſius accidentis determinat ſibi, vt genus: & ponitur loco differentię id, à quo accidens ſecundum ſuam naturam ſpecificam differentiā trahit, ſcilicet, ſubiectum proprium, vt dicatur exemplariter, ſimitas eſt curuitas naſi. Differentiæ nanque in accidentibus in abſtracto ſumuntur ex diuerſitate propriorum principiorum, proinde propriç paſſiones differūt inter ſe, quia principia ſubiecti, ex quibus cauſantur, inter ſe diſcrimen habent. Quare etſi proprium genus, & propriam differentiam ſui generis, accidentia habeant: quia tamen hæc abſque ſubiecto completè nequeunt explicari, ideo omnino

A oportet ſubiectum in definitione accidentis cadere.

Nullum relatiuum definitur, niſi ad ſuum correlatiuum.

Aliud eſt definiri per reliquum, & aliud eſt definiri ad reliquum. Hæc dictio nanque, per, cauſalitatem quandam denotat, quam neutrū correlatiuorū formaliter ſumptū habet reſpectu alterius: quo ſit, vt correlatiuum non debeat definiri per reliquum. At verò hęc dictio, ad, nec vllam cauſalitatem, nec formaliter loquendo aliquam denotat dependentiam: ſed tantum habitudinem, ac reſpectum ad aliquid, vt terminum, ſonat, & hoc modo docet præſens litera vnum correlatiuum poni in definitione alterius, ita quòd relatiuum propriè non definitur per reliquum, ſed ad reliquum. Quippè eſſentia relatiui propria, vt ſic in ad conſiſtit, quia eſſe quiditatiuum cuiuſque relatiui (vt longo ſermone in præ B dicamentis dilucidauimus) eſt ad aliud, ſcilicet, ad ſuum correlatiuum, ſe habere: ideoque abſque dubio ſecundum ſui ſubſtantialis eſſe (quod ſemper definitio innoteſcit) definiendum eſt. Nec eſt poſſibile definire relationem per proprium genus, et differentiam, abſque termino: ſicut nec accidens abſque ſubiecto, eo quòd hęc ſemper ab aliquo extrinſeco, vt puta a ſubiecto, aut a termino neceſſariò ſumuntur. Nec vnum relatiuorum aſſumitur in definitione alterius, vt prius notum, nec vt magis notum: eo quòd relatiua (ſi Auicennæ credimus) ſunt ſimul natura, & intellectu, quia vnum cognoſcitur cum reliquo, ſed vt neceſſariò connotum. Poſſibile nanque eſt definitionem dari cauſa innoteſcendi, & rem notificare definitam, etiam ſi nō quęlibet pars definitionis ſit notior definito. Definitio enim ſe- C cundum definibilium naturas proportionabiliter requirenda eſt. Nec eſt mirabile, ſi ſingulare genus entium, ſingularem ſibi relatiuorum modum definitionis, ac notitię ſibi vendicat. Quare huiuſmodi relatiuorum definitio facit notitiam definiti, tū quia cęteræ particulæ definitionis ſunt notiores, tū quia connotitia correlatiui ad hoc cooperatur.

Tex. 13. Dilucidatio.

Definitio non eſt corruptibilium ſed ſempiternorum. Tex. 14

Definitio enim eſt, aut principium, aut concluſio demonſtrationis, aut demonſtratio ſola poſitione differens.

Tranſcendentia autem, neque generaliſſima, neque ſingularia, definitionem capiunt.

Quare vniuerſalia duntaxat, modò rationem ſpeciei poſſideant, definiri nata ſunt.

Modo docet, quæ nam ſunt definibilia, & quę non ſunt definibilia, vt corruptibilia. Sanè demonſtratio, & quantum ad principia, & quantum ad D concluſionem (vt ex primo poſteriorum manifeſtum euaſit) ſempiternorum eſt, & non corruptibilium. At definitio, vel eſt principium, vel concluſio demonſtrationis, vel ipſa demōſtratio ſola poſitione differens; ergo definitio non eſt corruptibiliū, ſed ſempiternorum. Nempe diuerſas definitiones eiuſdem rei, ex diuerſis cauſis ſumptas, dare contingit. Cauſæ enim talem adinuicem ordinem habent, vt vna ſit ratio alterius. Nam ex forma ſumitur ratio materiæ. Talem nanque oportet eſſe materiam, qualem forma requirit. Efficiens autē eſt ratio formæ, quoniam agens agit ſibi ſimile, ſecundum, ſcilicet, Dilucidatio.

cet, formam, per quam agit; igitur ſecundum modum agentis, eſt etiam modus formæ, quæ ex actio- E ne conſequitur. Ex fine autem ſumitur ratio efficientis, quoniam agens agit propter finem. Quare definitio a fine ſumpta, eſt ratio, & cauſa probatiua aliarum definitionum, quæ ab alijs cauſis ſumuntur. Puta ſi definiatur domus per cauſam materialem, cooperimentum conſtitutum ex lignis, cæmento, & lapidibus, & per cauſam finalem, operimentum prohibens a pluuijs, frigore, & calore, poteſt prima definitio demonſtrari ex ſecunda ſic: omne cooperimentum prohibens a pluuijs, frigore, & calore, opus eſt, vt ſit conſtitutum ex lignis, cæmento, & lapidibus. At domus eſt huiuſmodi, ergo domus eſt conſtituta ex lignis, cæmento, & lapidibus. Hinc liquet, quòd definitio a fine ſumpta, eſt principium demonſtrationis: illa vero ſumpta à materia, eſt concluſio demõſtrationis. Vtraq; F autẽ ſimul coniuncta, vt dicatur, domus eſt cooperimentum conſtitutum ex lignis, cæmento, & lapidibus, a pluuia, frigore, & calore defendens, totum, quod eſt in demonſtratione, medium, ſcilicet, & concluſionem continet. Propterea eſt demonſtratio ſola poſitione differens, eò quòd duntaxat a demonſtratione differt, quia in modo, & figura, ordinata non eſt. At quoniam, definitio, ex genere, & differentijs conſtitutiuis conſtruitur, & tranſcendẽtia, cuiuſmodi ſunt ens, & vnum, & id genus, nec non generaliſsima; neq; genus, neq; differentias cõſtitutiuas habere poſſunt, quo fit, vt definiri nequeant. Verum poſſunt per aliquam orationem manifeſtiorem explicari, quę (eo quòd ex aliquo loco G generis, & ex aliquo loco differentię conſtat) erit deſcriptio, ſiue ſua ratio formalis, quod nihil aliud eſt quàm id quod directè per tale nomen ſignificatur. Vt ens ſignificat id, quod eſt in quolibet prædicamento. Definitio quoque eſt perpetuorum, & non corruptibilium: quia (vt nunc manifeſtum euaſit) definitio eſt, aut principium, aut concluſio demonſtrationis, aut demonſtratio ſola poſitione differens. Singularia autem in hoc mundo inferiori omnia ſunt temporanea, & corruptibilia: quo fit, vt neque huiuſmodi ſingularia definitionem recipere poſsint. Singularia verò, quę ſupramũdana ſunt, quales ſunt intelligentiæ, quia ab humano intellectu per hæc ſenſibilia, & per modum ſenſibilium cognoſcuntur, certè in ſingulari definiri nequeunt. H Nam hęc ſenſibilia non ducunt humanum intellectum in earum cognitionem in ſingulari, ſed duntaxat in vniuerſali, quo nam pacto, vt ſic, definitionẽ capiunt, ſicut in ſuperioribus dilucidatum eſt. Quocirca ſi ſingularia definiri non poſſunt, per rationẽ à ſufficienti diuiſione vniuerſalia ſolummodo (modo habeant rationem ſpeciei) definiri queunt. Modò rationem ſpeciei poſsideant, adiectum eſt, quia definitio conſtat ex genere, & differentia conſtitutiua gaudet, igitur ſola ſpecies propriè definitur. Nec huiuſmodi vniuerſalia ſunt per ſe corruptibilia, ſed tantum per accidens: eo quòd definitio eſt, & de illis vniuerſalibus habentibus eſſe in particularibus generalibus, & corruptibilibus, & conſequenter eſt de ijs, quæ ſunt corruptibilia ſecundum accidens, hoc eſt, ſecundum aliud, quod eſt particulare. Nam definitiones a corruptione abſtrahunt, & a temporum differentijs, ita quòd non habent in ſe, unde corruptioni, aut tempori ſubdantur: quàuis hoc habeant ſecundum quod ſunt in particularibus, quorum per ſe primò tam generatio, quàm corruptio eſt, quia ſiue in rerum natura res exiſtant, ſiue non, uniuerſaliter conceptæ, nullam certè variabilitatem incurrunt. Nihil enim (ut in tomo ſuppoſitionum longo ſermone dilucidauimus) minus habitudines, & connexiones roſæ ad ea, quę per ſe illi inſunt, ſeruantur, particularibus roſis corruptis, quàm exiſtentibus: quo fit, ut neq; temporũ differẽtijs, neq; corruptioni ipſę definitiones ſubdãtur. Tex. 15.

Neque ens per accidens, neque complexa, ut ſic, definitionem recipere poſſunt. Dilucidatio.

Oportet (ut ex ſuperioribus manifeſtum euaſit) eſſe per ſe vnum, quęcunque in definitione ponuntur; vtpote quia unam duntaxat naturã deſignant, & omne ens per accidens, cæteraque ex rei natura complexa, plures importent naturas, vt homo albus, & naturam humanam, & albedinis naturam ę quę primò ſignificat, quo fit vt definitionem recipere nunquam poſsint: quinimo nec deſcriptionem, quoniam datur deſcriptio gratia innoteſcendi naturam rei definitæ, quam iam certè probauimus eſſe per ſe unam, ac indiuiſibilem, quemadmodum & numerorum ſpecies. Nec obſtat complexa habere definitionem quid nominis, quæ nimirum nihil aliud eſt, quàm (ut ita dicam) quiditas nominis, hoc eſt, id, quod directè ſignificatur per tale nomen: vt Ilias dicitur hiſtoria Troiana, quoniam non ut ſic, id eſt, non quatenus ſunt complexa, ſed magis ratione alicuius incomplexi quid nominis aſsignatur. Tex. 16.

De eo, quod non eſt ens, nullus ſcire poteſt quod quid eſt, ſed quid ſignificatur per nomen, tantum agnoſci poſsibile eſt. Dilucidatio.

Non entis non eſt aliqua quiditas, vel eſſentia, at definitio quiditatem, vel eſſentiam explanat, igitur nullus ſcire poteſt quod quid eſt de eo, quod eſt non ens, ſed poteſt ſcire nominis ſignificationem. Sanè aliquis ſcire poteſt, quid ſignificat hoc nomen tragelaphus, quod eſt non ens, quia ſignificat quoddã animal ex hirco, & ceruo cõpoſitũ: ſed eſt impoſsibile ſcire quod quid eſt tragelaphi, eo ꝙ in rerum natura nihil eſt tale, quo fit ut tragelaphus ſit non ens.

Definitio per unam cauſam datam, oſtendi poteſt per definitionem per alteram cauſam aſsignatam in prima figura. Tex. 17.

Dilucidatio.

Nunc demonſtrat quomodo ad demonſtrationem ſe habeat definitio. Quippe ſi conſtruere volumus definitionem, primum ſcire oportet, quoniam nullus, aut pauci diſputantium, definitionem ſyllogiſmo colligunt, nec demonſtratione ſyllogizant, ſed ferè omnes definitionem tanquam principium indemonſtrabile accipiunt, aut quia definitio non poteſt per ſyllogiſmum, vel demonſtrationem conſtrui, vel quia non facile, vel quia non eſt neceſſe. Nam Geometra tanquam principium accipit definitionem lineę, & puncti, & ſuperficiei. Arithmeticus quoque definitionem numeri, & vterque, ut indemonſtrabilia principia accipit. Verũ quoniam definitio per cauſam à priori, quemadmodũ & demonſtratio, aſsignatur, & interdum per alterã tantum

tum

tum cauſam, nec uō cauſę (autore Ariſtotele quinto methaphyſicæ) ſunt ſibi inuicē cauſę in diuerſo ge- A nere cauſę, vt finis eſt cauſa agētis, quia agens operatur propter finē, efficiens quoq; eſt cauſa materię, & formæ. Nā efficiens vnit formā materię, eo quòd per motū ſuū facit materiā eē ſuſceptiuā formę, formāq; ineſſe materię: quinimo finis ē cauſa cauſarū, quatenus eſt cauſa efficientis; efficiens aūt eſt cauſa & materiæ, & formę; & cōſequēter finis eſt cauſa & materiæ, & formæ: quo fit vt definitio, quę eſt per cauſam finalē, aut efficientē, ſit ratio definitionis, q́ eſt per cām materialē, mediūq; probans ipſam. Sanè ob id neceſſe eſt, vt domus fiat ex lapidibus & lignis, quia eſt operimentū protegens nos à frigore, & æſtu. At qm̄ neceſſe eſt, definitionē vniuerſaliter, & affirmatiuè de definito prædicari: ideo ſemper in prima ſyllogizatur figura. Hic aūt modus inueſtigationis ſatis facilis apparet, qm̄ ſi finis aſſumaṫ in me- B diū, nihil aliud eſt cōcludere definitionē, quàm ex ipſo fine deducere cōditiōes neceſſarias eius, quod eſt ꝑpter illū finē. Si aūt efficiens aſſumatur in mediū, cōcludere definitionē, nihil aliud erit, quàm deducere ex agente cōditiones effectus. Vtrunq; aūt horū, non multo labore eget: quia ex ipſa finis ratione, quale ſit mediū neceſſariū ad illū aſſequendū, habetur, & ex ipſa forma agētis, ſimilis illi effectus cognoſcitur. Quòd ſi cauſa formalis ꝑ medio aſſumeretur, facillimū eēt definitionē materialē concludere: quoniā forma eſt cauſa, & ratio materiæ, eo ꝙ forma dat eē materię, & ipſum recipit materia. Itaque hic eſt vnus modus facilis cōcludendi definitionē de definito: qui nimirū (ſi Ariſtoteli credimus ſecundo poſteriorū) nō eſt demōſtratiuus, ſed logic⁹. C Quippè nō ſufficiēter probat id, quod cōcluditur, eſſe definitionē eius, de quo cōcluditur: ſed ſolum ꝙ neceſſariò inſit ei, & vt ſic eſt demōſtratiuus, ſed qa nō concludit, ꝙ inſit ei, vt eius definitio, ideo vt ſic, eſt logic⁹. Quāuis nāq; ex fine cōditiōes eius, quod eſt ad finem concludi poſsint non tamen ex hoc ſcitur, an illæ integrent definitionem illius, an aliquid aliud requiratur: ſimiliter an ſint eius proprietates illę conditiones, potius quàm ea, quæ definitionem ingrediuntur.

Tex. 18. *Definitio probabiliter, & perſuaſiue, per ſyllogiſmum probari poteſt,*

Dilucidatio. Quāquā definitio nequit exactè, atq; demōſtratione ſyllogizari, pōt tn̄ probabiliter, & perſuaſiue per ſyllogiſmū probari. Ad cuius euidentiā ſupponamus omnē orationē, quæ genus cōtinet, & diffe- D rentiā, eſſe illius definitionē. Hoc enim ſupponi debet in omni ſyllogiſmo, per quē probaṫ aliquā orationē eſſe definitionē alicuius; vt ſi voluero probare animal rationale mortale eſſe hominis definitionē, ſic ſyllogizabo. Ois oratio, quæ cōtinet gen⁹ & differētiā rei, eſt illi⁹ definitio: hęc oratio, animal rationale mortale, cōtinet genus, & differentiā hominis; ergo hæc oratio, animal rationale mortale, eſt hominis definitio. Illud aūt, quod ſupponiṫ ad ſyllogizandā vnāquāq; definitionē de ſuo definito, probatur per definitionē definitionis, hoc pacto; omnis oratio ſignificans quod quid erat eſſe rei, eſt illius definitio: & oīs oratio, quæ genus, & differētiā cōtinet, ſignificat quod qd erat eſſe rei; ergo oīs oratio, quæ genus, & differentiam continet, eſt rei definitio. In omni ergo ſyllogiſmo, per quem probatur aliquam orationem eſſe definitionem alicuius, ſupponendum eſt, orationem, quæ genus, & differentiam continet, eſſe definitionem: quod licet tanquā principium indemonſtrabile habendum ſit, tamen probabiliter ex definitione definitionis probari poteſt. Inſuper, quæ prædicantur in quid de definito, prædicantur in definitione tanquam illius partes: genus, & differentia prædicantur in quid de definito; ergo genus, & differentia prædicantur in definitione, ut illius partes. Verum hic ſyllogiſmus eſt probabilis, & non exactus, quia per huiuſmodi ſyllogiſmum non magis poſſumus probare, animal rationale mortale eſſe definitionem hominis, quam mortale rationale animal. Per hunc item ſyllogiſ- B mum non poſſumus ſyllogizare definitionē de definito, quę continet duas, uel tręs differentias, magis quàm, quæ continet genus, & vnam differentiam: tamen hic ſyllogiſmus poſt inueſtigationem omniū partium definitionis iuuat certiſsimè ad probabiliter ſyllogizandum, totum aggregatum ex illis, eſſe definitionem.

Tex. 19. *Non omne demonſtrabile eſt definibile.*

Dilucidatio. Non omnium, quorum eſt demonſtratio, eſt definitio: quoniam ſequeretur, quòd demonſtrabile ſciretur ſecundum definitionem abſque demonſtratione. Tenet quidem ſequela, ex eo, quòd ſcire demonſtratiuè, eſt demonſtrationem habere, & ea, quorum eſt definitio, cognoſcuntur per definitionem, nihil autem prohibet non ſimul habere defi- C nitionem, & demonſtrationem, quamuis definitio ſit demonſtrationis principium. Non enim quicunque cognoſcit principia, ſcit conclusionem inducere demonſtrando. Quo fit vt non omne demonſtrabile ſit definibile. Falſitas conſequentis ex inductione relinquitur manifeſta: quoniam nihil eorum, quæ per ſe, aut per accidens, inſunt, per definitionem cognoſcimus vnquam, eo quòd complexa definiri nequeunt.

Tex. 20. *Non omne definibile eſt demonſtrabile.*

Dilucidatio. Definitiones ſunt demonſtrationum principia, ſed principia ſunt indemonſtrabilia: quoniam aut erunt principiorum principia in infinitum, quod eſt abſurdum; aut prima principia, & conſequenter primæ definitiones erunt indemonſtrabiles, tanquam quædam principia prima in demonſtratio- D nibus.

Tex. 21. *Nullum idem eſt definibile, & demonſtrabile.*

Dilucidatio. Definitio eſt ipſius quod quid eſt, & ſubſtantiæ, ſiue eſſentiæ, manifeſtatiua; demonſtrationes autem omnes ſupponunt, & accipiunt quod quid eſt, & non demonſtrant: quemadmodum in mathematicis in demonſtrationibus arithmeticis ſupponitur, quid eſt vnitas, quid eſt par, & id genus: quo fit, ut non ſit eiuſdem demonſtratio, pariter & definitio.

Tex. 22 *Definitio non eſt demonſtratio, neque pars ſubiectiua ipſius, aut contra.*

Dilucidatio. Oſtēſum eſt, quòd nec omnis, cuius eſt definitio, eſt demonſtratio, neq; cōtra: & ex hoc vlterius cō-

cluditur, quòd definitio, & demonſtratio neq; ſunt idem, neq; vnum in alio, ſicut pars ſubiectiua in ſuo toto, nam etiã oporteret vt ea, quorum ſunt, ſe haberent per modũ totius, & partis ſubiectiuæ: ita, ſcilicet, ꝙ omne definibile eſſet demonſtrabile, aut contra, quod paulò ante concluſum eſt, eſſe falſum. Igitur neque definitio eſt demonſtratio, neque pars ſubiectiua ipſius, aut contra.

Tex. 22. *Cum aliquod totum vniuerſale definibile definiendum eſt, congruum eſt hæc obſeruare, ſcilicet, departiri genus in athoma ſpecie prima, demum ſic illorum definitiones tentare accipere: poſt hæc accipiendum eſt, quid genus ſit, utrum quantitatis ſit, aut qualitatis, & proprias paſsiones ſpeculari per communia prima.*

Dilucidatio. Nunc inteodit oſtẽdere quomodo oporteat venari ipſam definitionẽ dicens: cum aliquod totũ vniuerſale, quòd dicitur, vt excludãtur infima in ordine prædicamentali, ſiue ſingularia, quæ nõ ſunt definibilia: demum ſubinfertur definibile, vt ſecludãtur ſuprema, ſiue generaliſsima, & tranſcendentia, qualia ſuut eos, & vnum, & cętera id genus, quę definitionẽ nõ capiunt, definiendum eſt, ſex obſeruanda occurrunt. Primò, quòd fiat diuiſio ſubalterni generis; vt numeri in dualitatem, & trinitatem. Secundò, ꝙ tenteotur definitiones ſpecierum, in quas facta eſt diuiſio: ſicut etiam fit in alijs, puta in linea recta, & in circulo, & in recto angulo. Tertiò, quòd accipiatur geous primum, puta quantitas, aut qualitas, vel ſubſtantia. Quartò, quòd propriæ paſsiones illius, quod definiendũ eſt, aſpiciantur ſecundũ ſe, & earũ cauſas. Quintò, quòd aſpiciendo tales paſsiones debemus ad primum genus primò recurrere, & in eo inuenire cauſam paſsionis: & ſic ſextò, deſcendere obſeruatis cõditionibus paulò infra declarandis. Nẽpe eſt ſingulorum ſeruitium, id, quod nunc dicetur. Diuiſio ſubalterni in athoma, extremorum ex inferiori parte cognitionem parit. Tẽtatio autẽ ad definienda ipſa extrema accepta, acceptioni primi generis quę tertiò loco facienda eſt, profectò deſeruit. Teotare nanq; definire non eſt defioire, ſed conditiones potius deſcriptiuas cõſiderare, ex quibus primũ genus elicitur: & ita ex vtraque parte terminis ſtabilitis, facilior fit venatio mediorum. Intuitus quoq; paſsionũ, differentiarum notitiã efficit: quoniã cauſæ paſsionum ſunt ipſæ formæ, à quibus differẽtiæ ſumũtur, vt rationale ab anima intellectiua. Recurrere verò in conſideratione paſsionum ad cõmune geous oportet, quoniam (vt ex libro poſteriorum manifeſtum euaſit) ſic neceſſe eſt inuenire ſubiectum proprium ipſius vniuerſalis, ſiue paſsionis adæquatæ. Deſcendere deniq; opus eſt, eo quòd (vt mox dicetur) niſi ſic fieret, ſaltus in definitione accideret: qui abſque vllo dubio ſemper vitãdus eſt. Oportet autem paſsiones conſiderare per communia prima, quoniam ea, quę conueniunt compoſitis propter ſimplicia, ſeu athoma, ex definitionibus cõpoſitorum fiunt manifeſta: eo quòd ſimplicia illa, quibꝰ per ſe inſunt paſsiones, principia ſunt definitionum compoſitorum. Quo fit vt ipſæ paſsiones ex earum definitionibus manifeſtentur à priori; ideo ab eis à poſteriori venandæ ſunt definitiones: ita vt in primis ab athomis inchoãdum ſit, quia principia aliorum ſunt.

Tex. 23. *Vt nihil relinquatur neceſſariorum ad definitionem, neceſſe eſt, primum acceptum genus diuidere per primas differentias, & ſic deinceps, & non per differentias alicuius inferiorum.*

Nam in primam diuiſionem totum diuiſum incidit, et in alias non; atque iccirco ſemper incedendo per primas diuiſiones, nihil eſſe derelictum ſcietur, aliter uero non.

Dilucidatio. Omoes differẽtię ſuperiorum generum pertioẽt ad definitionẽ alicuius ſpeciei. Nã inferius genus cõſtituitur per differentiã ſuperioris generis diuiſiuã; vt animal volatile cõſtituitur per habere pẽnas, differentiã animalis (quod eſt ſuperius genus) diuiſiuã: quare ad vitandã diminutionẽ oportet, vt nulla huiuſmodi differẽtiarum prętermittatur. Siquidẽ prętermittitur, ſiquis accepto ſupremo genere, conſequenter aliquã differentiã diuiſiuam nõ quidẽ ipſius ſupremi generis, ſed alicuiꝰ inferioris accipiat. Nẽpe cũ animal veluti ſupremum genus accipiatur, ſi demum capiat quis diuiſionẽ alicuius de inferioribus generibus, nõ totum, quod ſub genere ſuperiore cõtinetur, ſub illa diuiſione cadet. Vt exẽplariter dicatur, nõ omoe animal eſt totalum, vel diuiſum pẽnis, q̃a animali nõ habenti alas, neutrum cõuenit. Vocatur autẽ animal totalum, quod habet totas alas integras, & cõtinuas, ſicut veſpertilio: diuiſum verò pẽnis appellatur animal, cuius alæ diſtinguuntur per diuerſas pennas, ſicut accipitris, vel corui. Oẽ itaq; animal volatile cõtinetur ſub altera harum differentiarum, eo quòd ſecundum prædictas differentias diuiditur hoc genꝰ, animal volatile: ſed prima, & immediata differentia animalis attenditur ex hoc, ꝙ omne animal ſub diuiſione cadit. Quotirca ſi aliquis io diuidendo ita procedat, quòd totum ſcilicet ſub partibus diuiſionis contineatur, poterit ille cognoſcere, nil eſſe relictum ex ijs, quæ ſuut neceſſaria ad definiendum: alioquin ſi aliter procedatur, neceſſe eſt, quòd aliqua relinquantur, atque ideo non cognoſcat homo ſe integraliter definiſſe.

Tex. 24. *Ad conſtruendam definitionẽ per diuiſionem tria ſunt obſeruanda, primò ut ſumantur prædicata in eo quod quid eſt, ſecundo ut ordinetur quid eorum primum, aut ſecundum: tertio ut ſumantur omnia ad quod quid eſt pertinentia, nec ullum eorum prætermittatur.*

Dilucidatio. Primum horum trium, quę ſunt obſeruãda ad cõſtruendã definitionẽ per diuiſionẽ, diligenter obſeruat̃ per hoc, ꝙ homo inducere poteſt ſyllogiſmos, ꝙ id, quod aſſumitur inſit, ſicut in ſuperioribus dilucidatum eſt: ſed vt oſtẽdatur, ꝙ in eo, quodquid, obſeruatur ꝑ ea, quibus diſputat̃ ad problema de genere, de qua methodo in ſequentibꝰ breuis erit ſermo. Secundum aũt, quod eſt debita ordinatio partiũ definitionis, obſeruat̃, ꝓponendo ſemper ĩ definitione, id, à quo nõ conuertitur in exiſtendo conſequentia. Hoc enim ſemper prius eſt, puta cum dicitur, homo eſt animal greſſibile bipes. Nam ſi greſſibile bipes eſt, animal eſt, ſed non contra: quare animal tanquam primum, ſeu vt genus non incongruẽ ſumptum eſt Idẽ quoq; modꝰ obſeruãdus eſt in ordinatione inferiorum, & in ſecundo, et in tertio, necnon quarto, & quinto, ſi tot oportet definitionis partes eſſe.

eſſe. Tertium vero manifeſtum fit ex eo, quòd procedit diuidendo primum genus per primas differentias euacuâtes totũ diuiſum. Vt exemplariter dicatur, omne animal eſt rationale, vel irrationale, & accipitur id, quod quęritur definiri eſſe ſub altero mēbro puta ſub rationali, & iterũ illud mēbrũ eodē modo diuiditur, & alterũ eius ſumitur, & ſic procedendo donec veniatur ad differentiã vltimã admĩnus nobis cognitã, vtputa mortale: quæ tunc habetur, cũ definitum nulla ſpecifica differentia à tota collatione differt, hoc eſt, à ratione congregata ex omnibus partibus ſimul acceptis, ſicut homo nõ differt ſpecie ab aliquo eorũ, de quibus prędicatur animal rationale mortale. Quòd aũt hæc tria obſeruanda ſufficiant ad conſtruendam definitionē, declaratur, quoniã ſic nihil ſuperflui admittitur, ut patet ex primo: omnia nanq; accepta in eo quod quid eſt, ſunt, & nihil neceſſarij deficit, quoniã neque genus deficit, vt liquet ex ſecundo, quia genus primũ cum proprijs differentijs acceptũ eſt, neq; differentia aliqua deficit, vt ex tertio manifeſtũ euaſit, eo ꝙ poſt vltimã, nulla reſtat; alioquin ſequeref, ꝙ definitum ſpecie differret à tota collatione partiũ, cuius oppoſitũ dictũ eſt. Quocirca congrua via ad venandam definitionē, proceſſus eſt diuiſiuus, nõ ſyllogizãdo, quia apud Ariſtotelē ſecundo poſteriorũ hoc eſt repræhenſione dignũ. ſed colligendo, incipiendo a ſupremo genere, cũ cęteris cõditionibus modo dictis additis regulis ex problematibus topicis, de quibus etiã infra quoquo modo erit ſermo, & hęc eſt via cõpoſitiua. Nã quãuis diuiſiua dicatur, quia a diuiſione incipit, & diuidendo incedat: efficaciã tamē ex compoſitione ſortitur, & nõ ex vi diuiſionis. In cuius ſignũ ait Ariſtoteles ſecundo poſteriorũ, diuiſiones vtiles ſunt ad colligendũ quod quid eſt, ſed nõ ad demonſtrandũ ipſum: vt exēplariter dicatur, ſubſtantiarũ, alia corporea, alia incorporea, homo non eſt ſubſtantia incorporea; igitur corporea. Item corporearũ, alia animata, alia inanimata, homo nõ eſt ſubſtantia inanimata, igitur animata. Itidē animatarũ, alia ſenſibilis, alia inſenſibilis, homo nõ eſt inſenſibilis; igitur ſenſibilis. Inſuper ſenſibilium, alia rõnalis, alia irrationalis, homo non eſt irrationalis, igitur rationalis. Rationaliũ deniq;, alia eſt mortalis, alia immortalis, homo non eſt immortalis; igitur mortalis. Itaq; a primo ad vltimũ colligēdo omnia ſimul, homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis rationalis mortalis. Quare defecit Plato aſsignans congruã viã venandi quod quid eſt, ſeu definitionē eſſe ſimpliciter diuiſiuam: ſed intollerabilius errauit Hipocrates dicens, illam ſore demonſtratiuam, vt ex ſecundo poſteriorum manifeſtum euaſit.

Tex. 25. *Difficillimum eſt, conſtruere definitionem de definito, necnon deſcriptionem de eo quod deſcribitur.*

Dilucidatio. Quoniam declaratum eſt quomodo ſe habet definitio ad cõſtructionem, ideo nunc merito exponit difficultatē in conſtructione ipſius definitionis, docens difficillimum eſſe, definitionē de definito conſtruere. Nã illa omnia oportet ſyllogizare, quæ ſyllogizantur ad conſtructionē cæterũ prędicatorũ, & vltra ea adhuc aliquid aliud. Etenim oportet ſyllogizare, quoniam inſunt definito partes definitionis, quæ dictę ſunt in definitione, & hoc quantũ ad A conditionem accidentis, cuius eſſe eſt ineſſe: & quoniam genus eſt, quod in definitione aſsignatum eſt, quantum ad conditionem generis, & quoniã definitio eſt cõuertibilis cũ definito, quantũ ad conditionē proprij: & adhuc præter hæc oportet ſyllogizare, quoniã oratio definitiua ſignificat quod quid erat eſſe, & hoc quantũ ad conditionē definitionis, quinimo ultra cætera oportet cõſiderare an probè, atq; benè, concocteq; peregit. Niſi enim probè ſyllogizef, definitionē ſignificare quod quid erat eſſe definit, definitio erit immanifeſta, & fortaſſe ſuperfluũ aliquid habebit. Et ſicut dictũ ē de definitione: ita quoq; intelligēdũ dicimus de deſcriptione. Nēpe cõſtat ex aliquo loco generis, vel ex proprio genere, & ex aliquo loco differentiæ: ob quã cõpoſitionē difficillimũ eſt deſcriptionē conſtruere. Quippè B cum ſit oratio cõplexa ex aliquo loco generis, vel ex proprio genere, & aliquo loco differentię, multa oportet aſtruere. primum quidē, ꝙ partes inſint ſubiecto, quò ad conditionem accidentis: deinde ꝙ genus aſsignatũ in ea ſit proximũ, & nõ remotũ, vel extraneum: & adhuc præter hęc oportet ſyllogizare, ꝙ deſcriptio inſit ſoli, & nõ alteri a ſubiecto: quoniã cõuerſim prædicaf de re. Nõ enim ſufficit ineſſe ſoli, quia ſimum naſo ſoli ineſt, nõ aũt conuerſim: ergo opus eſt, ut inſit ſoli, atq; cõuerſim, quãtũ ad cõditionē proprij, & cõſequenter definitionis, quare difficillimum eſt deſcriptionem conſtruere.

Si contrarium propoſitæ ſpeciei eſt in contrario, propoſita ſpecies eſt in eodem. Tex. 26.

Nunc oſtendit quomodo definitio conſtrui põt quò ad eius partes, & cũ partes definitionis ſint genus, & differentia, declarat in primis quo nã pacto C genus conſtruemus, dicens: ſi contrariũ propoſitæ ſpeciei eſt in cõtrario, propoſita ſpecies eſt in eodē, & ſemper per propoſitũ intelligimus, ſpeciem, cuius definitionē propoſuimus inueſtigare, per cõtrariũ vero, ſpeciē cõtrariã, cuius definitio ſupponitur, vt propoſitio, ex qua inueſtigamus definitionē propoſiti. Vnde ſi albũ eſt in colore, nigrũ erit in colore. Itē ſi contrariũ propoſitę ſpeciei eſt in cõtrario (inquit) propoſita ſpecies erit in cõtrario, vt ſi iuſtitia accipiatur eſſe in virtute, vt in genere, iniuſtitia erit in vitio. Nam contrarię ſpecies in mortalibus ſunt in contrarijs generibus. Baſes autem problematum de genere (autore Themiſtio) ſunt quatuor, quarum prima eſt. Quòd genus ſit inſeparabile a re, cuius eſt genus, immo eius prędicatio ſit neceſſaria, quia ſi eſſet ſeparabile, eſſet accidens. D Secunda vero eſt, quòd prædicetur de toto eius ſubiecto, ſicut eſt prædicatio animalis de omni homine. Tertia eſt, quòd prædicatione ſit ſuper ſubiectum, hoc eſt, quòd ſit vniuerſalius illo, non illi æquale: ſicut animal ſuperat hominem, quia ſi eſſet æquale, eſſet proprium, aut differentia. Quarta denique eſt, quòd prædicetur de ſubiecto in eo quod quid ſit, quia niſi eſſet in eo quod quid ſit, non eſſet genus: & quando defuerit generi vna harum quatuor conditionum, interimitur eſſe genus, & non eſt verum ipſum eſſe genus, niſi inuentione omnium in eo.

Tex.27. *Si de altero contrario prædicatur differentia contraria, propoſita differentia, quæ eſt illi differentiæ contraria, prædicabi*- g *tur de propoſita ſpecie, quæ eſt illi contrario oppoſita.*

Dilucidatio. Nunc aſsignat modum, quo conſtruemus differentiam, dicens; ſi de altero cõtrario prędicatur cõtraria differentia, propoſita differentia, quę illi differentiæ contraria eſt, prędicabitur de propoſita ſpecie, quæ eſt illi contrario oppoſita, vt ſi iuſtitiæ pro differentia aſsignatum ſit ęqualitatis diſtributiuum, conſiderandum eſt, ſi iniuſtitię, quæ eſt iuſtitiæ contraria, conueniet contraria differentia, videlicet, diſtributiuum inæqualitatis. Nam ſi conuenit, differẽtia aſsignata, eſt benè aſsignata de propoſita ſpecie: qua propter cum genus, & differentiæ; partes definitionis, rectè aſsignatæ fuerint, manifeſtũ eſt, quoniam definitio, quæ aſsignata eſt, erit rectè aſsignata. Verum cum dictum eſt cõtrarias differentias de cõtrarijs ſpeciebus prædicari, nõ verificatur, niſi in F eodẽ genere ſint contraria. Ná neceſſe eſt ſpecificas differẽtias, contrarias eſſe, aut oẽs, aut quaſdã. Omnes quidem, vt in graui, & leui. Siquidem, genus quidem corpus, differentię verò; grauis quidẽ, craſſum, & deorſum ferri; leuis autem, tenue, ac ſurſum ferri; quaſdam autẽ, quoniam ipſius grauis differentia eſt, ſecundum naturam deorſum ferri, leuis autem ſecũdum naturam ſurſum ferri, vbi patet, ferri ſecũdam naturam, communem differentiam eſſe. Non ergo eorum omnes differentiæ ſunt contrariæ, ſed quorum genera ſunt contraria, nihil prohibet eandem differentiam communem habere, vt iuſtitia, & iniuſtitia, quæ ſub contrarijs generibus ſunt. Ná illa virtui animæ, & in genere virtutis eſt, hæc aũt vitium animæ, & in genere vitij eſt. Quare id animæ, diffe- G rentia de vtriſque dicitur, atque vtriſque communis eſt. Anima ènim vtriſq; communis differentia eſt. Quippe iuſtitia virtus animæ eſt, & iniuſtitia vitiũ animæ. Eſt autem differentia, quoniam ſeparat habitus animæ ab habitibus corporis, qui etiam ſunt virtus, & vitium. Nam ſanitas, & robur, virtutes corporis ſunt; morbus, & imbecillitas, uitia.

Tex.28. *Vel differentiæ propoſiti, & ſui contrarij, ſunt contrariæ, & genus idem, uel differentiæ, ſunt eædem, & genera contraria, uel differentiæ, & genera, ſunt contraria, nec eſt poßibile quartum aßignari membrum.*

Dilucidatio. Vel differentiæ propoſiti (inquit litera) & ſui cõtrarij, ſunt contrariæ, & genus idem, vt album, & nigrum, quorum eſt idem genus, & differentiæ, cõgregatiuum viſus, & diſgregatiuum viſus, contrarię, vel differentię eędem, & genera contraria, vt iuſtitia, & H iniuſtitia, quarum genera, ſcilicet, virtus, & vitium ſunt contraria, differentiæ eędem, quia animæ ſunt: vel differentiæ, & genera, ſunt contrariæ, vt virtus, & vitium, quorum genera, & differentię ſunt cõtraria. Eſt enim virtus bonum, quod reddit habentem perfectum; vitium autem malũ, quod reddit habentem imperfectum. Quartum vero membrum, ſcilicet, differentias, & genera eſſe eadem, eſt omnino impoſsibile Nam ſi genera, & differentię eędem eſſent, propoſiti, & ſui contrarij, definitio eadem, contrariorum erit. Quippe erit eadem definitio propoſiti, & ſui contrarij, quoniam erit eadem oratio ex genere eodem, & differentia eadem, hoc autem eſt abſurdum, ideo quartum membrum eſt penitus impoſſibile.

Difficilius eſt conſtruere, quàm deſtruere definitionem, ita & genus, atque differentiam. Tex.29.

Nunc comparat conſtructionem ad deſtructionem in definitione, ac in illius partibus, quoniã difficilius eſt conſtruere definitionem, quàm deſtruere, eo quòd ea, quę ſunt aſsignata in definitione, genus, ſcilicet, & differentia, non eſt facile (ut mox dicetur) ſumere. Inſuper quoniam in eo quod quid eſt, genus, & differentia prędicantur, quę cognoſcere non eſt facile: modo ſine ijs impoſsibile eſt ſyllogiſmum dialecticum definitionis fieri. Non enim definitionis ſyllogiſmus fieri poteſt, niſi cognoſcantur genus, & differentia, & niſi cognoſcatur genus, & differentiam ſimul coniuncta prædicari in eo quod quid eſt. Nam differentia abiuncta à genere, prędicatur in quale quid. Immo poſtquàm cognita erũt hæc duo, adhuc conſtruere definitionem eſt difficile: quia quędam etiam alia in eo quod quid eſt prędicantur. Nempe prędicantur in quid genus remotum, & differentia remota Eſt enim homo, ſubſtantia, corporea. Et prędicantur in quid genus proximum, & differentia proxima, quia homo eſt animal rationale mortale: & cum vtręque de homine prędicentur in quid, incertum erit, quę earum eſt hominis definitio. Pręterea facilius eſt vnum, quàm multa cõcludere, qui autem definitionem deſtruit, vnum, ſcilicet, deſtructionem definitionis concludit, & qui definitionem conſtruit, plura, ſcilicet, omnia, quę in definitione ſunt, concludit: ergo facilius eſt definitionem deſtruere, quàm conſtruere. Quippe eum, qui definitionem conſtruit, oportet omnia ſyllogizare, & oſtendere, quoniã inſunt propoſito, quę fuerunt poſita in definitione, quoniam niſi omnia ea ineſſent, non eſſet definitio, ad deſtruẽdam verò aſsignatam definitionem ſufficit demonſtrare vnum eorum, quę in definitione ſunt, non ineſſe definito. Nã vno eiecto, tota definitio ruit, quare facilius eſt definitionem deſtruere, quàm cõſtruere. Nempe ad hoc, vt definitio conſtruatur de definito, oportet oſtendere, definitionem ineſſe omnibus contentis ſub definito, & non ſufficit; quoniam ſubſtantia animata ſenſibilis bipes omnibus ineſt, quibus homo ineſt, & tamen non eſt hominis definitio, ideo oſtendere oportet, quòd conuertatur, ꝙ, videlicet, definitum inſit omnibus, quibus ineſt definitio, & contra, & quia aliquibus ineſt ſubſtantia animata ſenſibilis bipes, quibus homo non ineſt, ergo ſubſtantia animata ſenſibilis bipes, non eſt hominis definitio. Ad deſtruẽdam vero definitionẽ ſatis eſt oſtendere. ꝙ non cuilibet inſit, quibus definitum ineſt, vel ꝙ definitũ non omni inſit, cui omni ineſt definitio, ergo facilius eſt definitionẽ deſtruere, quã conſtruere. Non enim opus eſt ad deſtruendã definitionem oſtendere, quòd non omni, cui definitum ineſt, definitio inſit, & cõtra, cui omni definitio ineſt, non omni definitum inſit, quoniam ſiue oſtendatur hęc conuerſio, ſiue non, ad deſtruẽdam definitionem, ſufficit oſtendere, eam non omni ineſſe, cui omni definitum ineſt. Pręterea etiamſi definitio omni ei ineſt, quod eſt ſub nomine definiti, modò

non

non ſoli inſit definito, interempta eſt definitio, hoc pacto, ſubſtātia animata ſenſibilis bipes, nō eſt definitio hominis, quoniā omni homini cōpetit, ſed nō ſoli, auibus enim cōpetit, quarū nulla eſt homo, ergo ad interimendā definitionē ſufficit oſtēdere definitionē non ſoli ineſſe definito; ad cōſtruendam vero illam neceſſe eſt oſtendere, & quod omni definito inſit, & ſoli, ergo deſtruere definitionem facilius eſt, quàm cōſtruere, eo quòd in deſtructione definitionis non oportet hac cōuerſione vti: quia ad deſtruēdam vniuerſalem affirmatiuam ſufficit aſsignare inſtantiam, particularem negatiuam. Nam benè ſequitur, non omnis ſubſtātia animata ſenſibilis bipes eſt homo; ergo interimenda eſt hęc enunciatio, omnis ſubſtantia animata ſenſibilis bipes eſt homo: & quia ſufficit, non oportet vti conuerſione. Similiter & circa genus, & circa differentiam, quo ad facilem, difficilemq; conſtructionem, idem euenire dicimus. Nempe quemadmodum & in naturalibus facilius eſt corrumpere, quàm facere: ita & in genere, & differentia contingit. Nam ad conſtruendum genus oportet oſtendere, & quoniam ineſt omnibus, & ꝙ de illis pręd icetur in quid: ad deſtruendum verò ſufficit oſtendere, quoniam uel nulli ineſt, vel non omni ineſt; ergo facilius eſt deſtruere, quàm conſtruere genus. De differentia autem neceſſe eſt oſtendere, & quòd omni inſit definito, & quòd abiuncta à genere pręd icetur in quale quid de definito, quoniā ex ſua definitione de eo prædicatur in quale eſſentialiter: ad eam verò deſtruendam ſatis eſt oſtendere, quòd aut nulli ineſt, aut non omni ineſt; ergo facilius eſt deſtruere, quàm conſtruere differentiam. Itidem & circa proprium ſe habet, quò ad facilem, difficilemq; conſtructionem, ſicut in definitione modò dictum eſt. Quippè vt plurimum in oratione cōpoſita ex aliquo vice generis, et ex aliquo vice differentiæ, proprium de ſpecie aſsignatur: vnde quæ de definitione dicuntur omnia ferè de proprio aſsignātur. Dico ferè, quoniā definitio pręd icatur in quid, proprium verò in quale accidentale: ſed difficilius eſt conſtruere, quàm deſtruere definitionem; ergo ſimili ratione & proprium, difficilius eſt conſtruere, quàm deſtruere.

Tex. 30. Dilucidatio.

Omnium problematum facillimū eſt definitionem deſtruere.

Nunc comparat definitionem ad cætera problemata, cuiuſmodi ſunt problemata generis, differentiæ, proprij, & accidentis, dicens. Omnium problematum facillimum eſt definitionem deſtruere. Nam ad plura citius, et facilius fit ſyllogiſmus deſtructiuꝰ. Nempe veriſimile eſt in multis, quàm paucis peccatum fieri. Qui enim cęleriter longiorem pertranſit viam, plures caſus incidit, quàm qui tardè breuiorē peragrat: at conditiones ad definitionem requiſitæ ſunt plures. Requiritur nanque ad definitionē perfectam, vt cum definito conuertatur, vt differentiæ ſint eſſentiales, vt voces, quę in ipſa definitione ſunt, non æquiuocæ, nec multiplices ſint, & alia plura. Quo fit vt ad conditiones ad definitionem requiſitas citius, & facilius fiat ſyllogiſmus deſtructiuus: quare omnium problematum facillimum eſt definitionem interimere. Cōditiones autem præcipuæ, & generales, quibus (vt Alexander inquit) argumētari poſſumus aſsignatam definitionem nō eſſe bonam,

A aut non rectè aſsignatam, ſunt quinq;. Prima, quando definitio non pręd icatur de quolibet contento ſub ſpecie, tunc eſt prima pars, qua interimitur definitio, cuius cauſam aſsignat Alexander. Tunc definitio non prædicatur de quolibet contēto ſub definito, cum non penitus naturam definiti ſignificat, ſed aliud quoddam. Si enim animal rationale mortale definitio hominis eſt, debet de omni homine prædicari. Secūda pars, qua interimitur definitio, eſt, aut quia non accepit genus in definitione, ſub quo ponitur ſpecies, quę definitur, cum ſit in genere. Nam ſi non eſt in genere, non eſt neceſſe, vt Deus, qui eſt extra omne genus, definitur ab Ariſtotele duodecimo methaphyſicæ: verumtamen in eius definitione non eſt acceptum genus. Vel ſi poſuit ſpeciem in genere, & nō in proprio genere poſuit:

B ſed in remoto, vel in analago etiam interimitur definitio. Immo oportet adiungere differētias, quibus genus fiat proprium, atque accommodatū ſpeciei: alioquin definitio nō eſt aſsignata per propria, ſed per quędam communia. Nam maximè eorum, quæ ſunt in definitione, genus videtur, definiti ſubſtantiam, atque eſſentiam ſignificare, ergo cum ſpecies, quæ definitur, habuerit genus, oportebit in eius definitione accipi genus: alioquin prætermittetur id, quod videtur maximè ſubſtantiam ſignificare. Nempe genus, eo quòd ab illo, quod eſt in re potētiale, ac per hoc à materia ſumitur, indicat ſubſtantiam definiti, quæ eſt materia: ſicut differentia, quæ ab eo, quod eſt in re actuale, aut forma ſumitꝰ; ideoq; ſubſtantiam definiti, quæ eſt forma, ſignificat. Sed

C ideo genus maximè ſubſtantiam ſpeciei ſignificare diximus, quia & ſecundum rem, & ſecundum modum, eſſentiam rei ſignificat. Secundum rem quidē, quoniam eſt ſignificans ad minus implicitè totam eſſentiam rei. Secundum modum autem, quia prædicatur in eo quod quid eſt at differentia etſi ſecundum rem ſaltem implicitè totam ſubſtantiam rei ſignificet, tamen cum prædicetur in quale, per modū quoque qualitatis pręd icatur. Tertia pars earum, quibus interimitur definitio, eſt, cum aſsignata definitio de ſpecie, non eſt conuertibilis cum ſpecie: ſicuti ſi aliquis definiens hominem diceret, hominē eſſe animal pedeſter bipes. Hęc enim definitio non eſt propria hominis, quoniam non conuertitur. Sanè neceſſe eſt definitionem conuertibilem eſſe cum definito, quemadmodum & ipſum proprium, à quo

D diſcrimen habet, quia proprium non indicat quid eſt eſſe rei, ſicut definitionem facere conſtat. Quarta pars earum, quibus aſsignata interimitur definitio, eſt, quia etſi omnia, quæ dicta ſunt faciens, non determinauit, neque dixit quod quid erat ipſi definito, interimitur definitio, quia etſi de quolibet pręd icetur, de quo definitum, & ſi genus proprium, & differentias addens, & conuertibilem orationem cū definito aſsignans, & non dixit quod quid erat eſſe, non propriè aſsignauit definitionem, ſed deſcriptionem. Qui enim definiens hominem dixit hominem eſſe animal rectè ambulans, habens vngues latos, caluum, ventroſum, omnia quidem obſeruauit, quę diximus, non tamen definitionem fecit, ſed de-

ſcriptio-

ſcriptionem, accipiens accidentia: idcirco non manifeſtauit intrinſecè naturã definiti, nec quod quid E erat eſſe illius. Quinta pars, qua interimitur definitio, eſt, quoniam etſi determinauit quod quid erat ipſi definito, non tamen benè determinauit ipſum quod quid erat eſſe rei, quæ definitur. Quod certe euénit, quando definitio competit omni contento ſub definito, & datur per proprium genus, & non per genus remotũ. & eſt propria rei, quę definitur, & dicit quod quiderat eſſe definito, verumtamen non datur per genus, & differentias manifeſtiores definito. Sunt enim nonnullę definitiones, quę quatuor primas habent partes, ſed quoniam generant obſcurum, atque confuſum intellectũ illius rei, quæ definitur, dicuntur non benè aſsignatæ, quia datur definitio cauſa innoteſcendi definitum. Tertius autem modus differt à primo, quia primus eſt ex eo, ꝙ definitum ſe habet in plus quàm aſsignata definitio, quoniam competit aliquibus, quibus non compe- F tit definitio: tertius vero ex eò, quia definitio ipſa ſe habet in plus quàm definitum, quoniam competit definitio ipſa aliquibus, quibus non competit definitum. Quare ex ijs conſtat, quòd ſi definiens in definitione amplius dixit, quàm oportet, interimitur definitio. Nam omne quod ſuperadiectum eſt in definitione, vltra genus, & differentiam, ſuperfluum eſt.

Tex. 31. *Oportet definientem planiſsimâ interpretatione uti.*

Dilucidatio. Nunc breuibus, quantum poſsibile eſt, enumerãdæ, & enucleandę ſunt partes, & conditiones ſpeciales, præter generales paulo ante aſsignatas, quibus interimitur definitio. Agè itaque cum definiens obſcura interpretatione, hoc eſt, definitione vtitur, non benè definit. Nanque oportet definientem, vt contingit, quàm clariſsima definitione vti, eo quòd G cognoſcendi gratia datur definitio, vt tamen contingit, quia quantum permittit definitum, clariſsimè aſsignanda eſt definitio. Sanè nec æquè clara definitione definiuntur ſubſtantiæ ſeparatæ, nec res paruæ entitatis, ſicut res ſenſibiles. Subſtantiæ enim ſeparatæ ob excellentiam, qua intellectũ humanum ſuperant, non perfecta definitione definiuntur, nec res paruæ entitatis; atque ideo parum cognoſcibilitatis, clara definitione definiri poſſunt, ſed hæc quã tum permittit natura rei, quæ definitur, tantum clarè definiuntur.

Tex. 32. *Si in definitione ponatur æquiuocum, non benè aſsignatur definitio.*

Dilucidatio. Si quod dictum eſt in definitione, aut vt genus, aut vt differentia, ęquiuocum ſit definito, non benè H aſsignatur definitio, vt ſiquis definiens generationẽ dicat, quoniam generatio eſt ductio ad ſubſtãtiam, necnon definiens ſanitatem dicat, quoniam ſanitas eſt commenſuratio calidorum, & frigidorum. Nempe ambæ hę definitiones, obſcurę ſunt, nam ductio, & commenſuratio, quæ in defioitionibus ſumũtur, vt genera, æquiuocæ voces ſunt, ideo concludit obſcuritatem. Nanque ductio, nonc ductum, nunc educationem, nunc viuendi regulam, & dietam, eſt ſignificans, commenſuratio quoque nunc debitam, & elegantem magnitudinum rationem, proportionemque, nunc contemperationem qualitatum, atque humorum ſignificat.

Tex. 33 *Si definito multipliciter dicto diuidens non dixit, non benè aſsignatur definitio.*

Dilucidatio. Cum definitum multipliciter dicitur, diuidens tale definitum in ſua ſignificata, ſi non dixit ſignificatum, cui definitio competit, nõ benè definiuit: vt ſi definiens canem, diceret, canem eſſe animal pedeſtre latrabile. Nam immanifeſtum eſt, cum non ſit facta diuiſio, cuius nam ſignificati ſit aſsignata definitio. Maximè enim contingit definientem increpari, ac redargui, cum latet æquiuocatio, oſtendendo definitionem aſsignatam non modo nõ eſſe bonam, ſed nec definitionẽ, eo quod non omnibus cõgruit, quæ nomen ſignificat, vt definitio canis, nec ſtellæ, nec marino piſci competit; ergo non modo non benè definitur, ſed nec ſimpliciter definitur. Quòd & idẽ erit cum definiens, quoniam multa ſignificat, ipſum, definitum, non ignorauerit.

Tex. 34. *Si definiens aliquid ſecundum translationem dixit, non benè definit.*

Dilucidatio. Si definiens aliquid ſecũdum metaphoram in definitione dixit, hoc eſt, ſi accepit aliquod nomẽ generis, vel ſpeciei in definitione ſecundum translationem. Nam metaphora (autore Alexandro) eſt, quando aliquod nomen de aliquo propriè dicitur, de altero autem non propriè, ſed per quandam cõparationem, vt ridere propriè dicitur de homine, qui os dilatat, translatitiè verò, ac impropriè de prato, cum aperire folia incipit, quo pacto dicitur terra, nutrix, per comparationem ad matrem, quę propriè filios alit, ac nutrit, ſic ex terra omnium viuentium nutrimentum accipitur. Scientia quoque, qualitas indecidua trãslatitiè vocatur, quia quod ſemel ſcitur, non poteſt aliter ſe habere. Vbi patet in definitione translatitia terrę, nomen nutrix accipi loco generis, & in definitione ſcientię, nomen indecidua, accipi loco differentiæ. Quę ratio docet has definitiones non eſſe bene aſsignatas: quia omne quod ſecundum metaphoram dicitur, vt potè, quia neſcitur, qua ſimilitudine transferatur, remanet incertum, & obſcurum.

Tex. 35 *Si definiens non uſitatis nominibus utitur, non benè aſsignatur definitio.*

Dilucidatio. Si definiens non vſitatis nominibus vtitur, non benè definiuit, hoc eſt, ſi innouatis nominibus, & inſuetis in definitione vtitur, quo modo Plato definiuit medullam, oſsigenium, eo quòd ex oſſe medulla gigni videtur, aut potius quòd medulla gignit os. Nam omnis dictio inſueta, obſcuritatem generat in definitionibus. Quędam autem ſunt cauſę obſcuritatis in definiendo, quæ neque ſecundum ęquiuocationem, neque ſecundum metaphoram, neq; inſueta; immo aſſueta ſecundum vocabula. ſed inſueta ſecundum modum dicendi dicuntur. Vt ſi definiatur lex, imago eorum, quę natura ſunt iuſta. Sanè imago non eſt nomen fictum, aut innouatum, aut inſuetum ſecundum vocabulum: ſed quia non eſt in vſu ad eum modum, quo intelligit ille, qui legem definit, dicitur inſuetum ſecundum modum dicendi. Nã imago id eſt, cuius generatio per imitationem eſt. Imago tua in ſpeculo teipſum imitatur, vt veſtigiũ veritatem, atque ad hoc gignitur: ſicut echo imitatur

tur

tur veram vocem, ſic & vnaquæque imago, imitatur. Huiuſmodi quoque inſueta ſecundum modum dicendi ſunt deteriora ad definiendum ijs, quæ dicuntur ſecundum metaphoram. Nam metaphora facit quodam modo notum, quod aſſignatum, & per ſimilitudinem definitum eſt. At quod inſuetum eſt ſecundum modum dicendi, nullo modo facit notum, quod definitur per ipſum; igitur inſueta huiuſmodi ſunt deteriora metaphora, immo & æquiuocis, quoniam qui ęquiuocatione vtitur, per analogiam ad principale, & notius, definitum exponit. Nempe qui dicit accidens, ens alteri inhærens, licet vtatur ęquiuoco, quod eſt ens: tamen vtitur eo in analogia ad ſubſtantiam, quę eſt principale entis ſignificatum.

Tex. 36.

Si non eſt manifeſta contrarij ratio, ex eo quòd definitur contrarium, non benè aſsignatur definitio.

Dilucidatio.

Si aliqua definitio aſsignetur, ex qua non eſt manifeſta contrarij definitio, aſsignata definitio nō benè aſsignatur: quoniam obſcura eſt. Quod intellige (vt Alexander exponit) quādo id, quod definitur, habet contrarium: quòd ſi non habet, ceſſat conſideratio. Contrariorum nanque idem eſt genus, & differentiæ contrariæ, & ſic ex definitione huius cōtrarij habetur mox genus alterius, quòd cum illud commune genus diuidetur, ſtatim patebit differentia contrarij, vt ſi virtus eſt habitus animæ benè affectæ, vitium erit habitus animæ malè affectæ.

Tex. 37

Si per dicta non ſit manifeſtata, cuius eſt definitio, non benè aſsignatur definitio.

Dilucidatio.

Si definitione per ſe dicta non manifeſtatur, cuius eſt definitio, ſed vt exprimatur cuius eſt definitio, aliquid addi oportet, non eſt benè aſsignata talis definitio, vt ſi aliquis definierit hominem, eſſe animal bipes, non benè definiuit, quoniam ſumpta per ſe, ac ſeorſum, illa oratione, animal bipes, & nō cum ſuo definito, ex ea ſola nō habetur quòd ſit hominis, cum poſsit eſſe auis: ſed oportet addere rationale mortale, & tunc hęc oratio, animal bipes rationale mortale, erit benè aſsignata definitio, quia ex ea ſola, ac ſeorſum ſumpta, ſtatim habetur, quòd ſit hominis, & non alterius definitio.

Tex. 38

Si in definitione accipitur aliqua dictio, qua & ablata, reliqua definitio perfecta fuerit, & definitio; illa dictio erit ſuperflua.

Dilucidatio.

Nunc tranſijt ad conditionem ſuperfluitatis, dicens. Quando ſumitur in definitione aliqua dictio, qua & ablata reliqua definitio perfecta fuerit, & definitio, erit illa dictio ſuperflua: ſicuti definiēdo hominem, dixerit, animal rationale mortale ſenſibile. Senſibile enim omnibus ineſt ſpeciebus, quæ ſunt ſub eodem genere, & equo, & boui, & cæteris omnibus, quę ſub animali ſunt, ſpeciebus, ideoque ſuperfluum eſt. Quippe neceſſe eſt, genus, quod ponitur in definitione, ab alijs, que non ſunt ſub eodem genere ſeparare, differentiam autem ab omnibus alijs, quę ſunt ſub eodem. Quare ſenſibile, quod omnibus, quę ſub animali exiſtunt, ineſt, ſuperuacaneum eſt.

Tex. 39.

Si proprium eſt, quod appoſitum eſt, & indicat ſubſtantiam ſuperflue erit appoſitum.

Dilucidatio.

Ratio huius literæ eſt, quoniam ablato illo proprio, & reliqua definitio propria eſt, id eſt conuertibilis cum definito, & indicat ſubſtantiam rei, quod dicitur, quia non ſufficit, vt definitio ſit propria: ut ſi in definitione hominis, ſcientiæ ſuſceptiuum appoſitū fuerit, dicaturq́; , homo eſt animal rationale mortale ſcientiæ ſuſceptiuum, quod poſtremum eſt hominis proprium, in eiuſque definitione, ſuperfluè eſt appoſitum. Vnde omne illud erit ſuperfluū in definitionibus, quo ablato a reliquo, ſufficienter manifeſtatur ſubſtantia definiti: ſed adiectum eſt, ſufficienter, quia remoto genere, differentia manifeſtat definitum, non tamen ſola differentia eſt definitio, ſed dempto genere, differentia non ſufficienter manifeſtat definitum. Similiter dempta differentia, genus manifeſtat definitum, non tamen ſolum genus eſt definitio, quia non ſufficienter manifeſtat definitum.

Tex. 40

Si quippiam eorum, quæ ſunt in oratione, non omnibus ineſt, quæ ſunt ſub eadem ſpecie, cuius definitio aſsignatur, hæc definitio non benè aſsignatur, necnon ſi quid eorum, quæ ſunt in definitione, non omnibus ineſt, quæ ſunt ſub eadem ſpecie, talis peius definit, quam qui uſi ſunt, quod ineſt omnibus, quæ ſunt.

Dilucidatio.

Si aſsignatę, alicuius, definitioni, aliquid, quod non omnibus ineſt, quę ſub eadem ſpecie ſunt, cuius definitio aſsignatur, fruſtra, ac ſuperfluum tale erit. Et quidem peius ea oratione, quæ aliquod appoſitum habet, quod omnibus ineſt. Sanè dictū eſt, ſuperfluum in definitione id eſſe, quo ablato, reliqua oratio propria eſt definitio, & ſubſtantiam illius ſignificat: ſed ablato hoc addito, quod in minus eſt, quàm definitum, reliqua oratio propria eſt definito, & ſubſtantiam definiti ſignificat, ideo patet illud eſſe ſuperfluum. Quòd peius definiat, quàm qui accipit in definitionibus aliquod commune, ſeu tranſcendens, quod ineſt omnibus rebus mūdi, probatur: quoniam commune per determinationem tandem fit conuertibile, & ſic tota definitio fit conuertibilis; ſed definitio in qua ponitur, quod non cōuenit omnibus, nunquam poteſt fieri propria, & conuertibilis. igitur, & cętera.

Tex. 41

Si idem frequenter dixit in definitione, non benè definit.

Dilucidatio.

Qui definiendo idem ſępenumero ponit in definitione, hic non benè definit: quia peccat in ſuperfluitate, cum accipiat aliquid in plus, quàm ſit neceſſarium in definitione. Veluti qui definiendo virtutem dixit, virtus eſt habitus exiſtens in medio exceſſus, quàm defect⁹ melior, hic nō benè dixit, quia bis dixit, melior. Nam omne quod eſt medium, eſt & melius, quare ſuperfluit, melior. Similiter exceſſus, & defectus ſuperflua ſunt, quoniam cum dixit mediū, ſignificauit, quòd nec excedat, nec deficiat.

Tex. 42

Si uniuerſali dicto addit & particulare ſub illo uniuerſali contentum, ſuperfluum eſt.

Dilucidatio.

Si in definitione aliquid ſumitur vniuerſaliter, & illi additur aliquod particulare, quod cōtinetur ſub illo vniuerſaliter dicto, non benè aſsignatur definitio: quoniam illud particulare eſt ſuperfluum. Vt ſi clementiam definiens, dixit, eſſe imminutionem expedientium, & iuſtorum, iuſtum eſt ſuperfluè appoſitum. Nam omne iuſtum eſt expediens, ſed non conuertitur, quare continetur in expediente tanquam

qui benè affectum habent intellectum, quales ſunt ſapientes, notum eſt.

Tex. 45. *Si eodem uſus eſt ei, quod definitur, non ex prioribus definiuit.*

Dilucidatio. Si definiendo dicatur, mens eſt intellectus aię, idē per idē definitur: at quū nihil ipſum ſeipſo prius eſt, aut poſterius, ideo rectè docet hęc litera eū ſic definientē peccare. Quod quidē ē interdū latens huiuſmodi pctm̄. Quādo enim in definitione accipiť aliquid idē definito, ſed ſub alio nomine, tunc ꝓculdubio latet; vt ſi ſolē ſtellā in die apparentē, definierit: quare vtitur eodē definito, ſed ſub alio noīe, qm̄ lucens, vel apparens in die, idē eſt, ꝙ ſol. Oportet aūt ad depræhēdenda talia vitia latentia in definitione, vt fiant clara, & aperta, ſumere ꝓ noīe orationē illius noīs definitiuā, vt in data definitione ſolis vtiť ſole in obliquo, hoc pacto, ſol eſt ſtella lucens in latione ſolis. Nā dies eſt ſolis latio ſuper terram. Quāquam autem omnis definitio idem ſit re ipſa definito, non tamen ſecundum nomen, eſt idem ei, vt tanquam ſynonyma ſint: ſed differunt (vt in ſuperioribus dictum eſt) ſecundum confuſum, & diſtinctum.

Tex. 46. *Si quod è diuerſo diuiditur, illud quod è diuerſo definiuit, ex prioribus non definiuit.*

Dilucidatio. Nanq; ſimul natura ſunt, quæ ſub eodē genere ē diuerſo diuiduntur; ideo ſi quod ē diuerſo diuiditur, illud quod ē diuerſo definiuit, ex prioribus hoc definiuit; vt impar eſt, quod vnitate maius eſt pari. Impar enim, & par ē diuerſo diuiduntur, quia ambo numeri differentię ſunt, quę ſub numero adminus bteraliter continentur; quare neutrum neutro definitione prius eſt.

Tex. 47. *Si per inferiora, ſuperiora definiuit, non ex prioribus definiuit.*

Dilucidatio. Quādo per inferiora, ſuperiora definit, nō ex prioribꝰ definit, vt numerus eſt, q bipartitè ſecať. Nam bipartitè ſumptū eſt à duobus, quę paria ſunt. Idem enim eſt bipartitum, quod in duo partitū: duo autē inferiora ſunt ipſo numero pari. Quippè ſub pari ſunt & tripartitū, quadripartitū, & id genus, vnde & qui bipartitè vtitur in definitione paris numeri, ponendo loco nominis definitionem, & pari vtitur: eo quòd bipartitè ſecari ſignificat in duo ſecari, duo autem paria ſunt, quare idem accipietur in definitione ſeipſius.

Tex. 48. *Si cum res eſt in genere, & in ratione quid eſt, non ponitur genus, & propriū genus eius, quod definitur, ſed tranſcendens, ſeu remotum genus dixit, peccatum eſt.*

Dilucidatio. Si cum res eſt in genere, nō ponitur genus in ratione quid eſt, pctm̄ ē, vt ſi definierit hoiem dicens, hō eſt ſciens numerare, ſolus enim homo inter animalia ſcit numerare; in qua definitione omittitur genus, atq; ideo in ea peccatur: eo ꝙ genus vult ipſum quid ē ſignificare, ac per hoc primū ſupponitur eorum, quæ in definitione dicuntur: differentia autem ſignificat quale quid, ideo nō eſt primū eorum, quæ in definitione ponuntur. Primum enim oportet dicere quid, deinde quale quid, quoniam ex ambobus eſt vniuſcuiuſq; quod quid erat eſſe. Inſuper ſi non poſitum eſt, quod definitum eſt in proprio genere, ſed in genere extraneo, atq; alieno, peccatum eſt in definitione. Non enim definiuit virtutem, qui eius

A orationem definitiuam aſsignauit ſubſtantiam in ratione diſtribuendi ius vnicuiq;. Quo verò modo cognoſcere poterimus, ſi datum genus, proprium, vel extraneū eſt, ex prædicabilium tomo ſatis elicitur. Præterea ſi tranſcendens, ſeu remotum, qui definiuit, & non proximum, ſiue immediatū genus dixit,

B peccauit, vt qui definiendo dicit, iuſtitiam eſſe habitum diſtributiuum æqui, non definit: quia prætermiſit virtutem, quæ eſt proximum genus iuſtitiæ, & accepit habitum, eius genus tranſcendens, ac remotum. Nam per genus proximum, quod prædicatur in quid, ſubſtantia eius, quod definitur, proximè deſignatur: ſed per genus remotum, non ſolum ſubſtantia eius, quod definitur, ſed multorum aliorum, quæ ſub illo genere continentur, communiter deſignatur. Qui autem definitum in proximo genere poſuit, omnia ſuperiora genera dixit, eo ꝙ omnia ſuperiora genera de inferioribus prædicantur, & actu in inferioribus ſunt; inferiora vero genera non ſunt niſi in potentia in ſuperiore. Si autem proximum genus fuerit ignotum, eique nomen non ſit inditum, omnes differentias ſuperiori generi, quod remotum, ac non proximū, vel tranſcendens dicitur, addendum eſt, ſemper vniuerſaliori minus vniuerſalem addendo, per quas definitur proximum genus; & ita nihil erit (vt dictum eſt in ſuperioribus) prætermiſſum: ſed pro nomine generis proximi, quod ignoratur, in oratione definitiua dictum erit inferius genus proximum, quoniam ſua definitio accipitur pro nomine eius.

C *Si rei non definiuit ſpecificis differentijs, ſed tranſcendentibus; aut ſi omnino aliquid huiuſmodi dixit, quod nullius contingit differentiam eſſe, interimenda eſt definitio.* Tex. 49.

Dilucidatio. Qui definiendo accepit in definitione pro differentia aliquid, quod ſimpliciter nullius eſt differentia, aut accepit aliquid, quod eſt differentia quidem alicuius, non tamen ſpecifica, non definiuit, vt animal, vel ſubſtantiam. Nullum enim horum differentia eſt: animal enim, genus eſt ſubalternum, & ſubſtantia, generaliſsimum. Quando autem in definitione aliquid accipitur eum genere loco differentiæ, quod tamen ſub illo genere non habet aliquam differentiam ē diuerſo diuiſam, tunc differentia aſsignata non eſt differentia: quo pacto peccat, qui definiendo animam, dixit animam eſſe motum ſubſtantialem, quia non accepit differentiam, eo quòd ipſum ſubſtantiale ſub nullo genere ē diuerſo

D eſt diuiſum. Omnis nanque differentia definitiua eſt generis diuiſiua, & ſpeciei conſtitutiua. Hinc arguitur, ſi differentia appoſita generi, non facit ſpeciem, perſpicuum eſt, quoniam non erit hæc ſpecifica differentia. Omnis enim ſpecifica differentia cum genere, ſpeciem facit: & hoc modo errauit, qui dixit definiendo hominem eſſe animal habens naſum curuum. Curuum nanque ē diuerſo diuiditur ſimo, verum curuum cum animali ipſo cōpoſitū, ſpeciē non facit, & propterea interimēda eſt definitio. Quocirca ſimum, quod curuo ē diuerſo diuiditur, quia non eſt ſpecifica differentia, nec curuum erit ſpecifica differentia. Eſt enim regula, duarum differentiarum ē diuerſo ſub eodem genere

diuiſarum, ſi altera earum non fuerit ſpecifica differentia, nec altera earum erit ſpecifica differentia. Si eſt quidem e diuerſo diuiſa differentia, non verificatur autem ſub disiunctione vna cum altera, cui e diuerſo eſt diuiſa, de genere, id quod pro differentia eſt aſsignatum, non erit differentia: vt ſi quis hominem definiret eſſe animal cõtiguum. Quippe eſt aliquid quidem e diuerſo diuiſum ipſi contiguo, vt puta cõtinuum: at quia neque contiguum, neq; continuũ ſub disiunctione ſimul ſumpta de animali verificantur, neutrum eorum eſt animalis differentia. Sanè omnes ſub disiunctione ſimul acceptæ, quæ e diuerſo diuiduntur differentię, verificantur de proprio genere. Nam animal aut rationale, aut irrationale eſt.

Si definiens aliquam ſpeciem accipiat in definitione negationem, ut differentiam propoſiti generis, non definit.

F Non definiunt, qui lineam definiunt eſſe longitudinem ſine latitudine. Nempe nil aliud ſignificat, cũ in definitione lineæ dicitur, ſine latitudine, quàm quoniam non habet latitudinem, vt ſit cõtradictio habere latitudinẽ, & non habere latitudinem, hac ſuppoſitione conceſſa propoſitum intentum hoc pacto ſyllogizatur, omnis longitudo eſt habens latitudinem, vel non habens latitudinem: genus lineæ eſt longitudo, ergo genus lineæ eſt habens latitudinem, vel non habens latitudinem: tunc vltra, longitudo ſine latitudine eſt ratio lineæ, longitudo ſine latitudine prædicatur de genere (vt ſyllogizatum eſt) igitur in tertia figura, lineæ ratio prædicatur de genere, quod eſt abſurdum, quia tunc ſpecies eſſet prædicatum de genere. Similiter ſi dicatur, negationem eſſe differentiam in definitione, non ſequitur genus G ſuſcipere rationem ſpeciei, ſed etiã differentiæ, qua diuiditur: eo quòd altera dictarum differentiarum ex neceſsitate prædicatur de genere, cum altera ſit affirmatio, altera negatio, & quæcunq; earum prędicatur de genere, habebitur abſurdum, quòd, ſcilicet, genus ſuſcipiet rationem differentię; quare non ſolum ſpecies, ſed & differentia prædicabitur de genere, quæ cum ſint abſurda, abſurdum erit, differentiam, quę accipitur in definitione lineę, aut cuiuſuis alterius eſſe negationem Nam rationale, & irrationale differentiæ ſunt contra diuiſæ: quia verò animalis ſunt diuiſiuę, & non conſtitutiuæ, ideoq; nec de animali prędicantur. Verum in quibuſdam neceſſarium eſt, negatione vti definientem, vt in priuationibus, cum definiuntur; quod per exemplum declaratur. Quippe cæcũ eſt, quod non habet viſum, quã H do natum eſt habere. Nã ſi priuatio definitur in cõcreto, ſemper ſubiectũ, cuius eſt priuatio, accipitur pro genere, vt animal in definitione cæci, & negatio pro differentia. Eſt enim cæcum, animal nõ habens viſum, aptum tamen habere: at ſi priuatio definitur in abſtracto, negatio in definitione loco generis, ſubiectũ, cuius eſt priuatio, loco differentiæ collocaſ, vt cęcitas eſt negatio viſus in animali nato habere viſum. Similiter etiã genus interdũ negatione diuiditur, ſcilicet cũ nõ oẽs differentiæ, quibus diuidiſ ſunt perſpicuę. Nã aial diuiditur per rationale, ſed quoniã differẽtia huic oppoſita affirmatiua non habet nomẽ impoſitũ, ideo per negationẽ accipitur: & ita aial diuiditur per rationale, & irrationale, eo q̃ iſt differentia e diuerſo diuiſa rationali perſpicua n on eſt. Cũ igitur altera differẽtia nõ fuerit nominata, ea negatione genus neceſſe eſt diuidi, ſine qua affirmatio, quæ eſt altera differentia, intelligi non poteſt, vt ſi longitudinem, quod eſt genus, definiuit aliquis dicendo, longitudinem eſſe habentem latitudinem, hæc definitio eſt incompleta: quia tamen habenti latitudinem e diuerſo diuiditur, non habens latitudinem, neque aliud quicquam eſt, cum quo diuidere genus poſsit, hac ratione fit, vt rurſum negatione diuidatur genus longitudo, & ita erit cõpleta definitio, quòd longitudo ſit habens latitudinem, vel non habens latitudinem.

Tex. 51. *Si quis definit, in definitione ſpeciem, ut differentiam, ſeu loco differentiæ aſsignant, interimenda eſt definitio.*

Dilucidatio. Qui conuicium, ſiue opprobrium, iniuriam cum irriſione definierunt, hi non definierunt. Nam irriſio non differentia, ſed quædam ſpecies iniuriæ eſt, vt patet ſecundo rhetoricorum. Inſuper ſi vocem eſſe aerem percuſſum, definierit, interimitur definitio. Nanq; genus vocis, eſt percuſsio, & non differentia.

Tex. 52. *Si in eo quod quid eſt, quod in definitione pro differentia acciperetur, prædicatur, interimenda eſt definitio.*

Dilucidatio. Omnis differẽtia in quale quid, & nõ in eo quod quid prędicatur, ideo nõ definit, qui dicit hominem eſſe animal humanũ. Nã humanitas in quod quid, & non in quale quid de homine prędicatur.

Tex. 53. *Si ſecundum accidens ineſt definito differentia, interimenda eſt definitio.*

Dilucidatio. Nulla differẽtia eſt eorũ, quę ſecũdũ accidens inſunt. Nõ enim cõtingit differẽtiã ineſſe, & nõ ineſſe ei, cuius eſt differẽtia, ſed ſolũ ineſſe, ac ſemper eſſentialiter prædicari de ſpecie, ſicut & genus. Quippè cũ accidens poſsit ineſſe, & nõ ineſſe ei, cui accidit, quod aũt eſt in ſubſtantia alicuius, inſeparabile ẽ ab ipſo: quare ſi aliquis definierit aliquã ſpeciẽ ſubſtantiæ, & acceperit in illius definitione aliquod accidẽs pro differentia, hic non definiuit: quia accepit aliquid pro eo, quod eſt in ſubſtantia, quod re vera nõ eſt ſubſtantia.

Tex. 54. *Si prædicatur differentia de genere, quod ponitur in definitione, uel ſpecies, aut aliquod eorum, quæ ſub ſpecie ſunt, de eo genere prædicatur, definiens ſpeciem per tale genus nõ erit definiens.*

Dilucidatio. Nullũ eorũ, quæ in hac litera dicta ſunt, contingit de genere prædicari, ſed magis e contrario, eo quod genus in pluſquam differentia, & quàm ſpecies, eſt, & de quàmplurimis prędicatur.

Tex. 55. *Si prædicatur genus de differentia quæ ponitur in definitione alicuius, interimitur definitio.*

Dilucidatio. Nanq; de differentia nõ prędicatur genus, ſed de quib' differẽtia videſ prędicari, vt aial de homine, boue, & de alijs greſsibilibus animalib': nõ aũt de ea differẽtia, quę de ſpecie dicitur. Nã ſi de vnaquaque differentiarũ aial prędicabitur, vt de pedeſtri, & bipede, & rationali, de ipſo homine pluries prædicaretur animal, ac multa eſſet animalia, quod eſt abſonum, & abſurdum: quoniam de quo prædicatur animal in eo quod quid eſt, illud eſt animal, ac prędicatur, animal, de pedeſtri, bipede, rationali, igitur

Tex. 50. Dilucidatio.

igitur erit & pedeſtre animal, & bipes animal, & rationale animal, quo fit, vt ſi homo, animal ſit pedeſtre, bipes, rationale, pluries de ipſo homine, animal prædicaretur, ac multa eſſet animalia.

Tex. 56. *Si ſpecies, aut inferiorum ſpecies aliquod de differentia, quæ in ſui definitione ponitur, prædicatur, interimenda eſt definitio.*

Dilucidatio. Si diceretur, homo eſt ſicuti Socrates, quia homo definitus, de Socrate prædicatur, qui in tali definitione ponitur vt differentia, ideo interimitur definitio. Eſt enim duplex differentia, altera ſubalterna, & hæc eſt in plus quàm ſpecies eo quòd de pluribus differentia iſta, quàm ſpecies prædicatur: altera ſpecialiſsima, quę cum ſpecie conuertitur. Quare de omni differẽtia dicamus, ſi ſpecies prædicaretur de differentia, ſequitur, vt differentia ſit ſpecies. Nam ſi de differentia prædicatur homo, vt de bipede, manifeſtum eſt, quoniam differentia eſt homo, & ſic bipes erit homo, & cum homo prædicetur de bipede, & non vt de indiuiduo, igitur vt de ſpecie hominis. Omne enim quod ita de aliquo prædicatur, de eo prædicatur, aut vt de ſpecie, aut vt de indiuiduo: quoniam de prædicatione per ſe, & propria in propoſito, eſt ſermo.

Tex. 57. *Si differentia, quæ in definitione ponitur, non eſt prior ſpecie, & poſterior genere, interimitur, definitio.*

Dilucidatio. Ratio huius literę eſt, eo quòd differentia diuidit genus, & conſtituit ſpeciem, & priora ſunt ſimpliciora compoſitis, vt literæ ſyllabis (ſicut dictum eſt in poſtprædicamentis) igitur & cętera. Differentia tamen eſt poſterior genere, quia ab ea non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia.

Tex. 58. *Si alterius generis, quod nec continet illud, cuius accepta eſt differentia, nec continetur ab eo, eſt dicta differentia, quæ in definitione ponitur, interimenda eſt definitio.*

Dilucidatio. Si aliquis definiret hominem eſſe animal grammaticum, interimenda eſt definitio, quoniam grammaticum eſt alterius generis ab animali, quia eſt de genere qualitatis: modo qualitas, nec continet animal, nec continetur ab animali. Nec eſt poſsibile, eandem differentiam eſſe duorum generũ omnino diuerſorum, neque ſub vno tertio exiſtentium. Quãdo enim genera ſunt diuerſa, nec ſubalterna, nec ſub vno communi genere contenta, tunc nequeunt ſub ſe continere vnam, & eandem differentiam. Nam greſsibile animal, & volatile animal, genera ſunt diuerſa, non continentia ſeinuicem ſubalternatim, & tamen quia illa ſunt ſub vno cõmuni genere animali, ideo vna, eademque differentia, videlicet bipes, ſub ambobus eſſe poteſt: quod fieri nequit, cum ambo ſub vno communi genere non ſunt contenta, vt patet de differẽtia ſcientię, quę vocatur theoricum, in ordine ad animal: quoniam nec animal, nec ſcientia ſub vno communi genere quouis modo ſunt contenta, theoricum differentia ſcientię, poteſt eſſe eis vna cõmunis differentia. Nec ob ipſum oportet omnem differentiam, proprium genus inferre, eò quòd eãdem contingit differentiam, eſſe duorum generũ, modò illa duo genera ſub vno cõmuni genere contineantur, ſed alterum tantum ſub diſiunctione, neceſſe ẽ inferre, vt bipes non infert greſsibile animal tantum, nec volatile animal tantum, ſed greſsibile animal, vel volatile animal.

A *Si aliquis aſsignat in definitione alicuius pro differentia, illius paſsionem, interimenda eſt definitio.* Tex. 59.

Dilucidatio. Si definierit hominem eſſe animal calidũ, aut frigidum, quoniam per paſsionem, quæ ſpectat ad corpus, definit, interimitur definitio, aut ſi dixerit, hominem eſſe animal amans, etiam non definit, quia per paſsionem definit, quę ſpectat ad animam. Nam omnis huiuſmodi paſsio, cum magis ſit, detrahit aliquid à ſubſtantia, ac differentia, eo quòd magis videtur ſeruare id, cuius eſt differentia, nõ detrahit à ſubſtantia; ergo differentia ſubſtantialis non eſt paſsio. Quippe impoſsibile eſt vnumquodque eſſe ſine propria differentia, greſsibili enim non exiſtente non erit homo: & vnumquodq; poteſt eſſe ſine ſua paſsione, ad minus ſecundum ſubſtantiam; igitur paſsio non eſt differentia. Quare ſi aliquam huiuſmodi differentiam in definitione aſsignauit, peccauit.

B *Data aliqua definitione de aliquo definito, inſpiciendum eſt, ſi ſecundum aliam quandam rationem poteſt propoſitum definitum dici magis manifeſtum. ſi enim eſſet aliqua alia ratione magis manifeſtum, non erit aſsignata ratio, eius definitio.* Tex. 60

Dilucidatio. Quippe cum ratio, quę magis manifeſtat propoſitum definitum, ipſa eſt propriè ipſius definitio, vt ſi definiret iuſtitiam diſtributiuam, eſſe poteſtatem æqui diſtributiuam. Iuſtus enim magis eſt, qui eligit æquum diſtribuere, eo, qui poteſt, & magis manifeſtatur per hoc, quod eligit ęquũ diſtribuere, quàm per hoc, quod poteſt æquum diſtribuere, eo quòd iuſtus maximè eſſet, qui poſſet æquum diſtribuere, quod eſt abſurdum, cum iuſtus magis ſit in eligẽdo, quàm in poſſe Sanè nõ qui poteſt, ſed qui eligit ex habitu ſtudioſius eſt; ergo iuſtitia magis manifeſta- C tur per hoc, quòd ſit electio diſtributiua ęqui, quàm per hoc, q ſit poteſtas diſtributiua æqui; quare non rectè definitur iuſtitia, poteſtas æqui diſtributiua.

Pro nominibus, quæ in definitionibus dicuntur, ſiue genera, ſiue differentiæ ſint hæc nomina, oportet accipere definitiones, & aſpicere ſi diſſonẽt, nã ſi diſſonãt rei, quæ definitur, uel cõtra aliquid rei, quæ definitur diſſonat eis, interimenda eſt definitio. Tex. 61

Dilucidatio. Si definiatur planta, animal radicatum in terra, interimitur definitio, quoniam ſi pro nomine animalis, quod accipitur vt genus in definitione plantæ, ſumatur definitio, videlicet, ſubſtantia animata ſenſitiua aliquid eſt in planta, quod tali orationi diſſonat, vt carentia tactus. Non enim planta ſentit, ſi pungatur; quare interimenda eſt talis plantæ definitio, quatenus planta diſſonat alicui, quod capitur in definitione animalis.

D *Si definitio ſuſcipit magis & minus, definitum autem nõ, aut contra, interimenda eſt definitio.* Tex. 62

Dilucidatio. Cum definitio, & definitum re ipſa ſint idem, oportet vtrunque intendi, & remitti, aut neutrum, ideo interimenda eſt hominis definitio (quę eſt animal album grammaticum) quoniã definitũ quidem homo, neq; magis, neq; minus recipit. Nõ enim eſt magis, vel minus homo: at album, & grammaticũ (quę in definitione ponuntur) & magis, & minus recipiunt; igitur interimitur definitio.

Si ſubiectum aſsignatum in definitione paſsionis, uel diſpoſitionis, uel habitus, aut cuiuſuis ſimilium, non fuerit ſuſceptiuum eiuſdem paſsionis, uel diſpoſitionis, uel habitus, aut ſimilium, interimenda eſt definitio. Tex. 63

Dilucidatio.

Quippè cum omnis paſsio, & omnis diſpoſitio, aut habitus, vel id genus, in ea re aptus ſit fieri, cuius E eſt paſsio, uel diſpoſitio, vel habitus, vel id gen⁹, proculdubio per eam rem erit aptus definiri: eò quòd omne quod definitur, ea ratione definitur, qua eſt, atque aptum eſt eſſe. Eſt enim definitio, ſermo explicatiuus quiditatis, & eſſentiæ, vt ſi quis definierit ſcientiam eſſe diſpoſitionem animæ, bene definiuit, nam in anima eſt ſcientia: ſed è diuerſo, ſi definierit ſomnum eſſe impotentiam ſenſus, interimenda eſt definitio. Etenim ſomnus paſsio eſt, non quidem ipſius ſenſus, ſed animalis, in quo eſt ſenſus. Cuius nanque eſt impotentia, eius utique paſsio eſt, ſed quoniam ſomnus eſt impotentia animalis, eò quòd ſomnus ſenſui non ineſt, ergo animalis, paſsio eſt.

Tex. 64. *Si unum oppoſitum per alterum definitur oppoſitum interimitur definitio.*

Dilucidatio.

Si vnum oppoſitorum per alterum definitur oppoſitum, vt per malum, bonum, dicēdo, bonum eſt F priuatio mali, interimitur definitio. Simul enim natura ſunt oppoſita; atq; ideo neutrum neutro prius eſt. Verũ omnia relatiuè oppoſita definiunt ſe mutuò. Nam hoc ipſum quod ſunt, eſt ad aliud ſe habere, & definitio, ipſius eſſe oratio explicatiua eſt; igitur non eſt poſsibile ſine altero alterum cognoſcere, nec definire.

Tex. 65. *Si quod definitur ſit ad aliquid, aut per ſe, aut ſecundum genus, & in definitione non eſt dictum id, ad quod dicitur, aut ſecundum ſe, aut ſecundum genus, interimenda eſt definitio.*

Dilucidatio.

Sanè eſſe formale relatiuorum, eſt ad aliud quodammodo ſe habere; igitur definitio de qua fit ſermo in hac litera, non ſignificat ſubſtantiam definiti; atque idcirco interimenda eſt. Verum relatiuorum, quædam ſunt per ſe, vt ſcientia, ſenſus, duplũ, G & cętera id genus: per ſe enim aſsignantur; ſcientia quidem ad ſcibile; ſenſus ad ſenſibile; & duplum ad dimidium. Quædam verò non per ſe, ſed ſecundũ genus, vt Geometria, Grammatica, Arithmetica, & id genus, quę ſecundum ſe non dicuntur ad aliquid, ſed gratia ſui generis (quod eſt ſcientia) ad aliquid ſunt, ſcilicet, ad ſcibile. Quo fit vt ſi aliquis ſcientiã definiuit, opinionem indiſſuaſibilem, vel appræhenſionem non aliter credibilem, interimenda eſt definitio. Nec enim vt per ſe ad aliquid definiuit ſcientiam, nec ſecundum genus, id eſt appræhenſionem, vel opinionē, quam accipit in definitione. Si enim aſsignaretur appræhenſio ad appræhenſum, vel opinio ad opinabile, eſſet vtique definitio bona. Itaq; oportebat dicere ſcientiam opinionem ſcibilis. Nã ſcientia ad ſcibile refertur per ſe, ad opinabile ſecun H dum genus, quod eſt opinio per hypotheſin. Similiter ſi grammaticam definiuit, ſcientiam literarum, interimenda eſt definitio. Nanque oportebat aſsignari in definitione id, ad quod grammatica ſecundum genus dicitur, quod eſt ſcientia, quæ dicitur ad ſcibile. Modo non eſt idem, ſcibile, & literæ: ideo quia grammatica ſecundum ſe non ad aliquid dicitur, ſed ſecundum genus, neceſſe erat in tali definitione ponere ſcibilis, & non literarum.

Tex. 66 *Si genus in definitione aſsignatum fuerit ad aliquid, & differentia aſsignata non fuerit ad aliquid, interimenda eſt definitio.*

Dilucidatio.

Eorum generum, quæ ſunt ad aliquid, & differētię ſunt ad aliquid, vt ſcientia, quę eſt genus, quod refertur ad ſcibile, differentiæ etiam, quibus diuiditur, ſunt ad aliquid. Sanè in differentijs, contemplatiua, actiua, & factiua, diuiditur ſcientia, & hæ ſunt ad aliquid: vt enim ſcientia eſt ſcibilis, ſic cōtemplatiua contemplabilis, actiua agibilis, & denique factiua factibilis. Quare ſicuti genus eſt ad aliquid, ita quoque differentiæ ſunt ad aliquid, atque idcirco ſi genus, quod ponitur in definitiōe, fuerit ad aliquid, & differentia eius non fuerit ad aliquid, interimenda eſt definitio.

Tex. 67. *Conſiderandum eſt, ſi oppoſiti contrarij, oppoſita eſt definitio, quia ſi non, interimitur definitio, ſi uerò ſic, conſtruenda.*

Dilucidatio.

Definitio contrarij eſt contraria definitioni alterius contrarij. Sanè ſint contrariè oppoſita, adiuuatiuum, & nociuum, aſsigneturque definitio adiuuatiui, quod ſit effectiuum boni, dico quòd ſi definitio nociui, quæ eſt effectiuum mali, ſit contraria definitioni adiuuatiui, definitio adiuuatiui erit bene aſsignata. Quòd ſi contrarij non eſt contraria definitio, ſaltem vel ſecundum genus, vt nociuum eſt corruptiuum boni, vel ſecundum differentiam, vt nociuum eſt effectiuum mali, interimenda eſt definitio.

Tex. 68 *Si duorum oppoſitorum ſecundum priuationem, & habitum, quod ſecundum priuationem oppoſitum eſt, definitur per habitum, rectè definitur, contra uerò nequaquam.*

Dilucidatio.

Inęqualitas priuatio æqualitatis videtur eſſe, eo quòd inæqualia dicuntur, quæ non ęqualia ſunt; ergo inęqualitas eſt priuatio, ęqualitas verò habitus. Itaque priuatio per habitum, habitus verò non per priuationem definitur. Non enim dicimus ęqualitatem eſſe priuationem inęqualitatis, ſicut dicere ſolemus, inæqualitatem eſſe priuationem ęqualitatis. Nanque dictum eſt definitionem omnem per notiora eſſe aſsignandam, & cum ſemper priuatio ſit ignotior habitu, ſequitur quòd definiens ęqualitatem per inæqualitatem, committat peccatum contra conditiones bonarum definitionum.

Tex. 69 *Si quod ſecundum priuationem dicitur, definiens non aſsignauit habitum, & in quo natum eſt fieri, uel ſimpliciter, uel in quo primum natum eſt fieri, interimitur definitio.*

Dilucidatio.

Si definiens priuationem, habitum ei oppoſitum non poſuit, aut ſi poſuit, non tamen addidit commune ſubiectum, in quo nata eſt fieri: aut ſi addidit commune ſubiectũ, non tamen poſuit & propriũ, interimitur definitio. Nam priuatio duplex habet ſubiectum, commune, & proprium, vt ignorantiæ ſubiectum commune eſt anima, vel homo: ſed proprium eſt anima intellectiua. Si ergo definitur priuatio, & ponitur ſubiectum commune, aut etſi ponitur commune ſubiectum, non tamen ponitur & proprium, interimenda eſt definitio; vt ſi ignorantiam definierit priuationem, & non ſcientię priuationem dixerit; aut ſi addiderit ſcientiæ priuationē, & non addiderit ſubiectum commune, in quo nata eſt fieri priuatio, ſcilicet, animam: aut ſi addidit ſubiectum commune, ſcilicet animam, non tamen addidit & proprium, ſcilicet rationalem animam, interimenda eſt definitio.

Tex. 70 *Conſiderandæ ſunt partes definitionis in compoſita definitione, & ſi abſtulerimus unam partem de altera duarum partium*

tiua definitionis ipſius compoſiti, non remanet reſidua oratio definitio conueniens alteri rei, illa non eſſet definitio.

Diluci-datio. Sermo nunc eſt de definitionibus, quę ſignificãtur per orationẽ cõpoſitã vice nominis ſimplicis, hoc eſt, qñ non eſſet nomen illis ſimplex, prout dicimus angulum planum, & lineam rectam, & corpus quintum. Age itaque, ſi aſſignetur definitio alicuius complexi, vt puta hominis albi, & dicatur animal irrationale diſgregatiuum viſus, conſiderandũ eſt, ſi ablata definitione alterius partis, illius, ſcilicet, diſgregatiuum viſus, quæ eſt definitio albi, reliquũ, videlicet, animal irrationale ſit definitio reliquę partis, ſcilicet, hominis. Nam ſi non, definitio interimẽda eſt: quoniam tota definitio non erit totius, quia repugnat eius parti.

Tex. 78. *Adhuc magis peccatum erit, ſi & definiens per ignotiora nomina nominum definiti, commutationem fecerit.*

Diluci-datio. Nanque ſic commutans duplex peccatum committit; primum, quia nomen non commutatur in orationem definitiuam; ſecundum quia commutatur ad nomen ignotius, vt ſi pro homine terrigenã, & pro albo candidum accepit; ideo qui ſic commutauit, non definiuit, cum minus ſit clarum, quod ſic dicitur. Verumenimuero quoniam hæc (vt iam diximus) introductiones ſunt ad libros Ariſtotelis, ideo cæteras cõditiones, quas ipſe in topicis ponit, ad librum topicorum relinquo, ſic & alias ad loca propria; atque iccirco iſta ſufficiant.

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM DECIMVSSEXTVS TOMVS.

In artem diuiſiuam.

Tex. 1 DIVISIO *eſt unius rei in plures partes partitio.*

Diluci-datio. Ars ſiquidem diuiſiua per quam breuiſſimè ordinanda eſt, in cuius fronte diuiſio communiter accepta, vt potẽtã realem, quã logicalem diuiſionem amplectens definitur: in cuius quoque definitione, res ſumitur tranſcendẽter, vt ſignificat tam entia rationis, qualia ſunt profectò logicalia, quàm entia realia; qualia quippè ſunt naturalia.

Tex. 2. *Diuiſionum, alia realis, alia logicalis.*

Realis eſt diuiſio unius rei in ſuas partes conſtitutiuas.

Conſtitutiuæ partes ſunt, quæ rei conſtituunt eſſentiam.

Diluci-datio. Nẽpe ſicut diuiſio realis ẽ vnius rei in plures partes reales partitio: ita quoq; diuiſio logicalis ẽ vnius rei logicæ, hoc eſt terminorum, ſiue vocum per ſe ſignificantiũ, pręſertim ſecundę intentionis, ſiue impoſitionis: quæ, vt ſic, ſunt entia per adinuentionem intellectus fabricata; quorum peculiarem ſibi determinationem vẽdicat logica, in plures partes logicales partitio. Diuiſio realis interdum fit reali partium diſtractione, atque ſeparatione, vt cum domus tectum à pariete, & paries à fundamento dimouetur; A ſæpius tamen fit ſola intellectus appræhenſione, intelligentis rem in ſuas partes conſtitutiuas diuiſam, cõnnexam tamen manentes; vt hominis, alia pars eſt anima, alia corpus; domus, aliud tectũ, aliud fundamentum, aliud paries. Illic enim eſt hominis in ſuas partes conſtitutiuas animam, & corpus partitio, quę hominis partes ſunt cõſtitutiuæ, quia hominis conſtituunt eſſentiam, atque ſubſtantiam; hic verò, eſt domus in ſuas partes conſtitutiuas parietem, tectum, & fundamentum diuiſio, quę partes ſunt cõſtitutiuæ, quia domus conſtituunt eſſentiam: ſed hæ integrales ſunt, anima autem, & corpus eſſentiales.

Diuiſio logicalis eſt termini communioris in terminos minus communes partitio. Tex. 3

B *Dictio autem in genitiuo, aut nominatiuo partitionis notam præcedens, totum diuiſum.*

Quæ uerò partitionis notam ſequuntur, membra ſunt diuidentia.

Nota partitionis eſt dictio partitiua in diuiſione poſita.

Diuiſio logicalis definitur, vt ad diuiſionem vniuoci, & æquiuoci communis eſt. Quippè in diuiſione vniuoci, diuiſum, terminus eſt communior ipſis diuidentibus non in ſignificando, ſed prædicando; vt animalium, aliud homo, aliud brutum. Terminus cõmunior, animal diuiditur in terminos minus cõmunes, hominem, & brutum: quibus non ſignificatione, ſed prędicatione eſt ſuperior. Plura enim in ſua ſignificatione complectitur homo quam animal, ſed tamen de pluribus prædicatur animal quã homo. In diuiſione autem æquiuoci, diuiſum, eſt terminus communior quàm diuidentia & in prædicãdo, & in ſignificando. Nam vno nomine ſignificat illa, quæ ſigillatim per ſua æquiuocata importãtur: & ſignificatorum multitudo, ibidem ad communitatem reducitur, de quib' omnibus veriſſimè etiã prædicatur, vt canum, alius domeſticus, alius canis marinus, alius cęleſtis. Terminus cõmunior, canis, diuiditur in plures terminos ſignificatione & prædicatione minus cões. Nam canis plura ſignificat, & de pluribus prædicatur quàm canis domeſticus, marinus, vel cęleſtis. Vnde diuiſio logicalis eſt totũ aggregatum ex diuiſo, & membris diuidentibus. Diuiſum terminus eſt communior terminus, qui diuiditur. Membra diuidentia ſunt termini minus communes, terminum cõmuniorem diuidentes: vt exẽplariter dicatur; enunciationum, alia categorica, alia hypothetica, Tota hæc oratio eſt diuiſio logicalis, genitiuus pluralis, enunciationum, eſt diuiſum, & nominatiui, categorica, & hypothetica, membra ſunt diuidentia: ſed dictio, alia, eſt partitionis nota, quia eſt dictio denotans fieri diuiſionem. Poſſunt quoque & alij modi diuidendi, fieri, in quibus non erunt omnia pręmiſſa: communis tamen modus, & vſitatus eſt nunc datus. Neceſſe autem eſt cuiuslibet diuiſi ad minus duo eſſe membra diuidẽtia, cum in pauciora duobus minimè diuiſio fieri poſſit, in plura tamen duobus rectè ſanè fit diuiſio, quamuis non ea, quæ per negationem datur, cum ſit inter oppoſita, inter quę nullum cadit medium, veluti inter contradictoria; vt homo eſt lapis, aut non lapis: aut priuatiuè oppoſita, vt animal per rationale, & irrationale;

tionale; nec non ſubſtantia per corporeũ, & incorporeum diuiditur. Verum illa, quæ datur per affirmationem (vt eſt apud Ariſtotelem decimo metha phyſicę) quia fit per veras differentias, atque idcirco neque oppoſitas proprie priuatiuè, neque contradictoriè, ſed contrariè; bimembris ſimpliciter nõ eſt, ſed quodammodo. Nempe ſunt ibi duæ differẽtiæ extremę, & multę mediæ, & inquantum media ad extrema reducuntur, bimembris diuiſio eſt, ſed quatenus ab eis ſpecificè ſecũdum veritatem diſtinguntur, multimembris eſt, & in plura duobus fieri poteſt. Age igitur, illa, quæ datur per affirmationẽ in plura duobus, fieri poteſt, & interdum in tria; vt enunciationum triplex eſt materia, naturalis, contingens, & remota; interdum in quatuor, vt oppoſitionis quatuor ſunt ſpecies, contraria, ſubcontraria, contradictoria, & ſubalterna: interdum in quinq;, vt prędicabilia ſunt quinque, genus, ſpecies, differentia, proprium, & accidens; interdum in ſex, ut motus ſex ſunt ſpecies, generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, ſecundum locum mutatio,

Tex. 4 *Diuiſio uniuoci in ſua uniuocata eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt uniuocum, & membra diuidentia ſunt ſua uniuocata.*

Sua uniuocata ſunt de quibus diuiſum uerificatur uniuocè.

Dilucidatio. Non tam diuiſio quàm & realis, & logicalis diuiſio, eſt multiplex, ideo poſt horum determinationem, de alijs modis diuiſionis, & realis, & logicalis pertractatur. Quocirca in primis diuiſio vniuoci in ſua vniuocata definitur, cuius tale ſumatur exemplum. Prædicabilium, aliud eſt genus, aliud ſpecies, aliud differentia, aliud proprium, aliud accidens. Nam diuiſum, prædicabile, vniuocum eſt, & membra diuidentia, genus, ſpecies, differẽtia, proprium, & accidens, ſunt ſua vniuocata; cum de eis diuiſum vniuocè, eademque ratione dicatur. Dicitur enim genus, prædicabile, quia de pluribus prędicatur vniuocè: eadem ratione & ſpecies eſt prædicabile, & ſic de alijs tribus.

Tex. 5 *Diuiſio generis in ſuas differentias eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt genus, & membra diuidentia ſunt ſuæ differentiæ.*

Dilucidatio. Diuiſio generis in ſuas differentias tripartita eſt, ſicut & differentia triplex eſt. Quędam nanque eſt generis in ſuas differentias communes, vt animaliũ, aliud ſtans, aliud non ſtans: alia generis in differentias proprias, vt animalium, aliud eſt natum nauigare, aliud vero minimè, alia generis in ſuas differentias magis proprias, ut animalium, aliud rationale, aliud irrationale. Nempe, animal, diuiſum, genus eſt, rationale, & irrationale, ſunt ſuæ differentiæ, profectò magis propriæ; & hæc potiſsimum, diuiſio generis in ſuas differentias appellatur: ſed prima, quę, ſcilicet, per differentias fit communes, non pertinet ad diſciplinas, ad quas proculdubio, attinent ſecunda, atque tertia.

Tex. 6 *Diuiſio generis in ſuas ſpecies eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt genus, & membra diuidentia ſunt ſuæ ſpecies.*

Dilucidatio. Cum dicitur, quantitatis, aliud continuum, aliud diſcretum, diuiſio fit generis in ſuas ſpecies. Nam, quantitas, diuiſum, genus eſt, & membra diuidentia; continuum, & diſcretum, ſunt ſuæ ſpecies. Et nihil refert, genus eſſe generaliſsimum, aut ſubalternum, tam in hac, quàm in præcedenti diuiſione: ſanè v-
E trunque diuiſionem conſtituit.

Diuiſio ſpeciei in ſua indiuidua eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt ſpecies, & membra diuidentia ſunt eius indiuidua. Tex. 7

Hæc à diſciplinis reiecta eſt.

Si dicatur, hominum, alius eſt Socrates, alius Plato, erit diuiſio ſpeciei ſpecialiſsimæ in ſua indiuidua; diuiſum enim, homo, ſpecies eſt ſpecialiſsima, & mẽbra diuidentia Socrates, & Plato, ſunt eius indiuidua, ſiue ſingularia. Et hæc in diſciplinis non habet applicationem, quoniam ſingularia à diſciplinis reiecta ſunt. Dilucidatio.

Diuiſio totius in modo in ſuas partes, eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt totum in modo, & membra diuidentia ſunt ſuæ partes. Tex. 8

Totum in modo uocatur terminus ſumptus ſine aliqua determinatione in comparatione ad ſeipſum ſumptum cum determinatione non diminuente. F

Pars in modo uocatur talis terminus ſumptus cum determinatione non diminuente in comparatione ad ſeipſum ſumptum ſine illa determinatione.

Eſt autem determinatio non diminuens quando nomen totius, de nomine partis uniuerſaliter uerificatur.

De diuiſione totius in modo exemplariter dicatur, vocum, alia eſt vox ſignificatiua, alia uox non ſignificatiua. Dilucidatio. Nam diuiſum, vox, eſt totum in modo, cum ſit terminus ſumptus ſine aliqua determinatione, in comparatione ad ſeipſum ſumptum cum determinatione non diminuente, ſcilicet, ſignificatiua, & non ſignificatiua. Membra vero diuidentia, vox ſignificatiua, vox nõ ſignificatiua, ſunt ſuæ par-
G tes in modo, cum in eis ſumatur iſta dictio, vox, cũ determinatione non diminuente in comparatione ad ſeipſum ſumptum ſine tali determinatiõe. Quòd verò illæ determinationes ſint non diminuentes, ex eo conſtat, quia vox, nomen totius, vniuerſaliter de nomine partis verificatur. Omnis enim vox ſignificatiua eſt vox; & omnis vox non ſignificatiua eſt vox. Totum autem in modo, non abſolutè dicitur, ſed in comparatione ad partem in modo. Terminus ſiquidem ſine aliqua determinatione ſumptus, vocatur totum in modo, in comparatione ad ſeipſum ſumptum cum determinatione non diminuente; vt animal eſt totũ in modo ad animal ſanũ, & animal ægrũ. Sed contrà, terminus ſumptus cum determinatione non diminuente eſt pars in modo, in
H comparatione ad ſeipſum ſumptum ſine illa determinatione; velut animal ſanum eſt pars in modo, & animal, ſuum totum in modo. Cognoſcitur autem determinatio eſſe non diminuens, quãdo totum de parte vniuerſaliter verificatur; vt omne animal ſanum eſt animal, omne animal ęgrum eſt animal: cũ verò totum de partis nomine vniuerſaliter non verificatur, determinatio eſt diminuens, neq; eſt pars in modo, vt iſta eſt falſa; omnis homo mortuus eſt homo; omne album ſecundum dentes eſt album; omne animal pictum eſt animal, quocirca mortuũ, ſecundum dentes album, & pictum, ſunt determinationes diminuentes.

Diuiſio ſubiecti in accidentia eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt ſubiectum, & membra diuidentia ſunt eius accidentia. Tex. 9

Subiectum eſt id, quod ſubijcitur huiuſmodi accidentibus.

Accidens

Accidens in prædicabilibus definitum eſt.

Dilucidatio. Ad perfectionem, & complementum huius tomi, de reſiduis agitur diuiſionibus, velut de diuiſione ſubiecti in accidẽtia: ac ſi exemplariter dicatur, animalium, aliud ſanum, aliud ægrum. Nã diuiſum, animal, eſt ſubiectum, & membra diuidentia, ſanum, et ægrum, ſua quippè accidentia ſunt. Eſt enim hæc prædicatio, animal eſt ſanum, animal eſt ægrum, accidentis de ſuo ſubiecto Subiectum (ſicut in prędicamentis ſumebatur) eſt id, quod huiuſmodi ſubijcitur accidentibus, hoc eſt, quod ſubſternitur, & ſupponitur accidentibus, quatenus ſuſtentantur, ac in eo recipiuntur; velut albedo in re fulcitur alba, atq; ſuſcipitur. Accidens verò, ſiue proprium, ſiue commune, iam in eodem loco clarum patet, atque conſpicuum, ſed ad diuiſionem accidentis, iam noſtra reuertatur oratio.

Tex. 10. *Diuiſio accidentis in ſubiecta eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt accidens, & membra accidentia ſunt ſua ſubiecta.*

Dilucidatio. Sanorum, aliud homo, aliud brutum, eſt diuiſio accidentis in ſua ſubiecta. Nam diuiſum, ſcilicet ſanum eſt accidens (quamuis concretum) & membra diuidentia, homo, & brutum, ſunt ſua ſubiecta: cum ſanitas proculdubio ſit in eis, velut in ſubiecto, & hęc prædicatio, homo eſt ſanus, brutum eſt ſanum, eſt accidentis de ſuo ſubiecto prędicatio.

Tex. 11. *Diuiſio accidentis in accidentia eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt accidens, & membra diuidentia ſunt ſua coaccidentia.*

Dilucidatio. Si dicatur, alborum, quoddam eſt dulce, et quoddam amarum, erit diuiſio accidentis in accidentia. Quippè diuiſum, album, eſt accidens, & membra diuidentia, ſunt ſua coaccidentia, cum eidem ſubiecto accidant profectò, atque inſint. Et in hac diuiſione è diuerſo membra diuidentia poſſunt equidẽ fieri diuiſa, vt dulcium, quoddam eſt album, quoddã eſt nigrum, manente eodem diuiſionis nomine, necnon habitudine diuiſi ad diuidentia.

Tex. 12. *Diuiſio æquiuoci in ſua æquiuocata, eſt cuius diuiſum eſt æquiuocum, & membra diuidentia ſunt ſua æquiuocata.*

Sua æquiuocata ſunt de quibus diuiſum uerificatur æquiuocè.

Dilucidatio. De diuiſione ęquiuoci exemplariter dicatur, canum, alius eſt domeſticus, alius marinus, alius cæleſtis. Nam diuiſum, canis, ęquiuòcum eſt, & membra diuidentia, canis domeſticus, marinus, cæleſtis, ſua ſunt æquiuocata Canis enim dicitur de eis æquiuocè, & in diuerſa ſignificatione, ſeu ratione: vt ſiquis dixerit, canis domeſticus eſt canis, canis marinus eſt canis, prædicatum, canis, hic, & illic, diuerſo mõ ſumitur. Sanè canis dicitur de domeſtico, vt eſt animal iracundũ, & de marino, vt eſt animal æquoreũ.

Tex. 13. *Diuiſio æquiuoci à caſu in ſua æquiuocata eſt diuiſio æquiuoci in ſua æquiuocata, æquè primò, & principaliter importata.*

2. Diuiſio æquiuoci à conſilio, in ſua æquiuocata eſt diuiſio æquiuoci in ſua æquiuocata, ubi unum principaliter importatur, ſed aliud ſecundariò, quaſiq; ſimilitudinariè.

Dilucidatio. Sicut duplex eſt æquiuocum, hoc à caſu, illud à conſilio. Aequiuocum à caſu, eſt ęquiuocum æquè, primò, & principaliter plura ſignificans, quorum, ſcilicet, vnum non importatur per ſimilitudinem ad alterum; vt canis æque primò, & principaliter canem domeſticum, marinum, & cæleſtẽ deſignat:

A Sed æquiuocum à conſilio eſt, quod plura quidem ſignificat, ſed vnum principaliter, & alterum ſecundariò, & propter ſimilitudinem ad primum; velut homo principaliter hominem viuum ſignificat, & ſimilitudinariè hominem pictum, propter ſimilitudinem picturę ad hominem viuum, inquantum pictura eſt imago hominis viui, & idem alio nomine vocatur æquiuocum analogum. Sic etiam duplex eſt diuiſio, hæc à caſu, illa à conſilio. Quippe diuiſio ęquiuoci à caſu, eſt, cuius diuiſum eſt ęquiuocũ à caſu, & mẽbra diuidentia ſunt ęquiuocata; vt canum, alius domeſticus, alius marinus; alius deniq. cęleſtis. Sed diuiſio ęquiuoci à conſilio, eſt diuiſio, cuius diuiſum eſt ęquiuocum à conſilio, & membra diuidentia ſunt ſua æquiuocata; vt animalium, aliud viuum aliud pictum.

B

Regulæ diuiſionum

Tex. 14. 1. regula. *Diuiſum intelligitur in membris diuidentibus, & ipſo addito ad membra diuidentia perficiuntur ſi ſint imperfecta.*

Dilucidatio. In hac ſanè arte diuiſiua ad facilitatem doctrinę, quædam traduntur regulæ, quarum primæ tale occurrit exemplum: vocum, alia eſt ſignificatiua, alia verò minimè; in qua quidem diuiſione, diuiſum intelligitur in membris diuidentibus reſumendũ, alioquin membra diuidentia tranſcenderent diuiſum. Multa ſiquidem ſunt ſignificatiua, quæ nõ ſunt voces; itidem non quicquid eſt non ſignificatiuum eſt vox, vt lapis, lignum, ferrum: quocirca cum mẽbra explicata ſint imperfecta, ipſo diuiſo addito ad membra diuidentia, ſunt perfecta; vt vocum, alia eſt vox ſignificatiua, alia eſt vox non ſignificatiua.
C Membra quidem diuidentia imperfecta ſunt, quando eis non explicitè additur diuiſum: perfecta verò, cum diuiſum eis adiunctum eſt: ſed doctores, cum imperfecta ponunt membra, intelligunt tamen ſemper ea eſſe perfecta, ſupponentes hanc regulam ad omnes ferè diuiſiones conducentem.

Tex. 15. 2. regula. *Quando diuidentia definiuntur, ſemper diuiſum intelligitur, aut genus, aut pro genere definiti: quòd ſi non exprimitur, quicquid ponitur pro genere definiti per ipſum intelligitur diuiſum.*

Dilucidatio. Huius ſecundæ regulę hoc illius ſit exemplum; quantitatis, aliud cõtinuũ, aliud diſcretũ. Quantitas cõtinua mẽbrũ diuidens definitur, quòd eſt quantitas, cuius partes copulantur ad vnum communem terminum, ibi diuiſum, quantitas, genus definiti ponitur. Similiter cum definitur ſpecies eſt, quod prædicatur de pluribus differẽtibus numero in quid, intelligitur diuiſum per relatiuum, quod, primo definitionis loco poſitum, ac ſi dictum quippè eſſet, ſpecies eſt prædicabile, quod prædicatur de pluribus differentibus numero in quid.

D

Tex. 16. 3. regula. *In diuiſionibus per ſimplicia intelliguntur & compoſita.*

Dilucidatio. Si diuiditur propoſitio categorica in affirmatiuam, & negatiuam, per quæ ſanè ſimplicia, intelliguntur membra, quę ſunt compoſita, erit profectò tertię regulę exemplum: quoniam propoſitio tam affirmatiua, quam negatiua, terminus eſt cõplexus.

Tex. 17. 4. regula. *Vt plurimum in diuiſionibus apud doctores ſubticetur diuiſum in diuidentibus, & definitionibus, genus definiti.*

Dilucidatio. In hac diuiſione, ſonorum, alius eſt vox, alius non

vox

vox, diuiſum ſubticetur, & in membris intelligitur diuidentibus: atque idcirco quartæ regulæ ſumatur exemplum. Nempe hoc pacto explicandum eſt, ſonorum, alius ſonus eſt vox; alius ſonus non vox. Itidemque cum definitur vox ſignificatiua, eſt, quæ intellectui aliquid reprę ſentat, genus definiti ſubticetur, ad definitionis tamē complementum, hoc modo explicari debet; vox ſignificatiua eſt vox, quæ intellectui aliquid repræſentat.

Tex. 18 5 regula. Dilucidatio.

Diuiſio ſuccinta, breuis, atque venuſta eſſe debet, pariter & definitio.

Quintæ regulę in promptu eſt ratio, quia intellectus breuitate iuuatur, multitudine autem confunditur: quare debet diuiſio, & definitio eſſe ſuccinta, hoc eſt, breuis, ne prolixitate offendat animum. Orationis venuſtas, non parum conducit ad rē promptius, & facilius intelligendam. Nempe gratior eſt intelligentia, vbi oratio venuſtè auribus inſonat, aut animis diſcentium illabitur. Quocirca venuſta eſſe debet diuiſio, & definitio, quo gratius intelligatur. Hinc doctores ſæpenumero ſubticent in diuiſionibus, diuiſum, & in definitionibus, genus definiti, vt breuitati, & venuſtati ſtudeant. Sed per exemplum ad ſextam regulam tranſeamus.

Tex 19 6. regula. Dilucidatio.

Vocabula in diuiſionibus pariter, & definitionibus indifferenter ſecundum numerum intelliguntur.

Itaque exemplariter dicatur, vox ſignificatiua ē, quæ aliquid intellectui repræſentat. Sanè aliquid ſingulariter ponitur: attamen indifferenter ſecundum numerū accipitur ſingulariter, vel pluraliter, & tantum valet, ſicut aliqua. Sæpe enim numero terminus ſingulariter ſumptus, pluraliter intelligitur, & contra.

Tex. 20 7. regula. Dilucidatio.

Verba tam in diuiſionibus quàm in definitionibus non actū, ſed aptitudinem important.

Septimę regulę hoc erit exemplum, ſonus eſt quicquid propriè, & per ſe ab auditu percipitur, hoc eſt, natum eſt percipi. Similiter genus eſt, quod prędicatur, non quidem actu, & in præſenti tempore: ſed quod natum eſt prędicari.

Tex. 21 8 regula. Dilucidatio.

Diuiſiones, & definitiones ad principia attinent.

Ratio octauæ regulæ, hæc eſt, quòd ſicut principia in diſciplinis per ſeipſa, & nō per alia nota ſunt: ita quoque diuiſiones, & definitiones per ſe notæ ſunt, neque ipſarum quærenda eſt cauſa, ſicut neque principiorum diſciplinæ.

Tex 21 9 regula. Dilucidatio.

Summopere in diſciplinis diuiſionum, & definitionum recta expetitur intelligentia.

Nona regula clara patet, quia diuiſiones, & definitiones ſunt omnium ſcientiarum fores, & ianuæ; atque idcirco ad eas ſanè intelligendas, ſummopere annitendum eſt, ijs qui ſcientias comparare volunt; quemadmodum nō delinquere in foribus, & recta ad ianuam via proficiſci, ingreſſum petentibus.

Tex. 22 10 regula. Dilucidatio.

Diuiſiones, & definitiones paſſim ſecundum materiam ſubiectam ſunt intelligendæ.

Decima regula docet diuiſiones, & definitiones logicas, logicè eſſe intelligendas, & phyſicas phyſicè; & denique ſingulas ſecundum illius diſciplinæ (cuius ſunt) materiam ſubiectam expetēdas, & breuiter quæcunque in diſciplinis dicuntur, intelligenda eſſe ſecundum propoſitum, de quo exijt ſermo: quę quidem regula, ſi (vt debet) bene obſeruaretur, non fierent tam extortę, & impertinentes expoſitiones, quales fieri conſpiciuntur, cum logica metaphyſicè, phyſica metaphyſicè, logicè metaphyſica explicantur; idcirco maxima in ſcientijs confuſio ſuborta eſt.

Tex. 23 11. regula. Dilucidatio.

Quæſtiones circa diuiſiones, atque definitiones, & alia principia, ridiculæ ſunt: ſed gratia noſtri obſcuratis luminis excuſari poſſunt.

Vndecima regula prohibet quæſtiones, atq; dubia moueri de diuiſionibus, & definitionibus, cæteriſque ſcientiarum principijs. Nam quęſtio eſt dubitationis argumentum, ſignum, & indicium: quæ autem omnibus manifeſta eſſe debent (cuiuſmodi ſunt principia) non ſunt dubitanda, neque quęrenda; ſed diuiſiones, & definitiones ſunt principia ſciētiarum; quare de illis non ſunt mouendę quæſtiones, vt qui vulgares diſciplinas curant agitare ſolēt: qui ſiquidem quandoq; ratione noſtri excuſantur, prę ſertim in parte ſcientię pręambulari. Nam opus ſcientificū in duas diuiditur partes: quippe in partem pręambularem, in qua iaciuntur principia tam complexa, quàm incomplexa, eidemque ſcientiæ propria: & in partem ſcientificam, quę proculdubio propriè eſt ſcientia, in qua venantur paſsiones, de ſubiectoque virtute illorū demonſtrantur. Quocirca huius regulæ data doctrina eò maximè in parte ſcientifica, ex natura rei pręcipuè intelligi habet.

Tex. 24 12. regula. Dilucidatio.

In diſciplinis æquiuocatio ſummopere fugienda eſt.

Duodecima regula ſanè docet ęquiuocationem, & terminorum multiplicitatem à diſciplinis omnino eſſe remouendam. Nam quęrenda eſt vnica termini ſignificatio, quā autores eo in loco intendunt, & aliæ omnes, aut reijciendę, aut non extollendæ. Quemadmodum enim diuerſitas multarum viarū in unum concurrentium, viatori affert ambiguitatem, perquam potiſsimum ſit eundum, non autem vna ſola: ita quoque diuerſitas, & multitudo ſignificationum eiuſdem termini, intellectum reddit ambiguum, de qua vtique ſignificatione ſermo peragitur: atque idcirco qui nouas pro arbitrio, dictionū ſignificationes imponunt, & confingunt, ad ſophiſtica potius labi, quam rectas tradere diſciplinas, dignoſcuntur.

Tex 25. 13. regula. Dilucidatio.

In doctrinis termini formaliter, & non materialiter ſumuntur regulariter in quibus tamen omnia expetenda ſunt ſecundū ſubiectam materiam.

Tertiadecima regula docet terminos in diſciplinis ſecundum proprium formale ſignificatum debere accipi, niſi ſubiecta materia, de qua fit ſermo, aliud petere videtur. Semper enim in ſermonibus, ſubiecta materia, de qua exijt ſermo, profectò ſubintelligitur. Quippè ſignificatum formale termini in habentibus definitionem, ea eſt ipſa definitio, ſed in definitione carentibus, eſt id, quod directè per talem terminum ſignificatur. Nempe ſumitur hic definitio, vt eſt communis ad definitionem quid nominis, & quid rei. Cognoſcere autem quid nominis, eſt cognoſcere, quid ſignificat nomen, vt à gręco quęrentibus nobis, quid nominis antropos, ſi digito oſtendatur homo, iam quid nominis percipimus. Sed cognoſcere quid rei, eſt cognoſcere, quid

eſt

eſt ſiquidem res ſignificata per nomen, ſecundum ſua principia eſſentialia. Et hęc ad pręſens ſufficiant.

CATENAE AVREAE IN TOTAM LOGICAM DECIMVSSEPTIMVS TOMVS.

In diuiſiones artium.

Tex. 1 *Ars eſt rectè quicquam faciendi, aut cognoſcendi, præceptione, uſu, ac imitatione acquiſita promptitudo.*

Dilucidatio. Ars in propoſito ſumitur, vt ſuperius quid ad artem propriè dictam, quæ (apud Ariſtotelē) eſt recta ratio rerum à nobis factibilium, nec nō ad ſcientiam. Nam ars communiter, & latius ſumpta, quæ, ſecundum Ciceronem, eſt collectio plurium pręceptorum ad vnum finem tendentium, hoc in loco definitur: in cuius definitione, acquiſita promptitudo rectè agere docens, tanquam genus collocatur. Cuiuslibet enim artis proprium eſt, vt ad rectè agendum, & ſine errore agentē dirigat: quemadmodum regula plumbea dirigit ducentem lineā, ne in obliquum protrahat. Propterea, dirigit ars ad agendum promptè, faciliter, delectabiliter, & ſine magna mora, atque difficultate. Quippè reddit ars hominem promptiſſimum, vt cū voluerit, ſine negotio, id cuius artem callet, peragat. Inde vero per particulam, faciendi, innuitur ars mechanica, quæ facere docet, hoc eſt, circa materiam exteriorem operari dicitur. Mechanica nanque ars, intellectum mechari facit, ideſt, commiſceri cum rebus exterioribus, & à ſua propria operatione alienari, quæ eſt ſpeculatio: & per particulam, cognoſcendi, tangitur ars doctrinalis, quæ profectò cognoſcere docet. Tres quoq; particulæ, præceptione, uſu, & imitatione, exprimunt tria, quibus ars omnis perfectè acquiritꝰ, vt propria eius regula luce clarius oſtēdet.

Tex. 2 1. Diuiſio. *Artium, alia mechanica, alia doctrinalis.*

2. Diuiſio. *Mechanicæ ſeptem ſunt ſpecies, lanificium, nemoraria, militaris, nautica, agricultura, medicina, fabrilis.*

Dilocidatio. Itaq; ars communiter ſumpta in litera poſt eius definitionem rectè diuiditur. Primò, in mechanicā, & doctrinalem. Secundò, mechanica in ſeptem diuiditur ſpecies, quarum nomina ijs vulgatis carminibus habentur.

Lana, nemus, miles, & nautica, rus, medicina.

Iis ars fabrilis connumeranda venit.

Et quòd plerique ſecundo carmine architectonicam nominant hoc modo,

Iis ars fabrilis architectonica ſubſit,

Non id faciunt, octauam aliquam ſpeciem deſignantes. Non enim architectonica, noua eſt artis ſpecies, ſed nomen adiectiuum, & artis fabrilis epithetum, ſignificans in latino, idem quòd præcipua, vel principalis. Medicina autem ſexta artis mechanicæ ſpecies, non hic pro ea ſumitur ſcientia, quæ humani corporis complexionem, morboſq; conſiderat (nam illa ars doctrinalis eſt, & in nona diuiſione ſub arte naturali collocatur) ſed pro illa, quæ vulnera, & exteriores corporis læſiones curat. Hæ verò ſeptē ſunt artes mechanicæ generales, ad quas, aliæ ſpeciales habent reduci: vnaquæq; ad eam cum qua maiorem habet conuenientiam, numeroq; ſeptenario hic aſsignantur, quòd ab aliis totidem, & eo ordine aſsignari ſoleant.

Tex. 3 *Doctrinalium, alia liberalis, alia non liberalis.*

3. Diuiſio. Dilucidatio. Hic tertiò ars doctrinalis diuiditur in artem liberalem, & non liberalem. Nempe vocamus artem nō liberalem, omnem artem doctrinalem, quæ non eſt vna ſeptem artium liberalium: quę ferè ab omnibus aſsignantur, cum aptius nomen non occurrat.

Tex. 4 4. Diuiſio. *Liberalium, alia ſermocinalis, alia mathematica.*

Sermocinalium, alia grammatica, alia logica, alia rhetorica.

5. Diuiſio. *Mathematicalium, alia muſica, alia arithmetica, alia geometria, alia aſtronomia.*

6. Diuiſio. Dilocidatio. Nunc quartò, ars liberalis diducitur in ſermocinalem, quę deinde in tres ſpecies ſubdiuiditur, quæ dicuntur triuiales, quaſi tres vię in vnum finem tendentes. Grammatica nanq; verſatur circa ſermonē congruum, & incongruum; logica verum, vel falſum; ſed rethorica ornatum, vel inornatum ſermonem conſiderat: & in mathematicam, quę ſexta diuiſione in quatuor diſtribuitur ſpecies, quę quadriuiales nuncupantur, quaſi quatuor viæ ad vnum finem tendentes, ſcilicet, in cognitionem quantitatis. Arithmetica, profectò numerum, quantitatem diſcretam ad res numeratas, non contractam conſiderat. Muſica, quantitatem diſcretam ad ſonum, contractam. Geometria, quantitatem continuam ad materiam ſenſibilem, vel naturalem, non contractam. Aſtrologia quantitatem quoq; continuā, ſed ad motum contractam ſpeculatur. Hę autem artis liberalis ſeptem ſpecies ſuo ordine in hoc vſitato carmine continentur:

Gra, loquitur, dialectica, vera docet, rheto, verba colorat.

Mu, canit, arith, numerat, geom, ponderat, aſt, colit aſtra.

Tex. 5 *Non liberalium, alia moralis, alia naturalis, alia ſupernaturalis.*

Moralium, alia ethica, alia œconomica, alia politica.

Naturalium, alia phyſica, alia medicina.

Supernaturalium, alia metaphyſica, alia theologia.

Dilucidatio. Deinceps ars non liberalis in tres diducitur ſpecies, quarum vnaquęq; in ſua membra conſequenter diſſecatur, vt ipſa formula litterę quàm apertiſſimè oſtendit.

Tex. 6 7 Diuiſio. *Ars mechanica, ſeu ſeruilis, eſt ars expeditè operandi ea, quæ humano corpori ſunt neceſſaria.*

8. Diuiſio. *Mechanica quidem, quòd eorum ſit operum effectrix, quæ ingenio ſimul & manibus fiunt.*

9. Diuiſio. 10. Diuiſio. *Seruilis uerò quòd ad cæteras artes eam ſeruet habitudinem, quam ſeruus ad dominum; qualem itidem corpus ad animum.*

Dilucidatio. Pręmiſsis artium diuiſionibus, modò, eo, quo diuiſa ſunt, ordine, definiuntur omnia. Et primo quidem, ars mechanica definitur ea eſſe, quæ ad huma-

næ vitæ neceſsitudinem, & ad corporis curam accommodata atque opportuna parat, vt lanificium, A hominì indumenta. Ars nemoraria, ligna, & cætera ignis fomenta. Militaris, ſuarum rerum deſenſionē. Nautica, & agricultura, alimenta. Medicina, læſionum ſanationem. Ars fabrilis, ædificia ad habitationem. Mechaoica autem ab Ariſtotele alio nomine vocatur ars ſeruilis, & vtriuſq; deoominationis redditur in litera ratio. Nam huiuſmodi ars circa exteriorem materiam, ſuam operationem exercens, dicitur mechanica, eo quòd cum quadã animi ſolertia, tum etiam manibus, cæteriſque corporis membris exercetur, cuius commodum huius artis totus eſt ſcopus: inde mechanicus, mechanicarũ artium opifex vocatur. Mechanomi eoim grecè, vnde hęc dictio deriuarur, latinè molior, machioor, inuenio, & excogito ſignificat. Eadem quoque ars dicitur ſeruilis, duabus de cauſis. Prima eſt, quia ipſa ad artes B doctrinales eam habet proportionem, comparationemq;, quam habet ſeruus ad dominum: at ſeruus, longè eſt inferior, indigoiorq; domino ſuo; igitur & ars ſeruilis arte doctrinali. Eam item comparationem, quam corpus humanũ, cui neceſſaria prouidet, ad animum, ars ſeruilis habet ad artem doctrinalem: quandoquidem ars ſeruilis, corpori, doctrinalis verò, animo curando applicatur. Sed corpus eſt imperfectum magis quàm animus, ſicut caducũ, & mortale, eſt multo ignobilius, quàm permanens, & immortale; ergo & ars ſeruilis eſt ignobilior arte doctrioali. Sicut nanque ſe habet ſeruus ad dominum, ita corpus ad animum: at qui ſeruus eſt longè minor, & ignobilior domino ſuo; igitur & corpus animo. Secũda cauſa eſt, quia dicta ars ſeruilis circa C extrinſecum opus intẽta, hominibus animo ſeruis, obtuſo ingenio, hębetata mente, & fluxa memoria, exercenda deſtinatur; qui natura eam indolem non ſunt ſortiti, vt ad literas diſcendas ſint idonei. Sed ars doctrinalis, iis natura deſignatur, quibus natura pulchras rerum cognitiones non inuidit; quibus acre ingenium, claram mentem, tenacemq; memoriam, optimam dotem, beneficia contulit; quoſque ipſa ad bonarum literarum ſtudia deſtinaſſe viſa eſt.

Tex. 7 *Ars doctrinalis, eſt ars promptè cognoſcendi ea, quæ animũ perficiunt, ſcientemq; reddunt.*

Dilucidatio. Definitur ars doctrinalis ea eſſe, quæ animum cognoſcentem, atque ſcientem efficit; vt grammatica reddit hominem latinę linguæ peritum; logica, diſſerendi modum aperit; rhetorica perſuadendi, & ita de cæteris: quocirca literarum ſtudio per optimè D totis viribus proculdubio deſudandum eſt. Verumenimuero diuiſio, qua in practicam, & ſpeculatiuã, diuidi conſueuit, nõ ab re hoc in loco omiſſa eſt, eo quòd nullam ſecundum ſe ſpeciem artium, ſeu genus conſtituit: ſed ideo ſpeculatiua vocatur, quia cauſa ſpeculationis ſolummodu quæritur; vt phyſica, cuius finis proprius eſt rerum naturalium cognitio, quemadmodum practica quoque dicitur, quia finis eius proprius, praxis eſt, hoc eſt, opus ſub humana voluntate cadens; vt ars moralis dirigit hominum mores, & agriculturã, colere agros.

Lanificium eſt ars mechanica, lanam ad humani corporis uſum præparans.

Definiuntur modò artis mechanicę ſeptem ſpecies datæ, in quarum definitionibus, id ſanè obſeruandum eſt, quòd ſub nomine materiæ in qualibet definitione expreſſè comprænhenduntur & cætera conſimilia, quę ad eundem finem, idemq; opus applicantur, vt nomine lanæ intelliguntur cætera, ex quibus hominum parantur indumenta, quemadmodum linum, tela, & ſimilia. Nam ad humani corporis indumenta paranda, principaliter lanificium ordinatur.

Tex 8 *Nemoraria eſt, quæ circa arborum cultum, lignorumq; ad humanam neceſsitatem apparamenta uerſatur.*

Dilucidatio. Ars nemoraria, ad nemorum culturam, & lignorum, alteriusve materiæ, qua nutritur ignis, præparationem, ordinatur: quo homioes frigora depellant, & cibaria decoquanr.

Tex. 9 *Militaris eſt, quæ militiam, belláq; gerenda tractat.*

Dilucidatio. B Militaris, inſtrumenta, quibus exercetur militia, vt equos, phaleras, haſtas, & cętera armamenta, ipſamque bellorum gerendorum induſtriam complectitur, ad patriæ, & rei publicę, ſuique defenſionem.

Tex 10. *Nautica eſt, quæ nauigationem ad piſcium capturam, commertiaq; inter diſtantes longo interſtitio, facienda, principaliter pertractat.*

Dilucidatio. Nautica nauigationem, ad piſcium capturam, & mercium ab vno loco ad alterum deuectionem, cõmertiaque inter diſtantes longo interſtitio facienda, principaliter pertractat.

Tex. 11 *Agricultura eſt, agros colendi ad fructus afferendos induſtria.*

Dilucidatio. Agricultura agros colit, ad alimenta homini C ſubminiſtranda.

Tex. 12 *Medicina eſt ars, uulnerum curationem peragens.*

Dilucidatio. Medicina (quæ chirurgia vocatur) vulnera, vlcera, & cætera id genus, quibus humanum læditur corpus, præſertim manuum officio ſanat. Nam eadem, chirurgia gręco nomine dicitur, ideſt, manualis: eo quod exteriore manuum applicatione, officioque exerceatur.

Tex. 13 *Fabrilis eſt, quæ ferrum in hominum uſus excudit: aut lignũ ad ædificiorum conſtructionem diſponit.*

Hæc autem in ferrariam diducitur, & lignariam.

Dilucidatio. Fabrilis, aut ferrum parat ad varios hominum vſus, aut ligna ad conſtruenda ædificia: nomine ædificiorum, cętera, quę ligno fiunt machinamenta intelligendo, vt naues, carpenta, & conſimilia Sed diſiunctio, aut, in eius definitione poſita, duas eius innuit D ſpecies, ſcilicet, ferrariam, quæ per primam intelligitur definitionis particulã: & lignariam, quæ per ſecundam tangitur.

Tex. 14 *Ferraria eſt ars fabrilis, quæ duris incudibus ferrum ad humanas functiones parat.*

Dilucidatio. Ars fabrilis ferraria, ea eſt, quę ferrum, aliudue metallum, vt aurum, argentum, & ſtannum excudit, ex ipſiſque opus componit.

Tex. 15 *Lignaria eſt, quæ ad ædes extruendas, aliudue ligneum opus componendum, ligna accommodat.*

Dilucidatio. Lignaria eſt, quę ex ligno, aut aliquo vices ligni ſupplente, vt lapide, marmore, domos ad hominum habitationem conſtruit. Hinc faber ferrarius dicitur, qui ferrum; lignarius, qui ligna ad opus accommodat.

modat: proinde de Dædalo ingenioſiſsimo architecto inquit Ouidius octauo met.

Dædalus ingenio fabre celeberrimus artis,
Ponit opus,

Neq; inficior, alio modo artes mechanicas aſsignari poſſe ipſisq; aut aliã materiam, aut operationem, aut finem alium aſcribi, necnon oſtendi poſſe, quo modo tota artium mechanicarum multitudo ad ſeptem reducitur: ſed cum hæc nihil, aut parum vtilitatis afferre putentur, illis, qui vitã litterariã amplectũtur: iccirco de ipſis pauca, vel in tranſcurſu dicta ſufficere putauimus, ad alia magis ſanè accommodata, eis quibus operam noſtram prodeſſe cupimus, feſtinantes.

Tex. 17. *Ars liberalis eſt ars doctrinalis, quæ circa ſermonis, aut quãtitatis determinationem negotiatur.*

Hoc quidem dignum nomen ſortita eſt, quia liberum requirit animum, liberosq; & ingenuos homines decet.

Dilucidatio. Ars liberalis, vt geminas habet ſpecies, ita duas in ſua ratione particulas cõplectitur, quarum prima artẽ profectò ſermocinalem deſignat, ea enim circa ſermonis determinationem verſatur: ſed ſecunda, artẽ inſinuat mathematicã, cum ipſa circa quantitatis determinationem occupata ſit. Verum dicitur ars liberalis, quia requirit animum liberum, hoc eſt, rerum externarum curis minimè impeditum, qui totus in cognitionẽ, & ſpeculationem ſit intentus. Nã vt oculus inſtabili motu ad varia diſtractus, defixa acie nõ intuetur ſolem: ita quoq; animus ſolicitudine mũdi implicatus, ad huiuſmodi artium cognitionem nõ eſt diſpoſitus. Prẹterea liberalis dicitur, quia decet homines liberos, hoc eſt animi perturbationibus, & affectionibus nõ obnoxios, & ſuorum affectuũ ſeruituti minimè ſubiectos, quieſcẽdo enim (inquit philoſophus ſeptimo phyſicorũ) & reſidendo, ſciens fit anima, atq; prudens: & ingenuos, id eſt generoſos, animoq; nobiles, qui ſcientiã, & litterarum cognitionem, vera animi bona exiſtimant, in ipſisq; ſolam eius nobilitatem conſiſtere, perſuaſum habẽt.

Tex. 18. *Ars non liberalis eſt ars doctrinalis, aliud quicquam à ſermone, quantitateq; conſiderans.*

Hæc æque animum requirit ingenuum, liberaliq; ingenio præditos homines decet, atque liberalis, cui etiam dignitate par eſt, aut ſuperior.

Nomine autem negatiuo nuncupatur, quòd non eandem, quam uulgo liberales dictæ materiam contemplatur: quódq; nomen affirmatiuum conueniensue non ſuppetit ad eam proprie denominandam.

Dilucidatio. Ars nõ liberalis eſt ars doctrinalis, neq; ſermonẽ, neq; quãtitatem determinans; ſed aliquid aliud (vt phyſica, res naturales; ethica, hominum mores) cõſiderans. Verum vocatur hæc nomine negatiuo, nõ quia minimè requirat animum liberum, aut quia nõ deceat homines liberos: cũ nõ minus & animi libertatem, & generoſitatem exigat, quã liberalis. Neq; etiã vocatur nomine negatiuo, quia ſit imperfectior ars non liberalis, quàm liberalis. Nam ars non liberalis, aut eſt ęquè perfecta ſicut liberalis, quẽadmodum phyſica æquè digna ſicut geometria, aut etiam perfectior, vt metaphyſica: ſed huiuſmodi nomen negatiuum habet ars non liberalis. Primò, quia nõ conſiderat eandem materiam, ſcilicet, ſermonem, aut quantitatem, quam ars liberalis. Secundò, quia deeſt nomen affirmatiuum ad ſignificandum omnes artes doctrinales, quæ non ſolent inter artes liberales numerari; iccirco circumloquimur eas per aggregatum ex nomine affirmatiuo, & negatione prępoſita: Nam cum deeſt nomen vnius membri diuidentis aliquod diuiſum, loco eius circumlocutione ex nomine alterius membri cum negatione, aut alio termino ſumpto vtendum eſt: vt ens mobile, terminus ex duobus nominibus circũlocutus hoc pacto dicitur adęquatum ſubiectum philoſophiæ naturalis, ita & in multis alijs. Cęterum cum hæ rationes, quanuis ſint conuenientes, tamen videantur arbitrariæ, ſeu probabiles, qui aliam rationem aſsignauerit, quare artes liberales dicantur, aut non liberales, etiã rectè dicet: cũ nullũ ſit incõueniens, eiuſdem plures, & eaſdẽ veras eſſe rationes, & pręcipuè probabiles, vt liquet Ariſtoteles doctrinæ non ignaris.

Ars ſermocinalis eſt ars liberalis, quæ præcipuam ſermonis determinationem agit. Tex. 19

Definitur ars ſermocinalis ea eſſe, quę ſermonem principaliter conſiderat; aut congruum, vt grãmatica; aut verum, vt logica; aut ornatũ, vt rhetorica: & eadẽ alio nomine diſciplina appellať rationalis. Dilucidatio.

Ars mathematica eſt, quæ præſertim quantitatis determinationem agit. Tex. 20

Ars mathematica eſt, quæ præcipuã quantitatis determinationem agit, nõ quidem cuiuſcunque, ſed aut numeri, vt muſica, & arithmetica (muſica numeri harmonici, arithmetica, numeri ſimpliciter) aut magnitudinis, vt geometria, & aſtronomia. Geometria, magnitudinis ſimpliciter; aſtronomia, magnitudinis cæleſtis. Quocirca præcipuè determinationẽ quantitatis, quæ eſt, vel numerus, vel magnitudo, agit mathematica. Dilucidatio.

Grammatica eſt ars ſermocinalis, congrui ſermonis compoſitionem tradens. Tex. 21

Tres artes ſermocinales datæ ſingulæ in litera ſingulas capiunt definitiones, quarũ grammatica congruum ab incongruo diſcernit, & latinæ orationis cõtextum docet. Nam literarum, ſyllabarum, dictionumq; determinationem in hunc finem refert, vt orationem congruam, latinamq; componat. Dilucidatio.

Logica eſt, quæ uerum à falſo diiudicat: & propriam argumentationis determinationem ſuſcipit. Tex. 22.

Hæ quidem duæ ad cæteras ſcientias acquirendas uſq; adeo ſunt neceſſariæ, ut ſine eis, aliæ minime haberi poßunt.

Nẽpe adminiculariæ dicuntur, rõ q alijs diſciplinis cõſequendis adiumentum præſtant, & tanquàm earum ſunt inſtrumenta.

Logica, vt verum a falſo internoſcat, omnẽ argumentationis rationẽ, modũq; declarat. cætera oia, vt terminorum proprietates, propoſitionẽq; diuerſas paſsiones ad argumẽtationis cognitionẽ ordinans. Eadẽ quoq; alio nomine dialectica diciť, non quidẽ capiendo dialecticã pro ea parte Logicæ, q̃ de locis dialecticis agit, ſed ꝑ tota logica. Deinde ipſius grãmaticæ, et Logicæ, neceſsitas pariter, & vtilitas oſtẽdiť Neceſsitas quidẽ, qꝛ ſine eis aliæ ſcientię nõ poſſint pfectè haberi: perinde atq; alarũ pſidio deſtituta, nõ poteſt auis in ſublime ſuſtolli: ita & ijs (Grãmatica, dico, & Logica) quaſi geminis alis ſubnixi ſint, oportet, qui ad ardua ſciẽtiarũ faſtigia puolare Dilucidatio.

contendunt. Vtilitas verò, quòd earum præſidio in cæteras ſcientias, omnes patent aditus. Nēpe Grāmatica ſermonē docet, quo omnis diſciplina traditur, atq; alteri cōmunicaꝛ: Logica verò ratiocinationē, qua in omni ſcientiarū genere veritas cōprobatur. Quocirca cū inſtrumentū, omne id, quo ſit aliquid, eſſe dicatur, in diſcēdo aliarū oppoctuna eſſe inſtrumenta, perſpicuum patet. Hinc grammaticā, & logicam intentiſsima diligentia ſibi profectò comparare debent, antequàm ad cęteras perdiſcēdas ſe cōferant: q in altioribus diſciplinis profectū, & intelligentiam quærunt. Abſurdum nanq; eſt (vt ſecundo Metaphyſicæ Ariſtoteli placet) quærere ſimul ſcientiam, & modum ſcientiæ, hoc eſt (vt exponit Auerroes) logicam, eademq; ratione, et grāmaticā: eſt enim neutrum facilè accipere.

Tex.23. *Rhetorica eſt ars ſermocinalis, quæ venuſta oratione perſuadere docet.*

Perſuadere, eſt dicendo, aliquem in ſuam ſententiā inducere.

Hæ tres artes ſermocinales ſimul ſumptæ, triuium dicuntur: quòd trifido calle in unam metam, ut potè ſermonis cognitionem tendant.

Dilucidatio. Rhetorica, venuſtum ab inuenuſto diſtinguit, & perſuaſum docet. Eſt autē perſuaſio, cū quis dicēdo, hoc eſt, venuſtè, & ſecundū legis Rhetoricę, orationē habendo, inducit aliquē in ſuā ſententiam: vt orator, & quiſquis agit cauſas, tunc perſuadet, cum ſua oratione iudicē, ad id, quod intēdit, flexerit. Dicunꝛ autem prædictę tres artes ſermocinales ſimul ſumptę, triuiū nomine, ſcilicet, metaphorico, quaſi (vt in principio dilucidatum eſt) trib' vijs in vnum finem, ſcilicet, ſermonis notitiam, tendentes, ideoque poetica, cuius eſt determinare ſermonem delectabilem, ac per hoc congruum, & ornatum, vna partiū, harum trium dicetur, & erit.

Tex.24. *Muſica eſt ars liberalis, ſonorum harmonias, proportionesq;, definiens.*

Dilucidatio. Mathematicaliū artium, nūc præſens litera, earū definitiones ſigillatim docet, quarum muſica cōſonātias ſonorum, & numerum harmonicū cōſiderat.

Tex.25 *Arithmetica eſt, quæ numeros, eorumq; proprietates contemplatur.*

Dilucidatio. Arithmetica, numerum ſimpliciter, nō conſiderā do cuius rei ſit, vt potè numerum numerantem, ſed non numeratum ſecūdum Ariſtotelē, contēplatur.

Tex.26 *Geometria eſt, quæ magnitudinis rōnē abſolutè ſpeculatur.*

Sub hac quippe perſpectiua cōtinetur, quæ circa lineā uiſualem, ſpeculaq;, & cætera id genus, quibus fit uiſio, intenta eſt.

Dilucidatio. Geometria, magnitudines ſimpliciter, corpus, ſuperficiē, lineā, punctum, et cętera id genus, nō ſimul attendēdo in quo ſubiecto exiſtāt, an in Cœlo, an in terra, an in homine, vel quocunq; alio minimè attēdendo, ceu earūq; proprietates enucleādo declarat. Verū ſub hac cōpræhenditur perſpectiua, quę pcincipaliter de radio viſuali (quam lineam viſualem dicunt) pertractat, & de ſpeciebus rerum viſibiliū, de varijs ſpeculorum generibus, et ſummatim quo pacto fit viſio, an piramidaliter extramittēdo vt dogmatizabat Plato, an intramittendo, vt de ſenſu & ſenſato docebat Ariſtoteles, demonſtrat.

Tex.27 *Aſtronomia eſt, quæ corpora cæleſtia, & eorum motus ſpeculatur.*

Hæ ſanè quatuor una ſimul, uocantur quadriuium, quòd quatuor methodis in unum terminum, ſcilicet, quantitatis notitiam, progrediantur: & ita ijs quaſi quibuſdam uijs animus denique ad ſecreta philoſophiæ introeat.

Dilucidatio. Aſtronomia magnitudines cęleſtes, earumq; motus, & vertigines edocet: & eadē alio nomine Aſtrologia appellaꝛ. Hę quoq; quatuor ſcientiæ mathematicæ ſimul ſumptę, nomine translatitio dicuntur quadriuium, quaſi quatuor vijs in vnum finem procedentes, ſcilicet, in quantitatis cōtemplationem, vt iā dilucidatum eſt. Quęlibet autē earum ſeparatim ſumpta, diciꝛ ars mathematica, quēadmodū vnaquę que ſermocinaliū per ſe ſumpta, appellaꝛ ars ſermocinalis: ſed tres ſimul acceptę triuium nuncupanꝛ. Quocirca ijs primū erudiebantur, qui Philoſophiā diſcere volebant: ideoq; in triuium, & quadriuium diſtinguuntur, eò quòd ijs quaſi quibuſdam vijs præparatur animus ad alias Phyſicas diſciplinas.

Tex.28 *Ars moralis eſt ars, hominum mores, quò benè, beatéq; uiuant, rectè inſtituens.*

Dilucidatio. Ars moralis à componendis hominum moribus nomen ſumit, verſatur quippe circa hominum mores, & tripartita eſt: aut enim vnius hominis mores inſtituit, & dicitur ethica: aut multorum, vnam domum, & familiā conſtituentium, & vocatur œconomica: aut multorum, & rempublicam, et ciuitatis multitudinem componentium, & dicitur politica.

Tex.29 *Ars naturalis eſt, quæ rerum naturalium, humanique contemperamenti determinationem ſibi uendicat.*

Dilucidatio. Ars naturalis: aut rerum naturalium determinationem agit, vt Phyſica: aut humanæ cōplexionis, ſanitatiſq;, vt Medicina. Sūt autem res naturales, ſubſtantię cōpoſitę, & accidentia earum in hoc ſenſibili mundo exiſtentes, vt ignis, aer, equus, homo, & cætera quæ generantur, & corrumpuntur: vel quæ localiter ſunt apta nata moueri, vt corpora cęleſtia, de quibus in Phyſica ſuſcipitur determinatio.

Tex.30 *Supernaturalis eſt, quæ ſupramundanorum, reſq; naturales ſupereminentium determinationem ipſo iure uſurpat.*

Res naturales ſunt totæ ſubſtantiæ, una ſimul cum ſuis accidentibus, quæ in hoc mundo ſenſibili conſiſtunt.

Supramundana, quæ in ſuperiori mundo degunt.

Dilucidatio. Ars ſupernaturalis, ſupramundanorum, res naturales dignitate ſupereminentium determinationem ſibi vendicat Sunt autem ſupramundana, digniſſima naturæ entia, res ſenſibiles hoc in mundo cōtentas, perfectione, & nobilitate longè excedentia: vt Deus ſuperbenedictus, & ſpiritus angelici, alio nomine intelligentię, ſeu ſubſtātiæ ſeparatę, abſtractæ, ſimplices, immateriales, appellati.

Tex.31 *Ethica eſt ars moralis, unumquenque hominem honeſtè, & ſecundum uirtutem, uiuere docens.*

Dilucidatio. In hac definitione, adiectiuum, vnūquenq;, capitur indifferenter ſecundum genus, vt non modò viros, ſed etiam mulieres in ſua vniuerſalitate cōplectatur, ſenſuſq; ſit, vnumquenq; virum, & vnāquanq; mulierem, honeſtè hoc eſt, ſecundum virtutem viuere docens Id enim in diſciplinis frequenter vſu venit, vt vocabula indifferenter ſecundum genus, numerum, aut perſonā, & ſimilia accidentia ſumātur. Eademq; gręco nomine monaſtica appellatur, quia vnum hominem ad virtutem moderatur.

Oeconomica

Tex. 32. *Oeconomica eſt, quæ domum familiam que gubernandã curat.*

Dilucidatio. Oeconomica docet patrem familias rectè gubernare domum, & familiã ſuam, ſcilicet, vxorem, liberos, & ſeruos; & latino ſermone dicitur familiaris à familia, vel domeſtica à domo regenda.

Tex. 33. *Politica eſt, quæ reipublicæ, et hominũ multitudinis, curã agit.*

Sub hac quidem, ius canonicum (quod eccleſiaſticum dirigit ordinem) & ius ciuile (quod ciuile hominum genus moderatur) comprehenduntur.

Dilucidatio. Politica docet magiſtratus, & Optimates, gubernare rempublicã; Regem moderari regnum; & Imperatorem, ſuũ imperium: & latino nomine ciuilis facultas, ſiue diſciplina ciuilis dicitur. Verum ſub Politica continetur Ius canonicum, quod eccleſiaſtici ordinis viros, dirigit, eorumq́; vitam, ac mores componit, decreta, ſacrasq́; ſanctiones, ad chriſtianam rempublicam moderandã conſtituit. Vocatur quoque alio nomine ius pontificiũ, quòd a ſummis Põtificibus ſit compoſitum, & promulgatum; inſuper ius diuinum ꝙ de rebus diuinis, & ſacris pertractet. Ius tamen diuinũ propriè nuncupatur, quod à Deo optimo, eſt ſancitum, & per ſanctos, & prophetas ſuos, promulgatum. Poſtremo vulgato nomine dicuntur decreta, ꝙ ſanctorum patrum ſint conſtitutiones. Amplius continetur ſub politica ius ciuile, ꝙ ciuium rempublicam regit. Vocatur verò alio nomine ius Cęſareũ, ꝙ à Cęſaribus, & Imperatoribus Romanis ſit cõditum: dicitur & ius humanum, quia principaliter de rebus humanis ſit, & eius conſtitutiones, vulgariter leges nuncupantur Res autem humanæ ſunt quarum homo eſt dominus, vtpotè à ratione, & voluntate procedentes. Nempe differt homo à cęteris animantibus, ꝙ eſt dominus ſuorum actuum & operationum: circa quas verſantur leges humanæ, quinimo, ſimpliciter & omnes leges.

Tex. 34. *Phyſica eſt ars, res naturales et earum motum conſiderans.*

Dilucidatio. Definiuntur hic artis naturalis, & ſupernaturalis ſpecies, & primò Phyſica, ꝙ res naturales, earumq́; motus, vt generationem, corruptionem, augumentationem, diminutionem, alterationem, & ſecundũ locum mutationem determinet.

Tex. 35 *Medicina eſt, quæ circa humani corporis ſanitatem, contemperamentumq́; inſiſtit.*

Dilucidatio. Medicina definitur, ꝙ circa ſanitatem, hominisq́ue contemperiem verſetur, ſub ſanitate, ęgritudinem, & ſub contemperie vel contemperamento, diſtemperamentum comprehendendo; per hanc regulã, negatio ſub affirmatione cõprehẽditur, & per eam intelligitur, in qua affirmatio capiť pro re digniore, & perfectiore, ſed negatio pro re minus digna, minusq́ue perfecta; vt ſanitas perfectior eſt ægritudo imperfectior.

Tex. 36 *Metaphyſica eſt ars ſupernaturalis, quæ inferiorum ſcientiarum adminiculis ad cæleſtium contemplationem ſubuehit.*

Dilucidatio. Definitur metaphyſica, quę quamuis idem conſideret, quod theologia, non tñ eodẽ modo, neq; eiſdem medijs. Scientiæ nanq; ſecundũ diuerſum modum cõſiderandi ſuum obiectum, ſiue materiã, quã conſiderant, diſtinguuntur: ſicut entia naturalia cõſiderantur à phyſico, inquantum in ſua ratione formali materiam includunt ſenſibilem, & motum, vt homo phyſicè eſt quid cõpoſitum ex carne, & ſanguine, oſsibus & huiuſmodi. Mathematicalia verò à

A Geometra quatenus abſtrahunt à materia naturali, & motu, ſecundum rationem, quamuis non ſecundum eſſe, immo in materia exiſtunt ſenſibili, vt corpus eſt quantitas habens trinam dimenſionem. Metaphyſicalia autem quatenus tam ſecundum eſſe, ꝙ̃ rationem, a materia ſenſibili, & motu ſunt abſtracta à metaphyſico contemplantur, vt Deus eſt actus purus, ſimplex, & immortalis. Sed Theologicalia inquantum ſunt diuinitus reuelata à Theologo ſpeculantur, vt Deus eſt trinus, & vnus, verbum caro factum eſt. Vnde metaphyſica ex inferiorum ſcientiarum, vt Liberalium, Moralium, & Naturalium, præſidijs ad cæleſtia contemplanda perducit, vt ex magnitudine vniuerſi ipſius primi entis immenſam plenitudinem, ex multitudine, eius vnitatem, ex motu, eius ſemper fixam ſtabilitatem, ex tempore, æterni

B tatem, ex virtutum pulchra imitatione, ſummã eius bonitatem demonſtrat. Quæ omnia etiam à priori metaphyſicè à Metaphyſico poſſunt agnoſci, quatenus effectum in ſuã cauſam reflectere poteſt, hoc eſt, cognita cauſa per effectũ (vt in tomo primi poſteriorum dictum eſt) ſuam poteſt reflectere conſiderationem, concludendo effectum per cauſam, ſicut prius è diuerſo, cãm per effectũ iam cõcluſerat.

Theologia eſt, quæ ſublimiore modo ex ſacris eloquiis ad diuinorum cognitionem aſſurgit. Tex. 37

Theologia altiore medio, ſcilicet, diuina reuelatione, ex ſacris literis, Prophetarum oraculis, diuinorum eloquiorum autoritate, ad ipſius Dei, & cæleſtium cognitionem tendit, & hęc ſanctiſsimorum apoſtolorum, atq; prophetarum ſcriptis, eſt tradita Dilucidatio.

C illa verò, priorum, & dignè de Deo ſentientium philoſophorum. Verum hęc de cuiuslibet ſcientiæ materia, & nomine generatim adducta pręſenti tomo ſufficere exiſtiment oẽs, qui, nihil niſi nomina (vt eius titulus ſonat) ſcientiarũ cognoſcenda, & vt iuuenes ad Peripateticam doctrinam, meliorem habeant vtiq; diſpoſitionem, earum materiam ſummatim aperiendo ſuſcepit. Quò fit, vt cum definitio cõpletè naturã explicet definiti, non in definitiones, ſed diuiſiones artiũ, breuis appellať introductio. Nã ꝓpria vniuſcuiuſq. ſciẽtię, exactaq́; determinatio, eo loco, vbi ipſa peculiariter tradiť requirenda eſt.

Omnes artes doctrinales ſuo ambitu philoſophus cõplectitur. Tex. 38

Philoſophia ẽ perfecta rerũ humanarũ, diuinarũq́; cognitio.

Philoſophus dicitur, qui conſummatam rerum humanarum, diuinarumq́; ſcientiam aſſecutus eſt.

D *Hoc nomine, dignus peripateticorum omnium iudicio, in primis habitus eſt Ariſtoteles.*

Definitur Philoſophia, quæ in ſua ratione omnes artes doctrinales, ſcilicet, Liberales, Morales Naturales, ſupernaturales coniunctim continet, cum per ſe ſimpliciter & ſine adiuncto ſumitur. Nam quando ei adiungitur, adiectiuum alicuius ſpecialis ſcientiæ, tunc ratione adiuncti pro illa ſolum ſumitur, vt Moralis Philoſophia, pro arte morali, Naturalis Philoſophia pro phyſica, ſupernaturalis Philoſophia pro Methaphyſica. Itaque definitur eſſe perfecta cognitio rerum humanarum, ad denotandum diſciplinas inferiores de rebus humanis, & quæ apud nos ſunt, & à nobis præſen- Dilucidatio.

tiuntur,tractantes; quales ſunt artes liberales, morales,& naturales. Adiectum quoq; eſt, eſſe rerũ diuinarum cognitio, propter diſciplinas ſuperiores, de rebus diuinis determinantes,qualis eſt metaphyſica. Sed philoſophus dicitur, qui ipſam philoſophiam, cum humanam,tum diuinam, prout vires humanæ ſuppetunt,aſſecutus eſt. Quo quidem nomine,quãuis priſcorum ſapientum multi fuerint inſigniti, omnium tamen vnus Ariſtoteles ante cæteros,huiuſmodi titulo viſus eſt digniſsimus;qui alios, & ſcientiarum inuentione, earumq; ad omnium vtilitatem æditione longè exuperauit; qui diuino quodam munere conceſſus eſt mortalibus, vt eorũ mentes ignorantię tenebris caligantes, clariſsimo doctrinę lumine perfunderet,eſſetq; omnium literarũ ſtudia amplectentiũ dux primarius; qui ſolus etiam poſteritati,& maximè chriſtianis, viſus eſt accommodatiſsimus; quem ipſi in literaria profeſsione, vt principẽ haberent; cuius doctrinã,&philoſophandi rationẽ, F prętermiſsis alijs,ſectarentur. Nec ab re quidem ; eſt enim eius doctrina(ea,ſcilicet,quæ,à catolica veritate chriſtiana non diſcrepat)perquam plurimum ſanè,ſolida,& veritati firmiter innixa, ſine opinionũ incertitudine, ſine problematũ ambagibus,clariſsima, rationibus, quę diſſolui non poſſunt, firmata, breuibus verbis copioſam ſententiã cõprehendens, animũq;veritatis amarorẽ reddẽs ſine fluctuatione, & vacillatione tranquillum, quę oĩa vix in altero quoquã vſq; adeo cumulata inuenias. Verũ vbi contra ſanctã fidem,errauit,à Diuo Thoma acerrimo fidei chatolicæ defenſore irrefragabiliter refellitur.

Tex.39. *Omnis ars doctrinalis,intellectũ,& ſcientiam,ut præcipuas ſuas continet partes.*

Quemadmodũ tota argumentatio, antecedens, G

Dilucidatio. continet,& conſequens, tanquàm partes ſuas pręcipuas,& integrales: ita quęlibet ars doctrinalis intellectum(qui eſt antecedentis notitia)& ſcientiam (quę eſt cognitio conſequentis)vt ſuas partes principales complectitur. Quocirca in analogia ipſa, tota ars eſt,vt tota argumentatio;intellectus , vt antecedens; & ſcientia, vt conſequens.

Tex.40. *Intellectus eſt habitus principiorum.*

Dilucidatio. Definitur intellectus eſſe habitus,hoc eſt, firma, & non facilè ab animo delebilis cognitio principiorũ: vt notitia huius principij, omne totũ eſt maius ſua parte,aut huius, omnis pars eſt minor ſuo toto , firmiter,& tenaciter hærens animo,eſt intellectus.

Tex.41 *Habitus eſt, ex aſsiduo uſu acquiſita quicquàm operandi conſuetudo.*

Dilucidatio. Habitus eſt cõſuetudo agendi aliquid, ſiue extrin H ſecũ aĩo,vt ſecare,fabricare,ſiue intrinſecũ,vt intelligere,ratiocinari,acquiſita ex aſsiduo vſu,atq; exercitatione. Acquiritur enim oĩs habitus ex operationib⁹frequẽter iteratis. Nã ſola una operatio , minimè gignit habitum,vt vna ſcriptio non reddit quẽquã ſcriptorẽ; nec vna depictio hoiem efficit pingẽdi peritum. Quocirca debet habitus oĩs acquiri ex frequẽratis actibus,ſeu frequenti vſu, vt habitus pingendi aſsiduo vſu pingendi;& habitus citharizandi, eſt conſuetudo rectè pulſandi citharam , acquiſita per aſsiduum uſum.

Tex.42 *Intellectus grãmaticus eſt,principiorũ grãmaticorũ habitus,*

Logicus,logicorũ,& ita de cæteris,ſub arte doctrinali ſpeciebus contentis.

E Quoniam unum relatiuè oppoſitorum eodẽ modo diuiditur,ſicut reliquũ:ideo queadmodũ ars doctrinalis prius diuiſa eſt , ita & intellectus diuiditur atq; ſcientia. Primũ enim intellect⁹ diducitur in intellectũ liberalẽ,& nõ liberalẽ,deinde liberalis in intellectũ ſermocinalẽ, necnõ matematicũ; intellect⁹ ſermocinalis in grãmaticum,logicũ,&rhetoricum. Mathematicus uerò in muſicum,arithmeticũ, geometricum,& aſtronomicum , & ita conſequenter. Dilucidatio.

Principia ſunt propoſitiones manifeſtè ueræ,per quas in diſciplinis aliæ probantur. Tex.43

Definiũtur principia doctrinalia, quorũ duplex in illa definitione oſtenditur proprietas, vna ꝙ ſunt propoſitiones manifeſtè veræ,hoc eſt,perſeipſas,& nõ per alias notę,ſed ex proprijs terminis; quib⁹cognitis,ſtatim eis intellectus aſſentit,& dicit illas eſſe veras:queadmodum ſol per ſe eſt lucidus , & ignis à ſe calidus; ita & demonſtrationũ principia à ſeipſis ſunt uera. Secunda eſt,quòd ipſa principia manifeſtant, & probant alias propoſitiones non à ſeipſis veras: ſicut ſol illuminat illa,quæ ſuapte natura non ſunt lucida;& ignis ea calefacit, quę de ſe nõ ſunt calida. De principijs exemplum ; impoſsibile eſt idem ſimul eſſe,& non eſſe, quod eſt maius toto ; eſt etiã maius illius parte,& ita de aliis,quę principia, & ſimilia à metaphyſico conſiderata , omnibus ſcientijs ſunt cõmunia,& ſuper ea, unicuiq; ſcientię propria fundantur,vt phyſicę,motus eſt; Geometrię,linea è cuius principium eſt punctum,logicæ,cõſequentia bona eſt, cuius oppoſitũ cõſequẽtis,repugnat antecedenti: quò fit,ut diuidanẽ principia eodẽ modo, ſicut intellectus. Nã primò,aliqua ſunt liberalia, alia non liberalia. Liberalium,aliqua ſunt ſermocinalia, alia mathematica. Sermocinaliũ, quædam ſunt principia grãmatica, quędã logica ; quædam rhetorica, & ita de alijs. Principia grãmatica,ſunt propoſitiones grãmaticę manifeſtè verę, per quas in Grãmatica alię probantur, & modò appellatæ fuęre principia propria. Principia logica ſunt propoſitiones logicæ manifeſtè veræ, per quas in Logica aliæ probantur,& ita de cæteris. Dilucidatio.

Scientia eſt habitus cõcluſionis,per demõſtrationẽ acquiſitus. Tex.44

Definitur ſcientia eſſe habitus, ideſt firma, & nõ facilè mẽte abolebilis notitia cõcluſionis, vnius vel pluriũ,acquiſit⁹ per demõſtrationẽ vnã, vel plures. Nam vocabula in definitionibus indifferẽter ſecundum numerum accipiuntur,vt habitus huius cõcluſionis,terra mouetur deorſum, acquiſitus per hanc, vel ſimilem demonſtrationẽ , omne graue mouetur deorſum,& terra eſt grauis; ergo terra mouetur deorſum,& ſcientia. Dilucidatio.

Scientia grammatica eſt concluſionum grammaticalium habitus,per demonſtrationem grammaticam acquiſitus. Tex.45

Logica,logicalium,& hoc pacto deinceps per cæteras artis doctrinalis ſpecies procedendo.

Scientia,diuidiẽ in ſciẽtiã liberalẽ, & nõ liberalẽ; ſciẽtia liberalis,in Sermocinalem,& mathematicã ; ſermocinalis,in ſcientiã Grãmaticã, Logicã, Rhetoricam; & ſic per cętera membra formulæ diuiſionis in principio huius tomi poſitę, procedendo. Dilucidatio.

Conclu-

Tex. 46 *Concluſio eſt, quæ per alias demonſtrari nata eſt, ex principijs illata propoſitio.*

Demonſtratio eſt, ex principijs concluſionem manifeſtans argumentatio.

Dilucidatio. Concluſio demonſtrationis (non ea ſola hic deſinitur) duas habet conditiones, oppoſitas conditionibus principiorum. Prima eſt, quod ipſa de ſe nō eſt manifeſta; ſicut neq; aer de ſe eſt lumine clarus; neq; lapis de ſe calidus: altera quòd ab alijs propoſitionibus, ſcilicet, a principijs, ſuæ veritatis cognitionem accipit; ſicut aer ſuſcipit lumen à ſole, & lapis calorem ab igne, & diuiditur prorſus eodē modo concluſio, ſicut ſcientia, & ars doctrinalis. Eſt quoque concluſio grammatica, quæ per alias probari nata eſt, ex principijs grãmaticis illata propoſitio: & cõcluſio logica ē propoſitio logica ex logicis principijs illata, atq; probata. Demõſtratio aũt eſt tota argumẽtatio, cõpoſita ex principijs poſitis in antecedẽte, & cõcluſione, q̃ eſt cõſequẽs, vt hæc argumẽtatio, quicq̃d progredit̃ habet pedes, & cãcer progreditur, ergo cancer habet pedes, eſt demonſtratio: quia eſt argumentatio manifeſtans concluſionem illam, ex principijs in antecedẽte aſſumptis. Similiter diuiditur demonſtratio in eadem penitus membra, in quæ ars doctrinalis, ſecundum diſciplinarum numerum, & varietatem: & demonſtratio grammatica eſt ex principijs grammaticis concluſionem grammaticam manifeſtans argumentatio; & logica demonſtratio, ex logicis, logicam.

Tex. 47. *Ex iis, quid ſit habitus intellectualis, & quid ſuarum ſpecierum quælibet, non eſt difficile deprehendere.*

Dilucidatio. Vt quis dicatur habitus intellectualis, opus eſt in primis, q̃ circa verũ verſetur; atque iccirco opinio (quæ eſt totaliter adhæſio vni parti, cum formidine alterius) ſuſcipio (quę magis declinat in vnam partem contradictionis, quàm in alteram,) tametſi nō omni prorſus; vt error, qui eſt falſa cognitio, non ſunt habitus intellectuales ſecundum hanc rationē, qua plerunque ſunt falſorum, & non perficiunt intellectum, ſed potius imperfectum interdum reddunt. Hic ſiquidem habitus intellectualis, pro virtute intellectuali, quæ bonum facit habentem, ſcilicet, intellectum, & opus eius reddit bonum, ſumitur, & non generaliter pro quocunq; habitu, quo intellectus aliquid cognoſcit.

Tex. 48 *Habitus intellectualis eſt habitus, qui circa ueri conſiderationem uerſatur, intellectumq; perficit.*

Intellectus eſt animæ rationalis potentia qua intelligit.

Dilucidatio. Verſatur habitus omnis intellectualis circa veri conſiderationē; aut actiuam, vt ars, prudentia, necnon vlla ſcientia, quæ appellantur cognitio practica, cuius finis proprius eſt opus, quia ordinantur ad agendum: aut contemplatiuam, vt nonnulla ſcientia, intellectus, & ſapientia quę habitus ſpeculatiui, quorum finis proprius non eſt niſi ipſa ſpeculatiua cognitio, denominãtur; quoniam ſunt ad ſpeculandum duntaxat. In definitione verò habitus intellectualis, non capitur intellectus pro habitu principiorum: nam hoc modo eſt ſecũda ipſius ſpecies, ſed pro virtute ſiue potentia intelligendi. Nã potentia eſt principium (vt eſt apud Ariſtotelē quinto Metaphyſicę) operandi, & intellectus eſt principium

A intelligendi, quo, ſcilicet, anima intelligit, & ſpeculatur; velut calor eſt principiũ calefaciendi ignem, quo, ſcilicet, ignis calefacit. Hac autem potentia ſolus quippe animaliũ homo, præditus eſt, in qua ſunt habitu intellectuales tanquam in ſubiecto.

Species eius ſunt numero quinque, ſcientia, intellectus, ſapientia, ars, & prudentia. Tex. 49

Enumerãtur ipſius intellectualis habitus quinq; ſpecies, ſub quibus aliæ continentur, vt ſub intellectu continetur intellectus grammaticus, intellectus logicus, & ita de alijs. Dilucidatio.

Quid ſcientia ſit & intellectus, modò cum de partibus artis doctrinalis ſermo fieret, dictum eſt. Tex. 50

Sub ſcientia compræhenduntur, Grammatica, Logica, Rhetorica, Muſica, Arithmetica, Geometria, & Aſtronomia; Ethica, Oeconomica, Politica, Phyſica, Medicina, Metaphyſica, Theologia, & Dilucidatio.
B ita ſpeciali nomine expreſſæ, vt eas diuiſionis ſeries continebat, deprænhenduntur eſſe quatuordecim: ita & ſub arte continentur omnes artes mechanicę. Ars autem doctrinalis collocatur ſub ſcientia, et intellectu cõiunctis, quoniam ex illis, vt ſuis partibus componitur. ſed generaliter ſumpta, vt eſt ſupremũ in principio datæ diuiſionis, conuertitur cum habitu intellectuali, eaſdemq; ſpecies, ſcilicet, has quinq; hic enumeratas, habet. Prius autem definita eſt ſciẽtia, & intellectus, cum fieret mentio de partibus artis doctrinalis.

Sapientia eſt rerum diuinarum cognitio. Tex. 51

Hæc ſi ex humanis diſciplinis ad cæleſtia conſcendat, metaphyſica: ſi uerò ex ſacratiſſimis, diuinitusq; reuelatis ſcripturis,
C *theologia, prius dicta eſt.*

Quid ſapientia ſit, ex ſuperioribus ſatis conſtat. Nam Metaphyſicę, & Theologiæ rationem continet. & ad diuerſa, conſideratione habita, modò Metaphyſica, modò Theologia vocatur. Dilucidatio.

Ars quæ & mechanica, prius quoque definita eſt. Tex. 52

Quarta ſpecies ars, ſcilicet, in ſuperioribus definita eſt: nam vt cęteris annumerata ſpeciebus, quartũ obtinet locum, atque pro arte mechanica ſumitur. Dilucidatio.

Prudentia eſt habitus rectè conſultandi de iis, quæ ab homine agenda, uel fugienda ſunt. Tex. 53

Prudẽtia, definitur eſſe habit⁹ intellectualis, quo homo rectè conſultat, & deliberat de agendis à ſe, atq; fugiendis, ex memoria præteritorum, & conſideratione futurorum, & hic ad benè, beateq; viuendum, eſt perquàm neceſſarius. Oſtendit enim quo- Dilucidatio.
D modo ſunt faciendę operationes humanæ, & eas ad rectitudinem dirigit: haud ſecus ac oculus corporeus pedes ad rectè, & ſine offenſione ambulandum moderatur.

Conſultare eſt de dubijs, & incertis à nobis operabilibus, quo pacto agenda ſunt, per rationem inquirere. Tex. 54

Verum hæc ſummis (ut aiunt) labris delibata ſufficiant, quandoquidem exactior eorum determinatio, alio loco requirenda eſt.

Conſultare eſt inquirere per rationem, circunſtantiarum actionis humanæ conſiderationem, de dubijs & incertis. Nam quę certa ſunt, vt pręſentia, præterita, vt potè neceſſaria, quamuis profectò cõtingenter eueniant: tamen quia ſunt, vel fuerunt, vt ſic non poſſunt aliter ſe habere, non veniunt in cõſultationem. Dilucidatio.

ſultationem. Preterea conſultatio eſt de operabilib' à nobis, ideſt de ijs, quæ à nobis fieri poſſunt, ſi volumus; & dimitti itidem ſi volumus. Impoſsibiliũ nanque, & eorum quæ non ſunt in poteſtate noſtra, nõ eſt cõſultatio; vt nullus mẽte compos, an cęlum moueri debeat, ab oriente in accidente cõſultatur. Verum quia ad moralem philoſophiam ſpectat accutatiot eorum declaratio, hæc ſint ſatis.

Tèx. 55 1. regula.

Omnis ars, tribus potiſsimum acquiritur, preceptione, uſu, & imitatione.

Preceptio, eſt certa lex, & regula aliquid rectè agere docens.

Vſus eſt frequens, & aſsidua unius, eiuſdemq; rei operatio.

Imitatio, eſt aliorum ad aliquid ſimuliter agẽdum æmulatio.

Diluci- datio.

Poſitis artium diuiſionibus, ſingulorumq; membrorum definitionibus: modò ad euidentem adoleſcentium vtilitatem, pro quibus pręſens ædidit opuſculum, quaſdã artium regulas cognitu dignas oſtẽdit. Itaq; prima regula intelligitur de arte, quæ altero docente acquiritur. Nam quæ per propriam habetur inuentionem, præceptione ab altero ſuſcepta non indiget, neq; imitatione: cum nullus eam artem exercuerit, à quo præcepta artis accipiat, aut quem imitetur, ſed ſolum requirit uſum. Ea verò quę, ab altero per doctrinam ſanè ſuſcipitur, vt perfecta habeatur, tribus indiget: exempli gratia, ars ſcribendi. Primo requirit certas regulas dirigẽtes diſcentẽ ad characterum literatiorum formationem. Secundò, vſum, & aſsiduam ſcriptionem. Tertio imitationẽ, qua diſcens pro viribus nititur formare literas ad ſimilitudinem literarum docentis, quas tanquã exemplar ante oculos propoſitas habet, easque attentius conſiderat, vt quantũ poſsit ſimiles efformet, & horum trium, pręceptio ſola ab altero habetur, ſcilicet à docente, vſus autem, & imitatio à ſeipſo ſolũ. Debet proculdubio diſcens exercere frequenter operationẽ, cuius artem vult aſſequi, nec quicquã pro eo is facere poteſt, cuius operatiõe euadat prõptior, & peritior. Debet, & imitari eum à quo diſcit artẽ; ſi ad illius perfectionẽ peruenire contendit, non aliter quàm ſi quis ad metam peruenire cupit, quam alius aſſecutus eſt.

Tex 56 2 regula.

Artes doctrinales eò maiore diligentia quàm mechanicæ cõparandæ ſunt, quo iis digniores habentur, animumq; ſuaptè natura cognoſcendi cupidum, perfectioremq; reddunt.

Diluci- datio.

Secunda regula, hortatur ad diligentem operã artibus doctrinalib' cõparandis impendendã, duplici ratione. Prima, quanto aliquid dignius eſt, tanto vigilãtior cura ad illud obtinẽdum, eſt præſtanda, ſed Artes doctrinales ſunt lõgè digniores quàm mechanicę, vt ex ſuperioribus apertè cõſtat: ergo maior diligentia ad doctrinales, quàm mechanicas artes, eſt adhibenda. Secunda, quantò aliquid animum perfectiorem efficit, tanto maiore diligentia eſt quęrẽdũ, ſed artes doctrinales animũ lõgè magis perficiunt q̃ mechanicę. ſunt enim doctrinales ad animũ, mechanicę verò ad corpus accõmodatæ; igit artes doctrinales maiore diligentia q̃ mechanicę ſunt cõparandæ: quocirca ingenui adoleſcentes, & qui degenere non eſtis animo, nullo parcite labori, nullas vigilias recuſate ad precioſas animi diuitias, diſciplinas dico liberales, ingenuaque ſtudia, & bona, gemmis, & auro digniora, conſequenda.

Tex 57. 3. regula.

Artes mechanicæ, ſuam queq; materiam habent, & finem, quibus a ſe inuicem diſtinguntur.

Materia artis eſt, circa quam eius operatio uerſatur.

Finis artis, eſt id, ad quod ipſa ordinatur.

Diluci- datio.

Tertia regula, oſtendit, quòd artes mechanicę ab inuicem diſtinguntur per duo. Primò, per materiã circa quam uerſantur, ſiue ex qua earũ opera fiunt, vt laniſiciũ, circa lanam; ars nemoraria circa ligna; Militaris circa arma, vt inſtrumenta quibus exercetur, intenta eſt. Secundò, per finem ad quem ordinantur, ut laniſicium, ad indumenta corporis; ars Nemoraria, ad ignis pro mortalium neceſsitate, uſum; Militaris, ad ſuarum rerum defenſionem, & ita per cæteras artes mechanicas procedendo vt hæc figura oſtendit.

Artes mechanicæ	Earum materiæ	Earum fines
Laniſicium	Lana	Indumentum
Nemoraria	Arbores & ligna	Vſus ignis
Militaris	Arma & bella	Suarũ rerũ defenſio
Nautica	Nauis & uela	Alimentũ et merces
Agricultura	Agricultura et ſegetes	Nutrimentũ hoĩs
Medicina	Vulnera	Sanatio hominis
Ars fabrilis	Ferrum & ligna	Habitatio hominum

Tex. 58

Artium doctrinalium, cuique ſuum eſt genus ſubiectum, quo una ab altera diſcrimen habet, & ſuus autor.

Genus ſubiectũ eſt, quod precipuè in aliq̃ ſciẽtia determinatur.

Autor eſt, qui primus aliquam diſciplinam inuenit: aut inuentam, ſua opera completiorem reddidit.

Diluci- datio.

Quarta regula oſtendit vnamquanque artem doctrinalem habere propriam, quam determinat, materiam, qua ab alijs differt: pariter & autorem ſuum à quo inuenta, aut facta fuerit conſumatior, vt hæc figura monſtrat.

Scientiarum noĩa	Genus ſubiectum	Earum autores
Grammatica	Sermo latinus	Priſcianus
Logica	Sermo uerus	Ariſtoteles
Rhetorica	Sermo ornatus	Cicero
Muſica	Numerus harmonic'	Boethius
Arithmetica	Numerus	Pythagoras
Geometria	Magnitudo	Euclides
Aſtronomia	Magnitudo cæleſtis	Ptolomeus
Ethica	Bonum hominis	Ariſtoteles

Oeconomica	*Bonum domus*	*Ariſtoteles*
Politica	*Bonum reipublicæ*	*Ariſtoteles*
Phyſica	*Res naturalis*	*Ariſtoteles*
Medicina	*Bonũ corporis humani*	*Hipocrates*
Metaphyſica	*Primum ens & ens*	*Ariſtoteles*
Theologia	*Deus ſuper benedictus*	*Prophetæ et apli*

Eſt aũt genus ſubiectum ſciẽtiæ circa quod principaliter ſcientia verſatur, vt grammatica præcipuè conſiderat ſermonem latinum, & logica ſermonem verum, ſiue argumentationem; ideo ſermo latinus, Grammaticæ, & ſermo verus, argumentatioque logicæ ſubiectum eſt; & alio nomine vocatur obiectum, ſeu materia circa quam verſatur ſcientia. Autor autem dicitur, qui ſcientiam aliquam inuenit, vt Ariſtoteles Logicam, aut ſcriptis ſuis perfectiorem reddidit, vt Cicero Rhetoricam.

Tex. 59 5. regula. *Artes ſermocinales, præſertim grãmatica, & Logica, quòd cæteris ſcientijs habendis apprimè conducunt, ante alias ſummo conamine uendicandæ ſunt.*

Dilucidatio. Quinta regula, artium ſermocinalium, pręſertim Grammaticę, & logicę neceſsitatem declarat, ſimul & vtilitatem: quæ etiam poſt definitionem logicæ prius oſtenſa eſt, monetq; ambas intentiſsima cura haberi debere, antequã ad alias ſcientias ꝓcedatur.

Tex. 60 6. regula. *Artes mathematicæ, acumen intellectui, & diſſerendi celeritatem afferunt, ad aliasq; diſciplinas, cum humanas, tum diuinas, & oppertunæ, & utiles ſunt.*

Dilucidatio. Sexta regula, triplicem cõmoditatem artium mathematicarum oſtendit: vt prima ſit, ꝙ reddunt intellectum acutum, & perſpicacem in diſpicienda, & enucleanda veritate, & ad rectam intelligentiam, ſine lapſu in cæteris habendam, plurimum iuuant. Secunda eſt, ꝙ intellectui præſtant celeritatem demõſtrandi, & promptitudinem oſtendendi cuiuſuis ꝓpoſitionis veritatem; qui enim in mathematicis demonſtrationibus, quæ certiſsimæ ſunt, & ordinatiſsimę, fuerit promptus, in omni diſciplina, ad aliquid demonſtratione comprobandum, erit aptiſsimus. Tertia eſt, ꝙ ad cęteras ſcientias ſunt ſatis opportunę & vtiles. Opportunæ quidem, ꝙ ſine illis uõ poſſunt aliæ poſteriores, vt Phyſica, moralis Philoſophia, & Methaphyſica tã benè acquiri: vtiles vero, ꝙ earum pręſidio aliæ facilè habentur. Qua in re ab ijs, quos pulchra literarum ſtudia delectant, minimè prætermitti, aut negligi debent.

Tex. 61 7. regula. *Cum non minus uirtute quàm ſcientijs inſtituendus ſit animus, moralis Philoſophiæ ſtudiũ ad mores componendos in primis eſt neceſſarium, ſummopereq; expetendum.*

Dilucidatio. Septima regula, philoſophiam moralem, eiuſque ſtudium commendat; nec immeritò. Nam uirtus ſine ſcientia, datur laudi, & prodeſt; ſcientia verò ſine virtute, non modò non prodeſt, verumetiã nocet, et grauiorem dedecoris notam infert. Maiore ſiquidẽ vituperio dignus eſt, qui ſanè quid agendum ſit, nouit, & tamen non facit, quàm eorũ, quę agenda ſunt ignarus, atq; idcirco ſcientia, virtuti, ſcientiæq; virtus coniungenda eſt, ad conſummatam animi perfectionem adipiſcendã; ad quod moralis philoſophię ſtudium mirum in modum conducit. Nam ipſa docet, quo pacto honeſtè viuendum eſt, virtutumque officia peragenda ſint. Quod vt cupidiſsimè amplectantur adoleſcentes, admoneo, hortor, rogo, obſecro, non ſolum vt ſciant, verum etiam, vt cum ſciuerint, operentur, meminerintque ſe non ſcientiæ cõparandæ gratia duntaxat deſudare debere, ſed virtutis, quæ ſola ſuo officio beatos efficit homines, atq; felices. Non itaq; apud ipſos de moribus vltima fiat quæſtio, ſed primã, ſi ſe ſciẽtia dignos haberi velint, & ab hominũ literatorũ conſortio nõ excludẽdos.

Tex. 62 8 regula. *Philoſophia naturalis, necnon cæteræ diſciplinæ inferiores ad metaphyſicas cõtẽplationes uiã pandunt, aditũq; miniſtrãt.*

9. regula. *Metaphyſica omnium ſcientiarum meta, & finis ultimus, ad quam, ut ad ſummum philoſophiæ apicem, cæteræ omnes miro quodam decore ordinantur.*

Dilucidatio. Octaua, & nona regula, ordinationem philoſophiæ naturalis, & cęterarum inferiorũ ad metaphyſicam ediſſerit. Sanè quemadmodũ in gradu ſurſum tendente, gradus infimus, & intermedij omnes ordinantur ad ſupremum, ad quem etiam aſcenſum præſtant, ita infimæ, & intermediæ omnes diſciplinę citra metaphyſicam numeratæ, ad ipſam metaphyſicam, ut ſupremum omniũ, ordinantur, præſtantq; illi acquirendæ pręſidium. Cæterum ſupra metaphyſicam, non vlterius conſcendendum lumine naturali, ſicut neque ſupra ſupremum gradum, atque idcirco metaphyſica, ſupremus philoſophię apex dicitur, lumine, inquam, naturali, quia de ſcientijs lumine naturali traditis nunc loquimur.

Tex. 63 10. regula. *Cum expedita quicquam agendi, niſi parto iam habitu, non adſit facilitas, adoleſcentes eorum quæ diſcunt, habitum ſibi formare pro uiribus contendant.*

Dilucidatio. Decima regula, monet eorum quæ ſcire expeditè volumus, habitum eſſe comparandum; quoniam ſine habitu, nihil prõptè, & cum facilitate quotieſlibet facere poſſumus. Non enim ſcribendi cuiquam eſt promptitudo, niſi ſcribendi habitũ habuerit; neque pingendi imaginem, niſi artis pictoriæ habitus ſibi comparatus fuerit; neque quis facilè, & rectè citharam pulſat, niſi acquiſitò citharam tangendi habitu: ita neque promptè quis argumentabitur, aut diſſeret, ſi conſuetudinem argumentandi non acquiſierit. Sed ad habitum acquirendum, duo requiruntur. Primum quòd frequẽter fiant operationes illæ, ex quibus naſcetur. Nam vnica operatio non ſufficit ad eius acquiſitionem, quod eleganter ijs carminibus annotabitur

Ver non vna dies, non vna reducit hirundo;
Sic neque Solertes breuis experientia rerum
Fert animos; vigilans Prudentia ſurgit ab vſu
Multiplici, ſicut de mille coloribus Iris.

Secundum eſt, quòd illæ operationes conſimiliter fiant, & poſteriores non diuerſo modo peragantur à prioribus, quoniã ſi fuerint diſsimiles; nõ perficiunt habitum, ſed confundunt: ſicut albedini additus alius color, item & alius non reddit eã intenſiorem, ſed alijs coloribus permixtã. Itaque ad aliquid firmiter memoria tenendum (id enim ſolum, quis ſe ſcire exiſtimat, quod memori fixum eſt animo) debet

bet illud bis, item & ter, frequentiq; repetitione re-
ſumi. Eodem penitus modo poſterius, quo prius, ſi-
E ne mutatione ordinis, ſine vnius dictionis pro alia,
commutatione, immo vero ſine literarum, aut ſylla-
barũ euariatione, & tum primùm firmus naſcetur
habitus, haud facilè abolendus animo.

Tex. 64
11. regula.

Non in opinionum inter ſe diſsidentium uarietate, & incertitudine ſcientia eſſe exiſtimetur, ſed in unica, certa, ſibiq; conſtante (quàm rectè diſciplinæ docent) ueritate.

Dilucidatio.

Vndecima regula oſtendit in quo vera conſiſtit
ſcientia, comparatque opinionem ad ſolidam do-
ctrinarum veritatem tripliciter. Primò, quia opinio
nes ſunt inter ſe repugnantes, & oppoſitę; quod e-
nim vna concedit, negat altera, & hoc ipſo argumẽ
to oſtendunt ſe à veritate longè eſſe ſemotas, quę eſt
ſibi conſtans, & concors. Nam (vt inquit Ariſtote-
les) verum vero conſonat, falſum autem & à vero,
& à falſo diſcrepat; ideo perſpicuum eſt, vt pluri-
F mum, opiniones falſas eſſe, & veritati minimè cohę
rere, atqui in falſitate non conſiſtit ſcientia, quæ eſt
concluſionis verę, & neceſſariæ habitus; igitur non
eſt quęrenda ſcientia in opinionum contrarietate.
Secundò, quia opiniones ſunt varię, & valdè inter
ſe diuerſæ. Nam ferè vna ab alia, etiã circa eandem
materiam, quoquo pacto euariatur, vt vix duę om-
nino conueniant. Veritas autem doctrinarum eſt v-
nica, ſicut vnicum eſt circuli centrum, & idcirco in
perfectione eſt, cum ad vnitatem tendant, ſed opi-
niones ad imperfectionem labuntur, quia ſemper in
maiorem creſcunt multitudinem. Verum ſicut geo
metrię imperiti, verũ circuli centrum aſsignare ne-
ſcientes, diuerſa aſsignant in circulo puncta, quiſq;
ſuum, quod dicit eſſe centrũ, ſicq; vnius circuli plu-
ra deſsignant centra, quorum nullum eſt verum, ni-
G ſi fortaſſe caſu quiſquam id ignorans, cum verò cen
tro coinciderit, ita qui ipſam doctrinarum vnicam
veritatem amplecti nequeunt, diuerſi diuerſa aſsi-
gnant inter ſe omnino varia, quorum vnuſquiſque
ſuam aſſertionem dicit eſſe ipſam veritatem, nulla
tamen earum cum veritate conſpirat, niſi quis in re
ctam ipſius determinationem caſu inciderit. Hinc
varia Ariſtotelis fiunt interpretamẽta, frequentius
ab eius intentione diſsidentia; & ipſius dicta in di-
uerſam trahuntur ſententiam, plerunq; menti eius
repugnantem. Tertiò, quia opiniones ſunt incertæ,
eſt enim opinio (vt paulò ante dictum eſt) alicuius
cum incertitudine credulitas: ſed veritas ſcientiarũ
eſt certiſsima, omnis penitus ambiguitatis expers;
atque idcirco ſcientia (quę certa eſt cõcluſionis co-
H gnitio) nullum cum opinione habet commercium,
ſed cum ſolida tantum, quam oſtendit veritate.

Tex. 65
12. regula.

Non item argutijs ſophiſticis (quæ ad contranitendum ueritati, inaniter excogitantur) ſcientia comparari cenſeatur, ſed demonſtratione, aliaue recta argumentatione: quæ ex manifeſtioribus, minus manifeſta comprobet.

Dilucidatio.

Duodecima regula, oſtendit quomodo acquiri-
tur ſcientia, eiuſq; acquirendę potiſsimum declarat
inſtrumentum, ſcilicet, argumentationem; non qui-
dem ſophyſticam, quæ diſciplinarum currentiũ eſt,
& penè vulgarium, parum ad veras ſcientias aſſe-
quendas conducens. Nam ferè ſemper, aut verum ni
titur probare eſſe falſum, aut falſum oſtendere eſſe
verum, & ex multiplicitate dictionis, vel orationis,
aut mala argumentatione, aut non recta applicatio
ne propoſitionũ doctrinalium dũtaxat habet vim;
atque ideo per rectam ſolutionem fit inualida. Sed
ſcientia comparatur per argumentationem doctri-
nalem, quę eſt propoſitionis veræ, ſed incognitæ
per notiorem manifeſtatio, & hanc potiſsimum cu
rant rectę diſciplinæ. Eam in primis logica conſide
rat, eiuſq; officium eſt verum probare, & falſum re-
fellere. Hęc rectam argumentandi formam ſeruat,
fallaciam omnem deteſtatur, & refugit, verum aſſu-
mit, & ex eo verum concludit. Quòd ſi interdum
aſſumat falſum, aut concludat, id facit, vt ex interẽ-
ptione falſi, tum concluſi, cum aſſumpti, verum cõ-
probet. Denique hæc adeo eſt efficax, tantęq; vir-
tutis, vt nulla ſolutione infirmari, aut dilui queat, et
tanto eſt argumentatione ſophiſtica dignior, quan-
tò oratio grãmatica, elegans, & venuſta perfectior
eſt ea oratione, quę Barbariſmi, aut ſolæciſmi habet
vitium: quam haud ſecus debent amplecti, qui ve-
ram quærunt ſcientiam, quàm qui Grammaticus
euadere cupit, Orationem latinam, barbariſmo, aut
ſolæciſmo, non vitiatam.

Tex 66.
13. regula.

Argumentationum ſophiſticarum captionibus, & modis adoleſcentes (ut aliorum argutias euitare, malaq; à recta argumentatione ſecernere poßint) principio exercendi ſunt, & interea ad ratiocinationis doctrinalis rectitudinem ſemper amplectendam inducendi.

Dilucidatio.

Quanquam præcedens regula dixerit ſophiſtica
argumentatione ſcientiam minimè acquiri, nihilo-
minus hęc tertiadecima oſtendit adoleſcentes eſſe
imbuendos arte ſophiſtica duabus de cauſis. Prima,
vt cognoſcentis ſophiſticũ argumentandi modum,
ſibi caueant, ne ab alijs circumueniantur, ſophiſticas
rationes obijcientibus, ſed promptitudinem ad eas
reſpondendi, rectè ſoluendi, & defendendæ verita-
tis contra ſophiſticas calumnias habeant. Nõ enim
malum euitatur, niſi cognitum; vt non vitabit gram
maticus ſolæciſmum, niſi cognouerit quomodo, &
quando committitur; neque vitabit auis laqueos, aut
inſidias viator, vbi eas non depræhenderit. Secunda
cauſa eſt, ut per cognitionem artis ſophiſticę veram
argumentationem ab apparente internoſcere poſ-
ſint adoleſcentes. qui enim diſcrimen inter aliqua
duo, differentiamque ponere vult, vt eorum utrun-
que cognoſcat, neceſſe eſt. Nempè non adulterina
numiſmata à veris diſcernet, qui ea non cognoſcit;
nec herbam noxiam à ſalubri internoſcere poterit,
qui hanc, & illam nõ agnouerit: ita neque apparen
tem argumentationem a vera diſtinguet, qui illius
naturam, & conditionem ignorat. Attamen non ſo
phiſticis argutijs ſemper immorandum eſt, ſed pau-
latim ab illis auocandus animus, & ad doctrinalem
ſanè argumentationẽ conuertendus, quæ tanto plu
ris quàm altera facienda eſt, quanto plus efficaciæ,
& roboris habet, ad verum oſtendendum, & falſum
improbandum.

Tex. 67

In principijs, & concluſionibus ſcientiarum, quinimo in omnibus propoſitionibus ad diſciplinas pertinentibus, uerba, nullam temporis differentiam, aut actum important, ſed abſoluuntur à tempore, aptitudinemq; ſignificant.

Dilucidatio.

Quarta decima regula docet, in definitionibus,
diuiſio-

diuiſionibus, principijs, concluſionibus, cæteriſque propoſitionibus diſciplinarum verba abſolui à tempore, hoc eſt, abſtrahere à tempore, inquantum intellectus conſiderat huiuſmodi propoſitiones eſſe veras ſine aliqua temporis differentia, id eſt, nō conſiderando eas prout magis verificantur in vno tempore, vel temporis differentia, quam in alio, ſed eas, vt abſolutè, ſimpliciter, & ſine addito verificantur, docetque illa non actum, ſed aptitudinem importare; vt cum Logicus dicit, ſuperiora de ſuis inferioribus vniuerſaliter verificantur, non id de actuali verificatione intelligendum eſt, ſed quòd nata ſint verificari; & cum Phyſicus aſſerit, omne graue moueri deorſum, nō de motu actuali intelligit, ſed de eo, qui fieri natus eſt, ſenſusque eſt, omne graue natum eſt moueri deorſum, ſimiliter omne leue mouetur ſurſum, id eſt leue natum eſt moueri ſurſum. Verum hæc ſunt quę ad communem ſtudioſę iuuentutis vtilitatem, ex quàmplurimis viris in ſchola peripatetica doctiſsimis, quos breuitatis cauſa ſilentio pertranſiuimus, de logicalibus, tam ſecundū verba (vt tamen meliori modo fieri potuit) quàm ſecundum ſenſum (qua in re eo ipſo iure Catena Aurea præſens opuſculum recte appellatum eſt) non equidem ſine labore excerpſimus; ad laudem ſummi creatoris, & Redemptoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui honor, & gloria ſit nunc, & in æuum; qui per merita ſancti Thomæ, cuius Doctrinā profitemur, veneramur, & ſequimur, operis conſumationē dedit.

Accurata ſunt omnia; quæ & me, & quæcunque mea, Iudicio, ac Cenſuræ ſanctæ Romanę Eccleſię; atque capiti eius ſummo Pontifici Romano Pio Quarto cōmitto, & omnino ſubiacere volo.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL. Omnes ſunt duerni, præter LL, qui eſt Ternus.

VENETIIS, Apud Ludouicum Auantium.
M. D. LXI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE